K.D.1932.981

…pis liberis datus est præceptor. Istic ego sum illo usus parente & magistro: istic Liuii …ælegentem audiui: quod ideo non fuit silentio prætereundum: ut siquid in recogniti… …ceptum Vi… orino …eratur. tátum enim abest: ut me pœniteat præceptorum me… …ac max… ũ do… animi atq; ingenii argumentum censeam: a quibus ipse hau… …rre m… stron… Qui plura uoluerit discere de Victorino: sunt enĩ eius om… …s plena… on… pratensis iter cõdiscipulos nostros minime cõtemnendi: …ue… rit: librum legat de uita & moribus Victorini: aut cæ… …el… uitam solum: uerumetiam totam Victorini scholam per… …e contentus: nisi in eadem cultus officina: obtusiore li… …non absq; ingratitudinis crimine potuisse dissimulare ac …ndissime: cui: ut ipse nosti, maxima debeo: atq; ut cæteri …i debere sciant: cogor ostendere. tua enim opera subsi… …iuuatur: & crescit: unde mirum in modum egenorum …minime inuidus libros excellentes omnis generis ha… …cam tuam semper aperias. Tu uero: ut reuertar ad Li… …ipsum codice: hoc est incredibiles animi tui uerecũ… …: nunc quoq; non sine ratione delectabere. Grauis. n. …o cognosci: quo exemplo reddi uerius potest: & si præ… …ti pictoris extrema: quod constanter fateor: omni …cognoscis tu quidem in liuio laudes tuas: cum illu… …ionis cultum: in alio animi magnitudinem: in alio …aximam modestiam: quæ perraro in alto dignitatis …im in republica sententiarum modum, hic in casti… …dem hæc proxime legenti tu iugiter eras in mente: …ositissimis uiris de propinquo cernebam. in. Qu. fa… …enium admirabar. in Furio Camillo maximi animi …antiam. in Appiis miram scientiam: atq; facundiam. ĩ Sci… …me inanes cogitationes ardua & magna negotia capesce… …pectoris tui monita salutaria. in Papyrio celeritatem: atq; i… …aeriis popularitatem placidam: modestamq; ac nequaquam effluẽ… …dem uero in omnibus maximam: paremq; prudentiam. Addebam religionem & a gẽ… …quidem christianam atq; catholicam. Vnum apud Liuium reperiebam: …millimũ es: omni tamen a parte non es idem. Cato ille Censorinus uir cõsu… …uelut in te hodie hoc maximum quo… decus uirtutis fuit: ut quicquid ille …m esse uidere ur: Cato ille iquã tantus uir an… aro fuisse fertur ingenio: atq; ad la… …sito: cæte… ius in te cognoscimus: naturæ uero amaritudinem: & carpendi inge… …inimmo: si quisquam est: tu es maxime detractorum aduersarius: quippe qui es ad …nibus hominibus natus: atq; S.D.N. institutis: eruditus. Tibi igitur tali uiro ac tã… …ator Christus dominus: ut assidue magis pacem ac gloriam sacrosanctæ ecclesiæ …praestet gra… uideas: Christiani populi de paganorum feritate: & hæreticorum obstinata prauitate uictoriã: summi no… …stri pon. sospitatem: omnium terræ fructuum copiam: cæli temperiem: & aeris salubritatẽ: & ueluti ĩ san… …ctissimo domin… gregis felicissimoq; pastore tua studia spemq; omnem a natiuitate collocasti: ita tuarũ …quoq; act… …succe… fortunato ille assidue magis in te quieturus recũbat. Vt cum summus deus suo …in terris uicario c…nctamentis tranquillæ opta… a tribuat: tibi ille rerum maximarum administrationem …secundet: tu nobi… apud illum omnia impetres: quibus aliqua cum dignitate uitæ præsentis necessitates …per studia honesta, honorataq; actiones transeamus. Vale.

L. FLORI EPITOMA DECADVM Q. VATTVORDECIM. T. LIVII PATAVINI HISTORICI …TENTVM ET Q. VADRAGINTA LIBROS DISTINCTVM. EX LIBRO PRIMO.

ADVENTVS AENEAE IN ITALIAM ET RES AB EO GESTAE: ASCA… …nii regnum Albae & Siluii Aeneæ: ac deinceps Siluiorum regum prim… libro con… …tinentur. Numitoris filia a Marte compressa n… ti Romulus & Remus. A… nulius ob …truncatus, urbs a Romulo cõdita, senatus lectus cum sabinis bellatum, opima spo… …lia Ioui feretrio lata, i cẽturias populus diuisus, silenates & ueientes uicti, Romulus

Inc. 195
1402552 (1)

BIBLJOT. UNIW. W. POZNANIU
Or 3730
INKUNABUŁY



Dar Kuratorjum Okr. Szk. Pozn.
Bibl. Gimn. Klas. Bydgoszcz
1932

Nro. I

K.D. 1932.981

...ipis liberis datus est præceptor. Istic ego sum illo usus parente & magistro: istic Liuii
...ælegentem audiui: quod ideo non fuit silentio prætereundum: ut siquid in recogniti-
...ceptum Vi... orino ...eratur. tãtum enim abest: ut me pœniteat præceptorum me-
...ac max...ũ doc... animi atq; ingenii argumentum censeam: a quibus ipse hau-
...rre m... stror... Qui plura uoluerit discere de Victorino: sunt enĩ eius om-
...s plenæ ... pratensis ĩter cõdiscipulos nostros minime cõtemnendi:
...ue... rit: librum legat de uita & moribus Victorini: aut cæ-
...es ... uitam solum: uerumetiam totam Victorini scholam per
... e contentus: nisi in eadem cultus officina: obtusiore li-
... non absq; ingratitudinis crimine potuisse dissimulare ac
...ndissime: cui: ut ipse nosti, maxima debeo: atq; ut cæteri
...i debere sciant: cogor ostendere. tua enim opera subsi-
... iuuatur: & crescit: unde mirum in modum egenorum
... minime inuidus libros excellentes omnis generis ha-
...cam tuam semper aperias. Tu uero: ut reuertar ad Li-
...ipsum codice: hoc est incredibiles animi tui uerecũ-
...: nunc quoq; non sine ratione delectabere. Grauis. n.
...o cognosci: quo exemplo reddi uerius potest? & si præ-
...ti...ni pictoris extrema: quod constanter fateor: omni
...ecognoscis tu quidem in liuio laudes tuas: cum illu-
...ionis cultum: in alio animi magnitudinem: in alio
...aximam modestiam: quæ perraro in alto dignitatis
...m in republica sententiarum modum, hic in casti-
...idem hæc proxime legenti tu iugiter eras in mente:
...ositissimis uiris de propinquo cernebam. in. Qu. fa-
...enium admirabar. in Furio Camillo maximi animi
...ntiam. in Appiis miram scientiam: atq; facundiam. ĩ Sci-
...ne inanes cogitationes ardua & magna negotia capescẽ-
...pectoris tui monita salutaria. in Papyrio celeritatem: atq; ĩ-
...n a... gerendas robur. ... aleriis popularitatem placidam: modestamq; ac nequaquam effluẽ-
...equelam: fidem uero in omnibus maximam: paremq; prudentiam. Addebam religionem & a gẽ-
...longissime absedens e... quidem christianam atq; catholicam. Vnum apud Liuium reperiebam:
...aximo q... millimus es: omni tamen a parte non es idem. Cato ille Censorinus uir cõsu-
... summus: ... uelut in te hodie hoc maximum quo... decus uirtutis fuit: ut quicquid ille
...natus ad id ... m esse uidere ur: Cato ille ĩquã tantus uir an...aro fuisse fertur ingenio: atq; ad la-
...dum semper ... sito: cæte... ius in te cognoscimus: naturæ uero amaritudinem: & carpendi inge-
...n non uid... inimmo: si quisquam est: tu es maxime detractorum aduersarius: quippe qui es ad
...nemerendu... nibus hominibus natus: atq; S.D.N. institutis: eruditus. Tibi igitur tali uiro ac tã-
...o præstet gra... ator Christus dominus: ut assidue magis pacem ac gloriam sacrosanctæ ecclesiæ
uideas: Christiani populi de paganorum feritate: & hæreticorum obstinata prauitate uictoriã: summi no-
stri pon. sospitatem: omnium terræ fructuum copiam: cæli temperiem: & aeris salubritatẽ: & ueluti ĩ san-
ctissimo domin... gregis felicissimoq; pastore tua studia spemq; omnem a natiuitate collocasti: ita tuarũ
quoq; act... succe... fortunato ille assidue magis in te quieturus recũbat. Vt cum summus deus suo
in terris uicario c...nctamentis tranquillæ opta a tribuat: tibi ille rerum maximarum administrationem
secundet: tu nobis apud illum omnia impetres: quibus aliqua cum dignitate uitæ præsentis necessitates
per studia honesta, honoratasq; actiones transeamus. Vale.

L. FLORI EPITOMA DECADVM QVATTVORDECIM. T. LIVII PATAVINI HISTORICI
I... ENTVM ET QVADRAGINTA LIBROS DISTINCTVM. EX LIBRO PRIMO.



IDVENTVS AENEAE IN ITALIAM ET RES AB EO GESTAE: ASCA-
nii regnum Albæ & Siluii Aenæ: ac deinceps Siluiorum regum primo libro con-
tinentur. Numitoris filia a Marte compressa nati Romulus & Remus. Amulius ob
truncatus, urbs a Romulo cõdita, senatus lectus cum sabinis bellatum, opima spo-
lia loui feretrio lata, ĩ cẽturias populus diuisus, silenates & ueientes uicti. Romulus

BIBLIOTH... DES GYMNASIUM ZU BROMBERG
Inc. 195
1402552 (U)
BIBLIOT. UNIW. W POZNANIU

cõsecratus.Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit.Iano templum cõstituit:eiusq; p
bus circa populis:primus clausit.cum dea Aegeria sibi congressus nocturnos esse simu
animos ad religionem perpulit.Ancus Martius cerimonias a Numa institutas renou
ad ciuitatem aſcitis:montem auentinum assignauit.Politorum urbem latinoru
prisci latini occupauerant:diruit.pontem sublicium in tyberi fecit.ianiculum c
perii protulit.Ostiam cõdidit.Tullus Hostilius albanos bello petiit.post hæc ter
ratius absolutus.Metii Suffetii supplicium.Alba diruta.albani in ciuitatem
ad postremum fulmine absumptus est. Tarquinius Priscus in Anci amiciti
trum numerum auxit:latinos subegit:circum designauit:ludos edidit: sa
centurias ampliauit: temptandæ scientiæ causa Accii Nau
ret:effici posset:quod cum ille fieri posse respondisset:iussit
nus factum.sabinos præterea acie uicit.urbem muro circũdedit:cloaca
ptiua corniculana:cui puero in cunis posito:caput arsisse traditum est
dit.censum primus omnium egit.lustrum condidit.classes cẽturiasq
les urbi quirinalem:uiminalem:esquilinumq; adiecit.templum D
cius Tarquinius superbus:occiso Seruio eius socero:inuasit regnum.
centis corpus carpentum egit.armatos circa se ad custodiam corporis
de interemit.bellum cum uolscis gessit:& ex eorum præda templum
Iuuentas non addixere:quorum aræ moueri non potuerunt.Eius fi
testatem suam redegit.huius filiis Delphos profectis & cõsulẽtibus:
dictum est eum regnaturum :qui primum matrem osculatus esset:
tarentur:Iunius Brutus:qui cum iis profectus erat:prolapsum se si
ctum eius euentum rei comprobauit:nam cum impotẽter se gerẽd
suum adduxisset:ad ultimũ:propter expugnatã nocturna ui a Sex.
cato patre ad se Tricipitino & uiro Collatino obtestata:ne inulta r
ti opera maxime expulsus est:cum regnasset annos uigintiquinq;.tu
nius Brutus &.L.Tarquinius Collatinus.

EX LIBRO SECVNDO.

BRutus iureiurando populum astrixit neminem regnare Romæ p
latinum collegam suum propter affinitatem Tarquiniorum suspectum coe git cõsula
dicare:& ciuitate cedere: bona regum diripi iussit. agrum Marti cõsecraui t:qui campu
tius nominatus est.adolescentes nobiles:in quibus suos quoq; & fratris filios:quia coniurauerant d
piendis regibus:securi percussit:seruo in ici:cui Vindicius nomẽ fuit:libertatem de : ex cuius
uindicta est appellata.Cum aduersus reges:qui contractis ueientium & tarquinior copiis bel
lerant:exercitum duxisset:in aciem cum Arunte filio Superbi commortuus est:eur matronæ ar
xerunt.L.Valerius consul legem de prouocatione ad populum tulit. capitolium d atum est. Po
rex clusinorum:bello pro Tarquiniis sucepto:cum ad ianiculum uenisset:ne tyberi et:uirtute
clitis Horatii prohibitus est:qui dum alii pontem subliciũ rescindunt:solus æthru inuit: & po
rupto armatus se in flumen misit:& ad suos tranauit:alterum accessit uirtutis exe a Mutio : q
cum ad feriendum porsenam castra hostium itrasset: occiso scriba:quem regem esse putabat:cõpræhẽsu
ipositã altaribus manũ:in qbus sacrificatũ erat: exuri passus é: dixitq; tales trecẽtos esse cõiuratos i mc
tem ipsius regis.quorum admiratione coactus Porsena pacis cõditiones ferre bellum omisit: acceptis o
fidibus:ex quibus uirgo una Chloelia deceptis custodibus p tyberim ad suos tranauit : & cũ reddita eẽt
a Porsena honorifice remissa:equestriq; statua donata est.Aduersus Tarquinium Superbum cum latinoq;
exercitu bellum inferentem Aulus Posthumius dictator prospere pugnauit apud lacum regillum. Ap
pius Claudius ex sabinis Romam transfugit.ob hoc claudia tribus adiecta est.numerus tribuum amplia
tus est:ut essent trigintauna.Plebs:cum propter nexos ob æs alienum in sacrum montem secessisset: c
filio Menenii Agrippæ a seditiõe reuocata est.idem Agrippa cum decessisset propter paupertatem publi
co impendio elatus:tribuni plebis quĩque creati sunt.Oppidum uolscorum Corioli captum est uirtute:&
opera Gn.Martii:qui ob hoc Coriolanus uocatus est.Titus latinus uir de plebe:cũ in uisu admonitus eẽt:
ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret:& neglexisset:amisso filio:debilis factus:posteaquam
delatus ad senatum lectica eadem illa indicauerat:usu pedum recepto domum reuersus é. Cum Gn.Mar
tius Coriolanus: qui ĩ exilium pulsus:dux uolscorum factus:exercitum hostium urbi primo admouisset:
& missi ad eum primum legati:postea sacerdotes frustra deprecati essent:ne bellum patriæ iferret: Vetu
ria mater:& Volumnia uxor impetrauerũt ab eo:ut recederet.Lex agraria primum lata est.Spurius Cassi
us consu s regni crimine damnatus est necatusq;.Oppia uirgo uestalis ob incestum uiua defossa é. Cũ
uicini hos ueientes incommod magis: quam graues essent: familia Fabiorum id bellum gerendum
depoposcit:misitq; in id trecẽtos ex armatos:qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt uno im
pubere domi relicto. Ap.Claudius consul:cum aduersus uolscos contumacia exercitus male pugnatũ eẽt:

am fuste percussit.Res præterea aduersum uolscos:& hernicos:& ueientes:& sedi-
oemq; continet.

EX LIBRO TERTIO.

s de agrariis legibus factæ:capitolium ab exulibus & seruis occupatum cæsis iis rece-
nsus bis actus est:priore lustro censa sunt ciuium capita octoginta millia.dcc.xiiii.
orbos orbasq;.sequenti cxvii.millia ccxlviii.Cum aduersus equos res male gesta eet : L.
s dictator factus:cum rure intentus rustico operi esset:ad bellum gerendum accersi-
iugum misit.Tribunorũ pl.numerus ampliatus est:ut essent decem.xxxvi.an-
titis per legatos & allatis atticis legibus:ad construendas eas proponédasq; de-
us nine ullis a s magistratibus creati:altero & tricentesimo anno quam Roma con-
egibus ad consul : ita a consulibus ad decenuiros translatum imperiũ.li decem tabulis
m modeste se in onore gessissent:& ob id in alterum quoq; annum eundem esse magi-
et:cum omplur mpotenter fecissent:magistratum noluerunt deponere:& in tertiũ an-
t:donec inuicto rum imperio finem attulit libido Ap.Claudii:qui cum i amorem uir-
summisso:qui e i seruitutem peteret:necessitatem patri eius Virginio iposuit:rapto ex
cultro:ut filiar t rimeret:cum aliter eam tueri non posset:ne in potestatem stuprum
atu oc t m magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata montem auentinum occupauit:coegitq;
decéuii od icare se magistratu:ex quibus Appius & unus collegarum:qui præcipue pœnam meruerát:
in carcerem co niecti:cæteri in exilium acti. Res prætera contra sabinos:& uolscos prospere gestas conti-
net:& parum honestum populi.ro.iudicium:qui iudex inter ardeates & aricinos sumptum agrum:de quo
ambigebatur:sibi adiudicauit.

EX LIBRO QVARTO.

Ex de connubio patrum & plebis cõtétione magna patribus repugnantibus plata est a tri.pl.
Aliquot annis res populi.ro.domi militiæq; per hoc genus magistratus administratæ sunt.ité
censores tunc primum creati sunt.ager ardeatinus romani populi iudicio ablatus:missis in eũ
colonis:restitutus est n fame populus romanus laboraret:Sp.Melius eques romanus frumentum po-
pulo sua impensa lar est:& ob id factum:conciliata sibi plebe:regnum affectans a Caio Seruilio Hala
magistro equitum i Quintii Cincinati dictatoris occisus est:Titus Minutius idex boue aurata dona-
tus est.Legatis ron s a fidenatibus occisis: quoniã ob rempublicam occubuerant:statuæ in rostris po-
sitæ sunt.Cornelius cossus tribunus militum:occiso Volumnio rege ueientium:opima spolia secũda re-
tulit.Mamercus Aemilius dictator censuræ honore:qui antea per quinquennium gerebatur : anni & sex
mensium spatio finito:ob eam rem a censoribus notatus est .Fidenæ in potestatem redactæ : eoq; coloni
missi sunt:quibus occisis:fidenates cum defecissent a populo romano:a Mamerco Aemilio dictatore ui-
cti sunt:& Fidenæ captæ Coniuratio seruorum oppressa est.Posthumius tribunus militum ppter crude-
litatem ab exercitu occisus est.Stipendium ex ærario tum primum militibus datum est.Res prætera ge-
stas aduersus uolscos:fidenates:& falisco continet.

EX LIBRO QVINTO

In obsidione Veiorum tabernacula militibus facta sunt:ea res cum esset noua:indignationem
tribunorum pl.mouit querentium non dari plebi:nec per hyemem militiæ requiem.equites
tum primum equis suis merere cœperunt.Cum inundatio in lacu albano facta esset:uates:qui
eam rem interpretaretur:ab hostibus captus est.Furius Camillus dictator decem annos obsessos Veios
cepit.simulacrum Romam transtulit:decimam partem prædæ Delphos apollini misit.Idé tribunus mi-
litum:cum Falisco obsideret:proditos hostium filios parentibus remisit:statimq; deditione facta falisco-
rum uictoriam iustitia consecutus est.Cum alter ex censoribus Iulius decessisset:in locum eius .M.Cor-
nelius suffectus est:nec id postea factum est:quoniam eo lustro a gallis Roma capta est, Furius Camillus:
cum ei dies a.L.Apuleo tri.pl.dicta esset:in exilium abiit.Cum senones galli Clusium obsiderent:& lega-
ti a senatu missi ad componendum inter eos & clusinos pacem pugnantes contra gallos in acie clusinos
stetissent:hoc facto eorum concitati senones urbem infesto exercitu petierunt:fusisq; ad alliam flumé ro-
manis cepere urbem præter capitolium:in quod se iuuenes contulerãt. Maiores natu cum isignibus ho-
norum:quos quisq; gesserat:in uestibulis ædium sedentes occiderunt:& cum per auersam partem capito-
lii iam in summum euasissent,proditi clangore anserum.M.Manalii præcipue opera deiecti sunt.Coactis
deinde propter famem romanis despõdere ut mille pondo auri darent:& hoc precio finé obsidionis eme-
rét:Furius Camillus dictator absens creatus iter pédédum aurum cum exercitu uenit:& gallos post sex-
tum mensem urbe expulit:ceciditq;.dictum est ad Veios migrandum esse propter incensam & dirutam
urbem:quod consilium Camillo auctore discussum est:mouit populum uocis quoq; omen ex centuriõe
auditæ:qui:cum in forum uenisset:manipulariis suis dixerat:sta miles:hic optime manebimus.ædes Ioui
capitolino facta:quo loco ante urbem captam uox audita erat aduentare gallos .

EX LIBRO SEXTO.

RES aduersus equos & uolscos & prænestinos prospere ges
sunt:stellatina:sabbatina:promentina:arniensis.M.Manliu
cum obstrictos ære alieno liberaret:nexos exolueret: crim
xo tarpeio deiectus est: i cuius notam senatusconsultum factum est:n
gnomen esset.G.Licinius &.L.Sestius tri.pl.legem promulgarunt:ut c
ex patribus creabantur.Eam legem cum magna contentione repugnar
per quinquēnium soli magrātus fuissent:pertulerunt.Et primus omni
atus est.Lata est altera lex ne cuiquam plus quingentis iugeribus agr

EX LIBRO SEPTIMO

DVo noui magistratus adiecti sunt:præterea & ædilitas curu
insignem fecit mors Furii Camilli:cuius remedium & fini
retur:ludi scænici tūc primum facti sunt.Cum dies Lucio M
io tribuno plebis propter delectum acerbe factum:& ob.T.Manlium
adolescens ipse:cuius relegatio patri obiiciebatur:uenit in cubiculum
in uerba sua iurare non perseueraturum se in accusatione:tunc omnia
raginem urbis Romæ Curtius armatus equo se præcipitauit eaq; expleta
trem a tribunitia uexatione liberauerat:contra gallum prouocantem aliq
singulare certamen descendit:eiq; occiso torquem aureum detraxit:quem i
quatus est nuncupatus duæ tribus additæ pomponiana & publicia.Licinius
natus é:quod plus quingentorum iugerum agri possideret.Marcus Valerius trib
quo prouocatus erat:insidéte galea coruo:& unguibus:rostroq; infestante:hosté
uini nomen accepit:consulq; proxio anno creatus est ob uirtutem:cum uigesimu
num.Amicitia cum carthaginensibus iuncta.Campani cum urgerétur a samnitib
sus eos a senatu petito:cum id non impetrarent:urbē atq; agros populo romano dedid
sam ea:quæ populi romani facta essent:defendi bello aduersus samnites placuit.Cū ab A
sule exercitus in iniquum locum deductus in magno discrimine esset:Publii Dec
ra seruatus est:qui occupato colle super id iugum:in quo samnites federāt:occa
orem locum euadendi dedit:ipse ab hostibus circunsessus erupit.Milites romano
erat relicti:cum de ea occupanda urbe conspirassent:& detecto consilio:metu supplicii a populo romano
defecissent:per Marcum Valerium Coruinum dictatorem:qui consilio suo eos a furore reuocauerat:pa
triæ restituti sunt.

EX LIBRO OCTAVO:

LAtini cum campanis defecerunt:& missis legatis ad senatum condicionem tulerunt: ut spacē
habere uellent:alterum ex latinis consulem facerent.Qua legatione perlata præ or eorū An
nius de capitolio ita prolapsus est:ut examinaretur.Titus Manlius consul filiū eius: quod co
tra edictum pugnauerat aduersum latinos:quanuis prospere pugnasset:securi percussit. Laborātibus ro
manis publius Decius tunc cum Manlio deuouit se pro exercitu:& concitato equo cum i medios hostes
se intulisset:interfectus morte sua romanis uictoriam restituit.latini in deditionem uenerunt. Tito Mā
lio in urbem reuerso nemo ex iuuentute obuiam processit. Minutia uirgo uestalis incesti damnata é. Au
sonibus uictis in oppidum Cales colonia deducta est.item Fregellæ colonia deductæ sunt. Veneficiū quæ
plurium matronarum comprehensum: quarum plurimæ statim epotis medicaminibus perierunt: lex
de ueneficio tunc primum constituta est.Priuernatibus:cum rebellassent:uictis ciuitas data est. Neapo
tani uicti bello:& obsidione in deditionem uenerunt. Quintio Publio: qui eos obsederat: primum im
perium prolatum & per consules ei decretus triumphus.Plebs nexu liberata est propter Lucii Papyrii cre
ditoris libidinem:qui Gaio publio creditori suo stuprum inferre uoluerat. Cum Lucius Papyrius dicta
tor reuersus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda: Quintus Fabius magister equitū oc
casione rei bene gerendæ fuitatus contra edictū eius præliatus est:qui prospere aduersus samnites pugna
uit:ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus uideretur: Fabius Romā
profugit:& cum causa parum proficeret:populi precibus donatus est. Res præterea contra samnites pa
spere gestas continet.

ET LIBRO NONO.

VEturius & Sp.posthumius apud caudinas furcas deducto in locum iniquum exercitu:cū nul
la spes euadendi esset:fœdere cum samnitibus facto:& sexcentis equitibus romanis obsidibus
datis:ita exercitum abduxerunt:ut omnes sub iugum mitterētur:idéq; actore Spurio posthu
mio consule: qui in senatu suāserat: ut eorum deditioni: quorum culpa tam deforme fœdus ictum
erat.publica fides liberaretur:cum duobus tri.pl.& omnibus:qui per fœdus spoponderant: dediti samni
tibus non sunt recepti:nec etiam multo postea fusis a Papyrio Cursore samnitibus & sub iugum missis re
ceptisq; sexcentis equitibus romanis:qui obsides dati erant:pudor prioris flagitii abolitus é. Tribus duæ

adiectæ ſunt oſentina & faleria. Sueſſa & pontia coloniæ deductæ ſunt. Appius Claudius cenſor aquã perduxit: uiam ſtrauit: quæ appia uocata eſt: libertinorum filios in ſenatum legit: ideoq; quoniam is ordo uidebatur inquinatus indignis: ſequentis anni cenſores in ſenatu legẽdo obſeruauerunt: quẽadmodum ante per proximos cenſores obſeruatum fuerat. Res præterea cõtra appulos: æthruſcos: umbros: marſos: pelignos: e[illegible]os: & ſar[illegible]nites: quibus fœdus erat reſtitutum: proſpere geſtas cõtinet. Flauius Scriba libertino patre na[illegible]ædilis curulis fuit per forenſem factionem creatus: quæ: cum comitia & campum turbaret: & in iis p[illegible]r nimias uires dominaretur: a Quinto Fabio cenſore in quattuor tribus redacta eſt: eaq; res F[illegible]nb nomen dedit. In hoc libro mentionem habet Alexandri: qui temporibus his fuit: & æſtiſtimatus: quæ tunc erant: colligitur: ſi Alexander in Italiam traieciſſet non tam facilem ei uiam ro. fore: quam de iis gentibus: quas ad orientem imperio ſuo ſubiecerat.

EX LIBRO X.

COloniæ deductæ ſunt Sora & Alba, carſeoli marſi ĩ deditionem accepti ſunt. collegium augurum ampliatum eſt: ut eſſent nouem: cum antea quaterni fuiſſent. Lex de prouocatiõe ad populum a Valerio conſule tunc primum lata eſt. Duæ tribus adiectæ ſunt anienſis & terentina. Samnitibus bellum indictum: & aduerſus eos proſpere pugnatum ẽ. Cum aduerſus æthruſcos: umbros: Samnites gallos Publio Decio & Quinto Fabio ducibus pugnaretur: romanuſq; exercitus ĩ maximo eẽt diſcrimine: Publius Decius ſecutus exemplum patris deuouit ſe pro exercitu: & morte ſua uictoriam eius pugnæ po[illegible]ro. dedit. Papyrius Curſor ſamnitium exercitum: qui iureiurando aſtrictus ſuo: quo maiore cõſtantia uirtutis in aciem deſcenderet: fudit. Cenſus actus eſt: luſtrũ conditum: cenſa ſunt ciuiũ capita ducenta ſeptuaginta duo millia & trecenta uiginti.

EX LIBRO XI.

CVm Fabius Gurges con[illegible]. male aduerſum ſamnites pugnaſſet: & ſenatus de remouendo eo ab exercitu ageret. Fabius maximus pater deprecatus hanc filii ignominiam: eo maxime ſenatum mouit: quod iturum ſe filio legatum pollicitus eſt: idq; præſtitit: atque eius conſiliis & opera filius conſul adiutus cæſis ſamnitibus triumphauit: Gaium Pontium imperatorem ſamnitium ductum in triumpho ſecuri percuſſit. Cum ciuitas peſtilentia laboraret: miſſis legatis: ut Aeſculapii ſignum Romã ab Epidauro tranſferrẽt: anguem: qui ſe in nauem eorum contulerat: in quo ipſũ numẽ eſſe conſtabat: deportauere. eoq; in inſulam tyberis egreſſo: eodem loco ſedes Aeſculapii conſtituta ẽ. Lucius Poſthumius conſularis: quoniam cum exercitui præeſſet: opa militũ ĩ agro ſuo uſus eẽt: dãnatus eſt. ſamnitibus pacem petentibus fœdus quarto renouatum eſt. Curius Dentatus conſul ſamnitibus cæſis & ſabinis: qui rebellauerant: uictis: & in deditionem acceptis: bis ĩ eodẽ magiſtratu triũphauit. Coloniæ deductæ ſunt Caſtrum Sena Adria. Triumuiri capitales tũc primum creati ſunt. cenſus actus eſt: luſtrum cõditum: cenſa ſunt ciuium capita. cclxxii. m. Plebs propter æs alienum & graues & longas ſeditiões ad ultimum ſeceſſit in ianiculum: unde a Qu. Hortenſio dictatore deducta eſt: iſq; in ipſo magiſtratu deceſſit. Res præterea contra uolſcinienſes geſtas continet: item aduerſus lucanos contra quos auxilium tyrrhenis ferre placuerat.

EX LIBRO XII.

CVm legati romanorum a gallis ſenonibus interfecti eſſent: bello ob id gallis indicto. L. Cecilius prætor cum legionibus ab iis cæſus eſt. Cum a tarentinis claſſis romana direpta eſſet: duce: qui præerat claſſi: occiſo: legati ad eos a ſenatu: ut de iis iniuriis quererentur: miſſi: pulſati ſunt. ob id bellum iis indictum eſt. Samnites defecerunt aduerſus eos: & lucanos: & brutios: & æthruſcos aliquot præliis a compluribus ducibus bene pugnatum eſt. Pyrrhus epirotarum rex: ut auxiliũ ferret tarentinis: in Italiam uenit. Cum in præſidium rheginorum legio cãpana cũ præfecto Decio Iubellio miſſa eſſet: occiſis rheginis: Rhegium occupauit.

EX LIBRO XIII.

VAlerius Leuinus conſul pax proſpere aduerſus Pyrrhum pugnauit: elephantoq; maxime inuſitata facie territis militibus. poſt id prælium cum corpora romanorum: qui in acie ceciderant: Pyrrhus inſpiceret: omnia uerſa in hoſtem inuenit: populabunduſq; ad urbem Romam proceſſit. G. Fabricius miſſus ad eum ut de redimendis captiuis ageret: fruſtra: ut patriam deſereret: a rege rẽptatus ẽ. captiui ſine pretio remiſſi ſunt. Cyneas legatus a Pyrrho ad ſenatũ miſſus petiit: ut cõponẽdæ pacis cã rex ĩ urbe recipeẽt: de qua re cũ ad frequentioré ſenatũ referri placuiſſet: Ap. Claudius: q[illegible]ppter ĩualitudinẽ oculorũ iã diu a cõſiliis pub. abſtĩuerat: uenit ĩ curiã: & ſentẽtia ſua tenuit: ut id Pyrrho negareẽ. P. Domitius cẽſor primus ex plebe luſtrũ cõdidit: cẽſa ſunt ciuiũ capita. cclxxviii millia ccxxii. Itemq; aduerſus Pyrrhũ dubio euentu pugnatũ eſt. Cũ carthaginẽſibus quarto fœdus renouatum ẽ. Cum. G. Fabricio cõſuli is: qui ad eum a Pyrrho tranſfugerat: polliceretẽ ſe regi uenenũ datuꝝ: cum ĩdicio ad regẽ remiſſus ẽ. Res præterea contra æthruſcos: lucanos: & brutios: & ſamnites proſpere geſtas continet.

EX LIBRO XIIII.

PYrrhus ĩ Siciliã traiecit. Cũ inter alia prodigia fulmine deiectum eſſet ĩ capitolio Iouis ſignũ: caput eius per aruſpices inuentũ eſt. Curius Dentatus: cũ delectũ haberet: eius: qui citatus non

resſponderat:bona uendidit:Pyrrhum iterũ ex Sicilia in Italiam reuerſum uicit:& Italia expulit. [illegible]ciu cenſor Publiũ Cornelium Ruffinum conſularem ſenatu mouit:quod decem argenti põdo fac[illegible] Luſtro a cenſoribus condito:cenſa ſunt capita ciuium.cclxxi.millia.ccxxiiii. Cũ Ptolemæo Aeg[illegible] ſocietas iuncta eſt.Sextilia uirgo ueſtalis damnata inceſti uiua defoſſa eſt. Colõiæ deductæ ſunt Pol[illegible]do nia & Conſa.Carthaginenſiũ claſſis auxilio mamertinis uenit:quo facto ab iis fœdus uiolatũ é. K[illegible] terea contra lucanos:ſamnites:& brutios fœliciter geſtas:& Pyrrhi mortem continet.

EX LIBRO XV.

Victis tarentinis pax & libertas data eſt.Legio campana:quæ Rhegiũ occ[illegible] tione facta ſecuri percuſſa eſt. Cũ legatos apolloniatiũ ad ſenatum miſſi ſaſſent:dediti ſunt apolloniatibus.Picentibus uictis pax data.Coloniæ a ceno:Beneuentum in ſamnio.Tunc primũ po.ro.argẽto uti cœpit: Vmbri & ſalern[illegible] accepti ſunt.Quæſtorum numerus ampliatus eſt.

EX LIBRO XVI.

Origo carthaginenſiũ & primordia urbis referunt:contra quos & Hieron[illegible] norũ auxiliũ mamertinis ferendũ cenſuit ſenatus:cum de ea re inter ſuadẽtes [illegible] ſuadenteſq; contentio fuiſſet:tranſgreſſis tũ primũ mare equitibus romanis a[illegible] hiero nẽ ſæpius bene pugnatũ.petẽti pax data eſt. Luſtrũ a cenſoribus cõditũ:cẽſa ſunt ciuiũ cap[illegible] dxxii m. ccxxiiii.D.Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris ædidit primus. [illegible] nia deducta eſt.Res præterea contra pœnos & uolſcos proſpere geſtas continet.

EX LIBRO XVII.

On.Cornelius cõſ.a claſſe punica circũuẽtus:& p fraudẽ ueluti in colloquiũ euocatus capt[illegible] Gn. Duilius conſul aduerſus claſſem pœnoꝝ pſpere pugnauit:primuſq; omniũ roman[illegible] cum naualis victoriæ duxit triumphũ:ob quã cauſam ei perpetuus honos habitus é: ut reue tẽti a cœna tibicines canerẽt:& funale præferet.L.C.Cõſul ĩ Sardinia cõtra ſardos:& corſos:& Hannon pœnoꝝ ducem feliciter pugnauit.Attilius Calatinus conſul:cũ in locũ iniquũ a pœnis circunſeſſum te mere duxiſſet exercitũ:M.Calphurnii tri.militũ uirtute & opera euaſit:qui cũ trecentis militibus erupti one facta hoſtes in ſe cõuertit.Hannibal dux pœnoꝝ victa claſſe:cui præfuerat: a militibus ſuis in cru ſublatus eſt.Attilius Regulus conſul uictis nauali prælio pœnis in Africam traiecit.

EX LIBRO XVIII.

Attilius Regulus in Africa ſerpentẽ portentuoſæ magnitudinis cũ maxima militũ clade c[illegible] dit:& cũ aliquot prælĩs aduerſum carthaginenſes pugnaſſet: ſucceſſorq; a ſenatu pſpere lũ geréti nõ mitteret:idipſum p litteras ad ſenatũ miſſas cõqueſtus é:in quibus inter cauſas tẽdi ſucceſſoris:quod agellus eius a mercænnarus diuaſtaret. Quæréte deĩde fortuna:ut magnũ utriu caſus exẽplũ ĩ Regulo,pderet:accerſito a carthaginẽſibus Xãthippo lacedæmonioꝝ duce victus prælĩ & captus é.Res deĩde a ducibus romanis oĩbus terra mariq; pſpere geſtas deformauere naufragia claſſi. Titus Coruncanus primus ex plebe põtifex maximus creatus é.M.Sẽpronius Scopus Valerius Maxĩus [illegible] ſores:cũ ſenatũ legerẽt.xiii.ſenatu mouerũt:luſtrũ cõdiderũt:quo cẽſa ſunt ciuiũ capita cccxvii.m.ccxvii. Regulus miſſus a carthaginenſibus ad ſenatũ ut de pace:& ſi eã minime ĩpetraret:de captiuis cõmutãdis ageret:iureiurãdo aſtrictus é reditugꝝ ſe Carthaginẽ:ſi cõmutari captiuos nõ placuiſſet:utrũq; negãdi au ctor ſenatui fuit:& cũ fide cuſtodita reuerſus eſſet:ſupplicio a carthaginẽſibus de eo ſumpto periit.

EX LIBRO XVIIII.

Cecilius Metellus rebus aduerſus pœnos pſpere geſtis ſpecioſiſſimũ egit triũphũ. xiii.ducibus hoſtiũ & centũ uiginti elephantis ĩ eo ductis.Claudius Pulcher con.qui cõtra auſpicia pfectus iuſſit immergi pullos:qui cibari nolebãt:infeliciter aduerſus carthaginẽſes claſſe pugnauit: & reuocatus a ſenatu iuſſuſq; dictatorẽ dicere.G.Glauciã dixit ſortis ultimæ hoĩem:qui coactus abdicare ſe magiſtratu poſtea ludos prætextatus ſpectauit.Attilius Calatĩus primus dictator extra Italiã exercitũ du xit.Cũ pœnis captiuoꝝ cõmutatio facta é. Colõiæ deductæ ſunt Fregellæ ĩ agro ſalẽtino Brũduſiũ. Lu ſtrũ a cẽſoribus cõditũ é,cẽſa ſunt ciuiũ capita.ccli.millia.ccxxii. Claudia ſoror Publii Claudii: qui cõtẽ ptis auſpiciis male pugnauerat:a ludis diuertẽs:cũ turba premeret:dixit:utinã frater meus uiueret:iterũ claſſem duceret:ob eã cãm mulctata é.Duo prætores tũ primũ creati ſunt.Cecilius Metellus põtifex m[illegible] ximus.A.Poſthumiũ cõſulẽ:quoniã idẽ & flamẽ martialis erat:cũ ille ad bellũ gerẽdũ ,pficiſci uellet: ĩ [illegible] be tenuit:nec ,paſſus é a ſacris recedere.Rebus aduerſus pœnos pluribus ducibus geſtis ſummã victor[illegible] G.Luctatius cõſ.uicta ad Aegades ĩſulas claſſe pœnoꝝ finẽ bello ĩpoſuit:petẽtibus carthaginenſibus p[illegible] data é.Cũ tẽplũ Veſtæ arderet:Cecilius Metellus põtifex maxĩus ex ĩcẽdio ſacra rapuit. Duæ tribus ad[illegible] ctæ ſunt uelina & eſqlina.Faliſci:cũ rebellaſſent.ſexto die domiti in deditionẽ uenerunt.

EX LIBRO. XX.

Apoletũ colonia deducta é.Aduerſum ligures tũc primũ exercitus ,pmotus é.Sardi & corſi rebellaſſent:ſubacti ſunt.Tutia uirgo ueſtalis ĩceſti dãnata é.Bellũ illyricis ,pter unũ ex [illegible] tis:q ad eos miſſi erãt:occiſum ĩdictũ é.ſubactiq; ĩ deditionẽ uenerũt.Prætoꝝ numerus [illegible]

tus é: ut essent quattuor. Galli trãsalpini: q̃ í Italiã eruperãt: cæsi sunt: eo bello populus romanus socioꝝ latinicꝫ nominis trecenta millia armatorũ habuisse dicit. Exercitibus romanis tũ primũ trans padũ ductis galli insubres aliquot præliis in deditionem uenerunt. M. Claudius Marcellus consul: occiso ísubrium gallorum duce Viridomato: opima spolia rettulit. Histri subacti sunt. Iterum illyrici: cum rebellassent: domiti in deditionem uenerunt. Lustrum a censoribus cõditum est: ex quo censa sunt ciuium capita. cclxx. millia Libertini í quattuor tribus redacti sunt: cũ átea dispersi fuissent æsquilinã: palatinã: suburranã: collinã: niuit: & circũflaminiũ extruxit. Colloniæ deductæ sunt í agro a gallis capto Placentia & Cremona

EX LIBRO XXI.

IN Italiam ín punici secundi acta narrantur: & Hannibalis pœnoꝝ ducis contra fœdus per iberum amnem transitus: aquo Saguntus socioꝝ po.ro ciuitas octauo mense capta est. de quibus iniuriis missi legati ad carthaginénses: qui quererẽt: & cũ satisfacere nollent: bellum iis indictum est. Hannibal: superato pyreneo saltu: per gallias fusis: qui obsistere ei conati erant: ad alpes uenit: & laborioso per eas transitu cum mõtanos quoque gallos obuios aliquot præliis repulisset: descédit í Italiam: & ad ticinum amnem romanos equestri prælio fudit: in quo uulneratum Publium Cornelium Scipionem protexit filius: qui Africani postea nomen accepit. iterumque exercitu romano ad flumen trebiam fuso: Hannibal appænninum per maximam militum uexationem propter uim tempestatum transiit. Gn. Cornelius Scipio in Hispaniã contra pœnos prospere pugnauit duce hostium Magone capto.

EX LIBRO XXII.

HAnnibal per continuas uigilias í paludibus oculo amisso uenit í æthruriam: per quas paludes quatriduo: & tribus noctibus: sine ulla requie iter fecit. Gaius Flaminius consul homo temerarius contra auspicia profectus: signis militaribus effossis: quæ tolli non poterant: & ab equo: quem conscenderat: per caput deuolutus: insidiis ab Hannibale circunuentus ad transimenum lacum cũ exercitu cæsus est. sex millia: quæ eruperant: fide ab Maharbale data perfidia Hannibalis uincta sunt. Cum ad nunciũ cladis Romæ luctus esset: duæ matres inspérato receptis filiis gaudio mortuæ sunt. Ob hãc cladem ex sibyllinis libris uer sacrum uotum. Cum deinde Quintus Fabius Maximus dictator aduersus Hannibalem missus nollet acie cum eo confligere: ne contra ferocem tot uictoriis hostem aduersis præliis militem pugnæ committeret: & opponendo se tantummodo conatus Hannibalis impediret: Marcus Minutius magister equitum ferox & temerarius criminando dictatorem tanquam timidum & segnem: effecit: ut populi iussu ei imperium cum dictatore æquaretur. diuisoque exercitu: cum í iniquum locum conflixisset: & í maximo discrimíe legiones eius essent: superueniéte cum exercitu Fabio Maximo ex discrimine liberatus est. quo beneficio uictus castra cum eo iunxit: & patrem eum salutauit: idemque milites facere commilitonibus iussit. Hannibal uastata Campania inter Casilinum oppidum & calliculã mõtem a Fabio clausus: sarmentis ad cornua boum alligatis: & in censis præsidium romanorum: quod calliculam insidebat: fugauit: & sic transgressus est saltum: idemque Fabii Maximi dictatoris: cum circumposita ureret: agro pepercit: ut illum ranquam proditorem suspectum faceret. Aemilio deinde Paulo & Terétio Varrone consulibus & ducibus cum maxima clade aduersus Hannibalem ad Cannas pugnatum est. cæsaque eo prælio romanorum quadraginta quinque millia cum Paulo consule & senatoribus nonaginta: consularibus atq; prætoriis aut ædiliciis triginta. post quã cladem cum a nobilibus adolescétibus propter desperationem consilium de relíquenda Italia iniretur: Publius Cornelius Scipio tribunus militum: qui postea Africanus nũcupatus est: stricto sup capita deliberãtium ferro: iurauit pro hoste se habituꝝ eũ qui in uerba sua non iurasset: effecitq; ut omnes mínie relictum iri a se Italiam iureiurando astringerent. Propter paucitatem uero militum: seruoꝝ octo millia armata sunt: captiui: cum potestas esset redimédi: redépti nõ sunt. Præterea trepidationé urbis & luctũ: & res í Hispãia meliore euétu gestas cõtíet. Oppia & Florétia uestales uirgines ícæsti dánatæ sunt. Varrõi obuiã itũ é: & gratiæ actæ: qd de re p. nõ desperasset

EX LIBRO. XXIII.

CAmpani ad Hannibalem defecere. Nuncius cannensis uictoriæ Mago Carthaginem missus annulos aureos a digitis occisorum romanorum detractos í uestibulo curiæ fudit: quos excessísse modii mensuram traditur. post qué quidem nuncium Hanno ex pœnis uir nobilissimus suadebat senatui carthaginensium: ut pacé a po.ro. peterent: nec tenuit obstrepente barchina factione. Claudius Marcellus prætor ad Nolam eruptione aduersus Hannibalem ex oppido facta prospere pugnauit. Casilinũ a pœnis obsessum ita fame uexatum est: ut lora: & pelles scutis detractas: item mures essent: & nucibus per uulturnũ amné a romanis missis: uixerunt. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Posthumius prætor a gallis cũ exercitu cæsus est. Gn. & P. Scipiões í Hispania Hasdrubalé uicerũt: & Hispaniã suã fecerũt. Reliquiæ cánensis exercitus in Siciliã relegatæ sunt: ne recederét íde: nisi finito bello. Sépronius Gracchus cõsul cápanos cecidit. Claudius Marcellus prætor Hannibalis exercitũ ad Nolã prælio fudit & uicit: primusq; oíum tot cladibus fessis romanis meliorem spem belli dedit. Inter Philippũ macedonũ regé & Hánibalé societas iũcta é. Præterea í Hispania feliciter a Publio & Mãlio prætoribus aduersus pœnos res gestas cõtíet: a qbus Hasdrubal dux & Mago & Háno capti. Exercitus Hánibalis per hyberna Capuæ ita luxuriatus est: ut corpoꝝ uiribus atq; animoꝝ eneruaretur.

EX LIBRO XXIIII.

Ieronymus syracusanorũ rex:cuius pater Hiero amicus populi ro.fuerat:ad carthaginẽses defecit:& propter crudelitatem superbiãq; a suis iterfectus est.Titus Sempronius Gracchus proconsul prospere aduersus pœnos:& Hannibalem ducem ad Beneuentum pugnauit seruorum maxime opera:quos liberos esse iussit.Claudius Mar.consul in Sicilia:quæ ppe tota ad pœnos defecerat: Syracusas obsedit. Philippo macedonum regi bellum indictũ est : qui ad Apolloniam nocturno prælio oppressus fugatusq; in Macedoniam:cum prope inermi exercitu profugit:ad id bellum gerendũ Valerius prætor missus est.Celtiberi quoq; in amicitiã recepti sunt:quoꝝ auxiliis accit⁹ tunc primum mercennarium militem romana castra habuerunt.Res præterea in Hispania a P.&. Gn.Scipionibus aduersus cartaginenses gestas continet.Syphax rex numidaꝝ in amicitiã ascitus contra Masinissam regem massiliorꝝ pro carthaginensibus pugnans uictus:in Hispaniam ad Scipionem cum maxima manu trãsiit contra Gades: ubi angusto freto Africa & Hispania dirimuntur.

EX LIBRO XXV.

Cornelius Scipio postea Africanus ante legitimos annos ædilis factus est.Hannibal urbem Tarentum præter arcẽ per tarentinos iuuenes:qui se noctu uenatum ire simulauerãt:cepit. Ludi apollinares ex martiis carminibus:quibus canẽsis clades prædicta fuerat:ĩstituti sunt.a Quĩto Fuluio & a Publio Claudio consulibus aduersus Hannonem pœnoꝝ ducem prospere pugnatum est. Titus Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Iucano in insidias ductus a Magone interemptus est. Centenius penula:qui centurio militauerat :cum petisset a senatu:ut sibi exercitus daretur:pollicitusque esset:si hoc impetrasset:de Hãnibale uictoriam:octo millibus acceptis militum dux factus cõflixit acie cũ Hannibale:qui cum exercitu eum cecidit.Capua obsessa est a Quĩnto Fuluio & a Publio Claudio consulibus.G.Fuluius prætor male aduersus Hannibalem pugnauit: ĩ quo prælio hominum uigĩti millia ceciderunt:ipse cum equitibus ducentis effugit.Claudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio : & ĩgentem se uirum gessit:in eo tumultu urbis captæ Archimedes intentus formis:quas in puluere descripserat :interfectus est .P.& Gn.Scipiones in Hispania tot tantarumque reꝝ feliciter gestarũ tristem exitũ tulerunt:prope cum totis exercitibus cæsi anno octauo quam in Hispaniam iuerant::amissaque eius prouinciæ possessio foret:nisi.L.Martii equitis romani uirtute & industria :contractis exercituum reliquiis: eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent:ad uiginti septem millia cæsa ex mille octingentis præda ingens capta:dux Martius appellatus est.

EX LIBRO XXVI

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super anienem castra posuit : ipse uero cum duobus millibus equitum usque ad portam capenam:ut urbis situm exploraret:obequitauit:& cũ per triduum in aciẽ utrinq; exercitus omnis descendisset:certamen tempestas diremit: nam cũ in castra rediissent:statim serenitas erat.Capua capta est a Qu.Fuluio & Ap.Claudio consulibus: prĩcipes campani ueneno sibi consciuerunt mortem. Cum senatus campanoꝝ deligatus esset ad palos : ut securi feriretur: litteras a senatu missas:Qu.Fuluius consul : quibus iubebatur parcere:antequam legeret:in sinu posuit:& lege agi iussit:& supplicium peregit.Cum in comitiis apud populum quæreretur:cui mandaretur Hispaniarum imperium:nullo id uolente suscipere.P.Scipio.P.filius:qui in Hispania ceciderat:professus est se iturum:& suffragio populi consensuque omium missus: nouam Carthaginem uno die expugnauit:cum ageret uigesimum quartum annum:uidereturque diuina stirpe creatus:quoniam & ipse:posteaquam togam acceperat:quottidie in capitolio erat:& in cubiculo matris eius anguis sæpenumero uisus est:Res præterea in Sicilia gestas continet:& amicitiam cum ætolis iunctam : bellumque gestum aduersum acarnanes:& Philippum macedonum regem

EX LIBRO XXVII.

GN.Fuluius proconsul cum exercitu ab Hannibale cæsus est:meliore euentu a Claudio Marcello consule aduersus eundem ad Numistronem pugnatum est:inde Hannibal noctu recessit: Marcellus insecutus est:& subinde cedentem pressit:donec effugeret.priore pugna Hannibal superior fuit:Marcellus insequenti.Fabius Maximus pater con.tarentinos per deditionem accepit. Claudius Marcellus.T. Quĩtius Crispinus consules speculandi causa egressi a castris insidiis ab Hannibale circunuenti sunr:Marcellus occisus fuit:Crispinus fugit.Lustrum a censoribus conditum est : censa sunt ciuium capita centum uiginti septem millia & centum octo.ex quo numero apparuit quantum hominum tot prælĩorum aduersa fortuna populo romano abtulisset. In Hispania ad Betuliam Scipio cum Hasdrubale & Hamilchare conflixit & uicit:inter alia captum pueꝝ regalem eximiæ formæ ac auunculum Masiniſſam cum donis misit.Hasdrubal:qui cum exercitu nouo transcenderat alpes:ut se Hannibali coniungeret:cum millibus hominum.lvi.cæsus est.M.Liuii consulis ductu :non minore opera Claudii Neronis consulis:qui cum Hannibali oppositus esset:relictis castris:ita ut inimicũ falleret: electa manu ,profectus Hasdrubalem circunuenit.Res præterea a Publio Scipione in Hispania & a .P.Sulpitio prætore aduersus Philippum:& achæos gestas continet.

EX LIBRO XXVIII.

RES in Hiſpania proſpere geſtæ a Syllano Scipionis legato: & a Lucio Scipione fratre aduerſus pœnos:a Sulpitio proconſule:& ab Attalo rege Aſiæ aduerſus Philippum regem macedonum pro ætolis referunt.Cum.M.Liuio & Claudio Neroni cõſulibus triumphus decretus eſſet.Liuius:qui in prouincia ſua rem geſſerat:quadrigis inuectus é: Nero:qui in collegæ prouinciã: ut uictoriã eius adiuuaret:uenerat:equo eſt ſecutus:& in hoc habitu plus gloriæ reuerentiæq; habuit; nam & plus in bello quam collega fecerat.Ignis in æde Veſtæ negligentia uirginis; quæ non cuſtodierat ; extinctus eſt. uirgo cæſa eſt flagro.P.Scipio in Hiſpania cum pœnis bellauit.xiiii.anno eius belli:anno quinto poſteaq; ierat:excluſiſq; in totum poſſeſſione eius hoſtibus:Hiſpaniam recepit:& Tarracone in Africam ad Sypha cem regem numidarum duobus nauigiis tranſuectus fœdus iunxit : Haſdrubal Giſgonis:ibi cum eo in eodem lecto cœnauit:munus gladiatorium ĩ honorem patris patruiq; Carthagini nouæ dedit:nõ ex gla diatoribus ſed ex iis:qui aut in honorem ducis:aut ex prouocatione in certamen deſcendebant : in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt.Cum Gytthia urbs ab romanis oppugnaret:oppidani liberos & coniuges rogo extructo occiderunt:ſe inſuper præcipitauerunt .Ipſe Scipio dum graui morbo implicitus eſſet ;ſeditionem in parte exercitus motam confirmatus diſcuſſit:rebellanteſque Hiſpaniæ populos coegit in deditionem uenire.Et amicitia facta eſt cum Maſiniſſa rege numidarũ:qui illi quidem auxiliũ : ſi in Africam traieciſſet: pollicebatur.Cum gaditanis quoq; poſt diſceſſum Magonis : cui ex Carthagine ſcriptum erat:ut in Italiam traiiceret : Romam reuerſus: conſulq; creatus Africam prouinciam petenti: contradicente.Qu.Fabio Maximo:Sicilia data eſt:permiſſumq; ut in Africam traiiceret:ſi ex rep . eſſe cẽſeret.Mago Hamilcaris filius a minore Bellari inſula:ubi hyemarat:in Italiam traiecit.

EX LIBRO .XXVIIII.

EX Sicilia Gaius Lælius in africam a Scipione miſſus ingentem prædam reportauit:& mandata Maſiniſſæ Scipioni expoſuit conquerentis:quod non exercitum in africam traieciſſet . Bellum ĩ Hiſpania finitũ uictore romão: qđ Indibilis excitauerat:ipſe ĩ acie occiſus.Mandonius expoſcẽtibus romanis a ſuis deditus Magoni:qui ĩ Galliam & liguriã ierat ex Africa: & militũ ampla manus miſſa & pecuniæ:quibus auxilia conduceret:præceptumq;:ut ſe Hannibali iungeret.Scipio a Syracuſis ĩ Brutios traiecit:& locros: pulſo punico præſidio :fugatoq; Hannibale recepit.Pax cum Philippo facta é.Idæa mater deportata eſt Romam a Peſſimũte oppido Phrigiæ carmine in libris ſibyllinis inuento; pelli Italia alienigenã hoſtem poſſe;ſi mater idæa deportata Romam eſſet; tradita autem eſt romanis per Attalum regem Aſiæ.Lapis erat: quem matrem deum incolæ dicebãt:excepit P.Scipio Naſica . Gn.filius eius:qui ĩ Hiſpania parierat:uir optimus a ſenatu iudicatus adoleſcens nondum quæſtorius: quoniã ita reſponſum habebatur:ut numen id ab optimo uiro reciperetur:conſecrareturque.Locrenſes legatos Romam miſerunt; qui de impudentia Publii Pleminii legati quererẽtur:quod pecuniam Proſerpinæ abſtulerat:& liberos eoꝝ:& coniuges ſtuprauerat.Pleminius in cathænis Romam perductus in carcere mortuus eſt.Cum falſus rumor de.P.Scipione proconſule:qui in:Sicilia erat:in urbem perlatus eſſet:tanquã luxuriaret:miſſis ob hoc legatis a ſenatu:qui explorarent:an ea uera eſſent:purgatus infamia Scipio in Africam traiecit ſenatus permiſſu.Syphas accepta filia ĩ matrimonium Haſdrubalis Giſgonis amicitiæ:quam cum Scipione ipſe iunxerat:renunciauit.Maſiniſſa rex maſſiliorum:dum pro carthagine in Hiſpania militat : amiſſo patre Galla de regno exciderat:quo per bellum ſæpe repetito:aliquot prælíis a Syphace rege numidarum uictus:in totum priuatus eſt:& cum ducentis equitibus exul Scipioni ſe iũxit:& cum eo primo ſtatim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit . Scipio aduentu Haſdrubalis & Syphacis: qui prope cum centum milibus armatorum uenerant:ab obſidione Vticæ depulſus hyberna communiuit.Sempronius conſul in agro crotonienſi proſpere aduerſus Hannibalem pugnauit.Inter cenſores Marcũ Liuium & Claudium Neronem notabilis diſcordia fuit:nam & Claudius Liuio collegæ equum ademit:quod a po.ro.damnatus:actuſq; in exilium fuerat:& Liuius Claudio quod falſum in ſe teſtimonium dixiſſet:& quod minime bona fide ſecũ in gratiã rediſſet:idem omnes tribus extra unam ærarias reliquit: & quod innocentem ſe dánaſſent:& poſtea conſulem cenſoremque feciſſent.Luſtrum a cenſoribus conditum eſt:cenſa ſunt ciuium capita.ccxiiii.millia.

EX LIBRO XXX.

IN Africa Scipio carthaginenſes & eundẽ Syphacẽ numidarũ regẽ Haſdrubalẽq; pluribus præliis uicit adiuuante Maſiniſſa:binaq; hoſtium caſtra expugnauit: in quibus xl. millia hominũ ferro igniq; cõſumpta ſunt.Syphace per.Gn. Lælium cepit. maſiniſſa Sophoniſbã uxorem Syphacis filiam Haſdrubalis captam ſtatim adamauit:& nuptiis factis uxorem habuit:caſtigatuſque a Scipione uenenum ei trãſmiſit:quo quidem hauſto illa deceſſit:effectumq; eſt multis Scipionis uictoriis:ut carthaginenſes in deſperationem acti in auxilium publicæ ſalutis Hannibalem ex Italia reuocarent:iſq; anno decimo ſexto Italia diſcedens in Africam traiecit:tentauitq; per colloquium pacem cum Scipione cõponere:& cum de conditionibus pacis non conueniſſet: acie uictus eſt.pax carthaginenſibus data eſt petentibus.Hannibal Giſgonem pacem diſſuadentẽ manu ſua detraxit:excuſata deinde temeritate facti ipſe pacẽ ſuaſit.Reuerſus ĩ urbẽ Scipio ápliſſimũ nobiliſſimumq; egit triũphũ:qué.Qu.Terétius Culeo ſenator pileatus ſecutus eſt.Scipio Africanus:in certum militari prius fauore an populari aura ita cognominatus

sit:primus certe hic imperator uictæ a se noīe gētis nobilitatus est.Mago bello:quo ī agro insubrium cū romanis conflixerat:uulneratus:dum in Africā per legatos reuocatus reuerteret:ex uulnere mortuus est.

EX LIBRO.XXXI.

BElli aduersus Philippum Macedoniæ regem: quod intermissum erat: repetiti causæ feruntur hæ:tempore initioꝝ duo iuuenes acarnanes: qui nō initiati erant: Athenas uenerunt: & in sacrarium Cereris cū aliis pluribus suis intrauerunt. Ob hoc tāquā nefas summum cōmisissent: ab athenienſibus cæsi sunt.Acarnanes mortibus suoꝝ cōmoti ad uidicandū illos auxilium a Philippo petierunt.Post pacem carthaginenſibus datam quīgentesimo anno ab urbe condita paucis mensibus porta Iani clausa.cœptum est autem anno quingentesimo quinto. Cum atheniēsium:qui obsidebātur a Philippo:legati auxilium a senatu petissent:& senatus id censuisset ferēdum:plebe:quod tot belloꝝ cōtinuus labor grauis erat:dissentiente:tenuit auctoritas patꝝ:ut sociæ ciuitati ferre quoq; opem populus iuberet. Bellum id.P.Sulpitio con.mandatum est.qui exercitu in Macedoniam ducto equestribus prælis cū Philippo prospere pugnauit. Abydeni a Philippo obsessi ad exemplum saguntinoꝝ suos seq; occiderunt. L. Furius prætor gallos in subres rebellantes:& Hamilcharem pœnum bellum in ea parte molientē acie uicit.Hamilchar eo in bello occisus est:& millia hominum.xxxvi.Præterea expeditiōes Philippi regis & sulpitii cōsulis:expugnationesq; urbium ab utroq; factas continet.Sulpitius consul adiuuantibus rege Attalo & rhodiis bellum gerebat.triumphauit de gallis.L.furius prætor.

EX LIBRO XXXII.

COmplura prodigia ex diuersis regionibus nunciata referuntur:inter quæ in Macedonia ī puppi longæ nauis lauream esse natā.T.Quintius Flaminius cōsul aduersus Philippū feliciter pugnauit in faucibus Epiri:fugatūq; coegit in regnum reuerti.Ipse Thessaliā:quæ est uicina Macedoniæ sociis:ætolis: & acarnanibus:uexauit.L.Quintius Flaminius cōsulis frater nauali prælio Attalo rege:& rhodiis adiuuantibus:Euboeam:& maritimam oram cepit.Achæi in amicitiam recepti sunt.Prætorum numerus ampliatus est:ut seni crearentur.Coniuratio seruoꝝ facta de soluendis carthaginenſibus obsidibus oppressa est:duo millia necati sunt.Cornelius Consul gallos insubres prælio fudit. Cū.lacedæmoniis & tyrāno eoꝝ Nabide amicitia iūcta est.Præterea expugnatiōes urbiū ī Macedonia referuntur.

EX LIBRO XXXIII.

COitus Quītius Flaminius ꝓcōsul cū Philippo ad Cynocephalas ī Tessalia acie uicto debellauit. L.Quintius Flaminius frater proconsulis acarnanes Leucade urbe:quæ caput est Acarnaniæ: expugnata:in deditionē accepit.Pax petenti Philippo Græciæ libertas data est. Attalus a Thebis ob subitā inualitudinem translatus decessit.G.Sempronius Tuditanus prætor a celtiberis cū exercitu cæsus est.L.Furius & Claudius Mar.con.boios & insubres gallos subegerūt.Marcellus triumphauit.Hānibal frustra ī Africa bellum molitus:& ob hoc romanis per epistolas aduersæ factionis principum delatus:propter metum romanoꝝ:qui legatos ad carthaginenſium senatum de eo miserant:profugus ad Antiochum regem Syriæ se contulit bellum contra romanos parantem

EX LIBRO XXXIIII.

TEx oppia:quam.Gn. Oppius tribunus plebis bello punico destringendis cultibus matronaꝝ tulerat:cum maxima contentione abrogata est:cum Portius Cato auctor fuisset:ne ea lex aboleretur.Is in Hispaniam profectus bello:quod Emporius orsus est:citeriorem Hispaniam pacauit.T.Quintius Flaminius bellum aduersus lacedæmonios:& tyrannum eorum Nabidem prospere gestum:data iis pace: qualem ipse uoluit:liberatisque Argis:qui sub dicione tyranni erant:finiuit. Res præterea in Hispania atq; aduersus boios: & insubres gallos feliciter gestæ referuntur. Senatus tunc primū secretus a populo ludos spectauit:ut id fieret.Sex. Elius Pætus &.L. Cornelius Cethegus censores interuenerunt cum indignatiōe plebis.Coloniæ plæræq; deductæ sunt.Marcus Portius Cato de Hispania triumphauit.Titus Quintius Falminius:qui Philippum macedonum regem: & Nabidē lacedæmoniorum tyrannum uicerat: Græciāq; omnem liberauerat:ob hanc rerum factaꝝ multitudinē triduo triumphauit.Legati carthaginenſium nunciauerūt Hannibalem:qui ad Antiochum cōfugerat: bellū cum eo moliri.tēptauerat autē per Aristonem tyrium sine litteris Carthaginem missum ad rebellandum pœnos cōcitare .P.Scipio Africanus legatus missus ad Antiochum Ephesi cum Hannibale:qui se Antiocho iunxerat: collocutus est:ut si fieri posset:metum uitæ quem ex populo romano conceperat:eximeret.Inter alia cum quæreretur ab Hannibale:quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet: respondit Alexandrum macedonum regem:quod parua manu inumerabiles exercitus fudisset:quodque ultimas oras: quas uiscere supra fidem humanam esset:peragrasset. quærenti deinde quem secundum poneret:inquit: Pyrrhū: eo quod castramœtari docuisset:adhæc neminē elegātius loca cepisse: præsidia disposuisse. exequenti quem tertium diceret:semet dixit:ridens Scipio quidnam tu diceres:si me: inquit:uicisses? tūc uero:inquit:me & ante Alexandrum:& ante Pyrrhum: & ante alios posuissem.

EX LIBRO .XXXV.

INter ea prodigia:quæ plurima fuisse traduntur:bouē.Gn. Domitio consule locutū Roma caue tibi:refertur.Nabis lacedæmonioꝝ tyrannus incitatus ab ætolis:qui & Philippū:&An-

tiochum ad inferendum bellum po. ro. sollicitabant: a populo ro. desciuit: & bello aduersus Philopœmenem achæorum prætorem gesto ab ætolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi ro. defecerunt: cum quibus societate iuncta Antiochus Syriæ rex: cum bellum Græciæ intulisset: complures urbes occupauit: inter quas Chalcidem & totam Euboeam. Res præterea in liguribus gestas: & apparatū belli ab Antiocho continet.

EX LIBRO .XXXVI.

MArcus Attilius Glabrio con. Antiochum apud Termopylas: Philippo rege adiuuante: uictum Græcia expulit: idemque ætolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica con. ædem matris deum: quam ipse in palatium intulerat: uir optimus a senatu iudicatus dedicauit: idemque boios: & gallos uictos in deditionem accepit: & de iis triumphauit. Præterea naualia certamina prospera aduersus præfectos Antiochi regis referuntur.

EX LIBRO XXXVII

COrnelius Scipio con. legato. P. Scipione Africano: qui se fratris legatum futurum dixerat: si ei Græcia: & Asia prouicia decerneretur: cum Gaio Lælio: qui multum in senatu poterat: ea prouincia dari uideretur: profectus ad bellum aduersus Antiochum gerendum: in Asiam primus omnium romanorum ducum traiecit. Aemilius Regillus aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnauit ad Myōe sum rhodiis adiuuātibus. filius Africani ab ātiocho captus patri remissus é. Victo deinde Antiocho a Lucio Cornelio Scipione adiuuante Eumene rege Attali pergameni filio pax data: ea condiciōe: ut omnibus prouinciis citra taurum montem cederet. Lucius Cornelius Scipio: qui cū Antiocho bellauerat: cognomine fratri coæquatus Asiaticus appellatus est. colonia deducta est Bononia. Eumeni: quo iuuante Antiochus uictus erat: regnum ampliatum. rhodiis quoque: qui & ipsi iuuerant: quædam ciuitates cōcessæ. Aemilius Regillus: qui præfectos. Antiochi nauali certamie uicerat: naualem triūphum duxit. M. Attilius Glabrio de Antiocho: quem Græcia expulerat: & de ætolis triumphauit.

EX LIBRO. XXXVIII.

MArcus Fuluius con. in Epiro ambracienses obsessos per deditionem accepit: Cephaléiam subegit: ætolis perdomitis pacem dedit. Gn. Málius con. collega eius gallogræcos: ætolos: regios: tolosagios: & trocinos: qui Brenno duce in Asiam transierant: cum soli citra taurum monte minime parerent: uicit. eorum origo & cum ea: loca: quæ tenent: occupauerantque: referunt. Exemplū quoque uirtutis & pudicitiæ in fœmina traditur: quæ: cum regis gallogræcorum uxor fuerat: capta: centuriōné: qui ei uim intulerat: occidit. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capta. cclviiii. m. &. cccxxx. Cum Ariarathe rege Cappadociæ amicitia iuncta est. Gn. Manlius contradicentibus decem legatis: ex quorum consilio fœdus cum Antiocho conscripserat: de gallogræcis acta per se causa in senatu triumphauit. Scipio Africanus die ei dicta: ut quidam aiunt: a Petilio Acteo tri. pl. ut quidā a Nævio quod præda cum Antiocho capta ærarium fraudasset: posteaqnam is dies uenit euocatus in rostra: hac die: inquit: quirites Carthaginem uici: & prosequente populo capitolium ascendit. inde ne amplius tribuniciis iniuriis uexaretur: in uoluntarium exilium Linternum concessit: incertum ibi an Romæ defunctus: nam eius monumentū utrobique fuit. L. S. Asiaticus frater Africani eodem peculatus crimine accusatus damnatu que: cum in uincula & carcerem duceretur: T. Sempronius Gracchus tribunus plebis: quia antea Scipionibus inimicus erat: intercessit: & ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum populus quæstores in bona eius publice possidenda misisset: non modo in iis ullum uestigium pecuniæ regiæ apparuit: sed neq̄quam tantum in ærarium redactum: quantæ summæ erat damnatus. collatá a cognatis & amicis inumerabilem pecuniam accipere noluit: quæ necessitati ei erat ad cultum retenta

EX LIBRO XXXVIIII.

CEmilius consul liguribus subactis uiam a Placétia usque Ariminum perductam flaminiæ iunxit. Initia luxuriæ introducta ab exercitu asiatico referuntur. Ligures: quicunque citra appænninum erāt: subacti sunt. Bacchanalia sacrum græcum & quidem nocturnum scelerum omnium maximum fœminarium: cum ad ingentis turbæ cōiurationé pueniisset: a cōsule inuestigatum & multorum pœna sublatum est. A censoribus. M. Valerio flacco &. M. Portio Catone & belli & pacis artibus maximo motus est senatu L. Quintius Flaminius. T. Quintii frater: eo quod cum Galliam prouinciam consul obtinuerat: rogatus a Penio Philippo: quem amabat: scorto nobili gallum quendam sua manu occiderat: siue: ut quidam tradiderūt: unum damnatorum securi percusserat: rogatus a meretrice Placétina: cuius amore deperibat. extat in eum. M. Catonis oratio. Scipio Linterni decessit: & tanquā iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorum uirorum: Hannibal a Prusia Bityniæ rege: ad quem uicto Antiocho confugerat: cum dederetur romanis: qui ad exposcendum illum. T. Quintium Flaminium miserāt: ueneno sibi mortem consciuit. Philopœmenes quoq; dux achæorum uir maximus est a messeniis interemptus ueneno: cum ab iis bello captus esset. Coloniæ Polentia: & Pisaurum: & Mutina: & Parma deductæ sunt. Præterea res aduersum celtiberos prospere gestas: & initia causasque belli macedonici cōtinet: cuius origo ide uenit: quod Philippus ægre ferebat regnum suum minui a romanis: eo quod cogeretur a thracibus aliisque locis præsidia deducere.

ferebat regnum suum minui a romanis:eo quod cogeretur a thracibus aliisque locis præsidia deducere:

EX LIBRO XL.

QVm philippus liberos eorum:quos ĩ uinculis nobilissimorum quidem hominũ habebat:conquiri ad mortem iussisset:Theoxena pro liberis suis:& sororis uerita admodum pueris regis libidinem:prolatis in medium gladiis & poculo:in quo erat uenenum:suasit iis:ut imminens lubrium morte effugerent:& cum persuasisset:ipsa etiam se interemit.Certamina inter Philippi Macedoniæ regis liberos Perseum & Demetrium referuntur:& ut fraude fratris sui Demetrius confictis criminibus:inter quæ accusationem parricidii:& affectionem regni primum ferro petitus:ad ultimum quoniam po.ro. amicus erat:uenẽo necatus est:regnumq; Macedoniæ mortuo Philippo ad Perseum deuenit.Item res in liguribus & Hispania contra celtiberos a quãpluribus feliciter gestas continet.Colonia Aquilea deducta est.Libri Numæ Pompilii ĩ agro.L.Petilii Scribæ sub ianiculo a cultoribus agri ĩ arca lapidea clausi:&.græci & latini iuẽti sunt:ĩ qbus plura:quæ dissoluẽdaq; religionũ erãt prætor: ad quẽ delati erãt :cũ legisset:iurauit senatui cõtra rẽpublicã eẽ ut legerent seruarentq;:& ex senatus cõsulto in comitio exusti sunt. Philippus ægritudine animi confectus: quod Demetrium filium falsis alterius filii in eundem delationibus impulsus ueneno sustulisset:& de pœna Persei cogitauit:uoluitq; Antigonum potius amicũ suum successorem regni sui relinquere: sed ĩ hac cogitatiõe morte raptus est.regnũ Perseus accepit.

EX LIBRO XLI.

IGnis in æde Vestæ extinctus est.T.Sempronius Graccus procon.celtiberos uictos in deditionem accepit:monumentumque operum suorum Gracchorum oppidum in Hispania constituit.& a posthumio Albino pro consule uaccei ac lusitani subacti sunt:de utriscq; triumphauit. Antiochus Antiochi filius obses romanis a patre datus:mortuo fratre Seleuco:qui patri defuncto successerat:in regnum Syriæ ab urbe dimissus.Lustrum a censoribus cõditũ est:censa sunt ciuium capta.cclxiii. millia . cclxxxxiiii . Qu. Volumnius Saxa tri. pl. legem tulit: ne quis hæredem mulierem istitueret:suasit legem.M.Cato:extat oratio eius.Præterea res contra ligures:histros: sardos : & celtiberos a compluribus ducibus gestas continet:& initia belli macedonici:quod Perseus Philippi filius moliebatur:miserat ad carthaginenses legationẽ:& ab iis nocte audita erat.sed & alias Græciæ ciuitates sollicitabat : qui præter religionem quod quammulta templa magnifica multis locis erexit Athenis: Iouis olympii & Antiochiæ uilissimum regem egit.

EX LIBRO XLII.

FVluius Flaccus censor templum Iunonis Laciniæ tegulis marmoreis spoliauit : ut ædem: quã dedicauerat:tegeret.tegulæ ex .S. C.reportatæ. Eumenes Asiæ rex in senatu de Perseo Macedoniæ rege questus est.cuius iniuriæ in populum Romanum referuntur.ob quas bello ei indicto.P.Licinius Crassus consul:cui Macedonia decreta erat:in Macedoniam transiit:leuibusq; expeditionibus equestribus prœliis in Thessalia cum Perseo felici euentu pugnauit.Inter Masinissam & carthaginẽses de agro fuit dies ad disceptandum a senatu datus.Legati missi ad ciuitates socias:& reges rogandos ut in fide permanerẽt dubitantibus rhodiis.Lustrum a censoribus conditum est : censa sunt ciuium capita. cclvii.millia.ccxxxi.Res præterea aduersus corsos. & ligures prospere gestas continet.

EX LIBRO XLIII.

PRætores nonnulli:eo quod auare & crudeliter prouincias administrassent:damnati sunt.P.Licinius Crassus proconsul quamplures ĩ Græcia urbes expugnauit: & crudeliter diripuit.ob id captiui : qui ab eo uænierant:ex.S.C.postea restituti sunt.A præfectis classium romanoꝝ mulꝛa impotenter in socios facta. Res præterea a Perseo rege in Tracia prospere gestas continet:& uictis dardanis:& Illyrico:cuius rex erat Gentius.Motus qui in Hispania ab Olonico factus erat: ipso interẽpto cõsedit.M.Aemilius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.

EX LIBRO XLIIII.

QAius Martius Philippus per saltus penetrauit in Macedoniam: complurescq; urbes occupauit. Rhodii misere legatos Romam minantes ut Perseo essent auxilio:nisi populus romanus cum eo pacẽ atq; amiciciam coniungeret.indigne id latum. Cum id bellum.L.Aemilio Paulo sequẽtis anni consuli iterum mandatum esset:Paulus in concione precatus est:ut quicquid diri po.ro.immineret:supra domum suam conuerteretur:& in Macedoniam profectus Perseum uicit:uniuersamque Macedoniam in potestatem redegit. antequam confligeret:dixit exercitui ne miraretur: quod luna nocte proxima defectura esset.Gentius quoq; rex illyricoꝝ:cũ rebellasset:a Licinio prætore uictus uenit in deditionem:& cũ uxore & liberis & propinquis Romã missus.Ab Alexandria legati a Cleopatra :& Ptolemæo regibus uenerunt querentes de Antiocho rege Syriæ: quod is bellum iferret . Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami:& Gentio rege illyricorum:quia iis pecuniam:quam promiserat:minime dabat:ab iis relictus est.

EX LIBRO XLV.

PErseus ab Aẽilio Paulo ĩ Sãothracia captus ẽ cũ Antiochus Syriæ rex Ptoleæũ & Cleopatrã ægypti reges obsideret:& missis ad eũ a senatu legatis:q iuberẽt:ab obsidiõe socii regis absisteret:æditisq;

mandatis consyderaturum se ille:quid faciundum esset:respondisset:unus legatorum Popilius uirga regē circunscripsit:iussitque:antequam circulo excederet:respōsum daret.qua asperitate effecit: ut Antiochus bellum omitteret.Legationes gratulantium populorum ac regum in senatum admissæ:rhodiorum:quia eo bello contra populum romanum fuerant exclusa:postero die: cum de eo quæreretur ut iis bellum indiceretur:causam in senatu patriæ suæ legati egerunt:nec tanquā hostes nec tanquā socii dimissi. Macedonia in,puinciæ formā redacta est.Aemilius paulus repugnātibus militibus eius ,ppter minorē prædā & contradicente Seruio Sulpicio Galba triumphauit:& Perseum cum tribus filiis ante currū duxit : cuius triumphi lætitia: ne solida ei contīgeret:duoꝝ filioꝝ funeribus insignita est.quoꝝ alterius mors patris triumphum præcessit:alterius secuta est.Lustrum conditum est a censoribus:censa sunt ciuium capita.cccxii.millia.d.cccv.Prusias Bithyniæ rex Romam:ut senatui gratias ageret ob uictoriam ex Macedonia,partam:uenit:& Nicomedem filium suum senatui commendauit:rex plenus adulationis libertum se po,ro.esse dicebat.

EX LIBRO XLVI.

EVmenes rex Romam uenit.qui:qa macedonico bello se mediū egerat;ne aut inimicus iudicatus uideretur: si exclusus esset:aut liberatus crimine:si admitteretur:in comitio lex lata est:ne cuiquam regi Romā uenire liceret.Claudius Marcellus cōsul alpinos gallos.C.Sulpicius Gallus ligures subegit . legati Prusiæ regis conquesti sunt de Eumene:quod fines suos popularetur:dixerūtque eum conspirasse cum Antiocho contra populum romanum.Societas cum deprecātibus rhodiis iuncta est.Lustrum a censoribus conditum est:cēsa eo sunt ciuiū capita.cccxxvii.millia.xxii.Princeps senatus lectus.M.Aemilius Lepidus. Ptolomæus ægyptioꝝ rex a minore fratre e regno pulsus: missis ad eum legatis:in regnū restitutus est.Ariarathe Cappadociæ rege mortuo:filius eius Ariarathes accepit regnum:& amicitiam per legatos cum populo romano renouauit.Res præterea aduersus ligures:corsos:& lusitanos: uario euentu gestas.& motus Syriæ:mortuo Antiocho:qui filium Antiochum puerum admodū reliquerat: continet . hūc Antiochū pueꝝ cū Lysia tutore Demetrius Seleuci filius:qui Romā obses missus fuerat:clam:quia minime dimittebatur a romānis:interemit:& ipse in regnū receptus.Lucio Aemilio Paulo: qui Perseum uicerat:mortuo: cuius tāta abstinentia fuit:ut cū ex Hispania & Macedonia maximas opes retulisset:uix ex auctiōe bonoꝝ eius redactū est:unde dos uxori eius redderetur.Pōtinæ paludes a Cornelio Cethego consule:cui ea prouincia euenerat:siccatæ ægerque ex iis factus.

EX LIBRO XLVII.

ANæo Tremelio tri.Pl.mulcta dicta est:quod cum.M. Aemilio lepido pontifice maximo iniuriose contenderat.sacroꝝ quoque magistratuū ius potentius fuit.Lex de ambitu lata . Lustrū a cēsoribus conditū é:censa sunt ciuiū capita.cccxxxviii.millia.cccxiiii.princeps senatus lectus Aemilius Lepidus.Inter Ptolemæos fratres:q dissidebāt:fœdus ictū:ut alter ī Aegypto:alter cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociæ rex consilio Demetrii regis Syriæ: & uiribus pulsus regno:a senatu restitutus é. Missi a senatu legati: q inter masinissā:& carthaginēses de agro iudicarēt.Gaius Martius cōsul aduersum dalmatas paꝝ prospere primū:postea feliciter pugnauit : cum quibus bello confligendi causa fuit:quod illyricos populi romani socios uastauerat:eandemq; gentem Cornelius Nasica consul domuit Qu.Opimius consul transalpinos ligures:qui massilienſium oppidum Antipolim & Niceam uastabant: subegit.Præterea in Hispania a compluribus paꝝ prospere res gestas continet.Consules anno quingentesimo nonagesimo octauo ab urbe cōdita magistratū:peractis comitiis:īsequentisq; anni con.creatis:inire cœperūt:mutādi comitia causa fuit:quod Hispani rebellabant.Legati ad disceptandum iter Masinissam & carthaginenses missi nunciauerunt uim naualis materiæ se carthagine depræhendisse.Quidam prætores a prouinciis auaritiæ nomine accusati & damnati sunt

EX LIBRO XLVIII.

LVstrum a censoribus conditum est:censa sunt ciuium capita.cccxxiiii.millia.Semina belli tertii punici referuntur:cum in finibus carthaginensium maximus numidarum exercitus:Archobarzāe duce :Syphacis nepote diceretur esse:Marcus Portius Cato suasit:ut carthaginēsibus: qui exercitum specie contra Masinissam regē:sed re uera contra romanos accitum in finibus haberēt:bellum indicerē.cōtradicēte Publio Cornelio Nasica:placuit legatos mitti carthaginē:qui specularētur:qd agerē.castigato senatu carthaginēsium: qd cōtra fœdus exercitū & nauales materias haberēt: pacē inter Masinissam & eos facere uoluerūt:Masinissa agro:de quo lis erat: cedente. Sed Gisgo Hamilcharis filius hō seditiosus: q tūc ī magistratu erat:cū senatus parituꝝ se iudicio legatoꝝ dixisset:ita bellū aduersus romanos suadēdo cōcitauit:ut legatis:quo minus uiolarent: fugam explicuerit.id nunciantes infestū iā senatū carthaginēsibus īfestiorē fecerūt. Marcus Portius Cato funus mortui filii ī prætura tenuissimo : ut ualuit:nā pauper erat:sumptu fecit. Andriscus:q se Persei filiū regis quōdā Macedōiæ ingēti asseueratiōe mentiretur : Romā missus. Marcus Aemilius Lepidus:qui princeps senatus sextis iā cēsoribus erat lectus:ante quā expiraret: præcepit filiis lecto se strato sine linteis:sine purpura efferrent:ī reliquum funus: ne plus quam æris denos consumerent : imaginum specie non sumptibus nobilitari maximorum uirorum funera solere.De ueneficiis quæsitū : Publia:& Licinia nobiles fœminæ: quæ uiros suos ne

cassé ísimulabantur:cognita causa cum prætori prædes uadesq; dedissent: cognatoq; decreto necatæ sũt. Gulussa Masinissæ filius denunciauit Carthagine delectus agi:classem cõparari: & haud dubium bellum strui.cum Cato suaderet:ut iis bellum indiceretur:P.Cornelio Nasica dicente nihil temere faciundũ:placuit decem mitti legatos exploratum. L.Licinius Lucullus.A.posthumius Albinus consules cũ delectum seuere agerent:nec quéquá gratia dimitterẽt:a tri.plebis:qui pro amicis suis uocationem impetrare nõ potuerũt:in carceré coniecti sunt.Hispaniense bellũ cũ parũ prospere aliquotiens gestum ita confudisset ciuitatem romaná:ut ne ii quidem inuenirentur:quia aut tribunatũ exciperent:aut legati ire uellent:P.Cornelius Aemilianus processit:& excepturũ militiæ genus:quodcũq; impatum eẽt:professus est:quo exemplo ad militandi studiũ omnes incitauit.L.Lucullus consul:cui Claudius Marcellus successerat: pacasse omnes Celtiberiæ populos: cũ uideretur:uacceos:cantabros:& alias regiones:& iteq; alias incognitas nationes in Hispania subegit. Ibi Publius Cornelius Africanus Scipio Aemilianus.L. Pauli filius Africani nepos:& adoptiuus:prouocatoré barbaq; tribunus militũ occidit: & in expugnatione captæ urbis maius multo ét periculum adiit:nam murum primus oĩum tráscẽdit. Seruius Sulpicius Galba prætor male aduersus lusitanos pugnauit.Cum legati ex Africa cum carthaginensiũ oratoribus:& Gulussa Masinissæ filio rediissent:dicerentq; & exercitum:& classem Carthagine deprehendisse:prorogari sententiam placuit: Catone & aliis principibus senatus suadentibus:ut in Africam confestim transportaretur exercitus. quia uero Cornelius Nasica dicebat nondũ sibi iustam causam belli uideri:placuit:ut bello abstineretur:si carthaginenses classem exusissent:& exercitum dimisissent:si minus proximi consules de bello punico referrent.Cum locatum a cẽsoribus theatrum extrueretur.P.Cornelio Nasica auctore:tanquá inutile & nociturum publicis moribus:ex Se.C. destructum est:populusq; aliquádiu stans ludos spectauit. Carthaginẽses tum aduersum fœdus bellum Masinissæ intulerũt.uicti ab eo nonagesimum secundũ annũ habente: & sine pulpamine mandere:& gustare cibũ tantũmodo solito:insuper romanum bellum meruerunt.

EX LIBRO XLVIIII.

Ertii punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab urbe condita intra quintum ánum: quam erat cœptum: consumatum omnino est. Inter .M.Portium Catonem: & Scipionem Nasicam:quorum alterum sapientissimum uirum in ciuitate habebant:alter uir optimus a senatu iudicatus erat:diuersis certatum est sententiis:Catone suadente bellum:& ut omnino deleretur Carthago:Nasica dissuadente:placuit nihilominus quod contra fœdus naues haberent: & extra fines exercitum duxissent:quodque socio populi ro:& amico Masinisse arma intulissent: & quod filium eius Gulussam:qui cum legatis romanis erat:in oppidum minime recepissent: bellum iis indici. Priusquá ullæ copiæ in naues imponerentur:uticenses legati Romam uenerunt:se suaq; omnia dedentes. ea legatio ueluti maximum belli omen grata patribus: acerba carthaginensibus fuit. Diti patri ludi ad tarentum ex præcepto librorq; sibyllinorq; facti:qui anno primo primi punici belli quingentesimo: & altero anno ab urbe condita facti erant.Legati triginta Romam uenerunt:per quos carthaginenses se dedebant.Catonis sententia peruicit:ut decreto perstaretur:& ut consules quá primum proficiscerentur ad bellum: qui ubi in Africam transierunt: acceptis:quos iperauerant:trecentis obsidibus:& armis: omnibusq; instrumẽtis belli:siqua Carthagine erant. Tunc cum ex auctoritate patrum iuberent:ut ĩ alio loco procul a mari decẽ millia passuum nec minus remoto oppidum facerent:indignitate rei ad bellandum carthaginenses compulerunt.obsideri oppugnariq; cœpta est Carthago a L. Martio. M. Málio consulibus. In qua oppugnatione:cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent: & ab oppidanis grauiter cæderentur:a Scipione Africano expliciti sunt:per quem & castellum romanorũ:quod nocte expugnabant:paucis equitibus iuuantibus liberatum est:castrisq;:quæ carthaginenses omnibus copiis pariter ab urbe egressi oppugnabant:liberatis:is præcipuam gloriam tulit.Præterea cum ab irrita oppugnatione Carthaginis consul(alter enim Romam ad comitia ierat)exercitum ducere aduersus Hasdrubalem uellet:qui cum altera manu iniquum saltum insederat:suasit primo consuli ne tam iniquo loco confligeret:uictus deinde complurium: qui & prudentiæ eius & uirtuti inuidebant:sententiis:& ipse saltũ ingressus est:cũque:sicut prædixerat: fusus fugatusque esset romanus exercitus:& duæ cohortes ab hoste obsiderentur:cum exiguis equitum turmis in saltum reuersus liberauit eas: & incolumes reduxit.quam uirtutem eius & Cato uir promptioris multo ad uituperandum linguæ:in senatu sic prosecutus est: ut diceret reliquos:qui in Africa militarent:umbris militare: Scipionem uigore. & populus romanus eo fauore illum complexus est:ut comitiis complurimæ eum tribus consulem scriberent: cum hoc per ætatem minime liceret.Cum.L.Scribonius tribunus plebis rogationem promulgasset:ut lusitani: qui in fœdere populi rõani dediti a Sergio Galba ĩ Galliá uenissent:in libertatem restituerent:M.Cato acerrime suasit.extat oratio in annalibus eius inclusa.Q. Fuluius Nobilior etiam ab eo in senatu laceratus respondit pro Galba:ipse quoque Galba:cum se damnari uideret:complexus duos filios prætextatos & filium Galli Sulpicii:cuius tutor erat: ita miserabiliter pro se locutus est:ut rogatio antiquaretur. extant tres orationes eius quæ aduersum Libonem tribunum plebis rogationesque eius habitæ de lusitanis:una cõtra.L.Cornelium Cethegum: ĩ qua lusitanos propter sese castra habẽtes cæsos:fatetur:quod cõpertũ habuerit equo atque homine suo immolatis per speciẽ pacis adoriri exercitũ suum in animo habuisse. Andriscus quidã

EX LIBRO. LVII.

Cipio Africanus Numantiam obsedit:& corruptum licētia luxuriaq; exercitum ad generosissimam militiæ disciplinam reuocauit:omnia enim delitiarum instrumenta recidit:duo millia scortorum a castris eiecit:militem omni die in opere habuit:& triginta dierum frumētum ac septenos uallos ferre cogebat:ægre propter onus incedenti dicebat:cum gladio recte uallare scieris: uallum ferre desinito.alii nimium parum habiliter scutum ferenti eum scutū amplius iusto ferre iussit. neq; id se reprehendere:quoniam melius scuto:quam gladio uteretur, quem militem extra ordinem deprehendit:si romanus esset uitibus:si extraneus uirgis cecidit:iumēta quidem omnia:ne exoneraret milites: uendidit.multotiens contra hostium eruptiones feliciter pugnauit. Vaccei obsessi: liberis & coniugibus trucidatis:ipsi se interemerunt.Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriæ: cum celare aliis imperatoribus regū munera mos esset:pro tribunali ea accepturum se esse dixit:eaq; omnia referre quæstori in publicas tabulas iussit:ex iis uiris fortibus munera se daturum.Cum undiq; Numantiā obsidione clausisset:& oppressos fame uideret urgeri:hostes qui pabulatū exierant:uetuit interemi:quod diceret uelocius eos absumpturos frumentum:quod haberēt:si plures quidem fuissent.

EX LIBRo LVIII.

I.Sēpronius Gracchus tri.pl.cū agrariā legē ferret aduersus uolūtatē senatus: & eqstris ordis: ne qs ex publico agro plus q̄ decē iugera possideret:i eū furorē exarsit:ut.M.Octauio collegæ cām diuersæ ptis defēdēti:potestatē lege lata abrogaret:seq;:& fratrē Gracchū:& Ap.Claudiū socer& triunuiros ad diuidūdū ag& crearet. ꝓmulgauit & aliā legē agrariā: q̄si qs latius ag& patefaceret: uti idē oīo triunuiri iudicarēt: qua publicus ager:qua priuatus esset.Deīde cū minus agri esset:quā qđ diuidi posset:sine offensa etiam plebis:quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitauerat: legem se promulgaturum ostendit:ob id:ut iis:qui sempronia lege agrum accipere deberēt:pecunia: quæ regis Attali fuisset:diuideret.Hæredem autem populum ro.reliquerat Attalus rex Pergami Eumenis filius.Tot indignationibus commotus grauiter senatus ante omnes.A.Antonius con. qui cum in senatu in Gracchum peroraſſet:raptus ab eo ad populum:delatusq; plebei: rursus in eū pro rostris concionatus est. Cum iterum.tri.pl.creari uellet:Gracchus auctore.P.Cornelio Nasica i capitolio a primatibus occisus ē: ictus primum fragmentis subselliorum:& inter alios:qui in eadem seditione occisi erant:insepultus: & in flumen proiectus. Res præterea i Sicilia uario euentu aduersum fugitiuos gestas continet.

EX LIBRO. LVIIII.

Vmantini fame maxime coacti:ipsi se per uices trucidauerunt.Captam urbem Scipio Africanus deleuit:& de ea triumphauit:quarto decimo anno post Carthaginem deletam.P. Attilius con.in Sicilia cum fugitiuis debellauit. Aristonicus regis Eumenis filius Asiam occupauit: cū testamento Attali regis legata.Po.ro.libera esse deberet:aduersus eum.P.Licinius Crassus cōsul; cum idē pontifex max.esset:quod nūquam antea factum erat:extra Italiam profectus:prælio uictus:& iteremptus est.M.Perpenna con.uictum Aristonicū in deditionem accepit.Qu.Pōpeius &.Qu.Metellus tunc primū uterq; ex plebe censores facti.Lustrum a cēsoribus est cōditū:censa sunt capita.cccxviiii.millia dcccxxiii. præter pupillos & uiduas.Qu.Metellus censor censuit:ut ducere uxores omnes cogerentur omnino liberorū& creādorum causa: extat oratio eius: quā Augustus Cæsar:cū de maritandis ordinibus ageret: uelut eo tēpore scriptam in senatu recitauit.G.Attilius Labeo tri.pl.Qu.Metellū censorem:a quo in senatu legēdo præteritus erat de saxo deiici iussit:quod ne fieret: cæteri tri.pl.auxilio quam maxime fuerunt.Cū Carbo tri.pl.rogationem tulisset:ut eundem tri.pl.quotiens quidem uellet:creari liceret:rogationē eius P.Africanus grauissima oratione dissuasit:in qua dixit Ti.Gracchum iure cæsum uideri. Gracchus contra suasit rogationem:sed Scipio censuit.Bella inter Antiochum regem Syriæ:& Phrahartem parthorum regem gesta.nec magis quietæ res Aegypti referūtur. Ptolemæus Euergetes cognominatus ob nimiam crudelitatem suis inuisus: incensa a po.regia:clam i cyprum profugit:& cum sorori eius Cleopatræ:quā eius uirgine filia per uim compressa:& in matrimonium ducta:repudiauerat: regnum a populo datum esset infensus filium:quem ex illa habebat:in Cypro occidit:caputq; eius:& manus:& pedes matri misit. Seditiones a triunuiris Fuluio Flacco.G.Graccho &.G.Carbone de agro diuidūdo creatis excitatæ:quibus cum.P.Scipio Africanus aduersaretur:fortisq; ac ualidus pridie domum se recipisset: mortuus i cubiculo inuentus est:suspecta fuit:tanquam uenenum ei dedisset Sempronia uxor:hinc maxime:quod soror esset Graccorum:cum quibus simultas Africano fuerat.de morte tamen eius nulla quæstio acta.quo defūcto seditiones tribunuirales acrius exarserūt.G.Sēpronius con.contra iapigas primo male rē gessit:mox uictoria cladem acceptam emendauit:uirtute.D.Iunii Bruti eius:qui lusitaniam subegerat.

EX LIBRO. LX.

Vrelius consul sardos subegit.Fuluius Flaccus primus omnium transalpinos ligures bello domuit:missum auxilium massilienſibus aduersus flanios gallos qui populabantur fines massilienſium.L.Opimius prætor fregelanos:qui defecerāt:in deditionem accepit: Fregellas diruit.

Pestilentia in Africa a maxima multitudine locustarum:& deinde necatarum strage fuisse traditur. Lustrum a censoribus conditum est:censa sunt ciuium capita.cccxc.millia.dccxxxvi.Gracchus Tiberii frater tri.pl.eloquentior quã frater pernicioſas aliquas leges tulit:inter quas frumentariam : ut semis & triente frumentum plebi daretur:alteram legem agrariam:quam frater eius tulerat:tertiam:qua equestrem ordinem cum senatu consentientem corrumperet:trecenti senatores erant:sexcenti equites:ut trecentis senatoribus admiscerentur:id est:ut equester ordo bis tantum uirium in senatu haberet:& continuato in alterum anum tribunatu legibus agrariis latis effecit:ut complures coloniæ in Italia deducerentur:& una in solo dirutæ Carthaginis:quo ipse triunuir creatus coloniam deduxit.Præterea res a.Qu.Metello consule aduersus Baleares gestas continet:quas græci Gymnesias appellant:quia æstatem nudi exigant:Baleares a teli missu appellati:aut a Balteo Herculis comite ibi relicto tunc:cum Hercules ad Geryonem nauigaret. Motus quoq; Syriæ referuntur:in quibus Cleopatra Demetrium uirum suum:& Seleucum filium:multũ indignata:quod occiso patre eius a se: iniussu suo diadema sumpsisset:interemit.

EX LIBRO.XXI.

.Sestius procon.uicta saliuorum gente: coloniã aquas Sestias condidit ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus:atq; a nomine suo ita appellatas.Gn.Domitius procon.contra allobroges ad oppidum uindalium multũ feliciter pugnauit.quibus bellũ inferendi causa fuit:qđ Teutomalium Saliuorum regem fugientem recepissent:& omni ope iuuissent:quodq; heduorum agros sociorum.po.ro.uastauissent.G.Gracchus:seditioso tribunatu acto:cum auentinum armata quoq; multitudine occupauisset:a.L. Opimo cõsule ex.S.C.uocato ad arma populo:pulsus iteremptusq; est: & cum eo Fuluius Flaccus socius eiusdem.Qu.Fabius Max.consul Pauli nepos aduersus allobroges:& Bituitum aruernorum regem feliciter pugnauit:ex Bituiti exercitu cæsa millia hominum centum uiginti : & cum ipse ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset:Albæ custodiendus datus est : quia contra pacem uidebatur:ut in Galliam remitteretur . decretum quoque est : ut Congentiatus filius eius comprehensus Romam mitteretur . Allobroges in deditionem accepti.L. Opimius accusatus apud populum a.Qu. Decio tri.pl.quod indemnatos ciues in carcerem coniecisset:liberatus est.

EX LIBRO.XXII.

Martius con.sarnios gentem alpinam expugnauit.Mycipsa numidarum rex mortuus:regnum tribus filiis reliquit Adherbali:Hyempsali:& Iugurthæ fratris filio:quem in filium adoptauerat.L.Cecilius Metellus Dalmatas obsedit.Iugurtha Hyempsalem fratrem bello petiit : quem uictum interemit.Adherbalem regno expulit:qui a senatu restitutus est.L.Cecilius Metellus.Gn. Domitius Aenobarbus censores duos & triginta senatu amouerunt.Præterea motus Syriæ regumq; continet.

EX LIBRO.XXIII.

Ato Portius con.i Thracia male aduersus sardiscos pugnauit.Lustrum a censoribus cõditum est:censa sunt ciuium capita.cccxciiii.millia.cccxxxvi.Aemilia Licinia : & Martia uirgines uestales incesti damnatæ sũt:idque incestum:quemadmodum commissum:deprehensum:& iudicatum sit:refertur. Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt:ab iis Papyrius Carbo consul cum exercitu fusus est. Liuius Drusus consul aduersus sardiscos gentem a gallis oriunda in Thracia feliciter pugnauit:magnumque honorem tulit.

EX LIBRO.XXIIII.

Dherbal bello petitus a Iugurtha:& in oppido Cyrtha obsessus:contra denunciationem senatus ab eo occisus est:ob hoc ipsi Iugurthæ bellum indictum:idque etiam Calphurnius Bæstia con.gerere iussus pacem cum Iugurtha iniussu populi & senatus fecit . Iugurtha fide publica euocatus ad indicandum consiliorum suorum auctores:quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur:Romam uenit:& propter cædem admissam in regulum quẽdam nomine Masinissam : qui regnũ eius po.ro.inuisi appetebat:interfectum:Romæ cum periclitaretur:causam capitis dicere iussus clam profugit:& cedens urbe fertur dixisse.O urbem uenalem:& cito perituram : si emptorem inuenerit . A.Posthumius legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto conflixit:pacemq; etiam multum ignominiosam adiecit:quam quidem minime esse seruandam senatus censuit.

EX LIBRO.XXV .

Vintus Cecilius Metellus con.duobus prælis Iugurtham fudit:& uniuersam Numidam uastauit.M.Iunius Syllanus con.aduersum cimbros infeliciter pugnauit.legatis cimbrorum sedem & agros:in quibus consisterent:postulantibus senatus negauit.M.Minutius procon. cõtra thracas feliciter quidem pugnauit.L.Cassius con.a tigurinis gallis pago eluetiorum:qui a ciuitate secesserant:in finibus allobrogum cũ exercitu cæsus est:milites:qui ex ea clade superauerant:obsidibus datis:& dimidia rerum omnium parte:ut incolumes dimitterentur:cum hostibus pacti sunt.

EX LIBRO.XXVI.

Vgurtha pulsus a.G.Mario ex Numida : auxilio Bochi maurorum regis adiutus est . & cæsus prælio Bochi quoque copiis:nolente Bocho bellum infeliciter susceptum diutius sustine-

ultimæ ſortis homo Perſei regis ſe filium ferens:& mutato nomine Philippus uocatus:cum ab urbe Roma:quo illū Demetrius Syriæ rex ob hoc ipſum mendaciū miſerat:clam profugiſſet:multis ad falſam eius famam uelut ad ueram euntibus:contracto exercitu:totam Macedoniam:aut uoluntate ĩcolentium:aut armis occupauit.Fabulam autem huiuſmodi finxerat:ex pellice ſe Perſeo rege ortum:traditum educādū Cyrtheſæ cuidem eſſe:ut in belli caſus:quod ille cum romanis ageret: aliquod uelut ſemen ſtirpis regiæ extaret.Perſeo demortuo Idramiti ſe educatum uſque ad duodecimū annū ætatis:patrē eius eē credentem a quo educaretur:ignarum generis fuiſſe ſui:Affecto deinde eo:cum prope ad uitæ finem ultimum eſſet: detectam tandem ſibi originem ſuam:falſæq; mari libellum datum ſigno Perſei regis ſignatum: quem ſibi traderet:cum ad puberem ætatem ueniſſet:obteſtationeſq; ultimas:adiectas ut res in occulto ad id tempus ſeruaretur.pubeſcenti libellum tradidit:in quo relicti ſibi duo theſauri a patre dicerentur: tum ſcientem mulierem ſubditum ſe eſſe ueram ſtirpem ignorāti ædidiſſe genus:atque obteſtatam:ut prius quā ad Eumenem maneret res:Perſeo inimicum excederet iis locis:ne interficeretur:eo ſe exterritum: ſimul ſperantem aliquod auxilium a Demetrio:in Syriam ſe contuliſſe:atque ibi primū quis ipſe omnino eſſet:palam expromere auſum.

EX LIBRO.L.

Heſſalia cum & illā inuadere armis:atque occupare pſeudo Philippus uellet: per Romanoꝝ legatos auxiliis achæorum defenſa eſt.Pruſias rex Bithyniæ omnium humillimorū fautor atq; uitiorum:a Nicomede filio adiuuante Attalo rege Pergami:occiſus eſt.habebat alium filium: qui pro ſuperiore ordine dentium enatum habuiſſe unum os continens dicitur. Cum legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciendam romani miſiſſēt:& unus ex iis multis cicatricibus ſparſum caput haberet:alter pedibus æger eſſet: tertius ingenio ſecors haberet: dixit Cato eā legationem nec caput: nec pedes:nec cor habere.In Syria:quæ eo tempore ex ſtirpe generis Perſei regis macedonum ſertia ſecordiaq; ſimilem Pruſiæ regem habebat: iacente eo in ganeo & luſtris: Hammonius regnabat: per quem & amici omnes regis & Iaodice regina: & Antigonus Demetrii filius occiſi. Maſiniſſa Numidiæ rex maior nonaginta annis uir inſignis deceſſit.inter cætera opera iuuenilia:quæ ad ultimum ædidit:adeo etiā uerſus in ſenectam uiguit:ut poſt ſextum & octogeſimum annum genuerit unum filium: inter tres liberos maximus natu Mycipſa:Guluſa:& Maſtanabal:qui etiam græcis litteris erat eruditus. P. Scipio Aemilianus cum commune eis pater regnum reliquiſſet:& diuidere eos arbitrio Scipionis iuſſiſſet: adminiſtrationem regni diuiſit: item Phaniæ Hamilconis præfecto equitum carthaginenſium uiro forti: & cuius opera præcipua pœni utebantur:ſuaſit: ut cum equitatu ſuo ad romanos tranſiret. Trium legatorum qui ad Maſſiniſſam miſſi fuerant:Claudius Marcellus:coorta tempeſtate:fluctibus obrutus eſt. Carthaginenſes Haſdrubalē Maſſiniſſæ nepotem:quem prætorem habebant proditionis ſuſpectum:ĩ curia interemerūt. quæ ſuſpicio inde emanauit:quod propinquus eſſet Guluſſæ auxilia romanoꝝ iuuantis. P. Scipio Aemilianus cum ædilitatem peteret:conſul a populo dictus: quoniam per annos conſulem fieri minie licebat: cum maximo certamine ſuffragantis legis & repugnātibus aliquātulum patribus: legibus ſolutus: & conſul creatus eſt.M.Aemilius nonnullas urbes circumpoſitas carthagini expugnauit. Pſeudo Philippus in Maecdonia cæſo cum exercitu. M. Iuuētio prætore a Qu.Cecilio uictus captuſq; eſt relicta Macedonia.

EX LIBRO.LI.

Arthago uſginti tria millia quidem paſſuum in circuitu labore maximo obſeſſa: & per partes capta eſt:primum a Mantino legato:deinde a Scipione coſule:cui extra ſortē prouincia Africa data eſt. Carthaginenſes portu nouo:quia uetus a Scipione erat obſtructus: facta & contracta exiguo tempore ampla claſſe nauali prælio infeliciter pugnauerunt. Haſdrubalis: quoque eorum duxit urbem expugnauit ſeptingenteſimo anno:quam erat condita ſpoliorum maior pars ſiculis: quibus ablata erant:reddita.ultimo urbis excidio:cum ſe Haſdrubal Scipioni dediſſet:uxor eius: quæ paucis antea diebus de marito minime impetrare potuerat:ut ad uictorem tranſfugeret:ſe flagrantis ĩ medium urbis incendium duobus cum liberis ex arce præcipitauit.Scipio exemplo patris eius Aemiliani Pauli:qui Macedoniā uicerat:ludos fecit:tranſfugas atque fugitiuos beſtiis obiecit. Belli achaici ſemina referuntur hæc: quod legati.ro.ab achaicis pulſati ſunt:Corinthum miſſi erant:ut eas ciuitates:quæ ſub dicione Philippi fuerant:ab achaico concilio ſecernerentur.

EX LIBRO.LII.

Vmacheis:qui in auxilium boetios & chalcidenſes habebant: Quintus Cecilius Metellus ad Thermopylas bello cōflixit.qbus uictis:dux eoꝝ Critolaus ueneno ſibi morte cōſciuit.ĩ cuius locū Dracus achaici motus primus auctor ab achæis dux creatus:ad Iſthomō a Lucio Manlio cōſule uictus eſt:qui:oĩ Achaia ĩ deditionē accepta: Corīthū ex ſenatuſconſulto diruit:qa ibi legati romanoꝝ uiolati erant:Thebæ quoq; & Chalcis:quæ auxilio fuerant:dirutæ.Ipſe.L.Mumius ſe abſtinētiſſimū uirum egit:nec quicquam ex iis opibus ornamētiſq;:quæ prædiues Corīthus habuit:in domum eius per-

k. Q 10

uenit. Quintus Cecilius Metellus de Andrisco triunphauit. Publius Cornelius Africanus Scipio Aemilianus de Carthagine & Asdrubale. Viriatus primum in Hispania ex pastore uenator & ex uenatore latro: mox iusti quoq; exercitus dux factus uniuersam Lusitaniam occupauit. M. Vetilium prætorem: fuso eius exercitu: cepit: post quem. G. Plautius prætor nihilo felicius rem gessit: tatūq; terrorem is: hostis intulit: ut aduersus eum consulari opus esset & duce: & exercitu. Præterea motus Syriæ: & bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignotus & incertæ stirpis: occiso: sicut ante dictū est: Demetrio rege: in Syria regnabat. hunc Demetrius Demetrii filius: qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus in Gnidon fuerat: contempta secordia inertiaq; eius: adiuuante Ptolemæo Aægipti rege: cuius filiam Cleopatrā: acceperat in matrimonium: bello interemit. Ptolemæus in caput grauiter uulneratus: intercurationem: dum ossa medici terebrare contendunt: exspirauit: atq; in locum eius frater minor Ptolemæus: qui Cyrenis regnabat: successit. Demetrius ob crudelitatem: quam per tormenta ī suos exercebat: a Diodoro quodam uno ex subiectis: qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asserebat: bello superatus: Seleuciā fugit. Lucius Mumius de achæis triūphauit: signa ærea marmoreaq; & tabulas pictas ī triunpho tulit.

EX LIBRO. LIII.

Claudius con. salassos gentem alpinam domuit. alter pseudo Philippus in Macedonia a L. Tremelio quæstore cum exercitu cæsus est. Qu. Cecilius Metellus proconsul celtiberos cecidit a Qu. Fabio proconsule pars maxima Lusitaniæ: expugnatis multis urbibus: recepta est. G. Iulius senator græce res romanas scripsit.

EX LIBRO. LIIII.

Vintus pompeius consul in Hispania termestinos subegit: cum eisdem quidem: & numantinis pacem ob infirmitatē fecit. Lustrum a censoribus cōditū est: censa sunt ciuiū capita cccxxviii. millia cccxlii. Cum macedonum legati conquestum uenissent de Iunio Syllano prætoræ: quod acceptis pecuniis, puiciā spoliasset: & senatus de querelis eorū uellet cognoscere: T. Mālius Torquatus Syllani pater petiit: impetrauitq; ut sibi huiusmodi cognitio mādaretur) & domi causa cognita filium condēnauit: abdicauitq; ac ne funeri quidem (eius cum suspēdio uitam fuisset: interfuit: sedēsq; domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Qu. Fabius pro con. rebus in Hispania prospere gestis: labem imposuit: pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus a proditoribus consilio seruilii Cepionis interemptus est: & ab exercitu eius multum imploratus: ac nobilissime tumulatus. uir duxq; maximus per quartū decimum annum: quibus romanis bellum gessit: frequentius superior.

EX LIBRO LV.

Vblio Cornelio Nasica: coguomen Serapion fuit: ab irridente Curiatio tri. pl. impositum: & D. Iunio Bruto con. delectum habentibus ī conspectu tyronum res saluberrimi exempli facta est. nam. G. Matienus accusatus est apud tri. pl. quod exercitum in Hispania deseruisset: damnatusq; sub furca diu uirgis cæsus est: & sestertio nūo uenit. tri. pl. quia non impetrarunt: ut sibi denos: quos uellent milites: eximere liceret: consules in carcerem mitti iusserunt. Iunius Brutus cōsu. in Hispania iis: qui sub Viriato militauerant agros oppidumq; dedit: quod Valentia uocatū est. M. Popilius a numatin is: cum quibus pacem factam senatus irritam censuerat: cum exercitu fusus fugatusq;. Gaio Hostilio Mancino consule sacrificante: pulli ex cauea euolauerunt conscendenti deinde in nauim: ut in Hispaniam proficisceretur. accidit audiri mane mane Mancine. auspicia tristia fuisse probatum est: uictus enim a numantinis: & castris exutus: cum spes nulla seruandi exercitus eēt: pacem cum iis fecit ignominiosam: quā ratam esse senatus uetuit: trigīta millia romanorum a numētinorū millibus quattuor uicta erāt. D. Iunius Lusitaniam urbium expugnationibus usque ad oceanum pdomuit: & cum fluuium ob luuionē trā sire nollēt: raptum signifero signū ipse trāstulit: & sic: ut trasgrederētur: persuasit. Alex filius rex Syriæ decem annos admodum habens: a Diodoro: qui Triphō cognominabatur: tutore suo per fraudem occisus est: corruptis quidem medicis: qui eum calculi dolore consumi ad populū mētiti: dū secāt illū: occiderūt:

EX LIBRO LVI.

Ecius Iunius Brutus in ulteriore Hispania feliciter aduersus gallecios pugnauit. Dissimili euētu. M. Aemilius Lepidus procon. aduersus uacæos rem gessit. clademq; similem Numātiæ passus est. Ad exoluendum numantini fœderis religione populum: Mancinus: cum huius rei auctor fuisset deditus numantinis: minime est receptus. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuiū capita. cccxxiii. millia Fuluius Flaccus con. uardeos in Illyrico subegit. M. Cesonius prætor in Thracia cū scordiscis prospere pugnauit. Cum uitio ducum bellum numantinum non sine publico pudore duraret delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque romano cōsulatus: quem cum ille capere ob legē quæ uetabat: quenquam intra decem annos iterum consulem fieri licere minime uellet: sicuti priori consulatu legibus solutus est. Bellum seruile in Sicilia ortum cum oprimi a prætoribus minime ualuisset G. Fuluio con. mandatum est: Cuius belli initium fuit Eunus seruus natione syrus: qui: cōtracta agrestiū seruorum manu: & solutis ergastulis: iusti exercitus numerum impleuit: Cleon quoque alter seruus ad lxx. millia seruorum contraxit: & copiis iunctis contra populum romanum: exercitumque eius bellum sæpenumero gesserunt.

re: uinctus ab eo & traditus Mario est: in qua re præcipua opera. L. Cornelii Syllæ quæstoris Marii fuit.

EX LIBRO. LXVII.

Aurelius Scaurus legatus con. a cimbris: fuso exercitu: captus est: & cũ in consilium ab iis euocatus deterreret eos: ne alpes transirent Italiam petituri: eo quod diceret romanos uinci minime posse: a Bolo rege feroci iuuene occisus est. Ab iisdem hostibus. G. Manlius &. Qu. Seruilius Cepio proconsules uicti prælio castrisq; binis exuti sunt: octoginta millia militum occisa: calonum ac lixarum quadraginta millia. Secũdum po. ro. iussionem: Cepionis: cuius temeritate clades accepta erat: dãnati bona publicata sunt: primoq; post regem Tarquinium imperium ei abrogatum. In triumpho Gaii Marii ductus ante currum eius Iugurtha. cum duobus filiis: & in carcere necatus. Marius triumphali ueste in senatum uenit: quod nemo ante eum fecerat: eiq; propter cimbrici belli metum cõtinuatus p quam plures annos magistratus est: consulatu secundo & tertio absens consul creatus: quartum cõsulatum dissimulanter captans consecutus est. Gn. Domitius: pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri: uastatis omnibus: quæ circa rhodanum & pyreneum sunt: per saltum in Hispaniam trãsgressi: ibique multa loca populati: a celtiberis fugati sunt: reuersiq; in Galliam bellicosis quidem se teutonis coniunxerunt.

EX LIBRO LXVIII.

Ntonius prætor ĩ Sicilia maritimos prædones persecutus est. Gaius Marius con. summa ui oppugnata a teutonis & ambronibus castra defendit: duobus deinde præliis circa aquas sestias eos hostes deleuit: in quibus cæsa tradũtur hostium ducenta millia: capta nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est: triũphum oblatum: donec cimbros uinceret: distulit. Cimbri repulso ab alpibus fugatoque. Qu. Catulo procon. q fauces alpiũ obsederat: & ad flumen athesim castellum æditum insederat: reliqueratq; ubi uirtute sua explicata fugientem proconsulem exercitumq; prosecuti in Italiã traiecisset: iunctis eiusdem Catuli &. G. Marii exercitibus: prælio uicti sunt ab eis: in quo cæsa traduntur hominum centum quadraginta millia capta sexaginta. Marius totius ciuitatis consensu receptus pro duobus triumphis: qui offerebantur: uno contemtus fuit: primores ciuitatis: qui aliquantulum: ut nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant: conseruatam ab eo rempu. fatebantur. p. Malleolus: matre interempta: primus omnium insutus culleo in mare præcipitatus est. Ancylia cum strepitu mota esse: antequam cimbricum bellum consumaretur: referuntur bella præterea inter Syriæ reges continet.

EX LIBRO. LXVIIII.

Næus Apuleius Saturninus: adiuuante. G. Mario: & per milites occiso. A. Numio competitore tri. pl. per uim creatus non minus uiolenter tribunatum: quam petierat: gessit: & cum legem agrariam per uim tulisset: Metello Numidico: eo quod in eam minime iurasset diem: dixit: qui cum a bonis ciuibus defenderetur: ne causa malorum certaminum esset: uoluntarium exilium Rhodum profectus est: ibiq; legendo & audiẽdo magnos uiros aduocabat. Profecto. G. Marius seditionis auctor: qui sextum quidem consulatum per tribus sparsa pecunia emerat: aqua & igni interdixit. Idem Apuleius saturninus tri. pl. G. Memmium candidatũ consulatus petitorem maximum: quem aduersariũ eius actionibus suis timebat: interemit. Quibus rebus concitato quamplurimũ senatu in eius causam: &. G. Marius homo mutabilis & uarii consilii ingeniique: qui semper secũdum fortunam transierat: cum tueri minime posset: oppressus armis cum Glaucia prætore: & aliis eiusdem furoris sociis bello quodam interfectus est. Qu. Cecilius Metellus ab exilio ĩgenti totius fauore ciuitatis reductus est. M. Aquilius con. in Sicilia bellum seruile concitatum confecit.

EX LIBRO. LXX.

Vm. M. Aquilius de pecuniis repetundis causam diceret: ipse rogare iudices noluit. M. Antonius: qui pro eo perorabat: tunicam a pectore eius discidit: ut honestas cicatrices ostẽderet. quibus conspectis: indubitanter absolutus est: Cicero eius rei solus auctor. Didius procon. aduersum celtiberos feliciter pugnauit. Ptolomæus Cyrenaꝛ rex: cui cognomẽtũ Appionis fuit: mortuus hæredem po. ro. reliquit: & eius regni ciuitates senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ a. L. Cornelio Sylla reductus est. Parthorum legati a rege Arsace missi ad Syllam uenerunt: ut amicitiam a po. ro. peterent. P. Rutilius uir summæ innocentiæ: qui legatus. G. Marii procon. a publicanorum iniuriis Asiam defenderat: inuisus equestri ordini: penes quem uitia erant: repetundarũ damnatus in exilium missus est. G. Gemminius prætor contra thracas infeliciter pugnauit. Senatus cum impotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet: omni ui niti cœpit: ut ad se iudicia transferrentur: sustinẽte causam eius. M. Liuio Druso tri. pl. qui: ut uires sibi acquireret: pernicioſa spe largitionis plebem concitauit. Præterea motus Syriæ regumq; continet.

EX LIBRO. LXXI.

Arcus Liuius Drusus tri. pl. ut maioribus uiribus senatus causam susceptam tueretur: socios & italicos populos spe ciuitatis romanæ sollicitauit: iisq; adiuuantibus: per uim legibus agrariis

frumentariisq; latis: legem quoq; iudicialem tulit:ut æqua parte iudicia penes senatum & equestrem ordinem essent.Cum deinde promissa sociis ciuitas præstari non posset:irati italici defectionem cœperunt agitare.eorum coitus:coniurationes:orationesq; in conciliis principum referuntur:propter quæ Liuius Drusus etiam senatui inuisus factus:uelut socialis belli auctor:incertum a quo domi occisus est.

EX LIBRO.LXXII.

Talici populi defecerunt picentes:uestini:marsi: peligni:marucini:lucani: samnites:initio belli a picentibus moto.Qu.Seruilius procon.in oppido Asculo cum omnibus ciuibus romanis: qui in eo oppido erant:occisus est.saga populus sumpsit.Seruilius galba a lucanis compræhensus:unius fœminæ opera:ad quam diuertebatur:captiuitate exemptus est.Esernia & Alba coloniæ ab italicis obsessæ sunt.Auxilia demum latini nominis externarumq; gentium missa po.ro.& expeditiones inuicem urbiumq; expugnationes referuntur.

EX LIBRO .LXXIII.

.I. Cæsar con.male aduersus samnites pugnauit.Nola colonia in potestatem samnitium cum.L. Posthumio prætore uenit:qui interemptus est.Complures populi ad hostes defecerunt: cum P. Rutilius con.parum prospere contra marsos pugnasset:& in prælio cecidisset.G.Marius legatus eius meliore quidem euentu cum hostibus conflixit.Sex.Sulpicius pelignos fudit.Qu.Cepio legatus Rutulii cum obsessus prospere in hostes irrupisset: & ob eum successum æquatum ei cum.G. Mario esset imperium:temerarius factus & circunuẽtus insidiis: fuso exercitu:cecidit.L.Cæsar consul feliciter contra samnites pugnauit:ob eam uictoriam Romæ saga posita sunt & ut uaria belli fortuna esset:Esernia colonia cum.M.Marcello in potestatem samnitium uenit:Sed &.G.Marius prælio marsos fudit.Hirnio Asinio prætore marucinorum occiso.G.Cecilius in Gallia transalpina saluios rebellantes uicit.

EX LIBRO.LXXIIII.

Næus Pompeius picentes prælio fudit:& obsedit:propter quam uictoriam Romæ prætextæ: aliaque magistratuum ornamenta insignia sumpta sunt.G.Marius cum marsis dubio euentu pugnauit.libertini tum primum militare cœperunt.Aurelius Plotius legatus umbros.L. Portius prætor marsos:cum uterq; populus defecisset:prælio uicerunt.Nicomedes in Bythiniæ:Ariobarzanes in Cappadociæ regnum reducti sunt.Gn.Pompeius con.marsos acie uicit.Cum ære alieno oppressa esset ciuitas:A.Sempronius Asellius prætor:quoniam secundum debitores ius dicebat:ab iis: qui fœnerabantur:in foro occisus est.Præterea incursiones thracum in Macedoniam populationesq; continet.

EX LIBRO.LXXV.

.a. Posthumius Albinus legatus in obsidione castrorum hostilium cecidit.Sulpicius legatus: cũ classi præesset:infamis crimine proditionis ab exercitu suo interfectus .L.Cornelius Sylla legatus samnites prælio uicit: & bina castra eorum expugnauit.Gn.Pompeius uestinos in deditionem accepit.L.Portius con.rebus prospere gestis:fusisq; aliquotiens marsis:dum castra eorum expugnat:cecidit.ea res hostibus uictoriam eius prælii dedit.Cosconius & Luceius samnites acie uicerunt:Marium Aegnatium nobilissimum hostium ducem occiderunt: compluraq; eorũ oppida ĩ deditionẽ acceperunt.L.Sylla hirpinos domuit:samnites multis prœliis fudit:aliquot populos recepit: quantisque raro quisquam ante consulatum rebus gestis:ad petitionem consulatus Romam est profectus.

EX LIBRO. LXXVI.

Gabinius legatus:rebus aduersum lucanos prospere gestis:multis oppidis expugnatis:in obsidione castrorum hostilium cecidit.Sulpicius legatus marucinos cecidit:uniuersamq; eam regionem recepit.Gn.Pompeius procon.uestinos & pelignos in deditionem accepit. marsi quoque a.L.Murena & Cecilio Pinna legatis aliquot prœliis fracti pacem petierunt Asculum a Gnæo Pompeio captum est: cæsis a Mamerco Aemilio legato italicis:Silo Popedius dux marsorum auctor. huius rei ĩ prœlio cecidit.Ariobarzanes Cappadociæ:Nicomedes Bithyniæ regno a Mithridate Ponti rege pulsi sunt.Præterea incursiones thracum in Macedoniam continet.

EX LIBRO LXXVII.

Vm.P.Sulpicius tri.pl. auctore.G.Mario pernicioſas leges promulgasset: ut exules reuocarentur:& noui ciues libertinique distribuerẽtur in tribus:& ut Marius aduersus Mithridatem ponti regem dux crearetur:& aduersantibus consulibus.Qu.Pompeio &.L.Syllæ uim intulisset:occisoque Pompeii consulis filio genero Syllæ.L.Sylla con.cum exercitu in urbem uenit:& aduersus factionem Sulpicii & Marii in ipsa urbe pugnauit:eamq; expulit:ex quo duodecim a senatu hostes: ĩter quos.G.Marius pater & filius iudicati sunt.P.Sulpicius cum in quadam uilla lateret:indicio serui sui retractus & occisus est:seruus:ut præmium promissi indicii haberet:manumissus est:& ob scelus domini proditi de saxo deiectus est.G.Marius filius in Africam traiecit.G.Marius pater:cum in paludibus Minturnensiũ lateret:extractus ẽ ab oppidanis:& cum ad occidendum eum missus seruus natione gallus: ma-

ieſtate tanti uiri perterritus:receſſiſſet:impoſitus publice in naui delatus eſt in Africam.L. Sylla ciuitatis ſtatum ordinauit:exinde colonias deduxit.Qu.pompeius con.ad capiẽdum a.Gn.Pompeio procon. exercitum profectus:conſilio eius occiſus eſt.Mithridates Ponti rex Bithynia & Cappadocia occupatis: & pulſo Aquilio legato:Phrygiam prouinciam po.ro.cum ingenti exercitu intrauit.

EX LIBRO.LXXVIII.

Ithridates Aſiam occupauit.Qu.oppium procon.item Aquilium legatum in uincula coniecit:iuſſuque eius quicquid ciuium romanorum in Aſia fuit:uno die trucidatũ eſt:urbẽ Rhodum:quæ ſola in fide permãſerat:oppugnauit:& aliquot prælíis naualibus uictus receſſit. Archelaus præfectus regis in Græciam cum exercitu uenit:Athenas occupauit.Præterea trepidationem urbium inſularumq; aliis ad Mithridatem:aliis ad po.ro.ciuitates ſuas trahentibus continet.

EX LIBRO LXXVIIII.

Aius Cornelius Cina cum pernicioſas leges per uim ferret: pulſus urbe a.Gn.Octauio collega cum Sex.tri.pl.imperioq; ei abrogato:corruptum Ap.Claudii exercitum in poteſtatem ſuam redegit:& bellum urbi intulit accerſito.G.Mario cũ aliis exulibus ex Africa.in quo bello duo fratres alter ex Pompeii exercitu:alter ex Cinnæ:ignorantes concurrerunt:& cum uictor mortuum ſpoliaret:agnito fratre:ingenti lamentatione ædita:rogo ei extructo:ipſe ſopra rogum ſe tranſfodit: & eodẽ igni conſumptus eſt.Et cum opprimi inter initia potuiſſet,Gn.Pompeii fraude:qui utranque partem fouendo uires Cinnæ dedit:nec niſi profligatis optimatium rebus auxilium tulit. & conſulis ſegniciẽ confirmati: Cinna & Marius quattuor exercitibus:quorum duo.Qu.Sertorio & Carboni dati ſunt: urbem circunſederunt.Hoſtiam coloniam Marius expugnauit:& crudeliter diripuit:

EX LIBRO.LXXX.

Talicis populis a ſenatu ciuitas data eſt.ſamnites:qui ſoli arma recipiebant:Cinnæ & Mario ſe coniunxerunt.ab iis Plancius cum exercitu cæſus eſt.Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio ianiculum occupauerunt: & fugati ab octauio conſule receſſerunt. Marius Antium quidem:& Ariciam:& Lauinium colonias deuaſtauit.Cum nulla omnino ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi propter ſegniciem & perfidiam & ducum:& militum:qui corrupti aut pugnare nolebant:aut ad diuerſas partes tranſibant.Cinna & Marius in urbem recepti ſunt:qui uelut raptam eam cædibus & rapinis uaſtarunt:Gnæo Octauio conſule occiſo:& omnibus aduerſæ partis nobilibus trucidatis:iter quos.M.Antonio eloquentiſſimo uiro &.G.Cæſare:quorum capita in roſtris poſita. Craſſus filius ab equitibus Fimbriæ interemptus.pater Craſſus:ne quid indignum uirtute ſua pateretur:gladio ſe tranſfixit. Et citra illa comitia conſules in ſequentem annum ſeipſos renunciauerunt:eodemq; die:quo magiſtratũ inierãt:Marius Sex. Licinium ſenatorẽ de ſaxo deiici iuſſit:æditiſque multis ſceleribus idibus ianuariis deceſſit:uir: cuius ſi examinentur cum uirtutibus uitia:haud facile ſit dictu utrum bello melior:an pace pernicioſior fuerit:adeo quam rempublicam armatus ſeruauit eam primo togatus omni genere fraudis:poſtremo armis euertit.

EX LIBRO.LXXXI.

Vcius Sylla Athenas:quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparat:circunſedit: & cũ maximo labore expugnauit: urbi libertatem & ciuibus: quæ habuerant: reddidit. Magneſia: quæ ſola in Aſia ciuitas in fide manſerat: ſumma uirtute aduerſus Mithridatem defenſa eſt. præterea a thraciis in Macedonia geſta continet.

EX LIBRO.LXXXII.

Ylla copias regis:quæ Macedonia occupata: in Theſſaliam uenerant: prælio uicit:cæſis hoſtium centum millibus: caſtris quoq; expugnatis renouato deinde bello iterum exercitum eius fudit:ac deleuit.Archelaus cum claſſe regia Syllæ ſe tradidit.Lucius Valerius Flaccus cõſul collega Cinnæ miſſus ut Syllæ ſuccederet:propter auaritiam inuiſus exercitui ſuo a.G. Fimbria legato ipſius ultimæ audaciæ homine occiſus eſt: & imperium ad Fimbriam tranſlatum. Præterea expugnatæ in Aſia urbes a Mithridate & crudeliter direpta prouincia: incurſioneſque thracum in Macedoniam referuntur.

EX LIBRO.LXXXIII.

Aius fimbria in Aſia fuſis aliquot copiis Mithridatis urbem Pergamum cepit: obſeſſumque regem non abfuit multum quin caperet: urbẽ Ilion: quæ ſe poteſtati Syllæ reſeruabat: expugnauit: ac deleuit: & magnam partem Aſiæ recepit,Sylla multis prælíis thracas cecidit. Cum L.Cinna & Gnæus Papyrius Carbo a ſeipſis conſules per biennium creati:bellum contra Syllam pararẽt: effectum quidem eſt per Lucium Valerium Flaccum principem ſenatus: qui orationem in ſenatu habuit:& per eos:qui concordiæ ſtudebant:ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu ſuo:

quem inuitum cogebat:naues conscendere:& aduersus Syllam proficisci interemptus est.consulatū Carbo solus gessit.Sylla cum in Asiam traiecisset;pacem cum Mithridate fecit ita;ut his cederet prouinciis Asia: Bithynia:Cappadocia.Fimbria desertus ab exercitu:qui ad Syllam transierat:ipse se percussit: impetrauitq; a seruo præbens ceruicem ut eum omnino interficeret.

EX LIBRO.LXXXIIII.

YIla legatis:qui a senatu missi erant:futurum se in potestatem senatus respōdit:si ciues: qui a Cinna pulsi ad se confugerant:restituerētur. quæ condicio cum iusta senatui uideretur; ppter Carbonem factionemq; eius:cui bellum uidebatur utilius:ne conueniret:effectum est. Idem Carbo:cum ab omnibus oppidis Italiæ obsides exigere uellet:ut fidem illorum contra Syllam obligaret: cōsensu senatus prohibitus. Nouis ciuibus.S.C.suffragium datum est.Quintus Metellus Pius:qui partes optimatium secutus erat:cum ī Africa bellum moliretur:a Gaio Fabio prætore pulsus est:senatusq; consultum per factionem Carbonis & marianarum partium factum est:ut omnes ubiq; exercitus dimitterētur.Libertini in quinque & triginta tribus distributi sunt. Præterea belli apparatum contra Syllam: qđ plurimum excitabatur:continet.

EX LIBRO.LXXXV.

YIla in Italiam cum exercitu traiecit:missisq; legatis:qui de pace agerent:& a cōsule.Gn.Carbone &. G.Norbano:uiolatis:eundem Norbanum prælio uicit.Et cum.L.Scipionis alterius consulis: cum quo per omnia id egerat:ut pacem iūgeret:nec potuerat:castra oppugnaturus esset: uniuersus exercitus consulis sollicitatus per emissos a Sylla milites signa ad Syllam transtulit: Scipio cū interimi posset: dimissus est.Gn.Pompeius Gnæi filius eius:qui Asculum ceperat:conscripto quidem uoluntariorum exercitū:cum tribus legionibus ad Syllam uenerat:ad quem se nobilitas omnis conferebat: ita;ut deserta urbe ad castra ueniretur. Præterea expeditiones per uniuersam Italiam utriusq; partis ducum referuntur.

EX LIBRO.LXXXVI.

Vm Gaius Marius,G.Marii filius con.ante annos uiginti per uim creatus esset:Gaius Fabius in Africam propter crudelitatem & auariciam in prætorio suo uiuus exustus est.L. Philippus legatus Syllæ Sardiniam:Quinto Antonio prætore pulso & occiso:occupauit.Sylla cum italicis populis ne timeretur ab iis uelut erepturus ciuitatem:& suffragii ius nuper datum fœdus pcussit: itēque ex fiducia iam certæ uictoriæ litigatores:a quibus adhibebantur uadimonia Romam deferre iussit. Cum a parte diuersa urbs adhuc teneretur.L.Damasicus prætor ex uoluntate.G.Marii con.cum senatum eōtraxisset:omnem:quæ in urbe erat:nobilitatem trucidauit:ex cuius quidem numero.Qu.Mutius Scæuola pontifex max. fugiēs ī uestibulo ædis Vestæ occisus est.Præterea bellum a.L.Murena aduersus Mithridatem in Asia renouatum continet.

EX LIBRO.LXXXVII.

YIla.G.Marium exercitu eius fuso deletoq; ad sacriportum in oppido Præneste obsedit: urbē romanam ex inimicorum manibus recepit:Marium erum:pere tentantem reppulit. Præterea res a legatis eius eadem ubique fortuna partium gestas continet.

EX LIBRO.LXXXVIII.

YIla Carbonem:exercitu eius ad Clusium:ad sauentiam:Fidentiamq; cæso: Italia expulit: cū samnitibus:qui soli italicorum populorum nondum arma depositerant: iuxta urbem Romā ante portam collinam debellauit:recuperataq; rep.pulcherrimam uictoriam crudelitate:quāta in nullo homine unquam fuit:inquinauit,octo millia deditorum in uia publica trucidauit. tabulā ꝓscriptionis posuit.urbem & uniuersam Italiam cædibus repleuit:inter quos omnes prænestinos inermes interemi iussit.Marium senatorii ordinis uirum cruribus:brachiisq; fractis:auribus præfectis;& defossis oculis necauit.G.Marius Prænestē obsessus a Lucretio Afella syllanarum partium uiro cum per cuniculum captaret euadere:septus ab exercitu mortem sibi consciuit in ipso cuniculo:cum sentiret se euadere minime posse:cum Pontio Thelesino fugæ comite stricto utrīq; gladio occurrit: quem cum occidisset: saucius a seruo impetrauit;ut se occideret.

EX LIBRO.LXXXVIIII.

I. Brutus a.Gn.Papyrio Carbone:qui Corcyram appullerat:missus:naue piscatoria Lilybeum ut exploraret: an ibi Pōpeius esset:& circunuentus a nauibus:quas Pompeius miserat: in se mucrone uerso ad transtrum nauis obnixus corporis pondere incubuit.Gnæus Pompeius in Siciliā cum imperio a senatu missus.Gnæum Carbonem:qui flens muliebriter mortē tulit: captū occidit. Sylla dictator factus:qđ nemo quidē unquā fecerat:cum fascibus uiginti quattuor ꝓcessit:rebusq; nouis reip.statū cōfirmauit:tribunoꝝ pl.potestatē minuit:& omne ius legū ferēdaꝝ ademit:pōtificū auguꝝq; collegium ampliauit:ut essent quindecim:senatum ex equestri ordine suppleuit proscriptorum liberis ius petendorum honoꝝ eripuit:& bona eoꝝ uēdidit:ex quibus primo multa rapuit.redactum est sestertium ter millies quingentiesque.Lucretium Afellam consulatum contra uoluntatem suam petere ausum iussit interemi in foro; & cum indigne ferret po.ro.cōcione uocata:se iussisse dixit.Gn.Pompeius in Africa.

Gn.Domitium proscriptum:& Hiericam regem numidarum bellum molientes: victos interemit:&.iiii. &.xx.annos natus adhuc eques romanus:quod quidem nemini contigerat:ex Africa triūphauit.Gn.Norbanus consularis proscriptus in urbe Rhodo:cum cōpræhenderetur:se ipse iteremit.Metellus ex proscriptis unus clam:capite adoperto:ad posticum ædis Bastiæ uxoris cum accessisset :admissus minime est: qa illum proscriptum diceret.itaq; se transfodit:& sanguine suo fores respersit. Sylla Nolam in Sannio recepit:xlvii.legiones in agros captos deduxit:& eos iis diuisit. Volaterras:quod oppidum adhuc ī armis erat: obsessum in deditionem accepit.Mitylene quoq; in Asia:quæ sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat:expugnatæ dirutæque sunt.

EX LIBRO XC.

Ylla decessit:honosq; ei a senatu habitus est:ut in campo Martio sepeliretur.M. Lepidus:cum acta Syllæ tempraret:rescindere bellum excitauit:& a.Qu.Catulo collega Italia pulsus est:& in Sardinia frustra bellum molitus periit.M.Brutus:qui cisalpinam Galliam tenebat:a.Gn.Pompeio occisus est.Qu.Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitauit.L.Manlius procon. &.M.Antonius legatus ab Herculeio quæstore prælio victi sunt.Præterea a.P.Seruilio procon.aduersus cilicas res gestas continet.

EX LIBRO XC.I.

N.Pompeius cum adhuc quæstor esset; cum imperio consulari aduersus Sertorium missus est.Sertorius aliquot urbes expugnauit: plurimasq; ciuitates in potestatem suam redegit.Ap. Claudius procon.thracas pluribus prælis uicit.Qu.Metellus procon.L.Herculeium quæstorem Sertorii omnino cum exercitu cecidit.

EX LIBRO XCII.

N.Pompeius adhuc dubio euētu cum Sertorio pugnauit:ita:ut singula ex utraq; parte cornua uicerint.Q.Sertorius Metellum:& Perpēnam cū duobus exercitibus prælio fudit; cuius uictoriæ partem cupiens auferre Pompeius parum prospere pugnauit.Obsessus deīde Calagurii Sertorius assiduis eruptionibus non leuiora damna obsidentibus tulit.Præterea a.P. Cursore procon.in Thracia res gestas aduersus dardanos: &.Qu. Sertorii multa crudelia in suos facta continet: qui plurimos amicorum & secum proscriptorum crimine proditionis insimulatos interemit.

EX LIBRO XCIII.

Seruilius procon.ī Cilicia isauros domuit& aliquot urbes piratarum expugnauit. Nicomedes
.p. Bithynie rex moriens.po.ro.fecit hæredem:regnumq; eius in prouinciæ formam redactū est. Mithridates:fœdere cum Sertorio icto: bellum.po.ro.intulit.Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium naualiumq;:& occupata Bithynia.M.Aurelius Cotta con.ad Calcedoniam prælio a rege uictus est:rexq; a Pompeio & Metello uictus,& ut contra Sertorium egerunt:qui omnibus belli militiæq; artibus par fuit:quos etiā ab obsidione Calagurii oppidi depulsos coegit diuersas regiones petere: Metellum ulteriorem Hispaniam:Pompeium Galliam.

EX LIBRO XCIIII.

Lucullus con.aduersus Mithridatem equestribus prælis feliciter pugnauit:& expeditiones ali
.l. quot prosperas fecit:poscentesq; pugnam milites a seditione inhibuit.Deiotarus Gallogræciæ tetrarches præfectos Mithridatis bellum ī Phrygia mouentes cecidit. Præterea res a Pompeio in Hispaniam contra Sertorium prospere gestas continet.

EX LIBRO XCV.

Curio procon.dardanos in Thracia domuit.Quattuor & septuagīta gladiatores capuæ ex ludo Lētuli profugerunt:& congregata seruorum & ergastulorum multitudine.Chryso & Spartaco ducibus bello excitato:Claudium pulchrum legatū &.P.Vorenum prætorem prælio uicerunt.L.Lucullus procon.ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroq; deleuit:pulsumque a Bithynia regem uariis belli ac naufragiorum casibus fractum coegit in Pontum profugere.

EX LIBRO XC.VI.

Arius prætor Chrysum fugitiuorum ducem cum uiginti millibus hominum cecidit.Gn.Lentulus con.male aduersus Spartacum pugnauit.ab eodem.L.Gellius &.Qu.Arius prætor acie uicti sunt.Sertorius a.M.Antonio:&.M.Perpenna:& aliis coniuratis in conuiuio interfectus ē octauo ducatus sui anno:magnus dux:& aduersus duos imperatores Pompeium & Metellum sæpe par: aut frequentius uictor:ad ultimum desertus & proditus. Imperium partium ad Marium translatum est: quem.Gn.Pompeius uictum captumq; interemit:ac recepit Hispanias decimo fere anno:quam cœptum erat bellum.G.Cassius procon.Gn.Manlius prætor male aduersus Spartacum pugnauerunt:idque bellū M.Crasso prætori mandatum est.

EX LIBRO XC.VII.

Arcus Crassus prætor primū cū pte fugitiorū:quæ ex gallis germāisq; cōstabat:feliciť pugnauit:cæsis inimicorū.xxxv.millibus & duce eorū Grāico,cū Spartaco deide bellauit:cæsis cū ipso

millibus q̄draginta .M. Antonius prætor bellū aduersus cretēses paꝛ ꝓspere gestū morte sua finiuit. M. Lucullus ꝓcon. thracas subegit. L. Lucullus ī Pōto aduersus Mithridaté feliciter pugnauit: cæsis hostium áplius quá sexaginta millibus. M. Crassus & Gn. Pōpeius cōsules facti sunt. sicut Pōpeius antequá quæstu rá gereret: ex eqte romão tribuniciá potestaté restituerunt. Iudicia quoq; p. M. Aureliū Cottá prætoré ad eqtes romãos translata sunt. Mithridates desperatõe reꝛ suaꝛ coactus ad Tigrané Armeie regé cōfugit.

EX LIBRO XC. VIII.

Achares filius Mithridatis Bosphori rex a. L. Lucullo in amicitiam receptus est. Gn. Lentulus: &. L. Gellius censores asperam censuram egerunt quattuor & sexaginta senatu motis: a quibus lustrum conditum est: censa sunt ciuium capita. cccc l. millia. L. Metellus prætor in Sicilia aduersum piratas prospere rem gessit. Templum Iouis in capitolio: quod incendio consumptum erat: refectum: a Qu. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridatem: & Tigranem: & inmẽses utriusque regis copias multis certaminibus fudit. Qu. Metellus procon. bello sibi aduersum cretenses mãdato: Cydoniam urbem obsedit. G. Triarius legatus Luculli aduersus Mithridatem parum prospere pugnauit. Lucullum: ne persequeretur Mithridaté ac Tigranem: summamq; uictoriæ ponoret: seditio militum tenuit: qui sequi nolebant: quia legiones ualerianæ impleta a se stipendia dicentes Lucullum reliquerunt.

EX LIBRO XC. VIIII.

Vintus Metellus procon. Gnosson: & Lyctium: & Cydoniam: & alias plurimas ciuitates expugnauit: Lucius Rosius tri. pl. legem tulit: ut equitibus romanis in theatro quattuordecim gradus proximi assignarétur. Gn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus: qui cõmertium annonæ intercluserant: intra quadragesimum diem toto mari eos expulit: belloq; cum iis in Cilicia confecto: acceptis ī deditionem piratis agros & urbes dedit. Præterea res a Quinto Metello aduersus cretenses cõtinet: & epistolas Metelli & Gnæi Pompeii inuicem missas. queritur Metellus gloriam rerum a se gestarum a Pompeio sublatá præteriri: qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbiū deditiones. Pompeius Romæ rationem reddit hoc se facere debuisse.

EX LIBRO. C.

Manlius. tri. pl. indignatione maxima nobilitatis legem tulit: ut Pompeio bellum mithridati-
g. cum mandaretur: concio eius bona. Qu. Metellus domitis cretensibus: libere in id tempus insulæ legem tulit. Gn. Pompeius ad gerendum bellum aduersus Mithridatem profectus: cum rege parthoꝛ Phraharte amicitiá renouauit. equestri prælio Mithridatem uicit. Præterea bellum inter Phraharté regé parthoꝛ: & Tigrané armenioꝛ regé ac demū ĩter filiū Tigrané patremq; gestū cõtinet.

EX LIBRO. C. I.

Næus Pompeius Mithridatem nocturno prælio uictū coegit Bosphoron profugere: Tigranem in deditionem accepit: eiq; ademptis Syria: Phœnicia: & cilicia regnū Armeniæ restituit. Coniuratio eorum: qui in petitione consulatus ambitus damnati erant: facta de interficiendis consulibus oppressa est. Gn. Pompeius cum Mithridatem persequeretur: in ultimas ignotasque gentes penetrauit: iberos: albanos: qui transitum minie dabant: prælio uicit. Preterea fugam Mithridatis ꝑ cholcos ethnicosque: & res ab eo in Bosphoro gestas continet.

EX LIBRO C. II.

Næus pompeius in prouinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellū patri intulit: ab eo Mithridates obsessus: in regia cum ueneno sumpto parum profecisset ad mortem: a milite gallo nomine Bithocco: a quo: ut adiuuaretur: petierat: interfectus est. Gn. Pompeius iudæos subegit: fanum eorum in Hierosolyma inuiolatum ante id tempus cepit. L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus: cum Lentulo prætore: & Cethego: & pluribus coniurauit de cede consulum & senatus incẽdiis urbis opprimenda repu. exercitu quoque in Ethruria comparato. Ea coniuratio industria. M. Tullii Ciceronis eruta est: Catilina urbe pulso de reliquis coniuratis omnino sūp tum supplicium est.

EX LIBRO. C. III.

Atilina a. G. Antonio procon. cū exercitu cæsus ẽ. P. Clodius accusatus qđ in mulieris habitu sacrarium: in quo uirum intrare nefas est: cumq; intrasset: uxorem Metelli Pon. stuprauisset: absolutus. Gn. Põtitius prætor allobroges: qui rebellauerant: ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem transiit. G. Cæsar lusitanos subegit: eoque consulatus candidato & captante rempublicam inuadere: conspiratio inter tres principes ciuitatis facta est Gnæum Pompeium: Marcum Crassum: & Gaium Cæsarem. Leges agrarie a Cæsare con. cum maxima contentione inuito senatu & altero consule. M. Bibulo latæ sunt. G. Antonius procon. in thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero lege ab. P. Claudio tri. pl. lata: quia indemnatos ciues necauisset: in exilium missus est. Cæsar in prouinciam Galliam profectus eluetios: gentem uagam: domuit: quæ sedem quærens per prouinciam Cæsaris Narbonem interfacere uolebat. Præterea situm Galliarum cõtinet. Põpeius de liberis Mithridatis Tigrane & Tigranis filio triūphauit: magnusque a tota concione cõsalutatus est.

EX LIBRO.C.IIII.

Rima pars libri situm Germaniæ moresq; continet.G.Cæsar contra germanos qui Ariouisto duce in Galliam descenderant:cum exercitum ducerent:rogatus ab heduis & sequanis:quoꝝ ager p[ro]fidebatur:trepidationem militum propter metum nouorum hostium ortã allocutione exercitus inhibuit:& uictos prælio germanos Gallia omni expulit.M.Cicero Pompeio inter alios orãte & Tito Annio Milone tri.pl.ingẽti gaudio senatus ac uniuersæ Italiæ:ab exilio reductus est.Gn.Pompeio per quinquennĩ annonæ cura mandata est.Cæsar ambianos:suessiones:uiromãduos:atrebates:belgarum populos:quoꝝ quidem maxima multitudo erat:prælio euictos in deditionem accepit: ac deinde contra neruios unam harum ciuitatum cum maximo discrimine pugnauit:eamq; gentem deleuit: quæ bellum gessit:donec ex sexaginta millibus armatoꝝ trecenti supererent:ex nonaginta quinq; senatoribus tres tantummodo euaderent.Lege lata de redigenda in prouinciæ formã Cypro:& publicanda pecunia regia.M.Catoni administratio eiusdem rei mandata est.Ptolemæus Aegypti rex ob iniurias:quas patiebantur:a suis regno pulsus Romã uenit.G.Cæsar gentem oceano iunctam scilicet uenetos nauali prælio uicit.Præterea a legatis eius eadem fortuna res gestas continet.

EX LIBRO C.V.

Vm.M.Catonis tri.pl.intercessionibus comitia tollerentur:senatus uestem mutauit.M. Cato in petitõe præturæ:prælato Vatinio:repulsam tulit:idem cũ legem impediret:qua prouinciæ consulares in quinquennium Pompeio Hispaniæ:Crasso Syria & partichum bellũ:Cæsari Gallia & Germania dabantur:a .G.Trebonio tri.pl.legis auctore in uincula ductus est.A.Gabinius procon. Ptolemæum in regnum reduxit Aegypti:reiecto archelao:quem sibi regem asciuerant. Cæsar:uictis germanis:& in Gallia cæsis:rhenum transcendit:proximam partem Germaniæ domuit:ac deinde oceano in Britaniam parum prospere tempestatibus aduersis traiecit: iterumque parum felicius maximaque hominum multitudine cæsa reliquam partem insulæ in potestatem redegit.

EX LIBRO.C. VI.

Vlia Cæsaris filia Pompeii uxor decessit:honosq; maximus ei a populo habitus est: ut in cãpo martio sepeliretur.Gallorum multi populi Ambiorige duce eburonũ defecerunt:a q̃bus Cotta &.T.Aurunculeius legati Cæsaris insidiis circunuẽti :cum exercitu:cui præerant:cæsi sunt: & cum aliarum quoque legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent :interque eos: qui in treuiris præerat.Qu.Cicero: ab ipso Cæsare hostes prælio fusi sunt .M. Crassus bellum parthis illaturus Euphratem fluuium transiuit.uictusq; prælio:in quo & filius eius cecidit: cum reliquias exercitus in collem recepisset: euocatus ĩ colloquium ab hostibus:ut de pace acturus:quorum dux erat Surenas : cõpræhensus :& ne quid uiuus pateretur repugnans: interemptus est: & ita periit.

EX LIBRO C.VII.

Aius Cæsar treuiris in Gallia uictis:iterum in Germaniam transit:nulloq; ibi inuento hoste: reuersus in Galliam eburones & alias ciuitates:quæ conspirauerant:uicit: & regem Ambiorigem ĩ fuga persecutus.P.Clodii a.T.Annio Milone candidato consulatus appia uia ad bouillas occisi corpus plebs in curia cremauit.Cum seditiones inter candidatos consulatus Ipsæum Scipionem & Milonem essent:qui armis ac ui contendebant:ad cõprimendas eas.Gn.Pompeius legatus a senatu cõsul tertio factus est absens:& solus: quod nemini unquam contigit: quæstione decreta de morte .P.Clodii Milo iudicio damnatus ĩ exilium actus est.Lex dicta est:ut ratio absentis Cæsaris in petitione cõsulatus haberetur :inuito & contradicente.M.Catone.Præterea res gestas a .G.Cæsare aduersum gallos: qui prope uniuersi:Vercingẽtorige aruerno duce:defecerunt:& laboriosas obsidiones urbium continet: inter quas Auarici biturigum Gergouis auernorum.

EX LIBRO C.VIII.

Aius Cæsar gallos ad Alexiam uicit: omnesq; Galliæ ciuitates:quæ in armis fuerant:in deditionem accepit.Gaius Cæsius quæstor.M.Crassi parthos:qui in Syriam transcenderant:cecidit. In petitione consulatus.M.Cato repulsam tulit:creatis consulibus.Ser. Sulpicio & .M. Marcello.G.Cæsar Bellouacos cum aliis gallorum populis domuit.Præterea continet inter consules de successore.G.Cæsari mittendo agente in senatu.M.Marcello consule:ut Cæsar ad petitionem consulatus ueniret: cũ is:lege lata:in id tpus cõsulatus prouincias obtinere deberet:resq; a.M.Bibulo gestas in Syria continet.

EX LIBRO.C.VIIII.

Ausæ ciuilium armorum & initia referuntur:contentionesq; de successore.G.Cæsari mittendo:cum se dimissurum exercitum negaret:nisi a Pompeio dimitteretur. &.G. Curionis tri.pl. primum aduersus Cæsarem actiones continet .Cum.S.C.factum esset:ut successor Cæsari omnino mitteretur.M.Antonio &.Qu.Cassio tri.pl.quoniam ĩtercessionibus id.S.C.impediebant:urbe pulsis: mandatumq; a senatu consulibus & .Gn.Pompeio:ut uiderent: ne quid res .p. detrimenti caperet.G. Cæsar bello inimicos persecutus cũ exercitu in Italiam uenit:Corphinum cum.L.Domitio &.L.Lentulo cepit: eosque dimisit.Gn. Pompeium uniuersosque eius partium Italia omnino expulit.

EX LIBRO C.X.

Cæſar Maſſiliam:quæ portas ipſi clauſerat:obſedit:& relictis in obſidione.G.Trebonio &.D. Bruto:profectus in Hiſpaniam.L Afranium &.G.Petreium legatos Gn.Pompeii cum ſeptem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit:omneſq; incolumes dimiſit.Varrone quoq; lega to Pompeii cum exercitu ī poteſtatē ſuam redacto:gaditanis ciuitatem dedit.maſſilienſes duobus nauali-bus prælíis uicit: poſt longam obſidionem in poteſtatem Cæſaris ſe permiſerūt.G.Antonius legatus Cæſaris male cōtra Pompeianos pugnauit:& ī Illyrico captus eſt.in quo bello opitergini tranſpadani Cæſaris auxiliares rate ſua ab hoſtilibus nauibus clauſa potius:quā ī poteſtatē inimicoꝝ ueniret:inter ſe occurren tes occubuerunt.G. Curio legatus Cæſaris ī Africa cum aduerſum pompeianaꝝ partiū ducem Varrōem pugnaſſet:a Iuba rege Mauritaniæ cum exercitu cæſus eſt.G.Cæſar in Græciam traiecit.

EX LIBRO.C.XI.

Cecilius Ruffus prætor cum ſeditiones in urbe:quā maxime concitaret nouarum turbarum ſpe plebe ſollicitata:abrogato magiſtratu pulſus urbe Miloni exuli: qui fugitiuorum exercitū contraxerat:ſe cōiunxit. uterq; cū bellū moliretur:interempti ſunt.Cleopatra Aegypti regina a Ptolemæo fratre regno pulſa eſt.Propter.Qu.Catuli prætoris auariciam crudelitatemque cordubēſes in Hiſpania cum duabus uarianis legionibus a partibus Cæſaris deſciuerunt.G.Pompeius ad Brūduſium obſeſſus a Cæſare:& præſidiis eius cum magna clade diuerſæ partis expugnatis obſidione liberatus:tranſ lato in Theſſaliā bello apud Pharſaliā acie uictus ē : Cicero ī caſtris remāſit uir nihil minus: quā ad bel-la natus: omnibuſq; aduerſarum partium:qui ſe poteſtati uictoris permiſerunt:Cæſar ignouit.ctctctctct

EX LIBRO.C.XII.

Repidatio uictaꝝ partium per diuerſas orbis terrarum partes & fuga referuntur .Gnæus Pō peius:cum Aegyptum petiſſet:iuſſu Ptolemæi regis pupilli & auctore Theodoro præceptore: cuius apud regem maxima erat auctoritas:& Photino:occiſus eſt ab achilla:cui delegatum id facinus erat: in nauicula antequam in terram exiret.Cornelia uxor & Sex.Pompeius filius in Cyprum refugerunt.Cæ-ſar poſt tertium diem inſecutus : cum ei Theodorus caput Pompeii & annulum obtuliſſet : infenſus eſt: & illachrymauit ſine periculo Alexandriam tumultuantem intrauit. Cæſar dictator creatus Cleo-patrem in regnum Aegypti reduxit: & inferentem bellum : iiſdem auctoribus : Ptolemæum : quibus Pompeium interfecerat cum maximo ſuo diſcrimine uicit. Ptolemæus dum fugit : in nilo nauicula ſubſedit.Præterea laborioſum.M.Catonis in Africa per deſerta cum legionibus iter: & bellum a Gn.Do mitio contra Phrahartem parthum proſpere geſtum continet.

EX LIBRO C.XIII.

Onfirmatis in Africa pompeianis partibus:earum imperium.P.Scipioni delatum eſt:Catone: cui ex æquo deferebatur : imperium cedente. Et cum de diruenda urbe Vtica propter fauorē ciuitatis eius in Cæſarem diliberaretur : idq;ne fieret.M.Cato tenuiſſet:luba ſuadente:ut di-rueretur: tutela eius & cuſtodia mandata eſt Catoni.Pompeii Magni filius ī Hiſpania:contractis uiribus: quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere uolebant : bellum aduerſus Cæſarem renouauit. Pharnaces Mithridatis filius ex Ponto ſine ulla belli mora uictus eſt.Cū ſeditiones Romæ a.P. Dolobella tri·pl·legem ferente de nouis tabulis excitate eſſent:& ex ea cauſa plebs tumultuaretur:inductis a. M. An-tonio magiſtro equitum in urbem militibus octingentis:a plebe cæſi ſunt. Cæſar ueteranis cum ſeditiōe miſſionē poſtulātibus, dedit:& cū ī Africā traieciſſet:cōtra copias Iubæ regis cū diſcrīe maxīo pugnauit.

EX LIBRO C.XIIII.

Ellum in Syria Cecilius Baſſus eques romanus pompeianarum partium excitauit: & relicto a legione Sexto Cæſare:qui ad baſſum tranſierat:occiſoq; eo Cæſar Scipionem prætorē Afrani-um Iubamq; uicit ad Tapſum:caſtris eoꝝ expugnatis.Cato audita re:cum ſe percuſſiſſet Vti-cæ : & interueniēte filio curaretur : inter ipſam curationem reciſo uulnere expirauit anno ætatis quadra-geſimonono.Petreius iubam ſeq; interemit.P.Scipio ī naue circunuentus honeſtæ morti uocem quoque adiecit: quærentibus enim hoſtibus imperatorem:dixit:imperator bene ſe habet.Fauſtus & Afranius oc-ciſi. Catonis filio uenia data.Brutus legatus Cæſaris in Gallia bellouacos rebellantes uicit.

EX LIBRO C.XV.

Aeſar quattuor triumphos duxit ex Gallia:ex Aegypto:ex Ponto : & Africa: epulum: & om-nis generis ſpectacula ædidit.M.Macello conſulari ſenatu rogante cōceſſit redditum:qui Mar cellus beneficio eius frui minime potuit a.Gn. Magio Cillone cliente ſuo Athenis occiſus :& cenſum egit:quo cenſa ſunt ciuium capita centum quinquaginta millia.Profectus in Hiſpaniam.G.Pom-peium:utrinq; multis expeditionibus factis:& aliquot urbibus expugnatis:ſummam uictoriam cum ma-ximo diſcrimine ad Mundam urbem conſecutus eſt.Pompeius Sex. effugit.

EX LIBRO C.XVI.

Aeſar ex Hiſpania qntum triūphū egit: & cū multi quāmaxīq; honores ei a ſenatu decreti eſſent: inter quos:ut pater patriæ appellaret : & ſacroſanctus:ac dictator ī ppetuum eēt : iuidiæ cām ad-uerſus eū præſtiterūt:qđ ſenatui deferēte hos honores:cū āte ædē Veneris Gēitricis ſederet:minīe

assurrexit:& quod Marco Antonio consule collega suo inter lupercos currente diadema capiti suo impo situm in sella reposuit: et quod Epidio Marulo & Ceseceo Flauo tribunis plebis inuidiam & tãquam regnum affectanti mouentibus potestas abrogata est.Ex iis causis: conspiratione in eum facta: cuius capita fuerunt.M.Brutus &.G.Trebonius:& Cassius:& ex Cæsaris partibus.D.Brutus in curia Pompeii occisus est uiginti tribus uulneribus:occupatumque ab interfectoribus eius capitolium.Obliuione deinde cædis eius a senatu decreta:obsidibus Antonii & lepidi:liberis acceptis:coniurati a capitolio descenderunt. Testamento Cæsaris hæres ex parte dimidia institutus.G.Octauius ex sorore nepos & in nomen adoptatus est.Cæsaris corpus:cum ĩ campum martium ferretur a plebe:ante rostra crematum est. Dictaturæ honos in perpetuum sublatus est.Chamaces humillimæ sortis homo:qui se.G.Marii filium ferebat ; cum apud credulam plebem:seditiones moueret: interfectus est.

EX LIBRO CXVII.

Aius Octauius Romam ex Epiro uenit:eo enim illum Cæsar præmiserat bellum in Macedonia gesturus:omnibusq; prospere exceptis:etiam nomen Cæsaris sumpsit, in cõfusione rerum ac tumultu lepidum pon.max.interemit.Sed.M.Antonius con. cum impotenter dominaret: legemq; de prouinciarum permutatione tulisset per uim:& Cæsarem quoq; petentem : ut sibi aduersum auunculi percussores adesset:magnis iniuriis affecit, Cæsar:ut sibi & reip.uires contra eum paraturus deductos in colonias ueteranos excitauit. Legiones quoq; quarta & martia signa ab Antonio ad Cæsarem tulerunt.deinde plures sæuicia.M.Antonii passim in castris suis trucidati:quia & suspecti erant:& ad Cæsarem desciuerunt.D.Brutus:ut petendi cisalpinam Galliam Antonio obsisteret:Mutinam cum exercitu occupauit.Præterea discursus utriusq; partis uiroꝝ ad accipiẽdas prouincias apparatusq; belli cõtinet.

EX LIBRO CXVIII.

Arcus Brutus in Græcia sub prætextu reipublicæ & susceptι contra.M.Antonium belli: exercitum:cui Vatinius præerat:cum prouincia in potestatem suam redegit.G.Cæsari:qui primus reip.arma sumpserat pro po.ro.imperium a senatu datum est cum consularibus ornamentis: adiectumq;:ut senator esset.M.Antonius.D.Brutum Mutinæ obsedit: missiq; ad eum legati a senatu de pace parum ad.eam componẽdã ualuerunt:Populus ro.saga sumpsit.M. Brutus in Epiro ,G. Antonium prætorem cum exercitu potestati suæ subegit.

EX LIBRO C.XVIIII.

Aius Trebonius in Asia fraude.P.Dolobellæ occisus est:ob id facinus Dolobella a senatu inimicus iudicatus est. Cum Pansa consul male aduersus Antoniũ pugnasset .A. Hircius cõsul cum exercitu superueniens:fusis.M.Antonii copiis:fortunam utriusq; partis æquauit. Victus deinde ab Hircio & Cæsare Antonius in Galliam confugit:&.M.Lepidum cum legionibus:quæ sub ipso erant:sibi iũxit: hostisq; a senatu cum omnibus:qui intra præsidia eius erant :iudicatus est.A.Hircius:qui post uictoriam ipsius in inimicoꝝ castris ceciderat:&.L.Pansa e uulnere:quod in aduerso prælio exceperat : defunctus in campo martio sepulti sunt.Aduersus Gaium Cæsarem:qui solus e tribus ducibus supererat:parum gratus senatus fuit:qui.D.Bruto obsidione mutinẽsi a Cæsare liberato:honore triumphi decreto:Cæsaris militumq; eius mentionem nõ satis gratam habuit.ob quæ.G.Cæsar:reconciliata per.M. Lepidum cum.M.Antonio gratia:Romã cum exercitu uenit ; & præclusis aduentu eius iis:qui in eũ iniqui erant:cum annos.xviii. haberet:consul creatus est.

EX LIBRO C.XX.

Aius Cæsar consul legem tulit de quæstione habenda ĩ eos:quorum opera pater occisus esset: postulatiq; ea lege.M.Brutus.G.Cassius.D.Brutus absentes dãnati sunt.Cum.M.Antonio uires asinius quoq; Pollio & Munacius Plancus cum exercitibus suis adiuncti ampliassent:&.D. Brutus:cui senatus:ut persequeretur Antonium:mãdauit:relictus a legionibus suis profugisset:iussu Antonii:in cuius potestatem uenerat: a Capeno sequano interemptus est. G. Cæsar pacem cum Antonio & Lepido fecit:ita:ut tres uiri reip.constituendæ quidem per quinquennium præessent:ipse Lepidus & Antonius statuerunt:ut suos quisq; inimicos proscriberent.in qua proscriptione plurimi equites.cxxx. senatorum nomina fuerant:& inter eos.L.Pauli fratris.M.Lepidi &.L.Cæsaris Antonii auunculi. M. Ciceronis:cuius occisi a Popilio legionario milite:cum haberet annos.lxiii. caput quoq; cum manu dextra ĩ rostris positum est.Præterea res a .M.Bruto in Græcia gestas continet.

EX LIBRO.CXXI.

Aius Cassius cui mandatum a senatu erat:ut Dolobellam inimicum iudicatum bello persequeretur:auctoritate reip. adiutus Syriam cum tribus exercitibus: qui ĩ eadem prouincia erant:in potestatem suã redegit:Dolobellam in urbe Laodicea obsessum mori coegit.M.quoque Bruti iussu.G.Antonius captus occisus est.

EX LIBRO C.XXII.

Arcus Brutus aduersus thracas parum prospere rem gessit:omnibusq; transmarinis prouinciis exercitibusq; ĩ potestatẽ eius &.G.Cassii redactis coierũt Smyrnæ uterq; ad ordinanda futuri belli cõsilia.M.Messalæ publicolã fratrem iũctũ communi consilio omnino cõdemnauerunt.

EX LIBRO CXXIII.

Ex.pompeius Magni filius:lectis ex Epiro proscriptis ac fugitiuis cũ exercitu diu sine ulla loci cuiusquam possessione prædatus.in mari Messanam oppidum in Sicilia primum:deinde totam prouinciam occupauit:occisoque a Pompeio.A.Bithynico prætore : Saluidemum legatũ Cæsaris nauali prælio uicit.Cæsar & Antonius cum exercitibus in Græciá traiecerunt bellũ contra Brutum & Cassium gesturi.Qu. Cornificius in Africa.T.Sestium cassinaq; partium ducem prælio uicit.

EX LIBRO.CXXIIII.

Aius cæsar & Antonius apud philippos uario euentu contra Brutum & Cassium pugnauerunt:ita:ut utriusque dextera cornua uicerint:& castra quoque utrinq; ab iis: qui uicerant:expugnarentur : sed in æqualem fortunam partium mors quidem Cassii fecit:qui cum in eo cornu fuisset:quod pulsum erat:totum exercitum fusum ratus:mortem sibi conscíuit. Altero deinde prælio uictus.M.Brutus & ipse uitam finiuit:exorato Stratone fugæ comite:ut sibi gladium adiiceret:annorum erat circiter ætatis.xxxx.inter quos.Qu.Hortensius occisus est.

EX LIBRO.CXXV.

Aius Cæsar relicto Antonio:transmarinæ prouinciæ ex parte imperii ei cessit:reuersus in Italiam ueteranis agros diuisit:seditiones exercitus sui:quas correpti a Fuluia.M.Antonii uxore milites contra imperatorem suum concitauerant: cum grandi periculo inhibuit.L.Antonius consul.M.Antonii frater :eadem Fuluia consulente:bellum Cæsari intulit:receptis in partes suas populis: quorum agri ueteranis assignati erãt:&.M.Lepido : qui custodiæ urbis cum exercitu præerat scisso hostiliter in urbem irripuit.

EX LIBRO.CXXVI.

Aius Cæsar cum esset annoq;.xxiiii.obsessum in oppido Perusia.L.Antonium: conatumq; ali quotiens erumpere & repulsum fame coegit in deditionem uenire : ipsiq; & omnibus quidem militibus eius ignouit: Perusiam diruit:redactisque in potestaté suam oĩbus diuersæ partis exercitibus : bellum citra ullum sanguinem confecit.

EX LIBRO CXXVII.

Arthi Labieno: qui pompeianaq; partium fuerat:duce in Syriam irruperunt:uictoque Didio Saxa.M.Antonii legato uniuersam eam prouinciam occupauerunt.M.Antonius:cum ad bellum contra Cæsarem gerendum incitaretur:uxore Fuluia dimissa:ne concordiæ ducũ obstaret:pace facta cum Cæsare:sororem eius Octauiam in matrimonium duxit.Qu.Saluidemum consilia nefaria contra Cæsarem molitum indicio suo protexit:isque damnatus mortem sibi conscíuit.P.Ventidius Antonii legatus parthos prælio uictos Syria expulit:Labieno eorum duce occiso. Cum uicinus Italiæ hostis Sex.Pompeius Siciliá teneret :& ánonæ cõmeatũ ipediret cum eo postulatá pacem Cæsar & Antonius quidem fecerunt:ita:ut Siciliam prouinciam haberet.Præterea motus Africæ & bella gesta continet.

EX LIBRO CXXVIII.

Vm Sex.Pompeius rursum latrociniis mare infestum redderet ; nec pacem ; quam acceperat: præstaret:Cæsar necessario bello contra eum suscepto:duobus nauálibus prælíis dubio euentu pugnauit.L. Ventidius legatus.M.Antonii parthos in Syria uicit:regemque eorum interemit:iudæi quoque a legatis Antonii interempti sunt.Præterea belli ciculi apparatum continet.

EX LIBRO CXXVIIII.

Duersus Sex.Põpeiũ uario euẽtu naualibus certaminibus pugnatũ é:ita:ut duaq; classiũ Cæsaris altera:cui Agrippa præerat:uíceret:altera:quá Cæsar duxerat.deleta.expositi in terram cũ in quámaximo periculo essent. Victus deinde Pompeius:in Ciliciam profugit.M.Lepidus:qui ex Africa uelut ad societatem belli contra Sex.Pompeium a Cæsare gerendi traiecerat : ei bellũ cum Cæsar quoq; inferret:relicto exercitu abrogato triunuiratus honore uitam ipetrauit. M. Agrippa nauali corona a Cæsare donatus est:qui bonos nemini ante eum habitus est.

EX LIBRO CXXX.

Aius Antonius:dum cum Cleopatra luxuriaretur: Mediam prouinciã ingressus bellũ cũ legionibus.xviii.& xvi.milibus eqtũ parthis itulit:& cũ duabus legionibus amissis nulla re prospere cedente retro rediret: in secutis subinde parthis & ingenti trepidatione:& magno totius exercitus periculo:in Armeniam reuersus est.xxi.die: trecenta:millia fuga emensus circa octo millia hoíum tempestatibus amisit.tempestates quoq; infestas super infeliciter susceptum parthicum bellum culpa sua passus est:quia hyemare in Armenia nolebat:dum ad Cleopatram festinat.

EX LIBRO CXXXI.

EX.Pompeius cum in fidem.M. Antonii ueniret:bellum aduersus eum í Asia moliens a legatis eius oppressus est.Cæsar seditionem ueteranorum cum magna pernicie motam ihibuit:iapidas:dalmatas:& pánonios subegit:Antonius Artiniridem Armeniæ regem:fide data:perductum inuincula coniici iussit: regnumq; Armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit ; quam uxoris loco iampridem captus amore eius habere cœperat.

EX LIBRO.C.XXXII.

Aius Cæsar ī Illyrico dalmatas domuit.Cum.M.Antonius ob amorem Cleopatræ: ex qua duos filios habebat:Philadelphum:& Alexādrū:neq; ī urbem uenire uellet: neq; finito eius tempore triūuiratus imperium deponere:bellūq; moliretur:quod urbi Italiæq; inferret: ingentibus tam naualibus:quā terrestribus copiis ob hoc contractis:remissoq; Octauiæ sorori Cæsaris repudio: Cæsar in Epirum cū exercitu traiecit.Pugnæ deinde nauales:& prælia equestria secūda Cæsaris referūtur

EX LIBRO C.XXXIII.

Aius Antonius ad actium classe uictus Alexandriam profugit: obsessusq; a Cæsare in ultima rerum desperatōe præcipue occisæ Cleopatræ falso rumore impulsus se ipse interemit. Cæsaris Alexandria in potestatem redacta.Cleopatra:ne ī arbitriū uictoris ueniret:uoluntaria morte occubuit: ī urbem reuersus tres triūphos egit:unū ex Illyrico: alterū ex actiaca uictoria: tertiū ex Cleopatra.Imposito fine ciuilibus bellis altero & trigesimo āno.M. Lepidus: qui Lepidi triumuiri fuerat filius:coniuratione contra Cæsarem facta:bellum moliens oppressus:& occisus est.

EX LIBRO C.XXXIIII.

Aius Cæsar rebus compositis:& omnibus prouiciis ī certam formam redactis:Augustus quoque cognominatus est:& mensis sextilis in honorē eius appellatus est.Cum ille conuentū Narbonæ egit:census a tribus Galliis:quas Cæsar pater uicerat:actus. Bellum contra bastarnas:& mœsos:& alias gentes a.M.Crasso refertur.

EX LIBRO C.XXXV.

Ellum a.M Crasso aduersus thracas:& a Cæsare aduersus hispanos gestum refert:& Salasi gētes alpinæ perdomiti.

EX LIBRO C.XXXVI.

Ræcia a Tiberio Merone:& Druso Cæsaris priuigno domita. Agrippa Cæsaris gener mortuus:& a Druso census actus est.

EX LIBRO C.XXXVII.

Iuitates Germaniæ cis rhenum & trans rhenum positæ oppugnantur a Druso. & tumultus: qui obcēsum exortus in Gallia erat:compositus. Ara Cæsari ad confluentem maris & rhodani dedicata:sacerdoteque creato.G.Iulio Vercondari dubio heduo.

EX LIBRO C.XXXVIII.

Hraces domiti a Scipione.Item ceruisci: cenchrei: cauci: aliæque germanorum trans rhenum gentes subactæ a Druso referunrur.Octauia soror Augusti defuncta ante amisso filio Marcello:cuius monumenta sunt theatrum & porticus eius nomini dicata.

EX LIBRO C.XXXVIIII.

Ellum cōtra transrhenanas gētes a Druso gestū refertur:ī quo iter primores pugnauerūt.T.Senectius & Anectius tribūi ciuitatis neruōr.Dalmatas & pānonios Nero frater Drusi subegit. Pax cū parthis facta ē signis a rege eorū:q̄ sub Crasso:& postea sub Antōio capta erāt: redditis.

EX LIBRO C.XL.

Ellum aduersus germanorū trās rhenum ciuitates gestū a Druso refert:ipse ex fractura equo super crus eius collapso.xxx.die:quā id acciderat:mortuus est: corpus a Nerōe fratre:qui nuncio ualitudinis euocatus:raptim accurrerat:Romā reuectum:& ī.G.Iulii tumulo conditū.Laudatus a Cæsare Augusto uitrico: & supremis illius funeribus plures honores dedit.

PRAESENTIS CODICIS HAEC SVNT CAPITA OPERVM.

Io.An.Episcopi Alerienſis ad Summum Pont.Paulum.ii.Venetum: & Marcum Sancti Marci Cardinalē epistola. Fausto
T. Liuii patauini historici primæ decadis præfatio. Facturus ne.
T.Liuii Patauini historici ab urbe condita decadis primæ liber primus. Iam primum
Liber secundus Liberi.
Liber tertius. Antio.
Liber quartus. Hos.
Liber quintus. Pace.
Liber sextus Quæ.
Liber septimus. Annus.
Liber octauus. Iam.
Liber nonus. Sequitur.
Liber decimus. L. Gneu.
T.Liuii Patauini historici tertiæ decadis præfatio. In parte.
T.Liuii.Patauini Historici de secundo bello punico decadis tertiæ liber.i.Missus.

Liber secundus.	Iam
Liber tertius.	Hannibal
Liber quartus.	Vt ex.
Liber quintus.	Cum hæc.
Liber sextus.	Gn. Ful.
Liber septimus	Hic.
Liber octauus.	Cum
Liber nonus.	Scipio.
Liber decimus	G. Scrui.

T. Liuii Patauini historici Quartæ decadis præfatio. Me quoque.

T. Liuii Patauini Historici de bello Macedonico: & asiatico de quartæ li. i. Pacem

Liber secundus.	Consul.
Liber tertius.	Consules
Liber quartus.	Inter.
Liber quintus.	Principio.
Liber sextus.	Cornelium.
Liber septimus.	Cornelio
Liber octauus.	Dum in.
Liber nonus.	Dum hæc.
Liber decimus.	Principio.

Lucii florii Epitoma decadum quattuordecim. T. Liuii Patauini Historici in cētum & quadragīta libros distinctum.

Aduentus Aeneæ.

T. LIVII PATAVINI HISTORICI PRIMAE DECADIS PRAEFATIO.

FACTVRVS NE SIM OPERAE PRETIVM: SI A PRIMORDIO VRBIS RES populi romani perscripsero: nec satis scio: nec: si sciam: dicere ausim: quippe qui cum ue terem: tum uulgatam esse rem uideam: dū noui semp scriptores aut in rebus certius al laturos aliqd se: aut scribēdi arte rudē uetustatē supaturos credūt. Vtcūq; erit: iuuabit tamē rerū gestaꝝ memoriæ: prīcipis: terraꝝ populi pro uirili pte & meipsū cōsuluisse. Etsi ī tāta scriptoꝝ turba mea fama ī obscuro ē: nobilitate ac magnitudīe eoꝝ: qui no mini officiēt meo: me cōsoler. Res est præterea & īmēsi operis: ut quæ supra septīgēteſimū annū repetat: & quæ ab exiguis ꝓfecta initiis: eo creuerit: ut iā magnitudīe laboret sua: & legētiū pleriscq; haud dubito: quin primæ origines: & ꝓxima originibus minus præbitura uoluptatis sunt: festīnātibus ad hæc noua: quibus iampridē prævalētis populi uires se ipsæ cōficiūt. Ego cōtra: hoc quoq; laboris præmiū petam: ut me a conspectu maloꝝ: quæ nostra per tot annos uidit ætas: tantisp certe: dū prisca illa tota mēte repeto: auertā: omīs expers curæ: quæ scribētis aīum: & si nō flectere a uero: solicitū tamē effīcere potest. Quæ an te conditā condendāue urbē poeticis magis decora fabulis: quā incorruptis reꝝ gestaꝝ monumētis tra duntur: ea nec affirmare: nec refellere in aīo est. datur hæc uenia antiquitati: ut miscendo humana diuinis: primordia urbiū augustīora faciat: & si cui populo licere oportet cōsecrare origines suas: & ad eos referre auctores: ea belli gloria est populo romano: ut cū suum cōditorisq; sui parentē Martem potissimū ferat: tam hoc gentes humanæ patiātur æquo aīo: quā imperiū patiūtur. Sed hæc & his similia: utcūq; aīaduersa: aut æstimata erunt: haud equidē in magno ponā discrimīe. ad illa mihi pro se quisq; acriter intēdat animū quæ uita: qui mores fuerīt: per quos uiros: quibusq; artibus domi militiæq;: & partū: & auctū imperiū sit: labente deinde paulatim disciplina: uelut desidētis primo mores sequatur aīo: deinde: ut magis magisque lapsi sint: tum ire cœperint præcipites: donec ad hæc tēpora: quibus nec uitia nostra: nec remedia pati pos sumus: peruentū est. Hoc illud est præcipue in cognitōe reꝝ salubre ac frugiferꝝ: omnis te exempli docu menta in illustri posita monumēto intueri: unde tibi tuæq; reipublicæ: quod imitere: capias: unde fœdū inceptu: fœdum exitu quod uites. Cæteꝝ aut me amor negotii suscepti fallit: aut nulla unquam respu blica nec maior: nec sanctior: nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quā tam sero auaricia: luxuriaque im migrauerint: nec ubi tantus: ac tandiu paupertati: ac parsimoniæ honos fuerit adeo: quanto reꝝ minus: tā to minus cupiditatis erat. nuper diuitiæ auariciam: & abundantes uoluptates desyderium per luxum: atq; libidinem pereundi: perdendiq; omnia inuixere. Sed querelæ ne tum quidem gratæ futuræ: conforsitan necessariæ erunt: ab initio certe tantæ ordiendæ rei absint: cum bonis potius hominibus: uotisq; ac preca tionibus deorum: dearumq; si: ut poetis: nobis quoq; mos esset: libentius inciperemus: ut orsis tanti ope ris successus prosperos darent.

T. LIVII PATAVINI HISTORICI DECADIS PRIMAE LIBER PRIMVS.



AM PRIMVM OMNIVM SATIS CONSTAT TROIA CAPTA in cæteros sæuitum esse troianos: duobus Aenea Antenoreq; & uetusti iure hospitii: & quia pacis: reddendæq; Helenæ semper auctores fuerũt: omne ius belli achiuos abstinuisse. Casibus deinde uariis Antenoré cum multitudine henetum: qui seditione e Paphlagonia pulsi: & sedes & ducem rege Philemene ad Troiam amisso quærebant: uenisse in intimum maris adriatici sinum: euganeisq; qui inter mare alpesq; incolebãt: pulsis: henetos troianosq; eas tenuisse terras: & in quem primum egressi sũt locum: Troia uocatur: pagoq; inde troiano nomen est: gẽs uniuersa ueneti appellati. Aeneam ab simili clade domo profugũ: sed ad maiora rerum initia ducentibus fatis primo in Macedõniam uenisse: inde in Siciliam quærentem sedes delatum: a Sicilia classe laurentem agrum tenuisse: Troia & huic loco nomen é. Ibi egressi troiani: ut quibus ab immẽso prope errore nihil præter arma & naues supereſſet: cum prædam ex agris agerent: Latinus rex aborigenesq; qui tum ea tenebant loca: ad arcendam uim aduenarum armati ex urbe atq; agris concurrunt. Duplex inde fama est: alii prælio uictum Latinum pacem cum Aenea: deinde affinitatẽ iunxisse tradunt. alii: cum instructæ acies constitissent: priusquam signa canerent: processisse Latinum inter primores: ducéq; aduenarum euocasse ad colloquium: percunctatum deinde qui mortales essent: unde aut quo casu profecti domo: quidue quærentes in agrum laurentem exissent. posteaquam audiuit multitudinẽ troianos eẽ: ducem Aeneam filium Anchisæ & Veneris: cremata patria & domo profugos sedem condẽdæq; urbi locum quærere: & nobilitatem admiratum gentis: uiriq; animum uel bello uel paci paratũ dextra data: fidẽ futuræ amicitiæ sanxisse. Inde fœdus ictum inter duces: inter exercitus salutationem factam. Aeneã apud Latinũ fuisse in hospitio: ibi Latinũ apud penates deos domesticũ publico adiunxisse fœdus: filia Aeneæ in matrimonium data: Ea utiq; res troianis spem affirmat tandem stabili certaq; sede finiendi erroris. oppidum condunt. Aeneas ab nomine uxoris Lauiniũ appellat. Breui stirps quoq; uirilis ex nouo matrimonio fuit: cui Ascanium parentes dixere nomen. Bello deinde aborigines troianiq; simul petiti. Turnus rex rutulorum: cui pacta Lauinia ante aduẽtum Aeneæ fuerat: prælatũ sibi aduenã ægre patiens simul Aeneæ Latinoq; bellum intulerat. Neutra acies læta ex eo certamine abiit: uicti rutuli: uictores aborigines troianiq; ducem Latinum amisere. Inde Turnus rutuliq; diffisi rebus ad florentes opes ethruscorum Mezentiumq; eorum regem confugiunt: qui Cære opulento tum oppido imperitans: iam inde ab initio minime lætus nouæ origine urbis: & tum nimio plusquam satis tutum esset accolis rem troianam crescere ratus: haud grauatim socia arma rutulis iunxit. Aeneas aduersus tanti belli terrorem: ut animos aboriginum sibi conciliaret: ne sub eodem iure solum: sed etiam nomine omnes essent: latinos utranq; gentem appellauit: nec deinde aborigines troiãis studio ac fide erga regem Aeneam cessere. frætusq; his animis coalescẽtium in dies magis duorum populorum Aeneas: quanquam tanta opibus ethruria erat: ut iam non terras solum: sed mare etiam per totam Italiæ longitudinem ab alpibus ad fretum siculũ fama nominis sui implesset: tamen cum mœnibus bellum propulsare posset: in aciem copias eduxit. Secundum inde prælium latinis: Aeneæ etiam ultimũ operum mortalium fuit. Situs est: quencunq; eũ dici ius fasq; est: super Numicum flumen: Iouem Indigetem appellant. Nondum maturus ĩperio Ascanius Aeneæ filius erat: tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit tantisper tutela muliebri: tanta indoles in Lauinia erat: res latina & regnum auitum paternumq; puero stetit. haud ambigam: Quis enim rem tam ueterem pro certo affirmet? hiccine fuerit Ascanius: an maior: quam hic: Creusa matre Ilio ĩcolumi natus: comesq; inde paternæ fugæ: quem Iulum eundem iulia gens auctorem nominis sui nuncupat. is Ascanius: ubicunq; & quacunq; matre genitus (certe natum Aenea constat) abundante Lauinii multitudine florentem iam: ut tum res erãt: atq; opulentam urbem matri seu nouercæ reliquit: nouam ipse aliã sub albano mõte condidit: quæ ab situ porrectæ in dorso urbis longa Alba apellata. Inter Lauinium & Albam longã coloniam deductam triginta fere interfuere anni. tantum tamen opes creuerant maxime fusis Ethruscis: ut ne morte quidem Aeneæ: nec deinde inter muliebrem tutelam: rudimẽtumq; primum puerilis regni mouere arma aut Mezentius: ethrusciq; aut ulli alii accolæ ausi sint. Pax ita conuenerat: ut ethruscis latiniq; fluuius albula: quem nunc tyberim uocant: finis esset. Siluius deinde regnat Ascanii filius: casu quodam ĩ siluis natus. is Aeneam Siluium creat. is deinde Latinum Siluium. ab eo colõiæ aliquot deductæ. prisci latini appellati. mansit postea Siluius oĩbus cognomen: qui Albæ regnarunt. Latino Alba ortus: Alba Atys: Aty Capys: Capi Capetus: Capeto Tyberinus: qui in traiectu albulæ amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit. Agrippa inde Tyberini filius: post Agrippam Romulus Siluius a patre accepto ĩperio regnat. Auentino fulmine ictus ipse regnum per manus tradidit. is sepultus in eo colle: qui nunc est ps romanæ urbis: cognomen colli fecit. Proca deinde regnat. is Numitorem atq; Amulium procreat. Numitori: qui stirpis maximus erat: regnum uetustum siluiæ gentis legat. plus tamen uis potuit quam uolũtas

patris:aut uerecundia ætatis.pulso fratre Amulius regnat:addit sceleri scelus.stirpem fratris uirilem interimit.fratris filiæ Rheæ Siluiæ per speciem honoris: cum uestalem eam legisset: perpetua uirginitate spē partus adimit.Sed debebatur: ut opinor: fatis tantæ origo urbis maximiq; secūdum deorum opes imperii principium:ut compressa uestalis cum geminum partū ædidisset:seu ita rata:seu quia deus auctor culpæ honestior erat:Martem incertæ stirpis patrem nuncupat:sed nec dii nec homines aut ipsam:aut stirpē a crudelitate regia uendicant:sacerdos uincta ī custodiam datur: pueros in profluentem aquam mitti iubet.Sorte quadam diuinitus super ripas tyberis effusus lenibus stagnis: nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis:& posse quanuis languida mergi aqua infantes spem ferētibus dabat.ita uelut defuncti regis imperio in proxima alluuie:ubi nunc ficus ruminalis est;romularem uocatam ferūt:pueros exponūt: uastæ tum in iis locis solitudines erant.Tenet fama cum fluitantem alueum:quo expositi erant pueri: tenuis ī sicco aqua destituisset: lupam sitientem ex montibus:qui circa sunt:ad puerilem uagitum cursum flexisse:eam summissas infantibus adeo mitem præbuisse mammas:ut lingua lābentem pueros magister regii pecoris inuenerit: Faustulo fuisse nomen fuerunt:ab eo ad stabula delatos Laurentiæ uxori educādos datos.Sunt:qui Laurentiam uulgato corpore lupam uocatam inter pastores putēt:īde locum fabulæ ac miraculo datum: ita geniti atq; educati. cum primum adoleuit ætas:nec ī stabulis:nec hi ad pecora segnes:uenando peragrare saltus: hinc robore animis corporibusq; sumpto iam non feras tantū subsistere: sed in latrones præda honustos impetum facere:pastoribusq; capta diuidere:& cum his: crescente in dies grege iuuentium:seria ac iocos celebrare.Iam tum in palatino monte lupercal hoc fuisse ludicrum ferūt: & a Palanteo urbe arcadica palantium:deinde palatinum montem appellatū.ibi Euandrum:qui & eo genere arcadum multis ante tempestatibus ea tenuerit loca: solemne allatum ex Arcadia instituisse:ut nudi iuuenes lycæum Pana uenerantes per luxum atq; lasciuiam currerent: quem romani deinde uocauerunt Inuum.Huic deditos ludicro:cum solemne notum esset:insidiatos ob iram prædæ amissæ latrones: cum Romulus ui se defendisset: Remum cepisse:captū Amulio regi tradidisse. ultro accusantes crimini maxime dabant:in Numitoris agrum ab his impetum fieri:inde eos collecta iuuenū manu hostilem in modum prædas agere.sic Numitori ad supplicium Remus deditur. Iā inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari:nam & expositos iussu regis infantes sciebat: & tempus: quo ipse eos sustulisset:ad idipsum congruere.sed rem immaturam nisi aut per occasionē: aut per necessitatem aperire noluerat.necessitas prior uenit.ita metu subactus Romulo rem aperit. Forte & Numitori:cū ī custodia Remum haberet:audisset;q; geminos esse fratres:comparando ætatem eorum:& ipsam minime seruilem indolem:tetigerat animum memoria nepotum:sciscitandoq; eodē peruenit:ut haud procul esset: quin Remum agnosceret:ita undiq; regi dolus nectitur.Romulus non cum globo iuuenum: nec enim erat ad uī apertam par: sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam uenire pastoribus ad regem impetū facit:& a domo Numitoris alia comparata manu adiuuat Remus:ita regem obtruncant.Numitor iter primum tumultum hostes inuasisse:urbem;atq; adortos regiam dictitans:cum pubem albanam ī arcē præsidio armisq; obtinendam aduocasset: posteaquam iuuenes perpetrata cæde pergere ad se gratulantes uidit:extemplo aduocato concilio:scelera in se fratris: originem nepotum:ut geniti: ut educati: ut cogniti essent: cædem deinceps tyranni seq; eius auctorem ostendit. Iuuenes per mediam cōcionem agmine ingressi cum auum regem salutassent: secuta ex omni multitudine uox consentiens ratum nomen imperiumq; regi effecit.Ita Numitori albana re permissa: Romulum Remumq; cupido cepit:in iis locis ubi expositi ubi educati erant:urbis condendæ:& supererat multitudo albanorum latinorumq;: ad id pastores quoq; accesserant: qui omnes facile spem facerent:paruam Albam: paruum Lauinium præ ea urbe: quæ conderetur:fore.Interuenit deinde his cogitationibus auitum malum:regni cupido: atq; inde foedū certamen coortum a satis miti principio.quoniam gemini essent:nec ætatis uerecundia discrimē facere posset:ut dii:in quorum tutela ea loca essent:auguriis legerent eum:qui nomen nouæ urbi daret: qui conditam imperio regeret:palatinum Romulus:Remus auentinum ad inaugurandum templa capiunt. priori Remo augurium fertur sex uultures:iamq; nunciato augurio:cum duplex numerus Romulo sese ostendisset:utrunq; regem sua multitudo consultauerat.tempore illi præcepto: at hi numero auium regnum trahebant.Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad cædem uertuntur:ibi in turba ictus Remus cecidit.Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum nouos transiliisse muros: inde ab irato Romulo:cum uerbis quoq; increpitans adiecisset:sic deinde quicunq; alius transiliet mœnia mea: interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus:condita urbs conditoris nomine appellata.Pallatinum primū:in quo ipse erat educatus:muniit.sacra diis aliis albano ritu:græco Herculi:ut ab Euandro instituta erant:facit. Herculem in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant: ac prope tyberim fluuium:qua præ se armentum agens nando traiecerat: loco herbido ut quiete & pabulo læto reficeret boues:& ipsum fessum uia procubuisse.ibi cum eum cibo uinoq; grauatum sopor oppressisset:pastor accola eius loci nomine Cacus ferox uiribus captus pulchritudine boum cum auertere eam prædam uellet: quia:si agendo armentum ī speluncam compulisset:ipsa uestigia quærentem dominū eo deductura erāt: auersos boues eximium quenq; pulchritudine caudis in speluncam traxit.Hercules ad primam auroram excitus: cum gregem perlustrasset oculis:& partem abesse numero sensisset:pergit ad proximam spelūcā:

si forte eo ueſtigia ferrent:quæ ubi omnia foras uerſa uidit:nec in partem aliam ferre: confuſus atq; icertus animi ex loco infeſto agere porro armentum occoepit. Inde cum actæ boues quædam ad deſyderiũ: ut fit:relictarum mugiſſent:reddita incluſaq; ex ſpelũca boum uox Herculem conuertit. quem cũ uadẽtem ad ſpeluncam Cacus ui prohibere conatus eſſet: ictus claua fidem paſtorum nequicquam inuocans morte occubuit. Euander tum ea profugus ex Peloponneſo auctoritate magis:quam iperio regebat loca: uenerabilis uir miraculo litteraq; rei nouæ inter rudes artiũ homíes:uenerabilior diuinitate credita Carmentæ matris:quam fatiloquam ante Sybillæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant. Is tũ Euãder concurſu paſtorum trepidantium circa aduenam manifeſte reum cædis excitus: poſteaquam facinus facinoriſq; cauſam audiuit:habitum formamq; uiri aliquantum ampliorem auguſtioremq; humana intuens:rogitat:qui uir eſſet:ubi nomen patremq; ac patriã accepit:Ioue nate Hercules ſalue: inquit:te mihi mater ueridica interpres deum aucturum cæleſtium numerum ceeinit:tibiq; aram hic dicatũ iri: quã opulentiſſima olim ĩ terris gens maximã uocet:tuoq; ritu colat. dextra Hercules data accipere ſe omen: impleturumq; fata:ara condita atq; dicata:ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege ſacrum adhibitis ad miniſteriũ dapẽq; potitiis ac pinariis:quæ tũ familiæ maxĩæ inclitæ ea loca incolebãt factũ. Forte ita euenit:ut potitii ad tempus præſto eſſent:iiſq; exta apponerent: pinarii extis adeſis ad cæteram uenirẽt dapem:inde inſtitutũ manſit: donec pinarium genus fuit:ne extis ſolemnibus ueſcerent. Potitii ab Euandro edocti antiſtites ſacri eius permultas ætates fuerũt: donec tradito ſeruis publicis ſolemnifamiliæ miniſterio genus omne potitiorum interiit. Hæc tum ſacra Romulus una ex omnibus peregría ſuſcepit. Iam tum immortalitatis uirtute parta:ad quam eum ſua fata ducebant: fautor rebus diuinis rite perpetratis: uocataq; ad concilium multitudine:quæ coaleſcere ĩ populi unius corpus nulla re præterquam legibus poterat:iura dedit:quæ ita ſancta generi hominum agreſti ratus fore:ſi ſe ipſe uenerabilẽ inſigni bus imperii feciſſet: cum cætero habitu ſe auguſtiorem: tum maxime lictoribus duodeci ſumptis fecit. alii ab numero auium:quæ augurio regnum portenderãt: eum ſecutum numerum putant:me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe:quibus & apparitores:& hoc genus ab ethruſcis finitimis: unde ſella curulis: unde toga prætexta ſumpta eſt:numerum quoq; ipſum ductum placet: & ita habuiſſe ethruſcos quod ex xii. populis cõmuniter rege creato ſingulos ſinguli populi lictores dederint. Creſcebat interim urbs munitionibus:& alia atq; alia appetendo loca:cum in ſpem magis futuræ multitudinis quã ad id: quod tum hominum erat:munirent. deinde ne uana urbis magnitudo eſſet:adiiciẽdæ multitudini cauſa: ueteri cõſilio condentium urbes: qui obſcuram atq; humilem conciendo ad ſe multitudinẽ: natã e terra ſibi prolem mentiebantur:locus:qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt: aſylum aperit. eo ex finitimis populis turba omnis ſine diſcrimine:liber an ſeruus eſſet:auida nouarum rerq; perfugit:idq; primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit. Cum iam uirium haud pœniteret: conſilium deinde uiribus parat:centum creat ſenatores:ſiue quia is numerus ſatis erat:ſiue quia ſoli centũ erant:qui creari patres poſſent. patres certe ab honore:patritiiq; progẽies eorq; appellati. Iam res romana adeo erat ualida:ut cuilibet finitimarq; ciuitatum bello par eſſet. ſed penuria mulierũ hominis ætatẽ duratura magnitudo erat: quippe quibus nec domi ſpes prolis:nec cum finitimis cõnubia eſſent. Tum ex conſilio patrũ Romulus legatos circa uicinas gentes miſit:qui ſocietatem connubiumq; nouo populo peterent. Vrbes quoq;:ut cætera ex infimo naſci:deinde quæ ſua uirtus ac dii iuuent:magnas opes magnũq; nomen ſibi facere: ſatis ſcire origini romanæ:& deos affluiſſe:& non defuturam uirtutem:proinde ne grauarentur homines: cũ hominibus ſanguinem ac genus miſcere. Nuſquam benigne legatio audita eſt:adeo ſimul omnes ſpernebãt: ſimul tantam in medio creſcentem molem ſibi ac poſteris ſuis metuebant:plæriſq; rogitantibus dimiſſi: ecquod fœminis quoque aſylum aperuiſſent? id enim demum compar connubium fore. Aegre id romana pubes paſſa:& haud dubie ad uim ſpectare res cœpit:cui tẽpus locumq; aptũ ut daret Romulus: ægritudinem animi diſſimulans ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolemnes:conſualia uocat. Indici deinde finitimis ſpectaculũ iubet:quantoq; apparatu tum ſciebãt:aut poterant:concelebrãt: ut rẽ claram expectatamq; facerent. Multi mortales conuenere ſtudio etiã uidendæ nouæ urbis:maxime proximi quique ceninenſes:cruſtumini:antemnates. Iam ſabĩorum omnis multitudo cum liberis ac cõiugibus uenit. Inuitati hoſpitaliter per domos:cũ ſitum:mœniaq;:& frequentem tectis urbem uidiſſent:mirant tã breui rem romanam creuiſſe. Vbi ſpectaculi tempus uenit:deditæq; eo mentes cum oculis erant:tum ex cõpoſito orta uis. ſignoq; dato iuuentus romana ad capiendas uirgines diſcurrit. magna pars forte ut ĩ quẽ quæq; inciderat raptæ:quaſdã forma excellẽtes primoribus patrũ deſtĩatas:ex plebe homines: quibus datũ negotiũ erat:domos deferebãt. Vnã longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignẽ a globo Thalaſſii cuiuſdã raptã ferũt: multiſq; ſcẽſcitãtibus:cuinã eã ferret? idẽtidẽ:nequis uiolaret:Thalaſſio ferri clamitatũ. Inde nuptialẽ hãc uocẽ factã. Turbato p metũ ludicro mœſti parẽtes uirginũ ,pfugiunt incuſantes uiolati hoſpitii fœdus: deũq; iuocãtes:cuius ad ſolemne ludoſq; p fas & fidẽ decepti uẽiſſent. Nec rapris aut ſpes de ſe melior: aut ĩdignatio ẽ minor:ſed ipſe Romulus circuibat:docebatq; patrũ id ſupbia factũ: qui connubiũ finitimis negaſſent:illas tamẽ ĩ matrimõio ĩ ſocietate fortunaq; omniũ ciuitatiſq;: & quo nihil carius humano generi ſit libeq; fore:mollirent mõ iras:& quibus ſors corpora dediſſet: darent animos: ſæpe ex iniuria poſtmodũ gratiã ortã:eoq; melioribus uſuras uiris: quod annixurus ,p ſe quiſq; ſit:

ut cum uicē functus officio sit:parentū etiam patriæq; expleat desyderiū.Accedebant blandiciæ uiroꝝ factum purgantiū cupiditate atq; amore:quæ maxime ad muliebre ingeniū preces efficaces sunt. Iam admodum mitigati animi raptis erant.At raptaꝝ parentes tum maxime sordida ueste:lachrymisq; : & querelis ciuitates concitabant:nec domi tantū indignationes continebāt:sed congregabant undiq; ad Tatiū regem sabinoꝝ: & legatiōes:eo quod Tatii maximum nomen in iis regionibus erat:conueniebāt. Ceninenses:crustuminiq;:& antēnates erant:ad quos eius iniuriæ pars ptinebat.Lente agere iis Tatius sabiniq; uisi sunt.Inter se tres populi communiter bellū parant. nec crustumini quidē atq; antemnates præ ardore iraq; ceninensium satis se impigre mouent:ita per seipsum nomen ceninū in agrū romanum impetum facit.sed effuse uastantibus fit obuius cū exercitu Romulus. leuiq; certamine docet uanā sine uiribus irā: exercitum fundit fugatq;:fusum psequitur:regē in prælio obtruncat & spoliat:duce hostium occiso urbē primo impetu capit.Inde exercitu uictore reducto ipse tum factis uir magnificus:tum factoꝝ ostentator haud minor:spolia ducis hostiū cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens ī capitoliū ascendit:ibiq; cum ea ad quercū pastoribus sacram deposuisset:simul cum dono designauit templo Iouis fines : cognomenq; addidit deo.Iupiter feretri:inquit: hæc tibi uictor Romulus rex regia arma fero : templūq; his regionibus:quas modo aio metatus sum:dedico:sedem opimis spoliis:quæ regibus ducibusq; hostium cæsis me auctorē sequentes posteri ferent.Hæc templi est origo:quod primum omniū Romæ sacratū est:ita deinde diis uisum:nec iratam conditoris templi uocē esse:qua laturos eo spolia posteros nuncupauit:nec multitudine compotum eius doni uulgari laudem. bina postea inter tot annos tot bella opima parta sūt spolia:adeo rata eius fortuna decoris fuit.Dum ea ibi romani gerunt:antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines romanos incursionem facit : raptim ad hos romana legio deducta palatos opressit.fusi igitur primo impetu & clamore hostes:oppidum captum: dupliciq; uictoria ouantē Romulū Hersilia coniunx precibus raptaꝝ fatigata orat:ut parentibus earum det ueniam:& in ciuitatem accipiat:ita rem coalescere concordia posse:facile impetratū . Inde contra crustuminos profectus bellum inferentes:ubi minus etiam:quod alienis cladibus ceciderant animi:certaminis fuit.utroq; colōiæ misiæ: plures inuenti:qui propter hubertatē terræ in Crustuminium nomina darent:& Romam inde frequenter migratum est a parentibus ac propinquis raptarum.Nouissimum bellū ab sabinis ortū:multoq; id maximum fuit:nihil enim per iram aut cupiditatem actum est:nec ostenderunt bellū:priusq; intulerunt . consilio etiam additus dolus.Sp . Tarpeius romanæ præerat arci:huius filiam uirginē auro corrūpit Tatius: ut armatos in arcem accipiat.Aquam ea forte tum sacris extra mœnia petitum ierat:accepti obrutā armis necauerūt:seu ut ui capta potius arx uideret:seu prodendi exempli causa:nequid usquā fidum ꝓditori eēt additur fabulæ quod uulgo sabini aureas armillas magni ponderis brachio leuo:gēmatosq; magna specie annulos habuerint: pepigisse eā quod in sinistris manibus haberent:eo scuta illi pro aureis donis cōgesta. Sunt qui eam ex pacto tradendi:quod in sinistris manibus eēt:decreto arma petisse dicāt:& fraude uisam agere:sua ipsam peréptā mercede . tenuere tamen arcē sabini.atq; inde postero die cū romanus exercitus īstructus:quod iter capitolinū collē palatinūq; campi ē:cōplesset: nō prius descenderūt in æquū sabini: quam ira & cupiditate recuperandæ arcis stimulante animos in aduersum romāi subiere. Prīcipes utrīq; pugnam ciebant:ab sabinis MetiusCurtius:ab romanis Hostius Hostilius.hic rem romanam iniquo loco ad prima signa animo atq; audacia sustinebat. Vt Hostius cecidit:confestī romana inclinat acies : fusaq; ē ad ueterem portam palatii.Romulus & ipse turba fugientiū actus arma ad cælum tollens Iupiter tuis : īquit:auibus iussus hic in palatio prima urbi fundamenta ieci:arcem iā scelere emptam sabini habent: īde huc armati superata ualle media tendunt.at tu pater deū hominumq; hinc saltē arce hostes : deme terroré romāis:fugāq; fœdā sīste.hic ego tibi templū Statori loui : quod monumētum sit posteris:tua præsenti ope seruatā urbem esse uoueo.Hæc precatus:ueluti si sensisset auditas preces:hinc:inquit:romani Iupiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam iubet . restitere romani tanquā cælesti uoce iussi : ipse ad primores Romulus uolat.Metius Curtius ab sabinis princeps ab arce decurrerat :& effusos egerat romanos toto:quantū foro spatiū est:nec procul iā a porta palatii erat:clamitans uicimus perfidos hospites:imbelles hostes:iam sciunt longe aliud esse uirgines rapere:aliud pugnare cū uiris.In eū hæc gloriantē cum globo ferocissimorum iuuenū Romulus impetū facit.ex equo tum forte Metius pugnabat eo pelli facilius fuit.pulsum romani persequuntur:& alia romana acies audacia regis accensa:fundit sabinos.Metius in paludē sese strepitu sequentiū trepidante equo cōiecit:auerteratq; ea res etiā sabinos tanti periculo uiri.Et ille quidē annuentibus ac uocantibus suis fauore multorum addito animo euadit.romāi sabiniq; ī media conualle duoꝝ mōtium redintegrāt prælīū:sed res romana erat superior. Tum sabinæ mulieres: quaꝝ ex iniuria bellū ortum erat:crinibus passis : scissaq; ueste:uicto malis muliebri pauore ausæ se inter tela uolantia inferre ex transuerso impetu facto dirimere infestas acies:dirimere iras:hinc patres:hinc uiros orātes:ne se sanguine nefando soceri generiq; respergerent:ne parricidio macularent partus suos: nepotum illi liberoꝝ hi progeniē.si affinitatis inter uos:si connubii piget:in nos uertite iras.nos causa belli:nos uulneꝝ ac cædiū uiris ac parentibus sumus:melius peribimus:quam sine alteris uestrū uiduæ aut orbæ uiuamus.Mouet res tum multitudiné tū duces:silentium:& repentina fit quies.inde ad fœdus faciendum duces ꝓdeūt:nec pacē mō:sed ciuitatem unā ex duabus faciūt:regnū consociant:imperiū omne

conferunt Romã.ita geminata urbe:ut ſabinis tamen aliquid dareť:quirites a Curibus appellati:mõumẽtum eius pugnæ:ubi primũ ex profunda emerſus palude eques Curtius in uado ſtatuit: curtium lacũ appellarunt.Ex bello tã triſti læta repente pax cariores ſabinas uiris ac parẽtibus:& ãte omnis Romulo ipſi fecit.Itaq; cum populũ in curias triginta diuideret:nomina eaꝝ curiis impoſuit,id nõ tradiť:c ũ haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierum fuerit:ætate an dignitatibus ſuis:uirorumue:an ſorte lectæ ſint:quæ curiis nomina darent. Eodẽ tempore & centuriæ tres equitũ conſcriptæ ſunt:ramnenſes a Romulo:a Tito Tatio titienſes appellati.lucerũ nominis:& originis cã incerta eſt.inde nõ mõ commune: ſed concors etiam regnum duobus regibus fuit.Poſt aliquot annos propĩqui regis Tatii legatos Laurentium pulſant:cumq; laurentes iure gentiũ agerent;apud Tatiũ gratia ſuorũ & preces plus poterãt:igitur illorum pœnam in ſe uertit:nã lauinii:cum ad ſolemne ſacrificiũ eo ueniſſet:concurſu facto interficiť. eam rẽ minus ægre:quam dignũ erat:tuliſſe Romulũ ferũt:ſeu ob ĩfidam ſocietatẽ regni:ſeu quia haud iniuria cæſum credebat.Itaq; bello quidẽ abſtinuit.ut tamen expiarenť legatorum iniuriæ:regiſq; cædes: fœdus inter Romam Lauiniũq; urbes renouatum ẽ.Et cum his quidẽ inſperata pax erat:aliud multo propius: atq; in ipſis prope portis bellũ ortũm.Fidenates nimis uicinas prope ſe conualeſcere opes rati: priuſquam tãtũ roboris eſſet:quantũ futurũ apparebat:occupant bellũ facere,iuuentute armata immiſſa uaſtať agri:quod inter urbẽ ac Fidenas eſt.Inde ad leuam uerſi:quia dextra tyberis arcebat:cũ magna trepidatione agreſtiũ populantur:tumultuſq; repens ex agris in urbẽ allatus pro nũcio fuit,excitus Romulus: neq; enim dilationem pati tam uicinũ bellũ poterat:exercitum educit:caſtra a Fidenis mille paſſuũ locat:ibi modico præſidio relicto egreſſus omnibus copiis partẽ militum locis circa denſa obſita uirgulta obſcuris ſubſidere ĩ inſidiis iuſſit.cum parte maiore atq; omni equitatu profectus:quod quærebat : tumultuoſo & minaci genere pugnæ obequitando ipſis prope portis hoſtem exciuit.fugæ quoq;:quæ ſimulanda erat:eadem equeſtris pugna cauſam minus mirabilem dedit.& cũ uelut inter pugnam fugæq; conſiliũ trepidante equitatu pedes quoque referret gradum:plenis repente portis effuſi hoſtes impulſa romana acie ſtudio inſtandi ſequendiq; trahunť ad locũ inſidiaꝝ.inde ſubito exorti romani tranſuerſam inuadunt hoſtiũ aciem:addũt pauorem mota e caſtris ſigna eorum:qui in præſidio relicti fueranr.ita multiplici terrore perculſi fidenates:prius pœne:quam Romulus:quiq; cũ eo equites erant: circumagerent frenis equos:terga uertũt:multoq; effuſius:quippe uera fuga:qui ſimulantes paulo ante ſecuti erant:oppidum repetebant.non tamẽ eripuere ſe hoſti.hærens in tergo romanus priuſquã fortes portarum obiicerenť;uelut agmine uno irrũpit. Belli fidenatis contagione irritati ueientium animi & conſanguinitate:nam fidenates quoq; ethruſci fuerunt:& propĩquitas loci : ſi romana arma oĩbus infeſta finitimis eẽnt:ſtimulabat:in fines romanos excurrerũt populabũdi magis:quã iuſti more belli.Itaq; nõ caſtris poſitis:nõ expectato hoſtium exercitu: raptã ex agris prædã portantes Veios rediere.romanus cõtra:poſteaquã hoſtẽ in agris nõ inuenit : dimicationi ultimæ inſtructus intentuſq; tyberim trãſit:quẽ poſteaquã caſtra ponere:& ad urbẽ acceſſurum ueientes audiere:obuiã egreſſi ut potius acie decernerent:quã incluſi de tectis mœnibuſq; dimicarent. ibi uiribus nulla parte adiutis tantũ ueterani robore exercitus rex romanus uicit: pſecutuſq; fuſos ad mœnia hoſtes urbe ualida muris ac ſitu ipſo munita abſtinuit:agros rediens uaſtat ulciſcendi magis: quã prædæ ſtudio. ea quoq; clade haud minus:quã aduerſa pugna ſubacti ueientes pacẽ petitũ oratores Romã mittunt. agri parte multacti ſunt:ĩ centũ annos induciæ datæ.Hæc ferme Romulo regnãte domi militiæq; geſta: quorum nihil abſonum fidei diuinæ originis : diuinitatiſq; poſt morte creditæ fuit:non animus ĩ regno auito recuperando:nõ condendæ urbis conſiliũ:non bello ac pace firmandæ.ab illo enim pfecto uiribus datis tantũ ualuit:ut in xl.deinde annos tutã pacem haberet. multitudini tamen gratior fuit: quã patribus: longe ante alios acceptiſſimus militũ animis:trecentoſq; armatos ad cuſtodiam corporis:quos celeres appellauit:non in bello ſolum:ſed etiã in pace habuit.His immortalibus æditis operibus: cũ ad exercitũ recenſendũ concionem ĩ campo ad capræ paludẽ haberet : ſubito coorta tempeſtas cũ magno fragore tonitribuſq; tam denſo regem operuit nimbo:ut conſpectum eius concioni abſtulerit:nec deinde in terris Romulus fuit.Romana pubes ſedato tandẽ pauore:poſteaq; ex tã turbido die ſerena & trãquilla lux redit:ubi uacuam ſedẽ regiã uidit:& ſi ſatis credebat patribus:qui proximi ſteterant : ſublimẽ raptum procella:tamen uelut orbitatis metu icta mœſtũ aliquãdiu ſilentium obtinuit:deinde a paucis initio factodeũ deo natũ:regẽ parentẽq; urbis romanæ ſaluere uniuerſi Romulũ iubent:pacẽ expoſcunt:uti uolens propitius ſuã ſoſpitet progeniẽ.Fuiſſe credo tũ quoque aliquos:qui diſcerptũ regẽ patrum manibus taciti arguerẽt:manauit enĩ hæc quoq;:ſed obſcura fama.illã alterã admiratio uiri:& pauor præſens nobilitauit: & conſilio etiã unius hominis addita rei duciť fides.namq; Proculus Iulius ſollicita ciuitate deſyderio regis & infenſa patribus:grauis ut tradiť:quãuis magnæ rei auctor:in concionẽ prodit.Romulus:ĩquit:quirites parens urbis huius prima hodierna luce cælo repente delapſus ſe mihi obuium dedit.cũ pfuſus horrore uenerabunduſq; aſtitiſſem:petens precibus ut contra ſe intueri fas eſſet:abi:nuncia : inquit:romanis cæleſtes ita uelle:ut mea Roma caput orbis terrarũ ſit:proinde rem militarẽ colant:ſciantq;:& ita poſteris tradant:nullas opes humanas armis romanis reſiſtere poſſe. hæc:inquit::locutus ſublimis abiit. Mirum quantũ illi uiro nũcianti hæc fides fuerit:quãque deſyderiũ Romuli apud plebẽ exercitũq; facta fide immortalitatis lenitũ ſit.Patrũ igiť animos certamen regni:ac cupido uerſabat:nec dũ a ſingulis:quia nemo

magnopere eminebat in nouo populo:peruenerant factiones.inter ordines certabaſ.oriundi ab ſabinis: ne quia poſt Tatii morte ab ſua parte non erat regnatū: ī ſocietate æqua poſſeſſionē imperii amitterent: ſui corporis creari regē uolebant:romani ueteres peregrinū regem aſpernabanſ.in uariis uolūtatibus regem tamen omnes uolebant:libertatis dulcedine nondū experta timor deinde patres inceſſit: ne ciuitaté ſine imperio:exercitū ſine duce:multarum circa ciuitatium irritatis animis uis aliqua externa adoriret:& eſſe igiſ aliquod caput placebat:& nemo alteri concedere ī animū inducebat. ita rem iter ſe centū patres decē decuriis factis:ſinguliſq; in ſingulas decurias creatis:qui ſummæ rep præeſſent:cōſociant. decē ipe-ritabant:unus cū inſignibus imperii & lictoribus erat.quinq; dierū ſpatio finiebaſ imperiū: ac per oēs in orbem ibat:annuūq; interuallū regni fuit.id ab re:quod nunc quoq; tenet nomen:interregnū appellatū. Fremere deīde plebs multiplicatā ſeruitutem:cētum p uno dominos factos: nec ultra niſi regē & ab ipſis creatum uidebanſ paſſuri.Cum ſenſiſſent ea moueri patres:offerendū ultro rati quod amiſſuri erant: ita gratiā ineunt ſumma poteſtate populo pmiſſa:ut non plus darent iuris:quā detinerent:decreuerunt enī: ut cū populus regem iuſſiſſet:id ſic ratum eſſet:ſi patres auctores fierēt: hodieq; ī legibus magiſtratibuſq; rogādis uſurpatur:id enim ius ui adempta:priuſquam populus ſuffragium ineat:ī incertū comitiorū euē-tum patres auctores fiunt.Tum interrex concione aduocata quod bonum fauſtum fœlixq; ſit: inquit: quirites regem create:ita patribus uiſum ē:patres deinde ſi dignum: qui ſecundus a Romulo numeretur: creatis:auctores fiēt. adeo id gratū plebi fuit:ut ne uicti beneficio uiderenſ:id mō ſciſcirent: iuberentq; ut ſenatus decerneret:qui Romæ regnaret. Inclyta iuſtitia religioq; ea tēpeſtate Numæ pōpilii erat: Curibus ſabinis habitabat conſultiſſimus uir:ut in illa quiſquā ætate eſſe poterat omnis diuini: atq; humani iuris.auctorem doctrinæ eius:quia nō extat alius falſo ſamiū Pythagorā ædunt: quē Seruio Tullio regnante Romæ centū poſt annos amplius ī ultima Italiæ ora circa Metapontū:Heracleāq;:& Crotonā iuuenum æmulantiū ſtudia cœtus habuiſſe conſtat:ex quibus locis & ſi eiuſdē ætatis fuiſſet:quæ fama ī ſabinos aut quo linguæ commertio quēquā ad cupiditaté diſcendi exciuiſſet? quoue præſidio unus per tot gentes diſſonas ſermone moribuſq; pueniſſet? Suopte igiſ ingenio temperatū animum uirtutibus fuiſſe opinor magis:inſtructūq; non tā peregrinis artibus:quā diſciplina tetrica ac triſti ueterē ſabinorē:quo genere quondam nullū īcorruptius fuit. Audito nomine Numæ patres romani:quanquā inclinari opes ad ſabinos rege īde ſumpto uidebaſ:tamen neq; ſe quiſquā: nec factionis ſuæ aliū:nec deniq; patrū aut ciuiū quenquā præferre illi uiro auſi:ad unū omnes Numæ Pompilio regnū deferendū decernūt. Accitus ſicut Romulus augurato urbe condenda regnū adeptus eſt:de ſe quoq; deos conſuli iuſſit.inde ab augure: cui deīde honoris gratia publicū id ppetuūq; ſacerdotiū fuit:deductus ī arcē ī lapide ad meridié uerſus cōſe-dit.augur ad leuam eius capite uelato ſedem cepit:dextra manu baculū ſine nodo aduncū tenēs: quem li-tuū appellarunt.inde ubi pſpectu in urbē agrumq; capto deos precatus: regiones ab oriente ad occaſum determinauit.dexteras ad meridiem partes:leuaſq; ad ſeptentrioné eſſe dixit:ſignū contra quo longiſſime conſpectū oculi ferebant:animo finiuit. tū lituo in leuam manū tranſlato dextra in capite Numæ īpoſita precatus ita eſt.Iupiter pater:ſi eſt fas:hunc Numā pōpiliū:cuius ego caput teneo: regē Romæ eſſe uti tu: ſigna nobis certa ac clara ſint inter eos fines:quos feci:tū peregit uerbis auſpicia:quæ mitti uellet: quibus miſſis:declaratus rex Numa de templo deſcendit. qui regno ita potitus urbē nouā conditam ui & armis: iure legibuſq; ac moribus deintegro condere parat:quibus cū iter bella aſſueſſere uideret nō poſſe:quippe efferos militia animos:mitigandū ferocē populū armorē diſſuetudine ratus:lanū ad infimū argiletum indicē pacis bellīq; fecit: apertus ut ī armis eſſe ciuitatē:clauſus pacatos circa omnis populos ſignificaret. Bis deinde poſt Numæ regnū clauſus fuit:ſemel Tito Manlio conſule poſt primū punicū perfectū bellū: iterū quod noſtræ ætati dii dederunt:ut uideremus poſt bellū actiacum ab īperatore Cæſare Auguſto pace terra mariq; parta.Clauſo eo cū omniū circa finitimorē ſocietate ac fœderibus iunxiſſet animos:poſi-tis externorē periculorē curis: ne luxuriarent otio animi:quos metus hoſtiū diſciplinaq; militaris cōtinuerat:omniū primum ré ad multitudiné imperitā:& illis ſæculis rudē efficaciſſimā deorē metum iniicien-dum ratus eſt.qui:cum deſcendere ad animos ſine aliquo commēto miraculi nō poſſet:ſimulat ſibi cum dea Aegeria congreſſus nocturnos eſſe:eius ſe monitu:quæ acceptiſſima diis eſſent:ſacra inſtituere.ſacerdotes ſuos cuiq; deorē præficere:atq; omnium primū ad curſum lunæ in xii. menſes deſcribit annū: quē quia trecenos dies ſingulis menſibus luna nō explet: deſuntq; dies ſolido anno:qui ſolſtitiali circūagitur orbe:intercalares menſibus interponendis ita diſpenſauit:ut uigeſimo anno ad metā eādē ſolis:unde orſi eēnt:plenis ānorē omniū ſpatiis dies cōgruerēt.Idē nefaſtos dies faſtoſq; fecit:qa aliquādo nihil cū populo agi utile futurē erat.Tū ſacerdotibus creādis animū adiecit:quāquā ipſe plurima ſacra obibat: ea maxime:quæ nunc ad dialem flaminē ptinent:ſed quia in ciuitate bellicoſa plures Romuli: quam Numæ ſimiles putabat fore:ituroſq; ipſos ad bella:ne ſacra regiæ uicis deſererent: flaminē Ioui aſſiduū ſacerdoté creauit:inſigniq; eū ueſte & curuli regia ſella adornauit.huic duos flamines adiecit:Marti unū:alterē Quirino:uirgineſq; Veſtæ legit Alba oriundū ſacerdotium & genti conditoris haud alienū.his:ut aſſidue tē-pli antiſtites eſſent:ſtipendiū de publico ſtatuit:uirginitate aliiſq; cerimoniis uenerabiles ac ſanctas fecit. Salios ité duodecī Marti gradiuo legit:tunicæq; pictæ īſigne dedit: & ſuper tunicā abeneū pectori tegumen cæleſtiaq; arma:quæ ancylia appellanſ:ferre:ac per urbē ire canentes carmina cū tripudiis ſolemniq;

saltatu iussit. Pontificē deinde Numa Marciū Marci filiū ex patribus legit: eiq; sacra omnia exscripta exsignataq; attribuit: quibus: hostiis: quibus diebus ad quæ templa sacra fierent: atq; unde ī eos sūptus pecunia erogaret: cæteraq; oīa publica priuataq; sacra pōtificis scitis subiecit: ut eēt: quo cōsultū plebs ueniret: ne qd diuini iuris: negligēdo patrios ritus: pegrioq; ascisc̄edo turbaret. nec cælestes mō cerimōias: sed iusta quoq; funebria placādoq; manes ut idē pōtifex edoceret: quæque prodigia fulminibus alioue quouis modo missa susciperētur: atq; curarent. ad ea elicenda e mētibus diuinis: Ioui Elicio aram in auētino dicauit: deumq; consuluit: auguriisq; quæ suscipienda essēt. ad hæc cōsultanda ꝓcurandaq; multitudine oī a ui & armis conuersa: & animi aliquid agendo occupati erant: & deoꝝ assidua insidens cura: cum itereſſe rebus humanis cæleste numen uideret: ea pietate omniū pectora ībuerat: ut fides ac iusiurandum ꝓximo legū ac pœnaꝝ metu ciuitatē regerēt: & cū ipsi se homines in regis uelut unici exempli mores formarēt: Tū finitimi etiā populi: qui ante castra nō urbem positā in medio ad sollicitandā omniū pacē crediderāt: in eam uerecundiā adducti sunt: ut ciuitatē in cultum uersam deorū uiolari ducerent nefas. Lucus erat: quem mediū ex opaco specu fons peremni rigabat aqua: quo quia se persæpe Numa sine arbitris uelut ad congressum deæ inferebat: camœnis eum lucū sacrauit: quod deaꝝ sibi concilia cū coniuge sua Aegeria essent: & soli fidei solemne instituit: ad id sacrariū flamines bigis curru arcuato uehi iussit: manuq; ad digytos usq; inuoluta rem diuinā facere: significātes fidem tutandā: sedemq; eius etiā in dextris sacrātā esse. Multa alia sacrificia locaq; sacris faciendis: quæ argeos pontifices uocant: dedicauit. omniū tamen maximum eius opeꝝ fuit tutela per omne regni tempus: haud minor pacis quā regni. Itaq; duo deinceps reges alius alia uia: ille bello: hic pace ciuitatē auxere. Romulus septē & triginta regnauit annos: Numa tres & quadraginta. Numæ morte ad iterregnū res rediit. Inde Tullū Hostiliū nepotē Hostilii: cuius in infima arce clara pugna aduersus sabinos fuerat: regem populus iussit: patres auctores facti. Hic non solum ꝓximo regi dissimilis: sed ferocior etiā quā Romulus fuit: tū ætas uiresq; tum auita quoq; gloria animū stimulabat. senescere igit̄ ciuitatē ocio ratus undiq; materiā excitandi belli quærebat. Forte euenit: ut agrestes romani ex albano agro: albani ex romano prædas inuicē agerent. imperitabat tū Gaius Ciuilius Albæ: utrinque legati fere sub idē tempus ad res repetēdas missi. Tullus præceperat suis: nequid præter mādata agerent: satis sciebat negaturū Albanū: ita pie bellum indici posse. ab albanis secordius res acta. excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne comiter regis conuiuiū celebrant. tantisper romani & res repeti uerant priores: & neganti albano bellū in trigesimū diem indixerant. hæc renunciant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi potestatē: quid petentes uenerint: facit. illi omniū ignari primū purgando terunt tempus: se iuitos quicquā: quod minus placeat Tullo: dicturos: sed imperio subigi: res repetitū se uenisse: ni reddātur: bellum indicere iussos. Ad hæc Tullus nunciate. inquit: regi uestro regem romanū deos facere testes: uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit: ut ī eū omnes expetant huiusce clades belli. Hæc nunciant domū albani: & bellum utrinq; summa ope parabat̄ ciuili simillimū bello: prope ītēr parentes natosq; troianam utrāq; prolem: cum Lauiniū ab Troia: ab Lauinio Alba: ab albanoꝝ stirpe regū oriundi romani essent. Euentus tamē belli minus miserabilē dimicationem fecit: quod nec acie certatum est. & tectis mō dirutis alterius urbis: duo populi in unum confusi sunt. Albani priores ingenti exercitu ī agrū romanū impetū fecere: castra ab urbe haud plus quinq; millia passuum locant: fossa circundant. fossa ciuilia ab nomine ducis per aliquot sæcula appellata est: donec cū re nomen quoq; uetustate aboleuit. ī his castris Ciuilius albanus rex moriē. dictatorem albani Metium Suffectiū creant. Interim Tullus ferox præcipue morte regis: magnūq; deorum omen ab ipso capite orsum: in omne nomen albanū expeturū pœnas ob bellū impiū dictitans: nocte præteritis hostiū castris in albanū agrum pergit: ea res ab statiuis exciuit Metium: ducit exercitū quā proxime ad hostem potest. inde legatū præmissum nūciare Tullo iubet: priusquā dimicent: opus esse colloquio. si secū cōgressus sit: satis scire ea se allaturū: quæ nihilominus ad rem romanā: quam ad albanā pertineant: haud aspernatus Tullus: tam & si uana afferebant̄: in aciem educit: exeunt contra & albani. Posteaquā instructi utrinq; stabant: cum paucis procerū in medium duces procedunt: ibi infit albanus: Iniurias & nō redditas res ex fœdere: quæ repetitæ sint: & ego regem nostrū ciuiliū causam huiusce esse belli audisse uideor: nec te dubito Tulle eadem præ te ferre: sed si uera potius: quam dictu specioſa dicēda sunt: cupido imperii duos cognatos uicinosq; populos ad arma stimulat. neq; recte an perperā interpretor: fuerit ista eius deliberatio: qui bellum suscepit: me albani gerendo bello ducē creauere. Illud te Tulle monitū uelim. Ethrusca res quanta circa nos teq; maxime sit: quo propior uolscis hoc magis scis: multū illi terra plurimū mari pollent. memor esto iā cū signum pugnæ dabis: has duas acies spectaculo fore: ut fessos confectosq; simul uictoré ac uictū aggrediant̄. Itaq; si nos dii amant: qui nō contenti libertate certa: in dubiā imperii seruitiiq; aleam imus: ineamus aliquā uiam: qua utri utris īperēt: sine magna clade: sine multo sanguine utriusq; populi decerni possit. Haud displicet res Tullo: quāquā tū indole animi: tum spe uictoriæ ferocior erat: quærentibus utrinq; ratio initur: cui & fortuna ipsa præbuit materiam. Forte in duobus tū exercitibus erant tergemini fratres nec ætate: nec uiribus dispares: Horatios Curatioq; fuisse satis constat: nec fere antiqua res alia est nobilior. tamen ī re tā clara nominū error manet: utrius populi Horatii utrius Curatii fuerint: auctores utroq; trahunt: plures tamen iuenio: qui romanos Horatios uocent: hos. ut sequar: inclinat animus. Cū tergeminis agūt reges: ut ꝓ sua q̄sq; patria di-

micet ferro. ibi ĩperiũ fore: unde uictoria fuerit, nihil recuſaꝝ. tẽpus & locus cõueniũt. priuſquã dimicarẽt: fœdus ictũ ĩter romanos & albanos ẽ his legibus; ut cuius populi ciues eo certamĩe uiciſſent: is alteri populo cũ bona pace ĩperitaret. fœdera alia aliis legibus: cæterũ eodẽ mõ oĩa fiũt. Tũ ita factũ accepimus: nec ullius uetuſtior fœderis memoria eſt. Fœcialis regẽ Tullũ ita rogauit. Iubeſne me rex cũ patrepatrato populi albani fœdus ferire? iubẽte rege: ſagmina inquit te: rex poſco. rex ait: purã tollito. fœcialis ex arte graminis herbã purã attulit: poſtea regẽ ĩterrogauit: rex facis ne me tu regiũ nũciũ populiq; romani qritiũ? uaſa comiteſq; meos? Rex reſpõdit: quod ſine fraude mea populiq; romani qritiũ fiat: facio. Fœcialis erat Marcus Valerius: patrẽpatratũ Sp. Fuſiũ fecit. Verbena caput capilloſq; tangẽs. paterpatratus ad iuſiurãdũ patrãdũ id ẽ ſanciẽdũ fit. fœdus: multiſq; id uerbis: quæ longo effata carmine: nõ opæ ẽ referre pagit. legibus deĩde recitatis; audi inq̃t: Iupiter: audi paterpatrate populi albani: audi tu populus albanus: ut illa palam prima poſtremaue ex illis tabulis cæraue recitata ſunt: ſine dolo malo utiq; ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt: illis legibus populus romanus prior nõ deficiet: ſi prior defecerit: publico conſilio dolo malo: tu illo die Iupiter populũ romanum ſic ferito: ut ego hunc porcũ hodie feriã: tãtoq; magis ferito: quanto magis potes polleſq;. ubi id dixit: porcũ ſaxo ſilice percuſſit. Sua item carmina albani ſuumq; iuſiurandũ per ſuũ dictatorẽ ſuoſq; ſacerdotes ꝓegerunt. Fœdere icto tergemini: ſicut cõuenerat: arma capiunt. cum ſui utroſq; adhortarent deos patrios patriam atq; parentes: quicquid ciuiũ domi: quicquid in exercitu ſit: illorum tunc arma: illoꝝ intueri manus, feroces ſuopte ingenio: & pleni adhortantiũ uocibus in mediũ inter duas acies ꝓcedunt. Conſederant utrinq; pro caſtris duo exercitus periculi magis præſentiſq;: quã curæ expertes: quippe imperiũ agebatur in tam paucorum uirtute atq; fortuna poſitũ: itaq; erecti ſuſpenſiq; in minime gratũ ſpectaculum animo incendunt. datur ſignũ ĩfeſtiſq; armis uelut acies terni iuuenes magnoꝝ exercituũ animos gerẽtes concurrunt: neq; his: neq; illis periculũ ſuum: publicũ imperium ſeruitiũq; obuerſat aĩo: futuraq; ea deinde patriæ fortuna: quam ipſi feciſſent. Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma: micanteſq; fulſere gladii: horror ingens ſpectantes perſtringit: & neutro inclinata ſpe torpebat uox ſpirituſq;. Conſertis deinde manibus: cum iam nõ motus tãtum corpoꝝ agitatioq; anceps teloꝝ armorũq;: ſed uulnera quoq; & ſanguis ſpectaculo eſſent: duo romani ſuper aliũ alius: uulneratis tribus albanis: expirantes corruerũt: ad quoꝝ caſum cũ clamaſſet gaudio albanus exercitus; romanas legiones iã ſpes tota nondũ cura deſeruerat: exanimes uice unius quẽ tres Curiatii circũſteterãt. Forte is ĩteger fuit: ut uniuerſis ſolus nequaquã par; ſic aduerſus ſingulos ferox. ergo: ut ſegregaret pugnã eorũ: capeſſit fugã; ita ratus ſecuturos ut quenq; uulnere affectum corpus ſineret. Iam aliquantũ ſpatii ex eo loco: ubi pugnatum eſt: aufugerat: cum reſpiciens uidit magnis interuallis ſequẽtes: unũ haud procul ab ſeſe abeſſe: in eum magno impetu rediit: & dum albanus exercitus inclamat Curiatiis uti opem ferãt fratri: iam Horatius uictor cæſo hoſte ſecundã pugnam petebat: tunc clamore qualis ex inſperato fauentiũ ſolet: romani adiuuant militem ſuũ; & ille defungi prælio feſtinat; prius itaq; quã alter: qui nec procul aberat: conſequi poſſet: & alteꝝ Curiatiũ conficit. Iamq; æquato marte ſinguli ſupererãt: ſed nec ſpe nec uiribus pares: alterũ intactũ ferro corpus & geminata uictoria ferocẽ in certamen tertiũ dabat; alter: feſſum uulnere feſſum curſu trahens corpus: uictuſq; fratrũ ante ſe ſtrage uictori obiiciẽ hoſti. nec illud prælii fuit. romanus exultans duos: inquit: fratrũ manibus dedi: tertiũ cauſam belli huiuſce: ut romanus albano imperet: dabo. male ſuſtinẽti arma gladiũ ſuperne iugulo defigit: iacentẽ ſpoliat. Romani ouantes ac gratulantes Horatiũ accipiũt: eo maiore cum gaudio: quo ꝓpe metũ res fuerat. Ad ſepulturã inde ſuoꝝ nequaquã paribus animis uertunt: quippe imperio alteri aucti: alteri dicionis alienæ facti. ſepulchra extant: quo quiſq; loco cecidit: duo romana uno loco propius Albã: tria albana Romã uerſus: ſed diſtãtia locis ut pugnatũ eſt. Priuſquã inde digrederent roganti Metio ex fœdere icto: quid imperaret: imperat Tullus uti iuuentutem in armis habeat uſurũ ſe ipſoꝝ opera: ſi bellũ cum ueiẽtibus foret. ita exercitus inde domos abducti. Horatius ibat tergemina ſpolia præ ſe gerens: cui ſoror uirgo: quæ deſpõſata uni ex Curiatiis fuerat: obuia ante portã capenã fuit: cognitoq; ſuper humeros fratris paludamento ſponſi: quod ipſa confecerat: ſoluit crines; & flæbiliter nomine ſpõſum mortuũ appellat. mouet feroci iuueni animũ cõploratio ſororis in uictoria ſua: tantoq; gaudio publico. ſtricto itaq; gladio ſimul uerbis increpans trãſfigit puellã. Abi hinc cum immaturato amore: ĩquit: oblita fratrum mortuorum: uiuiq;: & oblita patriæ: ſic eat: quæcunque romanum lugebit hoſtem. Atrox uiſum id facinus patribus plebiq; : ſed recens meritum facto obſtabat: tamen raptus in ius ad regem. Rex ne ipſe tam triſtis ingratiq; ad uulgus iudicii aut ſecundum iudicium ſupplici auctor eſſet: concilio populi aduocato duunuiros: inquit: qui Horatio perduellionem iudicent: ſecundum legem facio. lex horrendi criminis erat: duunuiri perduellionem iudicent: ſi a duunuiris prouocarit: prouocatione certato: ſi uincent: caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito: uerberato uel intra pomœrium uel extra pomœrium. Hac lege duunuiri creati: qui ſe abſoluere non rebantur ea lege: ne ĩnoxium quidem poſſe cum condemnaſſent. Tum alter ex iis. P. Horati tibi perduellionem iudico: ĩquit: lictor colliga manus: acceſſerat lictor: iniiciebatq; laqueũ. tũ Horatius auctore Tullo clæmẽte legis interprete ꝓuoco: inquit: ita de ꝓuocatione certatũ ad populũ ẽ. Moti hoies ĩ eo iudicio maxime. P. Horatio patre ꝓclamante ſe filiã iure cæſam iudicare: ni ita eẽt patrio iure in filiũ aĩaduerſuꝝ fuiſſe. orabat deĩde ne ſe; quẽ pauloãte cũ egregia ſtirpe cõſpexiſſent: orbũ liberis facerẽt. ĩter hæc ſenex iuuenẽ ãple

xus:ſpolia Curatiorũ fixa eo loco: q̃ nũc pila horatia appellat:oſtentãs: hũccine: quẽ mõ decoratũ ouã-
téq; uictoria icedẽtẽ uidiſtis:qrites:eũ ſub furca uictũ iter uerbera & cruciatus uidere poteſtis? quod uix
albanoꝝ oculi tam deforme ſpectaculũ ferre poſſent. I lictor:colliga manus:quæ pauloante armatæ im-
perium populo romano pepererũt. I:caput obnube liberatoris huius urbis:arbori infelici ſuſpende.uerbe
ra uel intra pomœriũ:modo inter illa pila & ſpolia hoſtiũ: uel extra pomœriũ:modo intra ſepulchra Cu-
riatioꝝ.quo enĩ ducere hunc iuuenẽ poteſtis:ubi nõ ſua decora eum a tanta fœditate ſupplicii uindictẽ?
Non tulit populus:nec patris lachrymas:nec ipſius parem in omni piculo aĩum:abſoluerũtq; magis admi
ratione uirtutis:quam iure cauſæ. Itaq; ut cædes manifeſta aliquo tamẽ piaculo lueretur:imperatũ patri
ut filium expiaret pecunia publica:is:quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis: quæ deinde gẽti Horatiæ
tradita ſunt:tranſmiſſo per uiã tigillo:capite adopto uelut ſub iugo miſit iuuenẽ: id hodie publice quoq;
ſemp refectũ manet ſororiũ tigillũ uocãt. Horatiæ ſepulchrũ:quo loco corruerat icta:conſtructũ eſt ſaxo
quadrato. Nec diu pax albana manſit:inuidia uulgi:quod tribus militibus fortuna publica cõmiſſa fuerit:
uanum ingenium dictatoris corrumpit.& quoniã recta cõſilia haud bene euenerãt:prauis recõciliare po-
pularium aĩos cœpit.igitur ut prius in bello pacem:ſic in pace bellum quærens:quia ſuæ ciuitati animoꝝ
pluſquã uiriũ cernebat eſſe:ad bellũ palam atq; ex edicto gerendum alios concitat populos:ſuis per ſpeciẽ
ſocietatis reſeruat proditionẽ. Fidenates colonia romana ueientibus ſociis conſilii aſſumptis pacto tran-
ſitionis albanoꝝ ad bellũ atq; arma incitãtur. Cum Fidenæ aperte deſciſſent: Tullus Metio exercituque
eius ab Alba accito cõtra hoſtes ducit:ubi anienẽ trãſiit ad cõfluentis collocat caſtra.inter eum locum &
Fidenas ueientium exercitus tyberim tranſierat:hi & in acie prope flumẽ tenuere dexterũ cornu: in ſini-
ſtro fidenates propius montes cõſiſtunt. Tullus aduerſus ueientẽ hoſtẽ dirigit ſuos: albanos cõtra legio-
nem fidenatiũ collocat. Albano non plus animi erat:quã fidei:nec manere ergo neq; trãſire aperte auſus:
ſenſim ad mõtes ſuccedit.inde ubi ſatis ſubiiſſe ſeſe ratus eſt:erigit totã aciem: fluctuanſq; aĩo: ut terreret
tempus:explicat ordines.cõſiliũ erat:qua fortuna rẽ daret ea inclinare uires.miraculo primo eẽ romanis:
qui ꝓximi ſteterãt: ut nudari latera ſua ſocioꝝ digreſſu ſenſerũt.inde eques citato equo nunciat regi ab-
ire albanos. Tullus in re trepida xii.uouit ſalios fanaq; Pallori:ac pauori:equitẽ clara icrepãs uoce ut ho-
ſtes exaudirẽt:redire ĩ præliũ iubet:nihil trepidatiõe opus eſſe ſuo:iuſſu circunduci albanũ exercitũ ut fi-
denatium nuda terga inuadant.idem imperat:ut haſtas equites erigere iubeat: id factũ magnæ parti pe-
ditum romanoꝝ conſpectum abeuntis albani exercitus interſepſit:qui uiderant id:quod ab rege auditũ
erat:rati:eo acrius pugnant. Terror ad hoſtes tranſit:& audiuerant clara uoce dictũ:& magna pars fidena-
tium: ut qui coloni additi romanis eſſent:latine ſciebãt. Itaq; ne ſubito ex collibus decurſu albanoꝝ in-
tercluderẽtur:aõ oppido terga uertũt.iſtat Tullus: fuſoq; fidenatiũ cornu iueientẽ alieno pauore ꝑcul-
ſum ferociter redit:nec illi tulere ĩpetũ:ſed ab effuſa fuga flumen obiectũ a tergo arcebat:quo poſteaquã
fuga iclinauit:alii arma fœde iactãtes ĩ aquã cæci ruebãt: alii dũ cũctantur ĩ ripis iter fugæ pugnæq; con-
ſiliũ oppreſſi.nõ alia ante romana pugna atrocior fuit. Tum albanus exercitus ſpectator certamis deduc-
tus in cãpos. Metius Tullo deuictos hoſtes gratulatur.cõtra Tullus Metiũ benigne alloquitur: quod be-
ne uertat caſtra albanos romanis caſtris iungere iubet:ſacrificiũ luſtrale ĩ diẽ poſteꝝ parat. Vbi illuxit:pa
ratis omnibus:ut aſſolet:uocari ad cõcioné utrũq; exercitũ iubet:præcones ab extremo orſi primos exci-
uere albanos:hi nouitate ẽt rei moti ut regẽ romanũ cõcionantẽ audirẽt:ꝓxime cõſtitere:ex cõpoſito ar-
ma circũdat romana legio:cẽturiõibus datũ negotiũ erat:ut ſine mora ĩperia exequereẽ. Tum ita Tullus
infit. Romani:ſi unquã ante alias ullo ĩ bello fuit:qđ diis ĩmortalibus gratias ageretis:deinde ueſtræ ipſo-
rum uirtuti heſternũ id præliũ fuit.dimicatũ eſt enim nõ magis cũ hoſtibus: quã (quæ dimicatio maior
ac periculoſior eſt)cũ ꝓditione ac ꝑfidia ſocioꝝ. nã ne uos falſa opinio teneat:iniuſſu meo albani ſubiere
ad mõtes.nec ĩperiũ illud meũ:ſed cõſiliũ & ĩperii ſimulatõ fuit:ut nec uobis ignorãtibus deſeri uos:auer
teret a certamine aĩus:& hoſtibus circũueniri ſe ab tergo ratis terror ac fuga iniiceret. Nec ea culpa quã
arguo:oĩum albanoꝝ ẽ:ducẽ ſecuti ſunt:ut & uos:ſi quo ego ĩde agmẽ declinare uoluiſſem:feciſſetis. Me
tius ille eſt ductor itineris huius: Metius idem huius machinator belli: Metius fœderis romani albaniq;
ruptor.audeat deinde talia alius:niſi hũc inſigne iã documentũ mortalibus dedero. Centuriões armati Me-
tium circunſiſtũt: rex cætera:ut orſus erat:pagit. Quod bonũ fauſtũ felixq; ſit populo romano ac mihi
uobiſq;:albani:populũ oẽm albanũ Romã traducere in aĩo eſt:ciuitatẽ dare plebi:primores ĩ patres lege
re:unã urbẽ unã rẽpublicã facere:ut ex uno quõdã ĩ duos ꝓpulos diuiſa albana res ẽ:ſic nũc ĩ unũ redeat
Ad hæc albana pubes ĩermis ab armatis ſepta ĩ uariis uolũtatibus cõmuni tamẽ metu cogẽte ſilẽtium te-
net.tũ Tullus meti Sufleti ĩquit:ſi ipſe diſcere poſſes fidẽ ac fœdera ſeruare: uiuo tibi ea diſciplina a me
adhibita eẽt:nũc quoniã tuũ ĩſanabile ĩgeniũ ẽ: at tu tuo ſupplicio doce humanũ genus ea ſãcta credere:
quæ a te uiolata ſunt.ut igiẽ pauloante aĩum iter fidenatẽ romanãq; rẽ ãcipitẽ geſſiſti:ita iã corpus paſſim
diſtrahendum dabis. Exinde duabus admotis quadrigis in currus earum diſtẽtum alligat Metium:dein-
de in diuerſum equi concitati:lacerum in utroque curru corpus:qua inhæſerãt:uiculis mẽbra portãtes.
auertere omnes a tanta fœditate ſpectaculi oculos. Primum ultimumque illud ſupplicium apud ro-
manos exempli parum memoris legum humanarũ fuit.ĩ aliis gloriari licet nulli gẽtiũ mitiores placuiſſe
pœnas.inter hæc iam præmiſſi erant albani equites:qui multitudinem traduceret Romam:legiones de-

inde ductæ ad diruẽdam urbem: quæ ubi intrauere portas:nõ quidẽ fuit tumultus ille nec pauor:qualis captaꝝ eẽ urbiũ ſolet:cum effractis portis:ſtratiſue ariete muris:aut arce ui capta clamor hoſtilis & curſus per urbẽ armatoꝝ oĩa ferro flamaq; miſcet:ſed ſilentiũ triſte ac tacita mœſtitia ita defixit omniũ animos:ut præ metu obliti quid relinquerẽt:quid ſecũ ferrent deficiente cõſilio:rogitanteſq; alii alios nũc in liminibus ſtarent:nũc errabundi domos ſuas ultimũ illud uiſuri peruagarentur. Vt uero iam equitũ clamor exire iubentiũ inſtabat:iam fragor tectoꝝ:quæ diruebãtur:ultimis urbis partibus audiebatur: puluiſq; ex diſtantibus locis ortus uelut nube inducta oĩa ĩpleuerat:raptim quibus quiſq; poterat elatis:cum larem ac penates tectaq;:in quibus natus quiſq; educatuſq; eſſet:relinquẽtes exirẽt.Iam continens agmen migrantiũ ĩpleuerat uias:& cõſpectus alioꝝ mutua miſeratione integrabat lacrymas:uoceſq; ẽt miſerabiles exaudiebãtur mulieꝝ:præcipue cũ obſeſſa ab armatis tẽpla auguſta præterirẽt: ac uelut captos relinquerent deos.Egreſſis urbẽ albanis:romanus paſſim publica priuataq; oĩa tecta ædæquat ſolo: unaq; ora quadringentoꝝ opus annoꝝ:quibus Alba ſteterat:excidio ac ruinis dedit.tẽplis tantũ deũ:ita enim edictum ab rege fuerat:tẽperatum eſt.Roma interim creſcit Albæ ruinis:duplicatur ciuiũ numerus:cælius additur urbi mons:& quo frequẽtius habitaretur:eandẽ ſedem Tullus regiæ capit:ibiq; habitauit:principes albanoꝝ in patres:ut ea quoq; pars reipublicæ creſceret:legit:Tullios:Seruilios:Quintios:Geganios: Curiatios:Chloelios:tẽplumq; ordini ab ſe aucto curiã fecit:quæ Hoſtilia uſq; ad patrũ noſtroꝝ ætatẽ appellata ẽ.& ut oĩum ordinũ uiribus aliquid ex nouo populo adiiceretur:equitũ decẽ turmas ex albanis legit: legiones ueteres eodẽ ſupleméto ex pleuit:& nouas ſcripſit.hac fiducia uiriũ Tullus ſabinis bellũ indicit: genti ea tẽpeſtate ſecundũ Ethruſcos opulẽtiſſimæ uiris armiſq;: utrinq; iniuriæ factæ ac res ne quicquam erãt repetitæ.Tullus ad Feroniæ fanũ mercatu frequẽti negotiatores romanos cõpræhenſos querebatur: ſabini ſuos prius in lucũ cõfugiſſe ac Romæ retẽtos.hæ cauſæ belli ferebãtur.Sabini haud paꝝ memores & ſuaꝝ uiriũ parte Romæ ab Tatio locatã:& romanã rem nup ẽt adiectione populi albani auctã:circunſpicere & ipſi externa auxilia:Ethruria erat uicina:proximi Ethruſcoꝝ ueientes :inde ob reſiduas belloꝝ iras maxime ſollicitatis ad defectionẽ animis uoluntarios traxere: & apud(uagos quoſdam ex inopi plebe etiam merces ualuit:publico auxilio nullo adiuti ſunt:ualuitq; apud)ueientes:nam de cæteris minus miꝝ eſt:pacta cum Romulo inducia;ꝝ fides.Cum bellũ utriq; ſumma ope pararent:uertiq; ĩ eo res uideretur: utri prius arma inferrent: ocupat Tullus in agrum ſabinũ tranſire. pugna atrox ad ſiluã maliciosam fuit:ubi & peditũ quidem robore:cæteꝝ equitatu aucto nuper plurimũ romana acies ualuit: ab equitibus repente inuectis turbati ordines ſunt ſabinoꝝ:nec pugna deinde illis conſtare:nec fuga explicari ſine magna cæde potuit.Deuictis ſabinis cum in magna gloria magniſq; opibus regnum Tulli:ac tota res romana eſſet:nunciatum regi patribuſq; eſt in monte albano lapidibus pluiſſe:quod cũ credi uix poſſet: miſſis ad id uiſendum prodigiũ in conſpectu haud aliter;quã cum grandinẽ uenti glomeratam in terras agunt: crebri cecidere cælo lapides:uiſi etiam audire uocem ingentem ex ſummi cacuminis luco:ut patrio ritu ſacra albani facerent:quæ uelut diis quoq; ſimul cum patria relictis obliuioni dederant: & aut Romana ſacra ſuſceperant:aut fortunæ:ut fit:obirati cultum reliquerant deum.Romanis quoq; ab eodem prodigio nouendiale ſacrum publice ſuſceptum eſt:ſeu uoce cæleſti ex albano monte miſſa: nam id quoq; traditur:ſeu aruſpicum monitu. manſit certe ſolemne:ut quando id quidem prodigium nunciaretur: feriæ per nouem dies agerentur.haud ita multo poſt peſtilentia laboratum eſt.unde cum pigricia militãdi oriretur:nulla tamen ab armis quies dabatur a bellicoſo rege:ſalubriora etiam credente militiæ:quam domi iuuenum corpora eſſe:donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus. tunc adeo fracti ſimul cum corpore ſunt ſpiritus illi feroces:ut q nihil ante ratus eſſet minus regiũ quam ſacris dedere animum: repente omibus magnis paruiſque ſuperſtitionibus obnoxius degeret:religiõibuſq; etiam populum impleret.uulgo iam homines eum ſtatum rerum:qui ſub Numa rege fuerat:requirentes :unã opem ægris corporibus relictam:ſi pax ueniaq; ab diis impetrata eſſet:credebãt.Ipſum regem tradunt uoluentem cõmẽtarios Numæ cũ ibi quædam occulta ſolẽnia ſacrificia Ioui Elicio facta iueniſſet: operatum iis ſacris ſe abdidiſſe:ſed non rite initum aut curatum eſſe id ſacrum:nec ſolum nullam ei oblatam cæleſtium ſpeciem: ſed ira Iouis ſollicitati praua religiõe fulmine ictũ cũ domo flagraſſe.Tullus magna gloria belli regnauit annos duos & triginta.Mortuo Tullo res:ut inſtitutũ iam ĩde ab initio erat:ad patresredierat:hiq; interregem nominauerãt:quo comitia habente Ancũ Martium regem populus creauit: patres fuere auctores. Numæ Põpilii nepos filia ortus Ancus Martius erat:qui:ut regnare cœpit:& auitæ gloriæ memor:& quia proximũ regnum ob cætera egregiũ ab una parte haud ſatis pſperũ fuerat:ſacris aut neglectis aut praue cultis:longeq; antiquiſſimũ ratus ſacra publica:ut a Numa inſtituta erant:facere:oĩa ea ex cõmentariis regis pontificem in album elata proponere in publico iubet:inde & ciuibus otii cupidis:& finitimis ciuitatibus facta ſpes in aui mores atq; inſtituta regẽ habituꝝ.Igitur latini:cũ q;bus regnãte Tullo ictum fœdus erat:ſubſtulerãt aĩos:& cũ ĩcurſionẽ in agrum romanum feciſſent:repetẽtibus res romanis ſupbe reſpõſum reddũt:deſidẽ romanũ regẽ inter ſacella & aras actuꝝ eẽ regnũ rati.Medium erat ĩ Anco ĩgenium & Numæ & Romuli memor:& præterq; quod aui regno magis neceſſariam fuiſſe pacẽ credebat: cũ in nouo tum feroci populo.quod illi cõtigiſſet otiũ ſine iniuria: id ſe haud facile habituꝝ:tẽptari patientiã:& tentatam contemni:tẽporaq; eſſe Tullo regi aptiora quã Numæ:ut tamẽ quoniã Numa ĩ pace religiões

inſtituiſſet:a ſe bellicæ cerimoniæ ꝓderentur:nec gererẽtur ſolũ:ſed ẽt indicerentur bella aliquo ritu:ius ab antiqua gente equiculis:qd nũc fœciales habẽt:deſcripſit:quo res repetunt. Legatus ubi ad fines eorũ uenit:unde res repetũtur:capite uelato:filio lanæ uelamẽ eſt:audi Iupiter: inquit: audite fines : cuiuſcũq; gentis ſunt nominat:audiat fas : ego ſum publicus nuncius populi romani iuſte pieq; legatus uenio: uerbiſq; meis fides fit. peragit deinde poſtulata:inde Iouem teſtem facit:ſi ego iniuſte ipieq; illos hoies:illaſq; res dedier populo romano:mihiq; expoſco:tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe. Hæc cum fines ſupra ſcandit:hæc quicũq; ei primus uir obuius fuerit:hæc portã ingrediẽs:hæc forũ ingreſſus paucis uerbis carminis cõcipiẽdiq; iuriſiurandi mutatis pagit:ſi nõ dedunt:quos expoſcit:diebus tribus & triginta:tot enĩ ſolemnes ſunt:peractis bellum ita indicit. Audi Iupiter & tu Iuno: Quirine diique cæleſtes: uoſq; terreſtes:uoſq; inferni audite:ego uos teſtor:populum illum(quicunq; eſt nominat) iniuſtum eſſe: neq; ius ꝓſoluere:ſed de iſtis rebus in patria maiores natu cõſulemus:quo pacto ius noſtrum adipiſcamur Cũ is nuncius Romã ad cõſulendũ redit:cõfeſtim rex ex his ferme uerbis patres cõſulebat:quarũ rerum litium cauſarũ cõdixit paterpatratus populi romani quiritiũ patripatrato priſcoꝝ latinoꝝ hoíbuſq; priſcis latinis:quas res dari fieri ſolui oportuit.dic:iquit ei:quẽ primũ ſentẽtiã rogabat:qd cenſes:tũ ille puro pioq; duello quærẽdas cenſeo:itaq; coſetio:cõſciſcoq; . ide ordie alii rogabãtur:quãdoq; pars maior eoꝝ: q aderãt:in eãdẽ ſentẽtiã ibãt:bellũ erat cõſẽſu fieri ſolitũ:ut fœcialis haſtã ferratã aut ſanguineã præuſtã ad fines eorum ferret:& non minus tribus puberibus præſentibus diceret: quod populi priſcorũ latinoꝝ hominesue priſci latini populo romano quiritium fecerunt:deliquerunt:quod populus romanus quiritium bellum cum priſcis latinis iuſſit eſſe:ſenatuſue populi romani quiritiũ cenſuit:conſenſit:conſciuit:ut bellum cum priſcis latinis fieret. Ob eam rem ego populuſq; romanus populo priſcorum latinorum hominibuſq; priſcis latinis bellum indico: facioq;.id ubi dixiſſet: haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tũ modo ab latinis repetitæ res ac bellum indictum:moremq; eum poſteri acceperunt . Ancus demandata cura ſacrorũ flaminibus ſacerdotibuſq; aliis: exercitu nouo conſcripto: profectus Politorium urbem latinorũ ui cepit : ſecutuſque morem regum prioꝝ: qui rem romanã auxerant:hoſtibus in ciuitatem accipiẽdis multitudinem omnem Romam traduxit: & cum circa palatiũ ſedem ueteres romanoꝝ:ſabini capitolium atque arcem:cælium montem albani impleſſent: auentinũ nouæ multitudini datum:additi eidem haud ita multo poſt Tellenis Ficanaq; captis noui ciues . Politoriũ inde rurſus bello repetitum :quod uacuũ occupauerant priſci latini:eaq; cauſa diruendæ urbis eius fuit romanis : ne hoſtium ſemp receptaculum eſſet.Poſtremo omni bello latino in Eduliã cõpulſo aliquandiu ibi marte incerto uaria uictoria pugnatum eſt : nam & urbs tuta munitionibus præſidioq; firmata ualido erat:& caſtris in aperto poſitis aliquotiẽs exercitus latinus cõminus cũ romanis ſigna contulerat. Ad ultimũ omnibus copiis cõnixus Ancus acie primum uincit:inde ingenti præda potitus Romam redit . Tum quoq; multis millibus latinorũ in ciuitatem acceptis:quibus ut iungeretur palatio auentinũ ad murtiæ datæ ſedes.Ianiculũ quoq; adiectum non inopia loci: ſed ne quando ea arx hoſtiũ eſſet:id nõ muro ſolũ: ſed ob cõmoditatem itineris: põte ſublicio tum primum in tyberim facto:cõiungi urbi placuit:quiritiũ quoq; foſſa haud paruum munimentũ a planioribus aditu locis Anci regis opus eſt.Ingenti in cremẽto rebus auctis:cum in tanta multitudine hominũ diſcrimĩe recte an ꝑperã facti cõfuſo facinora clandeſtina fierent: carcer ad terroré increſentis audaciæ media urbe imminens foro ædificatur.nec urbs tantũ hoc rege creuit:ſed ẽt ager fineſque:ſilua meſia uetentibus adempta:uſq; ad mare imperiũ prolatũ:& in ora tyberis Hoſtia urbs condita ſalinæ circa factæ:egregieq; rebus bello geſtis ædes Iouis feretrii amplificata.Anco regnãte Lucumo: uir impiger ac diuitiis potẽs Romã cõmigrauit cupidine maxĩe ac ſpe magni honoris:cuius adipiſcẽdi Tarquiniis:nã ibi quoq; peregrina ſtirpe oriundus erat:facultas non fuerat : Demarathi corinthii filius erat: qui ob ſeditiones domo ꝓfugus cũ Tarquiniis forte cõſẽdiſſet:uxore ibi ducta duos filios genuit: nomina his Lucumo atq; Aruns fuerũt:Lucumo ſupfuit patri bonoꝝ omniũ hæres:Aruns: priuſquam pater moritur:uxore grauida relicta:nec diu manet ſuperſtes filio pater:qui cũ ignorans nuꝝ uentré ferre: immemor ĩ teſtádo nepotis:deceſſiſſet:puero poſt aui mortẽ in nullã ſortẽ bonoꝝ nato ob ĩopiam Egerio inditum nomẽ.Lucumoni cõtra omniũ hæredi bonoꝝ :cũ diuitiæ iam aĩos facerent:auxit ducta in matrimoniũ Tanaquil ſummo loco nata:& quæ haud facile iis:in quibus nata erat:humiliora ſineret . ea cũ illi nupſiſſet:ſpernẽtibus ethruſcis Lucumonẽ exulem aduena ortũ ferre in dignitatẽ nõ potuit : oblitaq; ingenitæ erga patriã caritatis: dũmodo uiꝝ honoratũ uideret:concilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma eſt ad id potiſſimũ uiſa in nouo populo ;ubi oĩs repentina atq; ex uirtute nobilitas fit: futuꝝ locum forti ac ſtrenuo uiro:regnaſſe Tatium ſabinum: accerſitum in regnum Numam a curibus : & Ancum ſabina matre ortum nobilemque una imagine Numæ eſſe: facile perſuadet:ut cupido honorum: & cui Tarquinii materna tantum patria eſſet. Sublatis itaque rebus commigrat Romam. Ad ianiculum forte uentum erat: ibi ei carpento ſedenti cum uxore aquila ſuſpenſis demiſſa leniter alis pilleum aufert: ſuperq; carpentũ cum magno clangore uolitans rurſus uelut miniſterio diuinitus miſſa capiti apte reponit:inde ſublimis abiit.accepiſſe id augurium læta dicitur Tanaquil perita ut uulgo Ethruſci cæleſtium prodigioꝝ mulier: excelſa & alta ſperare cõplexa uiꝝ iubet:eam alitẽ ea regiõe cæli & eius dei nunciã uenĩſſe; circa ſummũ culmen hominis auſpiciũ feciſſe:leuaſſe humano ſuperpoſitũ capiti decus: ut diuini-

tus eidem redderet. Has ſpes cogitationeſq; ſecũ portantes urbẽ ingreſſi ſunt: domicilioq; ibi cõparato. L. Tarquinium Priſcũ ædidere nomẽ. Romanis cõſpicuũ eum nouitas diuitiæq; faciebãt: & ipſe fortunã benigno alloquio comitate inuitandi beneficiiſq; quos poterat: ſibi cõciliãdo adiuuabat: donec i regiã quoque de eo fama perlata eſt: noticiaq; eum breui apud regiã liberaliter dexthereq; obeundo officia in familiaris amiciciæ adduxerat iura: ut publicis pariter ac priuatis cõſiliis bello domiq; intereſſet: & per omnia expertus: poſtremo tutor etiã liberis regis teſtamento inſtitueretur. Regnauit Ancus quattuor & .xx. annos: cuilibet ſuperioꝝ regũ belli: paciſq; & artibus & gloria par. Iam filii ꝑpe puberem ætatem erãt: eo magis Tarquinius iſtare: ut quãprimũ comitia regi creãdo fierẽt: quibus indictis ſub tempus pueros uenatum ablegauit: iſq; primus & petiſſe ambicioſe regnũ: & orationẽ dicitur habuiſſe ad cõciliandos plebis aios compoſitam: cum ſe nõ rem nouam petere: quippe qui nõ primus quod quiſquã idignari mirariue poſſet: ſed tertius romæ peregrinus regnũ affectet: & Tatium nõ experegrino ſolũ: ſed ex hoſte regẽ factũ: & Numam ignaꝝ urbis nõ petentẽ in regno ultro accitũ. ſe ex quo ſui potens fuerit Romã cũ cõiuge ac fortunis omnibus cõmigraſſe: maiorem parte ætatis eius: qua ciuilibus officiis fungantur homines: Romæ ſe quam in uetere patria uixiſſe: domi militiæq; ſub haud pœnitẽdo magiſtro ipſo Anco rege romana ſe iura: romanos ritus didiciſſe: obſequio: & obſeruãtia in regem cũ omnibus: bonitate erga alios cũ rege ipſo certaſſe. Hæc eum haud falſa memorantem ingenti conſenſu populus romanus regnare iuſſit. ergo uirũ cætera egregium ſecuta: quam in petendo habuerat: etiam regnantem ambitio eſt. nec minus regni ſui firmandi: quam augendæ reipublicæ memor: centum in patres legit: qui deinde minoꝝ gentium ſunt appellati: factio haud dubia regis: cuius beneficio in curiam uenerant. Bellum primum cum latinis geſſit: & oppidum ibi Appiolas ui cepit: prædaq; inde maiore: quam quanta belli fama fuerat: reuecta: ludos opulentius inſtructiuſque: quam priores reges: fecit. Tum primum circo: qui nunc maximus dicitur: deſignatus eſt locus: loca diuiſa patribus equitibuſq; ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes: ludicrum fuit: equi pugileſq; ex Ethruria maxime acciti. ſolemnes deinde annui manſere ludi romani: magnique uarie appellati. ab eodem rege & circa forum priuatis ædificanda diuiſa ſunt loca: porticus tabernæq; factæ. muro quoque lapideo circundare urbem parabat: cum ſabinum bellum cœptis interuenit: adeoq; ſubita res fuit: ut prius anienem tranſierint hoſtes: quam obuiã ire ac prohibere exercitus romanus poſſet: itaque trepidatum Romæ eſt: & primo dubia uictoria. magna utrinq; cæde pugnatũ eſt. reductis deinde in caſtris hoſtiũ copiis: datoq; ſpatio romanis ad comparandum deintegro bellum: Tarquinius equitẽ maxime ſuis deeſſe uiribus ratus: ad ramnenſes titienſes luceres: quas centurias Romulus ſcripſerat: addere alias coſtituit: ſuoque inſignes relinquere nomine. id: quia inaugurato Romulus fecerat: negare Actius Nauius inclytus ea tempeſtate augur: neq; mutari: neq; nouũ cõſtitui: niſi aues addixiſſent: poſſe. ex eo ira regi mota: eludẽſq; artẽ: ut ferunt: agedũ inquit: diuina inaugurato: fieri ne poſſit: quod nũc ego mente cõcipio? cũ ille inaugurio rem expertus profecto futurã dixiſſet: atqui hoc animo agitaui: inquit: te nouacula cotem diſciſſurum: cape hoc: & perage: quod aues tuæ fieri poſſe portendunt. Tum illũ haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt. ſtatua Actii capite uelato: quo in loco res acta eſt: in comitio in gradibus ipſis ad leuam curiæ fuit: cotem quoq; eodẽ loco ſitã fuiſſe memorãt: ut eſſet ad poſteros miraculi eius monumẽtum. auguriis certe ſacerdotioq; auguꝝ tãtus honos acceſſit: ut nihil belli domiq; poſtea: niſi auſpicato gereretur. cõcilia populi: exercitus uocati: ſumma reꝝ: ubi aues nõ admiſiſſent: dirimerentur. neq; tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutauit: numero tantum alterum adiecit: ut mille &. ccc. equites in tribus centuriis eſſent: poſteriores modo ſub iiſdem nomĩbus: qui additi erãt: appellati ſunt: quas nunc: quia geminatæ ſunt: ſex uocãt cẽturias. Hac pte copiaꝝ aucta: iteꝝ cum ſabinis confligitur: ſed prætereq; quod uiribus creuerat romanus exercitus: ex occulto etiam additur dolus: miſſis qui magnã uim lignoꝝ in anienis ripa iacentem ardentem in flumen coniiecerent: uẽtoque adiuuante accenſa ligna: & plæraque in ratibus impacta ſubliciis cum hærerent: pontem incendnnt. ea quoq; res in pugna terrorem attulit ſabinis effuſis: eadem fugam impediuit: multique mortales cum hoſtem effugiſſent: in flumine ipſo periere: quoꝝ fluitantia arma ad urbẽ cognita in tyberi prius pœne: quã nunciari poſſet: in ſignem uictoriã fecere. Eo prælio præcipua equitũ gloria fuit: utrinq; ab cornibus poſitos: cũ iã pelleretur: media peditũ ſuorum acies: ita incurriſſe ab lateribus ferũt: ut non ſiſterent modo ſabinas legiones ferociter iſtantes cedẽtibus: ſed ſubito in fugã uerterent. montes ſabini curſu effuſo petebãt: & pauci tenuere: maxia pars: ut ante dictũ eſt. ab equitibus in flumẽ acti ſunt. Tarquinius inſtandũ pterritis ratus præda: captiuiſq; Romã miſſis: ſpoliis hoſtiũ: uotũ id Vulcano erat: ingẽti cumulo accẽſis: pergit porro in agrũ ſabinũ exercitum inducere: & quãquã male geſta res erat: nec geſturos melius ſperare poterant: tamen: quia conſulendi res nõ dabat ſpatiũ: iere obuiã ſabini tumultuario milite: iteꝝ ibi fuſi ꝑditis iã ꝑpe rebus pacẽ petiere. Collatia & quidquid circa Collatiã agri erat: ſabinis ademptũ. Egerius hic fratris filius erat regis Collatiæ in præſidio relictus: deditoſq; collatinos ita accipio: eãq; deditiõis formulã eẽ. Rex iterrogauit. Eſtiſne uos legati oratoreſq; miſſi a populo collatino: ut uos populũq; collatinũ dederetis? Sumus. Eſtne populus collatinus i ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne uos: populũq; collatinũ: urbẽ: agros: aquã: termios: delubra: utẽſilia: diuina: hũanaq; oĩa i meã populiq; romani dicionẽ? Dediũs. Et ego recipio. Bello ſabio ꝓfecto: Tarquinius

triumphans Romã rediit: ide priſcis latinis bellũ fecit. ubi nuſquã ad uniuerſæ rei dimicationẽ uẽtum eſt ad ſingula oppida circunferendo arma omne nomen latinum domuit: Corniculum: Ficulnea: Vetus: Cameria: Cruſtumeriũ: Ameriola: Medulia: Nomentũ. Hæc de priſcis latinis: aut qui ad latinos defecerant: capta oppida. Pax deinde eſt facta. Maiore inde animo pacis opera inchoãta: quã quãta mole geſſerat bella: ut nõ quietior populus domi eſſet: quam militiæ fuiſſet: nam & muro lapideo. cuius exordium operis ſabino bello turbatum erat: urbem: quã nondum munierat: cingere parat: & infima urbis loca circa forũ: aliaſq; interiectas collibus conualles: quia ex planis locis haud facile euehebant aquas: cloacis faſtigio ĩ tyberim ductis ſiccã: & aream ad ædem in capitolio louis: quam uouerat bello ſabino: iam præſagiente animo futuram olim amplitudinem loci occupat fundamentis. Eo tempore in regia prodigium uiſum: euentuque mirabile fuit. puero dormienti: cui Seruio Tullio nomen fuit: caput arſiſſe ferunt multorum in conſpectu plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto excitum regem: & cum quidam familiarium aquam ad extinguendum ferret: ab regina retentum: ſedatoque iam tumultu: moueri uetuiſſe puerum: donec ſua ſponte experrectus eſſet: mox cum ſomno flamam abiiſſe. Tum adducto in ſecretum uiro Tanaquil: Videſne tu puerum hunc: inquit: quem tam humili cultu educamus? Scire licet hũc lumẽ quõdam rebus noſtris dubiis futurum: præſidiumque regiæ afflictæ: proinde materiam ingentis publice priuatimque decoris omni indulgentia noſtra nutriamus. inde puerum liberum loco cœptum haberi erudirique artibus: quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Euenit facile: quod diis cordi eſſet: iuuenis euaſit uere indolis regiæ: nec: cum quæreretur gener Tarquinio quiſquam romanæ iuuentutis ulla arte conferri potuit: filiamq; ei ſuam rex: deſpondit. Hic quacũque de cauſa tantus illi honos habitus credere prohibet ſerua natum eum paruumque ipſum ſeruiſſe. eorum magis ſententiæ ſum: qui Corniculo capto Serui Tullii: qui princeps in illa urbe fuerat: grauidam uiro occiſo uxorem: cum inter reliqs captiuas cognita eſſet: ob unicam nobilitatem: ab regina romana prohibitam ferunt ſeruitio: partũ Romæ ædidiſſe Priſci Tarquinii domo: inde tanto beneficio: & inter mulieres familiaritate aucta: & puerũ: ut in domo a paruo educatum: in caritate atque honore fuiſſe. fortunam matris: quod capta patria in hoſtium manus uenerit: ut ſerua natus crederetur feciſſe. Duo de quadrageſimo ferme anno: ex quo regnare cœperat Tarquinius: non apud regem modo: ſed apud patres plebemque longe maximo honore Seruius Tullius erat. Tum Anci filii duo: & ſi antea ſemper pro ĩdigniſſimo habuerãt le patrio regno tutoris fraude pulſos: regnare Romæ aduenam: non modo uicinæ: ſed ne italicæ quidem ſtirpis: tunc impenſius his ĩdignitas creſcere: ſi ne ab Tarquinio quidem ad ſe reddiret regnum: ſed præceps inde porro ad ſeruitia caderet: ut in eadem ciuitate poſt centeſimum fere annum: quam Romulus deo prognatus: deus ipſe tenuerit regnum: donec in terris fuerit: id ſeruus ſerua natus poſſideat. tum commune romani nominis: tum præcipue id domus ſuæ dedecus fore: ſi Anci regis uirili ſtirpe ſalua nõ modo aduenis: ſed etiam ſeruis romanum regnum pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuũt: ſed iniuriæ dolor ĩ Tarquinium ipſum magis: quam ĩ Seruium eos ſtimulabat: & quia grauior ultor cædis: ſi ſupereſſet: rex futurus erat: q̃ priuatus: tum Seruio occiſo quẽcunque alium generum delegiſſet: eundem regni heredem facturus uidebatur: Ob hoc ipſi regi inſidiæ parantur. Ex paſtoribus duo ferociſſimi delecti ad facinus: qui conſueti erant: uterque agreſtibus ferramentis in ueſtibulo regiæ quam potuere tumultuoſiſſime ſpectare rixæ in ſe omnes apparitores regios conuertunt: inde: cum ambo regem appellarent: clamorq; eorũ penitus in regiam perueniſſet: uocari ad regem pergunt. primo uterq; uociferari: & certatim alter alteri obſtrepere: coerciti a lictore: ac iuſſi inuicem dicere: tandem obloqui deſiſtunt. unus rem ex compoſito orditur. dum intentus in eum ſe rex totus auerteret: alter elatam ſecurim in caput deiecit: relictoque in uulnere telo: ambo ſe foras eiiciunt. Tarquinium moribundum: cum qui circa erant: excepiſſent: illos fugiẽtes lictores cõpræhẽdũt. clamor inde cõcurſuſq; populi mirantiũ quid rei eẽt. Tanaquil ĩter tumultũ claudi regiam iubet: arbitros eiecit: ſimulq; quæ curando uulneri opus ſunt: tanquã ſpes ſubeſſet ſedulo comparat: ſimul: ſi deſtituat ſpes: alia præſidia molitur. Seruio ꝓpere accito: cum pœne exanguem uirum oſtendiſſet: dextrã tenẽs orat: ne inultam mortẽ ſoceri: ne ſoceꝝ inimicis ludibrio eſſe ſinat. Tuũ eſt: inquit: Serui: ſi uir es: regnum: non eoꝝ: qui aliẽis manibus peſſimum facinus fecere. erige te: deoſq; duces ſequere: qui clarũ hoc fore caput diuino quondam circũfuſo igni portenderunt: nunc te illa cæleſtis excitet flama: nunc expergiſcere uere: & nos peregrini regnauimus: qui ſis: non unde natus ſis: reputa. ſi tua re ſubita cõſilia torpẽt: at tu mea conſilia ſequere. Cum clamor ipetuſque multitudis uix ſuſtineri poſſet: ex ſuperiore parte ædium per feneſtras ĩ nouam uiam uerſus (habitabat. n. rex ad louis ſtatoris ædem) populũ Tanaquil alloquit. Iubet bono aio eſſe: ſopitũ regẽ fuiſſe ſubito ictu: ferrũ haud alte in corpus deſcendiſſe: iã ad ſe rediſſe: inſpectũ uulnus abſterſo cruore: oia ſalubria eẽ: cõfidere ꝓpediẽ ipſum eos uiſuros. Interim Seruii Tullii iubere populum dicto audiẽtem eſſe: eum iura redditurum: obiturumq; alia eius munia eſſe. Seruius cum trabea: & lictoribus prodit: ac ſede regia ſedens alia decernit: de aliis conſulturum ſe regem eſſe ſimulat. Itaque per aliquot dies cum iam expiraſſet Tarquinius: celata morte per ſpeciem alienæ fungendæ uicis: ſuas opes firmauit. tum demum palam factum ex comploratione in regia orta. Seruius præſidio firmo munitus primus iniuſſu populi uoluntate patrum regnauit. Anci liberi iam tum compræhenſis ſceleris miniſtris: ut uiuere regem: & tantas eſſe opes Seruii nunciatum eſt:

Sueſſam Pometiã exulatum ierant:Nec iam publicis magis conſiliis Seruius:quã priuatis munire opes:& ne qualis Anci liberum animus aduerſus Tarquinium fuerat: talis aduerſus ſe Tarquinii liberũ eſſet: duas filias iuuenibus regiis Lutio atque Arunti Tarquiniis iungit. Nec tamen rupit fati neceſſitatem humanis conſiliis:quin inuidia regni etiã inter domeſticos infida omnia atq; infeſta faceret. Peropportune ad præſentis quietem ſtatus bellum cum ueientibus (iam enim iduciæ exierant) aliiſq; ethruſcis ſumptum, in eo bello & uirtus & fortuna enituit Tullii:fuſoq; ingenti hoſtium exercitu:haud dubius rex: ſeu patrũ ſeu plebis animus periclitaretur:Romam rediit. Aggrediturq; inde pacis longe maximum opus: ut quẽadmodum Numa diuini auctor iuris fuiſſet:ita Seruium conditorem omnis in ciuitate diſcriminis ordinumq;:quibus inter gradus dignitatis:fortunæq; aliquid interlucet:poſteri fama ferrent. Cenſum enim inſtituit:rem ſaluberrimam tanto futuro imperio:ex quo belli paciſq; munia non uiritim ut ante:ſed pro habitu pecuniarum fierent:Tum claſſes centuriaſq;:& hunc ordinem ex cenſu deſcripſit uel pace decore uel bello. Ex iis qui centũ millium æris aut maiorẽ cenſum haberent. lxxx. confecit centurias: quadragenas ſeniorum ac iuniorum:prima claſſis omnes appellati. ſeniores ad urbis cuſtodiam ut præſto eſſent:iuuenes ut foris bella gererent. arma his imperata galea clypeus ocreæ lorica omnia ex ære:hæc:ut tegumẽta corporis eſſent. tæla in hoſtem haſtaq; & gladius. additæ huic claſſi duæ fabrum centuriæ:quæ ſine armis ſtipendia facerent: datum munus:ut machinas in bello ferrent. Secunda claſſis intra centum uſq; ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta:& ex his ſenioribus iunioribuſq; uiginti conſcriptæ cẽturiæ. arma imperata ſcutum pro clypeo:& præter loricam omnia eadẽ. Tertiæ claſſis ĩ quĩquagĩta millium cenſum eſſe uoluit:totidem centuriæ: & eæ eodem diſcrimine ætatum factæ:nec de armis quicquã mutatum ocreæ tantum ademptæ. In quarta claſſe cenſus quinque & uiginti millium:totidem centuriæ factæ:arma mutata:nihil præter haſtam & uerutum datum. Quinta claſſis aucta:centuriæ triginta factæ: fundas lapideſq; miſſiles hi ſecum gerebant. in his accenſi cornicines tibicineſq; in tres centurias diſtributi. undecim millibus hæc claſſis cenſebatur. Hic minor cenſus reliquam multitudinẽ habuit. Inde una cẽturia facta ẽ ĩmunis militia. Ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoq;: equitũ ex primoribus ciuitatis. xii. ſcripſit cẽturias. ſex itẽ alias cẽturias tribus ab Romulo iſtitutis: ſub iiſdẽ:quibus ĩ auguratæ erãt:noĩbus fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data:& quibus equos alerẽt:uiduæ attributæ: quæ: bina millia æris in annos ſingulos penderent:Hæc omnia in dites a pauperibus inclinata onera. Deinde eſt honos additus:nõ. n. ut ab Romulo traditum cæteri ſeruauerant reges: uiritim ſuffragium eadem ui: eodemq; iure promiſcue omnibus datum eſt:ſed gradus facti: ut neq; excluſus quiſquam ſuffragio uideretur:& uis omnis penes primores ciuitatis eſſet:equites enim uocabantur primi. lxxx. inde primæ claſſis centuriæ peditum uocabantur. ibi: ſi uariaret:quod raro incidebat:ut ſecundæ claſſis uocarentur. nec fere unquam infra ita deſcenderent:ut ad infimos peruenirent. Nec mirari oportet hunc ordinem:qui nũc eſt:poſt expletas quinque &. xxx. tribus:duplicato eorum numero centuriis iuniorum ſeniorumq; ad inſtitutam a Seruio Tullio ſummam nori conuenire. quadrifariam enim urbe diuiſa regionibus collibuſq;: qui habitabantur:partes eas tribus appellauit(ut ego arbitror)ab tributo:nam eius quoq; æqualiter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt: neq; hæ tribus ad centuriarum diſtributionem numerũq; quicquam pertinuere. Cenſu. perfecto:quem maturauerat: metu legis deinceps latæ cum uinculorum minis: mortiſq;:edixit:ut omnes ciues romani equites pediteſq; in ſuis quiſque centuriis in campo martio prima luce adeſſent. ibi inſtructum exercitum omnem ſue:oue:tauriſq; luſtrauit:idq; cõditum luſtrum appellatum: quia in cenſendo finis factus eſt. Millia. lxxx. eo luſtro ciuium cenſa dicuntur: Adiicit ſcriptorum antiquiſſimus Fabius Pictor eorum:qui ferre arma poſſent:eum numerum fuiſſe. Ad eam multitudinem urbs quoque amplificanda uiſa eſt. addit duos colles:quirinalem:uiminalemq;: inde deinceps auget eſquilias:ibiq; ipſe:ut loco dignitas fieret:habitat. Aggere & foſſis & muro urbem circundat. item pomœrium profert. pomœrium urbi uim ſolum intuentes poſtmœnium interpretantur eſſe:eſt autem magis circa murum locus:quem in condendis urbibus quondam ethruſci q̃ mur⁊ ducturi erãt:certis circa terminis ĩ augurato conſecrabant: ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur:quæ nũc uulgo ẽt coniungunt:& extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. hoc ſpatiũ:quod neq; habitari:neque arari fas erat:non magis quod poſt murum eſſet:quam quod murus poſt id:pomœrium romani appellarunt. & in urbis incremento ſemper quantum mœnia proceſſura erant: tantum termini hi conſecrati proferebãtur. Aucta ciuitate magnitudine urbis:formatis omnibus domi: & ad belli & ad pacis uſus:ne ſemp armis opes acquirerẽt:cõſilio augere ĩpium cõatus ẽ:ſimul & aliquod addere urbi decus. Iam tũ erat iclytũ dianæ epheſiæ fanũ id cõmuniter a ciuitatibus Aſiæ:factũ fama ferebat. Cũ cõſenſum deoſq; cõſociatos laudaret mire Seruius iter ꝓceres latino⁊:cũ quibus publice priuatimq; hoſpitia amicitiaſq; de iduſtria iunxerat: ſæpe iterando eadẽ perpulit:tandẽ ut Romæ fanũ Dianæ populi latini: cũ populo romano facerẽt. ea erat cõfeſſio:caput re⁊ Romã eſſe:de quo totiens armis certarũ fuerat. id quanquam omiſſum iam ex omnium cura latinorum ob rem totiens infeliciter tentatam armis uidebatur:uni ſe ex ſabinis fors dare uiſa eſt priuato conſilio imperii recuperandi. Bos in ſabinis nata cuidã patri familiæ dicitur miranda magnitudine ac ſpecie:fixa per multas ætates cornua in ueſtibulo templi Dianæ monumentum ei fuere miraculo. habita(ut erat)res prodigii loco eſt: & cecinere uates:cuius ciuitatis eã

ciues Dianæ immolaſſent:ibi fore imperium.Id carmen peruenerat ad antiſtitem fani Dianæ.Sabinus:ut primum apta dies ſacrificio eſt uiſa:bouem Romam actam deducit ad fanum Dianæ:& ante aram ſtatuit.Ibi Antiſtes romanus:cum eum magnitudo uictimæ celebrata fama mouiſſet:memor reſponſi ſabinū ita alloquitur.Quidnam tu hoſpes paras:inquit:inceſtum ſacrificium Dianæ facere? quin tu ante uiuo p̄ funderis flumine? infima ualle perfluit tyberis.Religione tactus hoſpes:qui omnia:ut prodigio reſponderet euentus:cuperet rite facta:extemplo deſcendit ad tyberim.interea romanus īmolat Dianæ bouem.id mire gratum regi ac ciuitati fuit.Seruius:quanquam iam uſu haud dubie regnum poſſederat:tamen quia interdum iactari uoces a iuuene Tarquinio audiebat ſe iniuſſu populi regnare:conciliata prius uoluntate plebis:agro capto ex hoſtibus uiritim diuiſo:auſus eſt ferre ad populum:uellent:iuberentne ſe regnare:tantoq; conſenſu:quanto haud quiſquam alius ante rex declaratus eſt.neq; ea res Tarquinio ſpem affectandi regni minuit:immo eo impenſius:quia de agro plebis aduerſum patrū uoluntatem ſenſerat agi:criminandi Seruii apud patres:creſcendiq; in curia ſibi occaſionem datā ratus eſt:& ipſe iuuenis ardētis animi & domi uxore Tullia inquietum animum ſtimulante.Tulit enim romana regia ſceleris tragici exemplum:ut tedio regum maturior ueniret libertas:ultimumq; regnum eſſet:qđ ſcelere paratū foret.Hic.L.Tarquinius Priſci Tarquinii regis filius nepoſue fuerit:parum liquet.plurimis tamē auctoribus filiū crediderim.fratrem habuerat Aruntem Tarquinium mitis ingenii iuuenem.His duobus:ut ante dictum ē:duæ Tuliæ regis filiæ nupſerant:& ipſe lōge diſpares moribus.Forte ita inciderat:ne duo uiolēta ingenia matrimonio iungerentur:fortuna credo populi romani:quo diuturnius Seruii regnum eſſet:cōſtituiq; ciuitatis mores poſſent.Angebatur ferox Tullia:nihil materiæ in uiro neq; ad cupiditatē:neque ad audaciam eſſe:tota in alterum uerſa Tarquinium:eum uirum dicere:ac regio ſanguine ortum:ſpernere ſororem:quod uirum nacta muliebri ceſſaret audacia.Contrahit celeriter ſimilitudo eos:ut fere ſit:malum malo aptiſſimum.ſed initium turbandi omnia a fœmina ortum ē:ea ſecretis uiri alieni aſſuefacta ſermonibus:nullis uerborum contumeliis parcere de uiro ad fratrem:de ſorore ad uirum:& ſe rectius uiduam:& illum cælibem futurum fuiſſe contendere:quam cum impari cōiungi.aut elangueſcendū aliena ignauia eſſe.ſi ſibi eum:quo digna eſſet:dii dediſſent uirum:domi ſe propediem uiſuram regnū fuiſſe:quod apud patrem uideat.celeriter adoleſcētem ſuæ temeritatis implet.Aruns Tarquinius & Tullia minor prope continuatis funeribus:cum domos uacuas nouo matrimonio feciſſent:iunguntur nuptiis:magis non prohibente Seruio:quam approbante.Tum uero in dies infeſtior Tullii ſenectus:infeſtius cœpit regnum eſſe:iam enim ab ſcelere ad aliud ſpectare mulier ſcelus:nec nocte:nec iterdiu uirum conquieſcere pati:ne gratuita præterita parricidia eēnt:nō ſibi defuiſſe:cui nupta diceret:nec cui quo tacita ſeruiret.defuiſſe:qui ſe regno dignū putaret:qui meminiſſet ſe eē Priſci Tarquinii filiū:qui hēre:quā ſperare regnū mallet.ſi tu is es:cui nuptam me eſſe arbitror:& uirū & regē appello:ſin minus:eo nūc peius mutata eſt res:quod iſtic cum ignauia eſt ſcelus.Quin accīgeris?nō tibi a Corintho:nec a Tarquiniis ut patri tuo peregrina regna moliri neceſſe eſt:dii te penates patrii q;:& patris imago:& domus regia:& in domo regale ſolium:& nomen Tarquinium creat uocatq; regem:aut ſi ad hæc parum eſt animi:quid fruſtraris ciuitatem?quid te ut regium iuuenem conſpici ſinis?faceſſe hinc tarquinios:aut Corinthum deuoluere retro ad ſtirpē fratri ſimilior:quam patri.His aliiſq; increpādo iuuenem iſtigat:nec cōquieſcere ipſa poteſt:ſi cū Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuiſſet animo:ut duo continua regna uiro:ac deīceps genero dediſſet:ipſa regio ſemine orta nullum momentum in dando adimendoq; regno faceret.His muliebribus inſtinctus furiis Tarquinius circuire:& præhenſare minorum maxime gentiū patres:a quibus nonere paterni beneficii:ac pro eo gratiam repetere:allicere donis iuuenes:tum de ſe ingentia pollicendo:tum regis criminibus omnibus locis creſcere.poſtremo ut iam agēdæ rei tempus uiſum eſt:ſtipatus agmine armatoꝝ in forum irrupit:inde omnibus perculſis pauore in regia ſede pro curia ſedens patres in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari iuſſit.Conuenere extemplo alii iā āte ad hoc præparati:alii metu ne non ueniſſe:fraudi eſſet:nouitate ac miraculo attōiti:etiam de Seruio actum rati.Ibi Tarquinius maledicta ab ſtirpe ultima orſus:ſeruum ſerua natum:poſt mortem indignam parentis ſui:non iterregno(ut antea)inito:nō comitiis habitis:non per ſuffragium populi:non auctoribus patribus:muliebri dono occupaſſe regnum:ita natum:ita creatum regem fauorem īfimi generis hominum:ex quo ipſe ſit.odio alienæ honeſtatis:ereptum primoribus agrum ſordidiſſimo cuiq; diuiſiſſe:omnia onera:quæ cōmunia quondā fuerunt:inclinaſſe in primores ciuitatis:inſtituiſſe cenſum:ut inſignis ad inuidiam locupletiorum fortuna eſſet:& parta:ubi uellet:egentiſſimis largiretur.Huic orationi Seruius cum interueniſſet:trepido nuncio excitatus extemplo a ueſtibulo curiæ magna uoce:Quid hoc:inquit:Tarquini rei eſt? qua tu audacia me uiuo uocare auſus es patres? aut in ſede conſidere mea? Cum ille ferociter ad hæc ſe patris ſui tenere ſedem:multo:quam ſeruum potiorem filium regis regni hæredem:ſatis diu illum p̄ licētiam eludentem inſultaſſe dominis.Clamor ab utriuſque fautoribus oritur:& concurſus populi fiebat ī curiā:apparebatq; regnatuꝝ:qui uiciſſet.Tum Tarquinius neceſſitate iam etiam ipſa cogēte ultima audere:multo & ætate & uiribus ualidior medium arripit Seruium:elatumq; e curia ī iferiorē p̄tem per gradus deiicit.inde ad cogendum ſenatum in curiam redit.fit fuga regis apparitorum atque comitum:ipſe prope exanguis cum ſemianimis regio comitatu domum ſe reciperet:peruenīſſetque ad ſummum

cyprium uicum:ab iis:qui missi a Tarquinio fugientem consecuti erant: interficitur.Creditur: quia non abhorret a cætero scelere admonitu Tulliæ id factum.carpento certe id:quod satis constat: in forum inuecta:nec reuerita cœtum uirorum euocauit uirum e curia:regemq; prima appellauit:a quo facessere iussa ex tanto tumultu:cum se domum reciperet: peruenissetq; ad summum cyprium uicum: ubi dianum nuper fuit:flectenti carpentum dextera in uirbium cliuum:ut in collem esquiliarum ueheretur:restitit pauidus:atque inhibuit frænos iis:qui iumenta agebat: iacentemque dominæ Seruium trucidatū ostēdit.fœdum inhumanumque inde traditur scelus:monumētoque locus est:scēleratum uicum uocāt:quo amens: agitantibus furiis sororis ac uiri:Tullia per patris corpus carpētum egisse fertur: partemq; sangūinis ac cædis paternæ cruento uehiculo contaminata ipsa respersaq; tulisse ad penates suos uiricq; sui:quibus iratis malo regni principio: similes propediem exitus sequerentur. Seruius Tullius regnauit annos quattuor & quadraginta:ita ut bono etiam moderatoque succedenti regi difficilis æmulatio esset.cæteræ id quoque ad gloriam accessit:quod cum illo simul iusta ac legitima regna occiderunt:idipsum tam mite ac moderatum imperium:tamen:quia unius esset:deponere eum in animo habuisse quidā auctores sunt: ni scelus intestinum liberandæ patriæ consilia agitanti interuenisset.Inde.L.Tarquinius regnare cœpit: cui Superbo cognomen facta indiderunt:quia socerum gener sepultura prohibuit: Romulū quoque insepultū perisse dictitans. primores patrum: quos Seruii rebus fauisse credebat:interfecit.conscius deinde male quærendi regni a seipso aduersus se exemplum capi posse: armatis corpus circunsepsit: neque enim ad ius regni quicquam præter uim habebat:ut qui nec populi iussu: neque auctoribus patribus regnaret.eo accedebat:ut in caritate ciuium nihil spei reponenti metu regnum tutandum esset: quem ut pluribus incuteret:cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat:perq; eam causam occidere:in exilium agere:bonis mulctare poterat non suspectos modo aut inuisos:sed unde nihil aliud: quam prædam sperare posset.Præcipue ita patrum numero imminuto:statuit nullos ī patres legere: quo contemptior paucitate ipsa ordo esset:minusq;:per se nihil agi:indignarentur.Hic enim regum primus: ut traditur:a prioribus morem de omnibus senatum consulendi soluit: rēpublicam domesticis consiliis administrauit: bellum: pacem: fœdera: societatesq; per se ipse:cum quibus uoluit:iniussu populi ac senatus fecit:diremitq;.Latinorum sibi maxime gentem conciliabat: ut peregrinis quoque opibus tutior inter ciues esset:neq; hospitia modo cum primoribus eorum:sed affinitates quoque iungebat. Octauio Mamilio tusculano: is longe princeps latini nominis erat: si famæ credimus: ab Vlysse deaque Circe oriundus: ei Mamilio filiā nuptū dat: perque eas nuptias multos sibi cognatos amicosq; eius conciliat. Iam magna Tarquinii auctoritas iter latinorum proceres erat:cum in diem certam:ut ad lucum Ferentinæ conueniant:indicit.esse quæ agere de rebus cōmunibus uelit. Conueniunt frequentes prima luce. ipse Tarquinius diem quidem seruauit:sed pauloante:quā sol occideret:uenit.multa ibi toto die in concilio uariis iactata sermonibus erant. Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in absentem Tarquinium erat inuectus:haud mirum esse superbo inditum Romæ cognomen(iam enim ita clam quidā mussitātes uulgo tamen eum appellabant)an quicquam superbius esse: quam ludificari sic omne nomen latinū principibus longe ab domo excitis: ipsum:qui concilium indixerit:non adesse: temptari profecto patiētiam:ut si iugum acceperint:obnoxios premat.cui.n.non appareret:affectare eum imperium in latinos? Quod si sui bene crediderūt ciues:aut si creditum illud:& nō raptū parricidio sit:credere & latīos:quāquam ne sic quidē alienigenæ deberent. sin suos eius pœniteat: quippe qui alii super alios trucidentur: exulatum eant:bona amittant:quid spei melioris latinis portendi. Si se audiant: domum suam quenque inde abituros:neque magis obseruaturos diem concilii:quam ipse:qui īdixit:obseruet.Hæc atq; alia eodem pertinētia sediciosus facinorosusque hō: hisq; artibus opes domi nactus:cū maxime dissereret:interuenit Tarquinius.Is finis orationi fuit. Auersi omnes ad Tarquinium salutandum: qui silentio facto monitus a proximis:ut purgaret se:quod id temporis uenisset:disceptatorem ait se sumptum inter patrē & filium:cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse: & quia ea res exemisset illū diem: postero die acturum quæ constituisset.Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt: dixisse enim nullam breuiorem esse cognitionem:quā inter patrem & filium:paucis transigi uerbis posse:ni pareat patri:habiturum infortunium esse.Hæc Aricinus in regem romanū increpans ex concilio abiit. Quam rem Tarquinius aliquanto:quā uidebatur:ægrius ferens confestim Turno necem machinatur:ut eundem terrorem:quo ciuium animos domi oppresserat:latinis iniiceret:& quia pro imperio palam interfici non poterat: oblato falso crimine insontem oppressit:per aduersæ factionis quosdam aricinos seruum Turni auro corrupit:ut in diuersorium eius uim magnam gladiorum inferri clam sineret.ea cum una nocte perfecta essent:Tarquinius pauloante lucem accitis ad se principibus latinorum: quasi re noua perturbatus: morā suam hesternam:uelut deorum quadam prouidentia illatam: ait saluti sibi atque illis fuisse: ab Turno dici sibi: & primoribus populorum parari necem:ut latinorum solus imperium teneat:aggressurum fuisse hesterno die in concilio:dilatam rem esse:quod auctor concilii abfuerit:quem maxime peteret:inde illam absentis insectationem esse natam:quod morando spem destituerit.non dubitare: si uera deferantur: quin prima luce:ubi ī concilium uentum sit:instructus cum coniuratorū manu armatusq; uenturus sit:dici gladiorum ingentem numerum esse ad eum conuectum. id uanū nec ne sit:extemplo sciri posse:

rogare eos:ut inde secum ad Turnum ueniat.Suspectam fecit rem & ingeniũ Turni ferox:& oratio externa:& mora Tarquinii:quod uidebatur ob eam differri cædes potuisse.Eunt inclinatis quidẽ ad credendũ animis: tamen: nisi gladiis deprehensis: cætera uana existimaturi.ubi est eo uentũ:Turnum ex somno excitatum circũsistũt custodes:cõprehensisq; seruis:qui caritate domini uim parabant:cum gladii abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur(eninuero manifesta res uisa)iectæ Turno cathænæ:& cõfestim latinorum concilium magno contumultu aduocatur ibi tã atrox inuidia orta ẽ gladiis ĩ medio positis:ut ĩdicta causa nouo genere loeti deiectus ad caput aquæ ferentinæ cratæ superne iniecta:saxisq; cõgestis:mergeretur.Reuocatis deinde ad concilium latinis:Tarquinius collaudatisq;:qui Turnum nouantem res pro manifesto parricidio merita pœna affecissent:ita uerba fecit:posse quidem se uetusto iure agere:quod cum omnes latini ab alba oriundi sint:in eo fœdere teneantur.quod ab Tullo omnis res albana cum colonis suis in romanum cesserit imperium.cæterum se utilitatis id magis omnium causa censere: ut renouetur id fœdus:secundaque potius fortuna populi romani:ut participes latini fruantur:quam urbium excidia uastationesq; agrorum:quas Anco prius:patre deinde suo regnante perpessi sint:semper aut expectent:aut patiantur.Haud difficulter persuasum latinis:quanquam ĩ eo fœdere superior romana res erat:cæterum & capita nominis latini stare:ac sentire cum rege uidebantur:& Turnus sui cuiq; periculi. si aduersatus esset:recens erat documentum.Ita renouatum fœdus:indictũq; iuniorĩbus latinorum:ut ex fœdere die certa ad lucum Ferentinæ armati frequentes adessent. Qui ubi ad edictum romani regis ex omnibus populis cõuenere:ne ducẽ suum:neue secretum ĩperium propriaq; signa haberent:miscuit manipulos ex latinis romanisq;:ut ex binis singulos faceret:binosq; ex singulis.ita geminatis manipulis centuriones ĩposuit.Nec ut iniustus rex in pace:ita dux belli prauus fuit:quin ea arte æquasset superiores reges:ni degeneratũ in aliis huic quoq; decori offecisset.is primus uolscis bellũ ĩ ducẽtos amplius post suã ætatem annos mouit:Suessamq; Pometiam ex his ui cepit.ubi cum diuidenda præda.xl.talenta argẽti auriq; cepisset.cõcepit animo eam amplitudinem louis templi:quæ digna deum hominumq; rege:quæ romano imperio:quæ ipsius etiã loci maiestate esset:captiuã pecuniã in ædificationẽ eius templi se posuit. Excepit deinde eũ lentius spe bellũ:quo Gabios ꝓpinquã urbẽ nequicquã ui adortus:cũ obsidendi quoq; urbẽ spes pulso a mœnibus adempta esset:postremo minime arte romana fraude ac dolo aggressus ẽ. nã cum uelut posito bello:fundamentis templi faciendis:aliisq; urbanis operibus intentum se esse simularet: Sextus filius eius:qui minor ex tribus erat:transfugit ex cõposito Gabios:patris in se sæuitiã ĩtolerabilem conquerẽs:iam ab alienis in suos uertisse superbiã:& liberoꝝ quoq; eum frequẽtiæ tedere:ut quã in curia solitudinẽ fecerit:domi quoq; faciat:nequã stirpem:nequẽ hæredem regni relinquat:se quidẽ inter tela & gladios patris elapsum:nihil usquam sibi tutum nisi apud hostem.L.Tarquinii credidisse.nam ne errarent:manere iis bellum:quod positum simuletur:& ꝓ occasionẽ eum incautos iuasurum.Quod si apud eos supplicibus locus non sit:pererraturum se omne Latium:uolscosq; se inde:& equos:& hernicos petiturum:donec ad eos perueniat:quia patrum crudelibus atq; impiis suppliciis tegere liberos sciant:forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaq; se aduersus superbissimum regẽ ac ferocissimum populum inuẽturum.Cũ:si nihil mouerentur:infensus ira porro inde abiturus uideretur:benigne ab gabinis excipitur. Vetant mirari:si qualis in ciues:qualis in socios:talis ad ultimum in liberos esset:in seipsum postremo sæuiturum:si alia desint.sibi uero gratum aduentum eius esse:futurumq; credere breui:ut illo adiuuante ab portis gabinis sub romana mœnia bellum transferatur.Inde in consilia publica adhiberi:ubi cum de aliis rebus assentire se ueteribus gabinis diceret:quibus hæ notiores essent:ipse identidem belli auctor esset: in eo sibi prudentiam præcipue assumere:quod utriusque populi uires nosset:sciretque inuisam profecto superbiam regia ciuibus esse:quam ferre ne liberi quidem potuissent.Ita cum sensim ad rebellandum primores gabinorum incitaret:ipse cum promptissimis iuuenum prædatum atq; in expeditiones iret: ut dictis factisq; omnibus ad fallendum instructis uana accresceret fides:dux ad ultimum belli legit̃.ibi cum inscia multitudine quid ageretur:prælia parua inter Romam Gabiosq; fierent:quibus plærunq; gabina res superior esset:tũ certatim sũmi ĩfimiq; gabinoꝝ Sex.Tarquinium dono deum sibi missum ducẽ credere.apud milites uero obeundo pericula ac labores:pariter prædam munifice largiendo tanta caritate esse:ut nõ pater Tarquinius potẽtior Romæ: quã filius Gabiis esset.Itaq; posteaquã satis uirium collectum ad omnes conatus uidebat:tũ ex suis unũ sciscitatũ Romã ad patrẽ mittit: quid nã se facere uellet: quando quidem:ut oĩa unus Gabiis posset:ei dii dedissent.Huic nuncio:quia credo:dubiæ fidei uidebat̃: nihil uoce respõsũ est:rex uelut deliberabundus ĩ hortũ ædiũ trãsit sequẽte nũcio filii:ibi inambulãs tacitus summa papauerꝝ capita dicitur baculo decussisse.Interrogãdo expectãdoq; responsũ nũcius fessus:ut re imperfecta redit Gabios:quæ dixerit ipse:quæq; uiderit:refert:seu ira:seu odio:seu superbia insita ingenio nullã eum uocem emisisse.Sexto:ubi quid uellet:parens:quidue præciperet:tacitis ambagibus patuit: primores ciuitatis criminando alios apud populum:alios sua ipsos inuidia opportunos interimit: multi palam:quidam:in quibus minus speciosa criminatio erat futura:clam interfecti:patuit quibusdam uolentibus fuga:aut ĩ exilium acti sunt:absentiumque bona iuxta atq; ĩeremptoꝝ diuisa fuere.Largitõis inde prædæq; & dulcedine priuati cõmodi sẽsus maloꝝ publicoꝝ adimi:donec orba cõsilio auxilioq; gabina res regi romano sine ulla dimicatione ĩ manũ tradit̃.Gabiis receptis.Tarquinius pacem cum equoꝝ gẽ-

te fecit:fœdus cum tuſcis renouauit.Inde ad negotia urbana animum conuertit:quoꝝ erat primum: ut Iouis templū in monte tarpeio monumentū regni ſui:noíſcꝫ relinqueret.Tarquinios reges ambos patrē uouiſſe:filium perfeciſſe.Et ut libera a cæteris religionibus arx ea eſſet:tota Iouis templiꝫ eius:quod inædificareť exaugurare fana ſacellaꝫ ſtatuit:quæ aliquot ibi a Tacio rege primum in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ uota conſecrata:ĩauguratáꝫ poſtea fuerant.Inter principia cõdendi huius operis mouiſſe numen ad indicandum tanti imperii molem traditur deos:nam cum omnium ſacelloꝝ exaugurationes admitterent aues:in termini fano non addixere:idꝫ omen auguriumꝫ ita acceptum eſt: non motam termini ſedem:unumꝫ eum deorum non euocatum:ſacratis ibi finibus firma ſtabiliaꝫ cuncta portendere.Hoc perpetuitatis auſpicio accepto:ſecutum aliud magnitudinem imperii portendens prodigiū eſt:caput humanum integra facie aperientibus fundaméta templi dicitur apparuiſſe:quæ uiſa ſpecies haud per ambages arcem eam imperii caputꝫ rerum fore portendebat:idꝫ ita cecinere uates:quiꝫ ĩ urbe erant:quoſcꝫ ad eam rem conſultandam ex Ethruria acciuerant.augebatur ad impenſas regis animus: itaꝫ pomptinæ manubiæ:quæ perducendo ad culmen operi deſtinatæ erant:uix in fundamenta ſuppeditauere.Eo magis Fabio Pictori:præter quã quod antiquior eſt:crediderim.xl.ea talenta ſola fuiſſe: quam Piſoni:qu lx.millia pondo argenti ſe poſita in eã ré ſcribit:quã ſummã pecuniæ neqꝫ ex unius tum urbis præda ſperandam:& nullius ne hoꝝ quidé magnificentiæ opeꝝ fũdaméta nõ exuperatura. Intẽtus perficiendo tẽplo:fabris ex Ethruria undiqꝫ accitis:non pecunia ſolũ ad id publica é uſus: ſed operis etiã ex plebe:qui:cum haud paruus & ipſe militiæ adderetur labor:minus tamen plebs grauabatur ſe templa deum ædificare ſuis manibus.Quæ poſteaquã & ad alia ut ſpecie minora:ſic laboris aliquanto maioris traducebantur opera:foros in circo faciendos:cloacamꝫ maximam receptaculum omnium purgamentoꝝ urbis ſub terram agendam:quibus duobus operibus uix noua hæc magnificentia quicquam adæquare potuit.His laboribus exercita plebe:quia & urbi multitudinem:ubi uſus nõ eſſet:oneri rebatur eſſe:& colonis mittẽdis occupari latius imperii fines uolebat:Signiam:Circeioſꝫ colonos miſit:præſidia urbi futura terra mariꝫ.Hæc agenti portentum terribile uiſum:anguis ex columna lignea elapſus:cum terrorem ac fugam in regiam feciſſet:ipſius regis non tam ſubito pauore perculit pectus:quam anxiis impleuit curis. Itaꝫ cum ad publica prodigia ethruſci tantum uates adhiberentur: hoc uelut domeſtico exterritus uiſu: Delphos ad maxime inclytum in terris oraculũ mittere ſtatuit.neqꝫ reſponſa ſortiũ ulli alii cõmittere auſus:duos filios per ignotas ea tempeſtate terras ignotiora maria in Græciam miſit. Titus & Aruns profecti:comes iis additus.L.Iunius Brutus Tarquinia ſorore regis natus:iuuenis longe alius ingenio: quam cuius ſimulationẽ induerat.Is cum primores ciuitatis:in quibus fratrem ſuum ab auunculo interfectum audiſſet:neque in animo ſuo quicquam regi timendum:neqꝫ in fortuna concupiſcendũ relinquere ſtatuit: contẽptuꝫ tutus eſſe:ubi ĩ iure paꝝ præſidii eſſet.Ergo ex induſtria factus ad imitationẽ ſtultitiæ: cum ſe ſuaꝫ prædæ eſſe regi ſineret:Bruti quoꝫ haud abnuit cognomen:ut ſub eius obtentu cognominis liberatot ille po.ro.animus latens aperiretur tempore ſuo.Is tum a Tarquiniis ductus Delphos ludibrium uerius:quã comes:aureum baculum incluſũ corneo:cauato ad id:baculo tuliſſe donũ Apollini dicitur:per ambages effigiem ingenii ſui.Quo poſteaquã uentum eſt:perfectis patris mandatis:cupido iceſſit animos iuuenum ſciſcitandi:ad quem eorum regnum romanum eſſet uenturũ: ex infimo ſpecu uocẽ redditá ferũt:imperiũ ſummũ Romæ habebit:qui ueſtrũ primus o iuuenes oſculũ matri tulerit. Tarquinii:ut Sextus:qui Romæ relictus fuerat:ignarus reſponſi:experſcꝫ imperii eſſet:rem ſumma ope taceri iubent:ipſi inter ſe uter prior:cum Romam rediſſent: matri oſculũ daret:ſorti permittunt.Brutus alio ratus:ſpectare pythycam uocem:uelut ſi prolapſus cecidiſſet:terram oſculo cõtigit:ſcilicet quod ea cõmunis mater omniũ mortaliũ eſſet.Reditũ inde romá ubi aduerſus rutulos bellum ſumma ui parabatur:Ardeam rutuli habebãt:gens ut in ea regione atꝫ in ea ætate diuitiis præpollens:eaꝫ ipſa cauſa belli fuit:qđ rex romanus:cũ ipſe ditari exhauſtus magnificentia publicoꝝ opeꝝ:tũ præda delinire populariũ aíos ſtudebat præter aliam ſuperbiam regno infeſtos etiam:quod ſe in fabroꝝ miniſteriis ac ſeruili tã diu habitos opere ab rege indignabantur.Tentata res eſt primũ:ſi primo ĩpetu capi Ardea poſſet:ubi id paꝝ,pceſſit obſidione munitiõibuſcꝫ cœpti premi hoſtes.In his ſtatiuis:ut fit:longo magis:quã acri bello ſatis liberi cõmeatus erãt:primoribus tamen magis:quã militibus.regii quidem iuuenes interdum otiũ conuiuiis cõmeſſationibuſcꝫ inter ſe terebant.Forte potantibus iis apud Sextum Tarquiniũ: ubi & Collatinus cænabat:& Tarquinius Egerii filius:incidit de uxoribus mentio ſuam quiſqꝫ laudare miris modis:inde certamine accenſo:Collatinus negat uerbis opus eſſe:paucis id quidem horis poſſe ſciri quantũ cæteris præſtet lucretia ſua: quin:ſi uigor iuuentæ ineſt:conſcendimus equos:inuiſimuſcꝫ præſentes noſtraꝝ ĩgenia: id cuiqꝫ ſpectatiſſimum ſit:quod inopinato uiri aduentu occurrerit oculis.Incaluerant uino:age ſane oẽs citatis equis aduolant Romam:quo cum primis ſe intendentibus tenebris peruenĩſſent:pergunt inde col latiam:ubi Lucretiam haudquaquã ut regias nurus:quas in conuiuio luxuꝫ cum æqualibus uiderãt tẽpus terrentes:ſed nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedẽtem inueniũt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit.Adueniens uir Tarquiniiꝫ benigne ſuſcepti:uictor maritus comiter iuitat regios iuuenes:ibi Sex.Tarquinium mala libido Lucretiæ per uim ſtuprandæ capit. tum forma:tum ſpectata caſtitas incitat,& tum quidem a nocturno iuuenili ludo ĩ caſtra redeũt. Paucis

interiectis diebus.Sex.Tarquinius inscio collatino cum comite uno collatiam uenit:ubi exceptus benigne ab ignaris consilii: cum post cænam ī hospitale cubiculum ductus esset: amore ardens: posteaquam satis tuta circa:sopitique omnes uidebantur: stricto gladio ad dormientem Lucretiam uenit: sinistraque manu mulieris pectore oppresso: tace Lucretia: iuquit: Sex. Tarquinius sum: ferrum in manu est:moriens: si emiseris uocem: Cum pauida e somno mulier prope mortem imminentem uideret: tum Tarquinius fateri amorem:orare:miscere precibus minas:uersare in omnes partes muliebrem animum: ubi obstinatā uidebat: & ne mortis quidem metu inclinari: addit ad metum dedecus:cum mortua iugulatū seruum nudum positurum ait:ut in sordido adulterio necata dicatur.Quo terrore cum uicisset obstinatā pudicitiam uelut uictrix libido:profectusq; inde Tar. ferox expugnato decori muliebri esset. Lucretia mœsta tāto malo Romā nunciū:eundem ad patrem Ardeamq; ad uirum mittit:ut cum singulis amicis fidelibus ueniant:ita facto maturatoq; opus esse:ré atrocem icidisse.Sp.Lucretius cū.P.Valerio Volesi filio: Collatinus cū.L. Iunio Bruto uenit:cū quo forte Romam rediens ab nuncio uxoris erat cōuentus.Lucretiam mœstam in cubiculo sedentem inueniunt:aduentu suorum lachrymæ obortæ:querentiq; uiro satin saluæ?Minime inquit: quid enim salui est mulieri amissa pudicitia? uestigia uiri alieni Collatine in lecto sunt tuo: cæterū corpus est tantū uiolatum:animus insons:mors testis erit.sed date dextras fidemq; haud impune adultero fore.Sex. est Tarquinius: qui hostis pro hospite priore nocte ui armatus mihi sibique: si uos uiri estis:pestiferum hinc abstulit gaudium. Dant ordine omnes fidem: consolantur ægram animi auertendo noxam a coacta in auctorem delicti:mentem peccare non corpus: & unde consilium abfuerit: culpam abesse.Vos:inquit:uideritis:quid illi debeatur:ego me:& si peccato absoluo:supplicio non libero: nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo uiuet: cultrum:quem sub ueste abditum habebat: eum in corde defigit:prolapsaq; in uulnus moribunda cecidit.Conclamat uir paterq;.Brutus illis luctu occupatis cultrum ex uulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens:per hunc:inquit: castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro:uosq; dii testes facio:me.L.Tarquinium Superbum: cum scelerata coniuge:& omni liberorum stirpe ferro igniq; quacunq; dehinc ui possim executurum: nec illos: nec aliū quēquam regnare Romæ passurum cultrum deinde Collatino tradidit:inde Lucretio & Valerio stupē tibus miraculo rei unde nouum in Bruti pectore ingenium:ut præceptum erat: iurant:totiq; a luctu uersi in iram:Brutum:iam inde ad expugnandum regnum uocantem: secuntur ducem. Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt:cōcientq; miraculo:ut fit: rei nouæ atq; indignitate homines.pro se quisq; scelus regium ac uim queruntur.mouet tum patris mœstitia:tum Brutus castigator lachrymarum atque inertium querelarum:auctorq; quod uiros: quod romanos deceret arma capiēdi aduersus hostilia ausos. Ferocissimus quisq; iuuenum cum armis uoluntarius adest: sequitur & cætera iuuentus.inde pari præsidio relicto Collatiæ ad portas:custodibusq; datis: ne quis eum motum regibus nunciaret: cæteri armati: duce Bruto:Romam profecti. Vbi eo uentum est: quacunq; incedit armata multitudo: pauorem ac tumultum facit.rursus ubi anteire primores ciuitatis uident:quicquid sit: haud temere esse rentur: nec minorem motum animorum Romæ tam atrox res facit:quam.Collatiæ fecerat.Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur:quo simul uentum est: præco ad tribunum celerum: ī quo tū magistratu forte Brutus erat:populum aduocauit.Ibi oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniiq;:quod simulatum ad eā diem fuerat:de ui ac libidine Sex.Tarquinii:de stupro infando Lucretiæ: & miserabili cæde: de orbitate Tricipitini: cui morte filiæ causa mortis idignior ac miserabilior eēt: addita superbia ipsius regis miseriæq; & labores plebis ī fossas cloacasq; exhauriēdas demersæ.Romanos homines omnium uictores circa populorum opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos:indigna Seruii Tullii regis memorata cædes: & inuecta corpore patris nefando uehiculo filia:inuocatique ultores parentum dii.His atrocioribusq; :credo: aliisq; præsens rerum indignatas:haud quaquam relatu scriptoribus facilia :subiicit:memoratis:incensam multitudinem perpulit: ut imperium regi abrogaret:exulesq; esse iuberet.L. Tarquinium cum coniuge ac liberis.ipse iunioribus:qui ultro nomina dabant:lectis armatisq; ad concitandum inde aduersus regē exercitum Ardeam in castra est profectus.Imperium in urbe Lucretio præfecto urbis iam ante ab rege instituto reliquit.Inter hunc tumultum Tullia domo profugit:execrantibus quacunq; incedebat inuocantibusq; parentum furias uiris mulieribusque.Harum rerū nunciis ī castra latis: cū re noua trepidus rex pergeret Romam ad cōprimendos motus: flexit uiam Brutus:senserat enim aduentum: ne obuius fieret: eodemq; fere tempore diuersis itineribus Brutus Ardeam:Tarquinius Romam uenere.Tarquinio clausæ portæ.exiliumq; indictum.liberatorem urbis læta castra accepere:exactique inde liberi regis:duo patrem secuti sunt:qui exulatum Cære ī ethruscos ierunt.Sex.Tarquinius Gabios tanquam in suum regnum ꝓfectus ab ultoribus ueterum simultatum:quas sibi ipse cædibus rapinisque cōcitauerat:est interfectus.L. Tarquinius Superbus regnauit annos.v.&.xx. Regnatū Romæ ab condita urbe ad liberatā ānos. ccxliiii. Duo consules inde comitiis centuriatis a præfecto urbis ex comentariis Seruii Tullii creati sunt.L.Iunius Brutus &.L.Tarquinius Collatinus.



IBERI IAM HINC POPVLI ROMANI RES BELLO PACEQ VE
geſtas : ānuos magiſtratus: īperiaq; legū potētiora:quā hominum peragam:
quæ libertas:ut lætior eſſet: proximi regis ſuperbia fecerat:nam priores ita
regnauerunt:ut haud īmerito deinceps omēs conditorēs partiū cœptæ ur-
bis:quas nouas ipſi ſedes ab ſe auctæ multitudini addiderunt : numerentur,
neq; ambigitur:quī Brutus idem : qui tantum gloriæ Superbo exacto rege
meruit:peſſimo publico id facturus fuerit: ſi libertatis immaturæ cupidine
priori regum alicui regnum extorſiſſet. Quid enim futurum fuit:ſi illa pa
ſtorum aduenarūq; plebs tranſfuga ex ſuis populis ſub tutela inuiolati tem-
pli:aut libertatem: aut certe impunitatem adepta ſoluta regio metu:agitari
cœpta eſſet tribuniciis procellis: & in aliena urbe cum patribus ſerere cer-
tamina:priuſquā pignora coniugum ac liberorum caritaſq; ipſius ſoli:cui lō
go tempore aſſueſcitur:animos eorū cōſociaſet: diſſīpatæ res nondū adultæ diſcordia forent : quas fouit
tranquilla tēperatio imperii : eoq; nutriendo perduxit:ut bonam frugem libertatis maturis iam uiribus
ferre poſſet,libertatis autē originē inde magis:quia ānuum imperium cōſulare factum eſt:quā quod dimi-
nutum quicquā ſit ex regia poteſtate numeres:omnia iura:omnia inſignia primi consules retinuere:id mo
do cautum eſt:ne: ſi ambo faſces haberent:duplicatus terror uideretur . Brutus prior concedēte collega
faſces habuit:qui non acrior uindex libertatis fuerat: quā deinde cuſtos: Omnium primū auidum nouæ
libertatis populum:ne poſtmodum flecti precibus aut donis regiis poſſet:iureiurādo adegit neminē Ro-
mæ paſſuros regnare:deīde quo plus uiriū ī ſenatu etiā frequētia ordinis faceret:cædibus regis dīminutū
patrum numeꝝ primoribus equeſtris gradus electis ad trecentoꝝ ſummā expleuit: traditūq; deinde fer-
tur:ut in ſenatum uocarentur:qui patres:quiq; cōſcripti eſſent,conſcriptos uidelicet nouū ſenatū appel-
labāt lectos,Id mirum quantū profuit ad cōcordiā ciuitatis:iungendoſq; patribus plebis animos. Rerum
inde diuinaꝝ cura habita,& quia quædam publica ſacra per ipſos reges factitata erant:necubi deſyderium
regum eſſet:regem ſacrificolum creāt:id ſacerdotium pontifici ſubiecere:ne additus nomini honos aliqd
libertati:cuius tunc prima crat cura:officeret,ac neſcio:an nimis eā ūdiq; minimis quoq; rebus muniēdo
modum exceſſerint:conſulis enī alterius:cū nihil aliud offenderit::nomen inuiſum ciuitati fuit. nimium
Tarquinios regno aſſueſcere:initium a Priſco factū:regnaſſe deinde Seruium Tullium: ne interuallo qui-
dem facto oblitum tanquā alieni regni:Superbum Tarquinium uelut hæreditatē gentis ſcelere ac ui repe
tiſſe:pulſo Superbo penes Collatinū imperium eſſe.neſcire Tarquinios priuatos uiuere:nō placere nomē:
periculoſum libertati eſſe.Hic primo ſenſim tentātiū animos ſermo per totam ciuitatē eſt datus:ſolicita-
tamq; ſuſpitione plebē Brutus ad contionē uocat: ibi omniū primum iuſiurandū populi recitat :neminē
Romæ regnare paſſuros:nec eſſe Romæ:unde periculum libertati foret:id ſumma ope tuendū eſſe:neq;
ullam rem:quæ eo pertineat:conténendam:inuitum ſe dicere hominis cauſa:nec dictuꝝ fuiſſe:ni caritas
reipublicæ uinceret: non credere populū romanum ſolidam libertatē recuperatam eſſe:regium genus:re-
gium nomen non ſolum in ciuitate: ſed etiā ī imperio eſſe.id officere:id obſtare libertati.Hunc tu:inquit:
tua uolūtate.L.Tarquinii remoue metum:meminimus:fatemur:eieciſti reges:abſolue beneficium tuum:
aufer hinc regium nomē:res tuas tibi non ſolum reddunt ciues tui auctore me: ſed ſiquid deeſt: munifice
augebunt:amicus abi:exonera ciuitatem uano forſan metu:ita perſuaſum eſt animis cum gente tarquinia
hinc regnum abituꝝ.Conſuli primo tam nouæ rei ac ſubitæ admiratio incluſerat uocem : dicere deinde
incipientē primores ciuitatis circūſiſtunt:eadem multis precibus orant:& cæteri quidē mouebāt minus.
poſteaq;.Sp.Lucretius maior ætate ac dignitate:ſocer præterea ipſius agere uarie rogando alternis ſuadē-
doq; cœpit:ut uinci ſe conſenſu ciuitatis pateretur : timens conſul ne poſtmodū priuato ſibi eadem illa
cum bonoꝝ amiſſione:additaq; inſuper alia ignominia:acciderent:abdicauit ſe conſulatu: rebuſque ſuis
omībus Lauinium tranſlatis ciuitate exceſſit.Brutus ex ſenatuſconſulto ad populū tulit: ut omnes tarq-
niæ gentis exules eſſent:collegam ſibi comitiis centuriatis creauit.P.Valerium:quo adiutore reges eiece-
rat.Cum haud cuiquam in dubio eſſet,bellum ab Tarquiniis imminere:id quidem ſpe omnium ſerius fu
it:cæterum id quod non timebant:per dolum ac proditionē prope libertas amiſſa eſt. Erant in romana
iuuentute adoleſcentes aliquot:nec ii tenui loco orti: quorum in regno libido ſolutior fuerat æquales ſo
daleſque adoleſcentium Tarquiniorum:aſſueti more regio uiuere:eam tum æquato iure omnium licen-
tiam quærentes:libertatem alioꝝ in ſuam uertiſſe ſeruitutem inter ſe conquerebantur,regem hominem
eſſe a quo impetres :ubi ius:ubi iniuria opus ſit:eſſe gratiæ locum:eſſe beneficio:& iraſci & ignoſcere poſ-
ſe:inter amicum & inimicum diſcrimen noſſe,leges rem ſurdam inexorabilem eſſe:ſalubriorem meliorē-
que inopi :quam potenti:nihil laxamenti:nec ueniæ habere:ſi modum exceſſeris:periculoſum eſſe in tot
humanis erroribus ſola innocentia uiuere.Ita iam ſua ſponte ægris animis legati ab regibus ſuperueniūt:
ſine mentione reditus bona tantum repetentes. eorum uerba poſteaq; in ſenatu audita ſunt : per aliquot
dies ea conſultatio tenuit:ne non reddita belli cauſa: reddita belli materia:& adiumentum eſſent.Int.rim
legati cum aliis alia moliri aperte bona repetentes:clam recuperandi regni conſilia ſtruere:& tanquam ad
id:quod agi uidebatur:ambientes nobilium adoleſcentium animos pertentabant:a quibus placide oratio

accepta est:hiis litteras ab Tarquiniis reddunt:& de accipiendis clam nocte in urbe regibus colloquunt. Vitelliis Aquiliisq; fratribus primo cõmissa res. Vitelliorũ soror consuli nupta Bruto erat. iamque ex eo matrimonio adolescentes erant liberi Titus:Tiberiusq;: eos quoq; in societatem consilii auunculi assumũt:præterea & nobiles aliquot adolescentes cõscii assumpti:quorũ uetustate memoria abiit.Interim cũ in senatu uicisset sententia:quæ censebat reddenda bona:eamq; ipsam causam moræ in urbe haberent legati:quod spatium ad cõparanda uehicula a consulibus sumpsissent:quibus regũ asportarent res:omne id tempus cũ cõiuratis consultãdo absumunt:euincũtq; instando: ut litteræ sibi ad Tarquinios darent:non aliter quidem credituros eos:nõ uana ab legatis super rebus tantis afferri.Datæ litteræ:ut pignus fidei essent:manifestum facinus fecerunt.nam pridiæ:quã legati ad Tarquinios proficiscerentur : & cænati forte apud Vitellos essent:cõiuratiq; ibi:remotis arbitris:multa inter se de nouo:ut fit: consilio egissent: sermonẽ eorũ ex seruis unus excepit:qui iam antea id senserat agi:sed eam occasionẽ: ut litteræ legatis darẽtur:quæ depræhensæ rẽ coarguere possent: expectabat.posteaquã datas sensit:rem ad consules defert.Cõsules ad depræhendẽdos legatos coniuratosq; profecti domo sine tumultu rem omnẽ oppressere: litterarum in primis habita cura ne interciderent:proditoribus ex templo in uincla coniectis : de legatis paulũ addubitatum est:& quãquã uisi sunt cõmisisse:ut hostium loco essent:ius tamen gentiũ ualuit. De bonis regis:quæ reddenda ante cẽsuerant:res integra refertur ad patres: ibi uicti ira uetuere reddi:uetuere ĩ publicum redigi:diripienda plebi sunt data:ut contacta regia præda spem ĩ ppetuum cum iis pacis amitteret. ager Tarquiniorũ:qui inter urbẽ ac tyberim fuit consecratus Marti:martius deinde campus fuit.Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi:quẽ campi fructum:quia religiosum erat cõsumere: defectam cum stramẽto segetem magna uis hominũ simul imissa corbibus fudere in tyberim tenui fluentẽ aqua: ut mediis solet caloribus:ita in uadis hæsitantis frumenti aceruos cõsedisse illitos limo:insulã inde paulatim:& aliis:quæ fert temere flumen eodẽ inuectis:factã:postea additas credo moles: manuq; adiutũ: ut tã eminens area firmaq; templis quoq; ac porticibus sustinẽdis esset.Direptis bonis regũ: damnati proditores :sumptumq; supplicium:cõspectius eo quod pœnæ capiundæ ministeriũ patri de liberis cõsulatus imposuit : & qui spectator erat amouendus:eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit. Stabant ad palũ deligati nobilissimi iuuenes:sed cæteris uelut ab ignotis capitibus cõsulis liberi omnium in se auerterant oculos:miserebatq; non pœnæ magis homines:quã sceleris:quo pœnã meriti essent: illos eo potissimum anno patriam liberatam:patrem liberatorem:consulatũ ortum ex domo iunia patres plebem:quicqd hominum deorũq; romanorũ esset:induxisse in animum ut Superbo quõdam regi: tum infesto exuli prodesent.Consules in sedem processere suam:missiq; lictores ad sumẽdum supplicium:nudatos uirgis cædũt: securiq; feriunt:cum inter omne tempus pater uultusq; & os eius spectaculo eẽt : eminẽte patrio animo inter publicæ pœnæ ministerium secundum pœnam nocencium:ut ĩ utranque partẽ arcendis sceleribus exemplum nobile esset:Præmium indici:pecunia ex ærario : libertas & ciuitas data. ille primum dicitur uindicta liberatus:quidam uindictæ quoq; nomen tractũ ab illo putant:Vindicio ipsi nomẽ fuisse:post illum seruatũ:ut qui ita liberati essent : in ciuitatem accepti uiderentur.His:sicut acta erant:nunciatis:incensus Tarquinius nõ dolore solum tantæ ad irritum cadentis spei: sed etiã ira odioq;: posteaquam dolo uiã obseptã uidit ; bellũ aperte moliendũ ratus:circuire supplex Ethruriæ urbes:orare maxime ueientes tarquinienseſq;:ne se ortum eiusdem sanguinis extorrẽ egentẽ ex tanto modo regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sinerent:alios peregre in regnum Romã accitos:se regẽ augentem bello romanum imperium a proximis scelerata coniuratione pulsum.eos inter se:quia nemo unus satis dignus regno usus sit:partes regni rapuisse:bona sua diripienda populo dedisse:ne quis expers sceleris esset:patriã se regnumq; suũ reposcere:& persequi ingratos ciues uelle: ferrent opem: adiuuarent:suas quoq; ueteres iniurias ultum irent: totiens cæsas legiones:agrum ademptum.Hæc mouerũt Veientes:ac pro se quisque romano saltem duce ignominias demendas:belloq; amissa repetenda minaciter fremũt.tarquinienses nomen ac cognatio mouet:pulchrum uidebatur suos Romæ regnare. Ita duo duarum ciuitatum exercitus ad repetendum regnum belloque persequendos romanos secuti Tarquinium. Posteaquam in agrum romanum uentum est:obuiam hosti consules eunt.Valerius quadrato agmine peditem ducit .Brutus ad explorandum cum equitatu anteceſſit.Eodem modo primus eques hostium agminis fuit: præerat Arũs Tarquinius filius regis:rex ipse cum legionibus sequebatur. Aruns ubi ex lictoribus procul consulẽ esse: deinde iam propius ac certius facie quoq; Brutum cognouit:inflamatus ira: ille ẽ uir:inquit:q nos extorres expulit patria:ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit:dii regum ultores adeste .cõcitat calcaribus equum : atque in ipsum infestus consulem dirigit. sensit in se iri Brutus : decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus : auide itaq; se certamini offert:adeoq; infestis animis concurrerunt: ut neuter:dum hostem uulneraret:sui protegendi corporis memor:ut contrario ictu per parmam uterq; transfixus:duabus hærentes hastis moribundi ex equis lapsi sint:simul & cætera equestris pugna cœpit: neque ita multo post & pedites superueniunt . Ibi uaria uictoria:& uelut æquo marte pugnatum est. dextera utrinq; cornua uicere:leua superata.Veientes uinci ab romão milite sueti fusi fugatiq; sunt: tarquinienſis & nouus hostis non stetit solum:sed etiam ab sua parte romanum pepulit. Ita cum pugnatum esset: tantus terror Tarquinium atq; ethruscos incessit:ut omissa irrita re nocte ambo exercitus ueiens tarqui-

nienſiſq; ſuas quiſq; abirent domos.adiiciunt miracula huic pugnæ:ſilentio proximæ noctis ex ſilua arſia ingentem æditam uocem:ſiluam uocé eam creditam:hæc dicta:uno plus ethruſcoꝝ cecidiſſe in acie uincere bello romanum.ita certe inde abiere romāi:ut uictores:ethruſi pro uictis:nam poſteaquā illuxit: nec quiſquā hoſtium in conſpectu erat.P.Valerius conſul ſpolia legit:triumphanſq; īde Romā rediit:collegæ funus:quāto tū potuit apparatu:fecit: ſed multo maius morti decus publica fuit mœſtitia:eo ante omia inſignis:quia matronæ annum ut parentē eum luxerunt:quod tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuiſſet. Conſuli inde: qui ſuperfuerat:ut ſunt mutabiles uulgi animi: ex fauore non inuidia modo: ſed ſuſpicio etiam cum atroci crimine orta:regnum eum affectare fama ferebat:quia nec collegam ſubrogauerat ī locum Bruti:& ædificabat in ſumma uelia: ibi alto atq; munito loco arcem ī expugnabilem fore.Hæc dicta uulgo creditaq; cū indignitate quoq; angerent animū conſulis:uocato ad conciliū populo: ſummiſſis faſcibus:in concionē aſcendit.Gratum id multitudini ſpectaculū fuit:ſummiſſa ſibi eſſe imperii inſignia:cō feſſionemq; factam:populi:quā conſulis maieſtatem uimq; maiorem eſſe,ubi audire iuſſi: conſul laudare fortunam collegæ:quod liberata patria in ſummo honere pro republica dimicans matura gloria: nec dū ſe uertente ī inuidiam mortem occubuiſſet:ſe ſuperſtitem gloriæ ſuæ ad crimen:atq; inuidiam ſupereſſe: ex liberatore patriæ ad Aquilios Vitellioſq; recidiſſe.Nunquā ne ergo: inquit: ulla adeo a uobis ſpectata uirtus erit:ut ſuſpicione uiolari nequeat? ego me illum acerrimum regum hoſtem:ipſū cupiditatis regni crimen ſubiturum non timerē? ego:ſi in ipſa arce capitolioq; habitarem:metui me credere poſſem a ciuibus meis? tam leui momento mea apud uos fama pendet:adeo ne eſt fundata leuiter fides:ut ubi ſim:quā qui ſim: magis referat? Non obſtabunt.P: Valerii ædes libertati ueſtræ quirites:tuta erit uobis uelia.deferam non in planum modo ædes:ſed colli etiā ſubiiciam:ut uos ſupra ſuſpectū me ciuem habitetis. ī uelia ædificent:quibus melius quā.P.Valerio creditur libertas.Delata confeſtim materia omnis infra ueliā: & ubi nunc uicus publicus eſt:domus in infimo cluo ædificata.Latæ deinde leges non ſolum quæ regni ſuſpicione conſulē abſoluerent:ſed quæ adeo in contrarium uerterent:ut popularem etiam facerent.Inde cognomen factum Publicolæ eſt.Ante omnes de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum:ſacrādoq; cū bonis capite eius:qui regni occupandi conſilia iniſſet. Gratæ in uulgus leges fuere: quas cū ſolus pertuliſſet ut ſua unius in his gratia eſſet: tum deinde comitia collegæ ſubrogando habuit.Creatus.Sp. Lucretius conſul: qui magno natu non ſufficientibus iam uiribus ad conſularia munera obeunda intra paucos dies moritur.Suffectus in Lucretii locum.M. Horatius Puluillus: apud quoſdam ueteres auctores non inuenio Lucretium conſulem:Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt.credo:quod nulla geſta res inſignem fecerit:conſulatum memoria intercidiſſe.Nondum dedicata erat ī capitolio Iouis ædes.Valerius. Horatiuſq; conſules ſortiti uter dedicaret:Horatio ſorte euenit. Publicola ad ueientem bellum profectus Aegrius:quam dignum erat:tulere Valerii neceſſarii dedicationē tam inclyti templi Horatio dari:id omnibus modis impedire conati:poſteaquam alia fruſtra temptata erant: poſtem iam tenenti conſuli fœdum inter precationem deum nuncium incutiunt:mortuum eius filium eſſe: funeſtaque familia dedicare eum templum non poſſe.Non crediderit factum:an tantum roboris animo fuerit:nec traditur certū: nec interpretatio eſt facilis,nihil aliud ad eum nuncium a propoſito auerſus: quam ut cadauer efferri iuberet:tenens poſtem precationem peragit: & dedicat templum.Hæc poſt exactos reges domi militiæque geſta primo anno.Inde.P.Valerius iterum.T.Lucretius conſules facti. Iam Tarquinii ad Lartem Porſenā cluſinum regem perfugerant:ibi miſcendo conſilium preceſq;:nunc orabant ne ſe oriundos ex ethruſcis eiuſdem ſanguinis nominiſq; egentes exulare pateretur:nunc monebant etiā:ne orientē morem pellendi reges inultum fineret:ſatis libertatem ipſam habere dulcedinis:niſi quāta ui ciuitates eam expetant:tanta regna reges defendant:æquari ſumma infimis:nihil excelſum:nihil:quod ſuper cætera emineat:ī ciuitatibus fore:adeſſe finem regnis rei inter deos hominesq; pulcherrimæ.Porſena tum regem eſſe Romæ:tum Ehtruſæ gentis regem amplum tuſcis ratus:Romam infeſto exercitu uenit. Non unquam alias ante tantus terror ſenatum inuaſit:adeo ualida res tum cluſina erat:magnumq; Porſenæ nomen: nec hoſtes modo timebant:ſed ſuos metipſi ciues:ne romana plebs metu perculſa:receptis in urbem regibus: uel cū ſeruitute pacem acciperet.Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab ſenatu data: annonæ in primis habita cura:& ad frumentum comparandum miſſi:alii in Voſcos:allii Cumas:ſalis quoque uendendi arbitrium:quia immenſo pretio ueniebat:in publicum omni ſumptu ademptum priuatis:portoriis quoque & tributo plebe liberata:ut diuites conferrent:qui oneri ferendo eſſent: pauperes ſatis ſtipendii pendere: ſi liberos educent.Itaq; hæc indulgētia patrum aſperis poſtmodum rebus ī obſidione ac fame adeo concordem ciuitatem tenuit:ut regium nomen non ſummi magis:quā infimi horrerent:nec quiſquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet:quantum bene imperādo uniuerſis ſenatus fuit.Cum hoſtes adeſſent: pro ſe quiſq; in urbē ex agris demigrant:urbem ipſam ſepiunt præſidiis:alia muris:alia tyberi obiecto uidebantur tuta.pons ſublicius iter pene hoſtibus dedit:ni unus uir fuiſſet Horatius Cocles:id munimentum illo die fortuna urbis romanæ habuit:qui poſitus forte in ſtatione pontis: cum captum repentino impetu ianiculum:atq; inde citatos decurrere hoſtes uidiſſet:trepidamq; turbam ſuorum arma ordinesq; relinquere:reprehenſans ſingulos:obſiſtens:obteſtanſq; deum & hominum fidem teſtabatur:ne quicquam deſerto præſidio eos fugere: ſi tranſitum pontem a tergo reliquiſſent:iam plus hoſtium ī pa-

ex eo uenirent agro:appellata. Appius inter patres lectus: haud ita multo post in principium dignationem peruenit. Consules infesto exercitu in agrum sabinum profecti cum ita uastatione:deinde prælio afflixisset opes hostium:ut diu nihil inde rebellionis timere possent:triumphantes Romam redierunt. P. Valerius omnium consensu princeps belli pacisque artibus anno post:Agrippa Menenio. P. Posthumio consulibus:moritur gloria:ingenti:copiis familiaribus adeo exiguis:ut funeri sumptus deesset:de publico est datus. Luxere matronæ:ut Brutum. Eodem anno duæ coloniæ latinæ Pometia & Cora ad auruncos deficiunt :cum auruncis bellum initum: fusoque ingenti exercitu : qui se ingredientibus fines consulibus ferociter obtulerat : omne auruncum bellum Pometiam compulsum est. Nec magis post prælium: quam in præho cædibus temperatum est:& cæsi aliquanto plures erant:quam capti:& captos passim trucidauerunt:ne ab obsidibus quidem:qui.ccc. accepti numero erant:ira belli abstinuit.& hoc anno Romæ triumphatum. Secuti consules Opiter Virgineus. Sp. Cassius primo Pometiam ui:deinde uineis aliisque operibus oppugnauerunt:in quos aurunci magis iam iexpiabili odio : quam spe aliqua aut occasione coacti:cum plures igni:quam ferro armati excurrissent:cæde incendioq; cuncta complent. uineis incensis multis hostium uulneratis & occisis:consulum quoq; alterum:sed uerum nomen auctores non adiiciũt: graui uulnere ex equo deiectum prope interfecerunt. Romam inde male gesta re reditum : inter multos saucios consul spe incerta uitæ relictus. Interiecto deinde haud magno spatio quod uulneribus curandis supplendoq; exercitui satis esset:cum ira maiore:tum uiribus etiam aucti:Pometiæ arma illata:& cum uineis refectis aliaq; mole belli iam in eo esset:ut in muros euaderet miles:deditio est facta:cæterum nihilominus fœda dedita urbe:quam si capta foret:aurũci passim principes securi percussi:sub corona uenierũt coloni alii: oppidum dirutum:ager uenit. Cõsules ob iras magis grauiter ultas:quam ob magnitudinem perfecti belli triumpharunt. Insequens annus Posthumium Cominium: &. T. Largium consules habuit. Eo anno Romæ cum per ludos ab sabinorum iuuentute per lasciuiam scorta raperentur:concursu hominum rixa ac prope prælium fuit:paruaq; ex re ad rebellionem spectare res uidebatur. Supra belli latini metum id quoque accesserat:quadraginta iam coniurasse populos concitante Octauio Mamilio satis constabat. In hac tantarum expectatione rerum sollicita ciuitate dictatoris primum creandi mentio orta:sed nec quo anno:nec quibus factis consulibus:quia ex factione tarquiniana essent. id quoq; enim traditur : parũ creditum sit:nec quis primum dictator sit creatus:satis constat. apud ueterrimos tantum auctores. T. Largium dictatorem primum. Sp. Cassium magistrum equitum creatos inuenio: consulares legere. ita lex iubebat de dictatore creando lata. eo magis adducor:ut credam:Largium:qui consularis erat : potius quam M. Valerium Fusium Volesi nepotem:qui nondum consul fuerat:moderatorem & magistrum cõsulibus appositum. qui si maxime ex ea familia legi dictatorem uellent:patrem multo potius. M. Valerium spectatæ uirtutis consularem uirum legissent. Creato dictatore primum Romæ: posteaquam præferri secures uiderunt:magnus plebem metus incessit:ut intentiores essent ad dicto parendũ : neque enĩ ut in consulibus:qui pari potestate essent:alterius auxilium:neque prouocatio erat:neque ullum usquã:nisi in cura parendi auxilium. sabinis etiã creatus Romæ dictator eo magis: quod propter se creatum crediderant:metũ incussit. itaque legatos de pace mittunt:quibus orantibus dictatorem senatumq;:ut ueniam erroris hominibus adolescentibus darent:responsum ignosci adolescentibus posse:senibus non posse : qui bella ex bellis sererent. actum tamen est de pace:impetrataque foret:si quod impense factum in bellum erat: præstare sabini(id enĩ postulatum erat) in animum induxissent. bellum indictum:tacitæ induciæ quietum annum tenuere. Consules Seruilius Sulpicius. M. Manlius Tullus:nihil dignum memoria actum. T. Ebutius deinde:&. G. Vetusius. His consulibus Fidenæ obsessæ:Crustumeria capta:Præneste ab latinis ad romanos desciuit:nec ultra bellum latinum gliscens iam per aliquot annos dilatum. Aurelius Posthumius dictator T. Ebutius magister equitum magnis copiis peditum equitumque profecti ad lacum regillum in agro tusculano agmini hostium occurrerunt:& quia Tarquinios esse in exercitu latinorum auditum est : sustineri ira non potuit:quin extemplo confligerent. Ergo etiam prælium aliquanto:quam cætera grauius atq; atrocius fuit:non enim duces ad regendam modo consilio rem affuere:sed suis metipsis corporibus dimicantes miscuere certamina:nec quisquam procerum ferme hac aut illa ex acie sine uulnere præter dictatorem romanum excessit. In Posthumium prima in acie suos adhortantem instruentemq; Tarquinius Superbus quanquam iam ætate & uiribus erat grauior:equum infestus admisit:ictusq; a latere concursu suorum receptus in tutum est. Et ad alterum cornu Ebutius magister equitum in Octauium Mamilium impetum dederat:nec fefellit ueniens tusculanum ducem:contra quem & ille concitat equum : tantaque uis infestis ueniẽtiũ hastis fuit :ut brachiũ Ebutio traiectum sit. Mamilio pectus percussum hunc quidẽ in secundam aciem latini recepere. Ebutius cum saucio brachio tenere tælum non posset:pugna excessit. Latinus dux nihil deterritus uulnere prælium ciet:& quia suos perculsos uidebat:accersit cohortem exulũ romanorum:cui. L. Tarquinii filius præerat. Ea quoniam maiora pugnabat ira ob erepta bona: patriamque ademptam:pugnam parumper restituit. Referentibus iam pedem ab ea parte romanis. M. Valerius Publicolæ frater consPicatus ferocem iuuenem Tarquinium obstentantem se in prima exulum acie domestica etiam gloria accensus:ut cuius familiæ decus eiecti reges erant : eiusdem interfecti forent : subdit

calcaria equo:& Tarquinium infesto ſpiculo petit:Tarquinius retro in agmen ſuorum infenſo ceſſit hoſti:Valerium inuectum temere in exulum aciem ex tranſuerſo quidem adortus tranſfigit: nec quicquam equitis uulnere equo retardato:moribundus romanus labentibus ſuper corpus armis ad terram defluxit. Dictator Poſthumius:poſteaquam cecidiſſe talem uirum:exules ferociter citato agmine inuehi:ſuos perculſos cedere animaduertit:cohorti ſuæ:quam delecta manu præſidii cauſa circa ſe habebat: dat ſignum: ut quem ſuorum fugientem uiderint:pro hoſte habeant: ita metu ancipiti uerſi a fuga romani ī hoſtem: & reſtituta acies.Cohors dictatoris tum primum prælium iniit:integris corporibus animiſque feſſos adorti exules cædunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna:imperator latinus:ubi cohortem exulum a dictatore romano circunuentam uidit:ex ſubſidiariis manipulos aliquot in primam aciem ſecum rapit:hos agmine uenientes.T.Herminius legatus conſpicatus inter eos inſignem ueſte armiſque Mamilium noſcitãs tanto ui maiore:quam pauloãte magiſter equitum cum hoſtium duce prælium init:ut & uno ictu tranſfixum per latus occiderit Mamilium:& ipſe inter ſpoliãdum corpus hoſtis ueruto percuſſus:cum uictor in caſtra eſſet relatus:inter primam curationem expirauerit. Tum ad equites dictator aduolat obteſtans: ut feſſo iam pedite deſcendant ab equis:& pugnam capeſſant:dicto paruere:deſiliunt ex equis: prouolãt in primum:& pro anteſignanis parmas obiiciunt. recipit extemplo animum pedeſtris acies: poſteaquam iuuentutis proceres æquato genere pugnæ ſecum partem periculi ſuſtinentes uidit.Tum demum impulſi latini:perculſaque inclinauit acies:equitibus admoti equi:ut perſequi hoſtem poſſent: ſecuta & pedeſtris acies.Ibi nihil nec diuinæ:nec humanæ opis dictator prætermittens ædem Caſtori uouiſſe fertur:ac pronũciaſſe militi præmia:qui primus:qui:ſecundus caſtra hoſtium intraſſet:tantuſque ardor fuit:ut eodem impetu:quo fuderant hoſtem:romani caſtra caperent.Hoc modo ad lacum regillum pugnatum eſt.Dictator:& magiſter equitum triumphantes in urbem rediere.Triennio deinde:nec certa pax:nec bellum fuit:Conſules.Qu.Chloelius:&.T.Lartius:inde .A.Sempronius:&.M.Minutius.his conſulibus ædes Saturno dedicata:ſaturnalia inſtitutus feſtus dies.A.deinde Poſthumius &.T.Virginius conſules facti. hoc demum anno ad regillum lacum pugnatum apud quoſdam inuenio:A.Poſthumium:quia collega dubiæ fidei fuerit:ſe conſulatu abdicaſſe:dictatorem inde factum.Tanti errores implicant temporum aliter apud alios ordinatis magiſtratibus:ut nec qui conſules ſecundum quoſdam:nec quid quoq; anno factum ſit:in tanta uetuſtate non rerum modo:ſed etiam auctorum digerere poſſis.Ap. Claudius deinde &.P.Seruilius conſules facti.Inſignis hic annus eſt nuncio Tarquinii mortis:mortuus eſt Cumis:quo ſe poſt fractas opes latinorum ad Ariſtodemum tyrannum contulerat.Eo nuncio erecti patres:erecta plebes:ſed patribus nimis luxurioſa fuit lætitia plebi:cui ad eam diem ſumma ope in ſeruitum erat: iniuriæ a primoribus fieri cœpere.Eodem anno Signia colonia:quam rex Tarquinius deduxerat:ſuppleto numero colonorum itez deducta eſt.Romæ tribus una & .xxx. factæ. Aedes Mercurii dedicata eſt idibus maiis. Cum uolſcorum gente latino bello neque pax:neq; bellum fuerat:nam & uolſci comparauerant auxilia: quæ mitterent latinis:ni maturatũ ab dictatore romano eſſet:& maturauit romanus: ne prælio uno cũ latino uolſcoque contenderet.Hac ira conſules in uolſcum agrum legiones duxere.uolſcos conſilii pœnam metuentes:nec opinata res perculit:armorum immemores obſides dant.ccc. principum a Cora:atq; Pometia liberos. ita ſine certamine ide abductæ legiones.Nec ita multo poſt uolſcis leuatis metu ſuum rediit ingenium:rurſus occultum parant bellum:hernicis in ſocietatem armorum aſſumptis.legatos quoq; ad ſollicitandum Latium paſſim dimittunt: ſed recens ad regillum lacum accepta clades:latinos ira odioq; eius: quicunq; arma ſuaderet:ne ab legatis quidem uiolandis abſtinuit: compræhenſos uolſcos Romam duxere: ibi traditi conſulibus: indicatũq; eſt uolſcos hernicoſq; parare bellum romanis. Relata re ad ſenatum adeo fuit gratum patribus:ut & captiuorũ ſex milia latinis remitterent: & de fœdere: quod prope in perpetuum negatum fuerat:rem ad nouos magiſtratus traiicerent.eninuero tum latini gaudere facto: pacis auctores in ingenti gloria eſſe: coronam auream Ioui domum in capitolium mittunt. cum legatis donoque: qui captiuorum remiſſi ad ſuos fuerant: magna circũfuſa multitudo uenit: pergunt domos eorum apud quem quiſque ſeruierant: gratias agunt liberaliter habiti cultique in calamitate ſua: inde hoſpitia iungunt. Nunquam alias ante publice priuatimq; latinum nomen romano imperio coniunctius fuit. Sed & bellum uolſcum imminebat: & ciuitas ſecum ipſa diſcors ĩteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio:maxime propter nexos ob æs alienum.fremebant ſe foris pro libertate & imperio dimicantes domi a ciuibus captos & oppreſſos eſſe:tutioremq; in bello:quam in pace: & inter hoſtes: quam inter ciues libertatem plebis eſſe:inuidiamq; eam ſua ſponte gliſcentem inſignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum omnium maiorum ſuorum inſignibus ſe in forum proiecit: obſita erat ſqualore ueſtis: fœdior corporis habitus pallore ac macie perẽpti.ad hoc ,plixa barba:& capilli efferauerãt ſpeciẽ oris. noſcitabat tamẽ ĩ tãta deformitate:& ordinẽ duxiſſe aiebãt:aliaq; militiæ decora uulgo miſerãtes eũ iactabãt ipſe teſtes honeſtaz aliquot locis pugnaz cicatrices aduerſo pectore oſtẽtabat. Sciſcitãtibus ũde ille habitus:unde deformitas:cũ circũfuſa turba eẽt:ppe incõcionis modũ ſabino bello ait ſe militãtẽ: qa propter populationes agri non fructu modo caruerit:ſed uilla incenſa fuerit:direpta omnia:pecora abacta:tri-

butum iniquo ſuo tempore imperatum:æs alienum feciſſe.id cumulatum uſuris:primo ſe agro paterno auitoq; exuiſſe:deinde fortunis aliis:poſtremo uelut tabem peruenisſe ad corpus:ductum ſe ab creditore non in ſeruitium:ſed in ergaſtulum & carnificinam:inde oſtẽtare tergum fœdum recentibus ueſtigiis uerberum. Ad hæc uiſa auditaq; clamor ingens oritur:non iam foro ſe tumultus continet:ſed paſſim totam urbem peruadit:nexu uincti ſolutiq; ſe undiq; in publicum proripiunt:implorãt quiritium fidem:nullo loco deeſt ſeditionis uoluntarius comes:multis paſſim agminibus per omnes uias cum clamore curritur. Magno cum periculo ſuo:qui forte patrum in foro erãt:in eam turbam inciderunt:nec temperatum manibus foret:ni propere conſules.P.Seruilius &.Ap.Claudius ad comprimẽdam ſeditionem interueniſſẽt. In eos multitudo uerſa oſtẽtare uincula ſua deformitatemq; aliam:hæc ſe meritos dicere exprobrãtes ſuã quiſq; alius alibi militiam:poſtulare magis minaciter:quam ſuppliciter:ut ſenatum uocarent: curiamque ipſi futuri arbitri moderatoreſque publici conſilii circunſiſtũt.Pauci ad modum patrum:quos caſus obtulerat:contracti ab conſulibus:cæteros metus non curia modo:ſed etiam foro arcebat.nec agi quicquã per infrequentiam poterat ſenatus.Tum uero eludi atque extrahi ſe multitudo putare:& patrum qui abeſſent:non caſu:non metu:ſed impediendæ rei cauſa abeſſe:& conſules ipſos tergiuerſari:nec dubie ludibrio eſſe miſerias ſuas.Iam prope erat:ut nec conſulum quidem maieſtas coerceret iras hominum:cum incerti morando:an ueniendo plus periculi contraherent:tandem in ſenatũ ueniunt:frequentique tandem curia non modo inter patres:ſed ne inter conſules quidem ipſos ſatis conueniebat.Appius uæhementis ingenii uir imperio conſulari rem agendã cenſebat:uno aut altero arrepto quieturos alios:Seruilius lenibus remediis aptior:concitatos animos flecti:quam frangi putabat:cum tutius:tum facilius eſſe.Inter hæc maior alius terror:latini equites cum tumultuoſo aduolant nuntio uolſcos iſeſto exercitu ad urbẽ oppugnãdam uenire:quæ audita(adeo duas ex una ciuitate diſcordia fecerat)longe aliter patres ac plebem affecere. exultare gaudio plebes:ultores ſuperbiæ patrum adeſſe dicere deos.alius alium confirmare:ne nomina daret:cum omnibus potius:quã ſolos pituros:patres militarent:patres arma caperẽt:ut penes eoſdẽ pericula belli:penes quos præmia eẽnt.At uero curia mœſta ac trepida ãcipiti metu & ab ciue:& ab hoſte:Seruiliũ conſulem:cui ingenium magis populare erat:orare ut tantis circunuẽtam terroribus expediret rempublicam.Tum conſul omiſſo ſenatu in concionem prodiit:ibi curæ eſſe patribus oſtendit:ut conſulatur plebi:cæterum deliberationi de maxima quidem illa:ſed tamen parte ciuitatis metum ,p uniuerſa republica interueniſſe.nec poſſe:cum hoſtes prope ad portas eſſent:bello præuertiſſe quicquam.nec ſi ſit laxamenti aliquid:aut plebi honeſtum eſſe:niſi mercede prius accepta arma pro patria non cepiſſe:neque patribus decorum ſatis per metum potius:quam poſtmodum uoluntate afflictis ciuium ſuorũ fortunis conſuluiſſe.Concioni deinde edicto addidit fidẽ:quo edixit : ne quis ciuem romanum uinctum:aut clauſum teneret:quo minus ei nominis edendi apud conſules poteſtas fieret:neu quis militis:donec in caſtris eſſet:bona poſſideret:aut uenderet : liberos nepoteſue eius moraretur.Hoc propoſito edicto:& qui aderant nexi profiteri extemplo nomina:& undiq; ex tota urbe proripientium ſe ex priuato:cum retinẽdi ius creditori non eſſet:concurſus ĩ forum:ut ſacramento dicerẽt: fieri.Magna ea manus fuit:neq; aliorum magis in uolſco bello uirtus atque opera enituit. Conſul copias contra hoſtem educit:paruo dirimente interuallo caſtra ponit.proxima inde nocte uolſci diſcordia romana fræti:ſi qua nocturna tranſitio proditione fieri poſſet:tentant & caſtra.ſenſere uigiles:excitatus exercitus:ſigno dato:concurſum eſt ad arma.Ita fruſtra id ĩcœptum uolſcis fuit:reliquum noctis utrinq; quieti datum.Poſtero die prima luce uolſci foſſis repletis uallum inuadunt.Iamque ab omni parte muniméta uellebantur:cum conſul:quanquam cuncti undique & nexi ante omnes:ut ſignum daret:clamabant:experiẽdi animos militum cauſa parumper moratus. Poſteaquam ſatis apparebat ingens ardor:dato tandem ad erumpẽdum ſigno: militem auidum certaminis emittit.primo ſtatim ĩcurſu pulſi hoſtes:fugientibus:quoad ĩſequi pedes potuit:terga cæſa:eques uſq; ad caſtra pauidos egit.mox ipſa caſtra legionibus circundatis:cum uolſcos etiam pauor inde expuliſſet : capta direptaque.Poſtero die ad Sueſſam Pometiam:quo confugerãt hoſtes:legionibus ductis intra paucos dies oppidum capitur:captum prædæ datum.inde paulum recreatus egens miles.Cõſul cum magna gloria ſua uictorem exercitum Romam reducit.decedentem Romam Mecetranorum uolſcorum legati rebus ſuis timentes poſt Pometiam captam adeunt . His ex ſenatuſconſulto data pax.ager ademptus.Cõfeſtim & ſabini romanos territauere:tumultus enim fuit uerius:quam bellum nocte in urbe nunciatum eſt exercitum ſabinum prædabundum ad anienem peruenisſe:ibi paſſim diripi atque incendi uillas miſſus extẽplo eo cũ omnibus copiis equitum Aurelius Poſthumius:qui dictator bello latino fuerat : ſecutus conſul Seruilius cum delecta peditũ manu pleroſq; palantes eques circunuenit : nec aduenienti peditum agmini reſtitit ſabina legio:feſſi tum itinere:tum populatione nocturna:magna pars in uillis repleti cibo uinoq;:uix fugæ:qd ſatis eſſet uiriũ : habuere.Nocte una audito perfectoq; bello ſabino poſtero die in magna iã ſpe undiq; pte pacis legati aurũci ſenatũ adeunt:ni decedatur uolſco agro bellũ idicẽtes eũ legatis ſimul exercitus:aurũcoq; domo ,pfectus erat:cuius fama haud ,pcul iã ab Aricia uiſi tãto tumultu cõciuit romanos:ut nec cõſuli ordíe patres:nec pacatũ reſpõſũ arma iferẽtibus arma ipſi capiẽtes

dare possent. Ariciam infesto agmine itur: nec procul inde cum aruncis signa collata: prælioq; uno debellatum est. fusis aruncis uictor tot intra paucos dies bellis romanus promissa consulis fidemq; senatus expectabat: tum Appius & insita superbia animo: & ut collegæ uanam faceret fidem: quam asperrime poterat: ius de creditis pecuniis dicere: deinceps & qui ante nexi fuerant: creditoribus. tradebantur: & nectebantur alii. Quod ubi cui militi inciderat: collegam appellabat: concursus ad Seruilium fiebat: illius promissa iactabant: illi exprobrabant sua quisq; belli merita: cicatricesque acceptas: postulabant ut aut referret ad senatum: aut: ut auxilio esset consul ciuibus suis: imperator militibus. Mouebant consulem hæc: sed tergiuersari res cogebat: adeo in alteram causam non collega solum præceperat: sed omnis factio nobilium. ita medium se gerendo nec plebis uitauit odium: nec apud patres gratiam iniit. patres mollem consulem & ambitiosum rati: plebs fallacem: breuiq; apparuit æquasse eum Appii odium. Certamen consulibus inciderat: uter dedicaret Mercurii ædem: senatus a se rem ad populum reiecit: utri eorum dedicatio iussu populi data esset: eum præesse annonæ: mercatorum collegium instituere: solemnia pro pontifice iussit suscipere. Populus dedicationem ædis dat. M. Lectorio primipili centurioni: quod facile appareret non tam ad honorem eius: cui curatio altior fastigio suo data esset: factum: quam ad cõsulum ignominiam. Sæuire inde utique consulum alter: patresq; sed plebi creuerant animi: & longe alia: quam primo instituerant: uia grassabantur. desperato enim consulum senatusq; auxilio: cum in ius duci debitorem uidissent: undique conuolabant: neque decretum exaudiri consulis præ strepitu & clamore poterat: neq; cum decreuisset: quisquam obtemperabat. ui agebatur: metusque omnes & periculum libertatis: cum in conspectu cõsulis singuli a pluribus uiolarentur: in creditores a debitoribus uerterãt. Super hæc timor incessit sabini belli: delectuque decreto: nemo nomen dedit: furente Appio & insectante ambitionem collegæ: qui populari silentio rempublicam proderet: & ad id: qđ decredita pecunia ius nõ dixisset: adiiceret: ut ne delectum quidem ex senatus consulto haberet: non esse tamen omnino desertam rempublicam: neq; proiectum consulare imperium: se unum & suæ: & patrum maiestatis uindicem fore. Cum circunstaret quotidiana multitudo licentia accensa: arripi unum insignem ducem seditionum iussit. Ille: cum a lictoribus iam traheretur: prouocauit. nec cessisset prouocationi consul: quia non dubium erat populi iudicium: nisi ægre uicta pertinacia foret consilio magis & auctoritate principum: quam populi clamore: adeo supererant animi ad sustinendam inuidiam. Crescere inde malum in dies non clamoribus modo apertis: sed qđ multo perniciosius erat: secessione occultisq; colloquiis. Tandem inuisi plebi cõsules magistratu abeunt. Seruilius neutris: Appius patribus miregratus. A. Virginius inde &. T. Vetusius consulatum ineunt. Tum uero plebs incerta: quales habitura consules esset: cœtus nocturnos pars esquiliis: pars i auẽtino facere: ne in foro subitis trepidaret consiliis: & omnia temere ac fortuito ageret. Eam rem consules rati: ut erat: perniciosam ad patres referunt: sed delatam consulere ordine non licuit: adeo tumultuose excepta est clamoribus undique & indignatione patrum: si quod imperio consulari exequendum esset: inuidiam eius cõsules ad senatum reiicerent: profecto: si essent in republica magistratus: nullum futurum fuisse Romæ: ni si publicum concilium: nunc in mille curias concioneśq; cum alia in esquiliis: alia in auentino fiant concilia: dispersam & dissipatam esse rempublicam: unum hercule uirum: id enim plus esse: quam consulem: qualis. Ap. Claudius fuerit momento temporis discussurum illos cœtus fuisse. Correpti consules: cũ quid ergo se facere uellent: nihil eni segnius molliusue: quã patribus placeat: acturos pcunctarent: decernũt ut delectum quam accerrimum habeant otio lasciuire plebem. Dimisso senatu: consules in tribunal ascendunt: citant nominatim iuniores: cũ ad nomen nemo responderet: circũfusa multitudo in concionis modum negaret ultra decipi plebem posse: nũquam unum militem habituros: ni præstaretur fides publica: libertatem unicuiq; prius reddendam esse: quam arma danda: ut pro patria ciuibusque: non pro dominis pugnent. consules: quid mandatum esset a senatu: uidebant: sed eorum: qui intra parietes curiæ ferociter loquerẽtur: neminem adesse inuidiæ suæ participem: & apparebat atrox cum plebe certamen. prius itaq; quam ultima experientur: senatum iterum consulere placuit. tum uero ad sellas consulum propere cõuolauere: minimus quisque natu patrum abdicare consulatu iubentes: & deponere imperium: ad quod tuendum animus deesset. Vtraq; re satis experta: tum demum consules: ne prædictum negetis patres conscripti: adest ingens seditio: postulamus: ut ii: qui maxime ignauiam increpant: adsint nobis habentibus delectum: cuiuscunq; accerrimi arbitrio: quando ita placet: rem agemus. Redeunt in tribunal scitari nominatim unum ex iis: qui in conspectu erant: dedita opera iubent: cum staret tacitus: & circa eum aliquot hominum: ne forte uiolaretur: constitisset globus: lictorem ad eum consules mittunt: quo repulso: tum uero indignum facinus clamitantes: qui patrum consulibus aderant: deuolant de tribunali: ut lictori auxilio essent. sed ab lictore nihil aliud: quam præhendere prohibito: cum conuersus i patres ipetus esset: consulum intercursu rixa sedata est: in qua tamen sine lapide: sine tælo plus clamoris: quam iniuriæ fuerat. Senatus tumultuose uocatus: tumultuosius consulitur: quæstionem postulantibus iis: q pulsati fuerãt: decernente ferocissimo quoq; non sentẽtiis magis: quam clamore & strepitu: tandem cum iræ resedissẽt: exprobrãtibus consulibus: nihilo plus sanitatis in curia: quam in foro esse: ordine consuli cœpit. Tres fuere sententiæ: Publius Virginius rem nõ uulgabat: de iis tantum: qui fidem secuti Publii Seruilii consulis

tam facile dictu est: faciendum ne fuerit: quam potuisse arbitror fieri: ut condicionibus laxandi annonam:& tribunitiam potestatem:& omnia inuitis iura iposita patres demerent sibi. Et senatui nimis atrox uisa sentētia ē:& ira plebem prope armauit. fame iam se sicut hostes peti:cybo uictuq; fraudari:peregrinū frumentum:quæ sola alimenta exinsperato fortuna dederit:ab ore rapi:nisi. Gn. Martio uincti dedantur tribuni:nisi de tergo plebis romanæ satisfiat. eum sibi carnificem nouum exortum:qui aut mori:aut seruire iubeat. In exeuntem e curia impetus factus esset:ni peropportuna tribuni diem dixissēt. ibi ira est sup pressa:se iudicem quisque:se dominum uitæ necisq; inimici factum uidebat. Contemptim primo Martius audiebat minas tribunitias:auxilii nō pœnæ ius datū illi potestati:plebisq; nō patrum tribunos esse: sed adeo coorta erat infensa plebs:ut unius pœna defungendum esset patribus:restiterunt tamen aduersa inuidia:usiq; sunt qua suis quisq;:qua totius ordinis uiribus:ac primo tentata res est: si dispositis clientibus absterrendo singulos a concionibus conciliisq; disiicere rem possent:uniuersi deinde processere:quic quid erat:patrum reos diceres:precibus plebem exposcentes:unum sibi ciuem:unum senatorem:si inocētem absoluere nollent:pro nocente darent. Ipse:cum die dicta non adesset:perseueratum in ira est. damnatus absens in uolscos exulatum abiit:minitans patriæ hostilesq; iam tum spiritus gerens. Venientem uolsci benigne excepere:benigniusq; in dies colebant:quo maior ira in suos eminebat:crebræq; nunc querelæ:nunc minæ percipiebantur. hospitio utebatur Actii Tullii:longe is tum princeps uolsci nominis erat romanis semper infestus. ita cum alterum uetus odium:alterum ira recens stimularet:consilia conferunt de romano bello:haud facile credebant plebem suam impelli posse:ut totiens infeliciter tentata arma caperent:multis sæpe bellis:pestilentia postremo amissa iuuentute fractos spiritus esse:arte agendum in exoleto iam uetustate odio:ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi forte ex instauratione magni Romæ parabantur. instaurandis hæc causa fuerat ludis:mane seruum quidam paterfamiliæ nondum cōmisso spectaculo sub furca cæsum medio egerat circo:cœpti inde ludi:uelut ea res nihil ad religionē pertinuisset. haud ita multo post. T. Latino de plebe homini somnium fuit:uisus Iupiter dicere sibi ludi præsultatorē displicuisse:nisi magnifice instaurarentur ii ludi periculum urbi fore:iret:ea consulibus nunciaret:quanquam haud sane liber erat religione animus:uerecundia tamen maiestatis magistratuum timorem uicit:ne in ora hominum pro ludibrio abiret. magno illi ea cunctatio stetit:filium nanque intra paucos dies amisit. cuius repente cladis:ne causa dubia esset:ægro animi eadem illa in somnis obuersata species uisa est rogare:satin magnā spreti numinis haberet mercedem: maiorem instare:ni eat propere:ac nūciet consulibus. iam præsentior res erat. cuntantem tamen ac prolatantem ingens uis morbi adorta est debilitate subita:tum eninuero deorum ira admonuit. fessus igitur malis præteritis:instantibusq;:cōsilio ꝓpinquorum adhibito:cum uisa atque audita:& obuersatum totiens somno louem: minas iraq; cælestes repræsentatas casibus suis exposuisset:consensu inde haud dubio omniū: qui aderant:in forum ad consules lectica defertur. inde in curiam iussu consulis delatus:eadem illa cum patribus ingenti omnium admiratione enarrasset:ecce aliud miraculum:qui captus omnibus membris delatus i curiam esset:eū functum officio pedibus suis domum redisse traditum memoriæ est. ludi quamamplissimi ut fierent: senatus decernit: ad eos ludos auctore Actio Tullio uis magna uolscorum uenit. priusquam committerentur ludi:Tullius:ut domi compositum cum Martio fuerat:ad consules uenit:dicit esse:quæ secreto agere de rep. uelit:arbitris remotis. Inuitus:inquit:quos sequi iussi:de meis ciuibus loquor:non tamen admissum quicquam ab iis criminatum uenio:sed cautum ne admittant. nimio plusquam uelim nostrorum ingenia sunt mobilia:multis id cladibus sensimus:quippe qui non nostro merito:sed uestra patientia incolumes sumus. magna hic uolscorum multitudo est:ludi sunt:spectaculo intenta ciuitas erit. memini:quid ꝑ eandē occasionem ab sabinorum iuuentute in hac urbe commissum sit. horret animus:ne quid inconsulto ac temere fiat:hæc nostra uestraq; causa primum dicenda uobis consulibus ratus sum. quod ad me attinet: extemplo hinc domum abire in animo est:ne cuius facti dictiq; cōtagione præsens uioler. hæc locutus abiit. Consules cum ad patres rem dubiam sub auctore certo detulissent:auctor magis:ut fit:quam res ad præcauendum uel ex superuacuo mouit:factoq; senatus consulto:ut urbe excederent uolsci: præcones dimittuntur: qui omnes proficisci ante noctem iuberēt. Ingens pauor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit: proficiscentibus deinde indignatio oborta:ut conscelerato cōtaminatosque ab ludis festis diebus cœtu quodammodo hominum deorumque abactos. Cum prope continuato agmine irent:prægressus Tullius ad caput ferentinum:ut quisq; eueniret:primores eorum excipiens querendo indignandoque:& eos ipsos sedulo audientes secunda iræ uerba: & per eos multitudinem aliam in subiectum uiæ campum deduxit. Ibi in cōcionis modum orationem exorsus. Veteres populi romani iniurias cladesq; gentis uolscorum:ut omnia:inquit:obliuiscamini alia:hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis? qua per nostram ignominiam ludos commisere? an non sensistis triumphatum hodie de uobis esse? uos omnibus ciuibus peregrinis tot finitimis populis spectaculo abeuntes fuisse? uestras coniuges:uestros liberos traductos per ora hominum:quid eos:qui audiuere uocem præconis? quid qui uos uidere abeuntes? quid eos:qui huic ignominioso agmini fuere obuii:existimasse putatis: nisi aliqd ꝓfecto nefas esse. quod si interfuimus spectaculo:uiolaturi fuimus ludos: piaculumque merituri: ideo nos ab sede pioꝝ cœtu cōcilioq; abigi? qd deide illud nō succurrit uiuere nos: q maturauimus pro-

ficiſci? ſi hæc profectio & non fuga eſt: & hanc urbem uos non hoſtium ducitis: ubi: ſi unum diem morati eſſetis: moriendum omnibus fuit? & bellum uobis indictum eſt magno illorum malo: q̃ indixere: ſi uiri eſtis, Ita & ſua ſponte irarum pleni & incitati domos inde digreſſi ſunt: inſtigandoque ſuos quiſque populos effecere: ut omne uolſcum nomen deficeret. Imperatores ad id bellum de omnium populorum ſententia lecti Actius Tullius & Gn. Martius exul romanus: ĩ quo aliquãto plus ſpei repoſitum: quam ſpem nequaquam fefellit: ut facile appareret ducibus ualidiorem: quam exercitu rẽ romanam eſſe. Circeios profectus primum colonos inde romanos expulit: liberamque eam urbem uolſcis tradidit: inde ĩ latinam uiam tranſuerſis tramitibus tranſgreſſus: Satricum: Longulam: Poluſtiã: Coriolos: Nouellam: hæc romanis oppida ademit: inde Lauinium recepit. tunc deinceps Corbionem: Veteliam: Trebium: Labicos: pedũ cepit: poſtremum ad urbem a Pedo ducit: & ad foſſas ciuilias quinq; ab urbe millia paſſuũ caſtris poſitis populatur inde agrum romanum: cuſtodibus inter populatores miſſis: qui patriciorum agros intactos ſeruarent: ſiue infenſus magis plebi: ſiue ut diſcordia ĩter patres plebemq; oriretur: quæ profecto orta eſſet: adeo tribuni ferocẽ per ſe plebẽ criminando in primores ciuitatis inſtigabant: ſed externus timor maximum cõcordiæ uinculũ: quãuis ſuſpectos infeſtoſq; inter ſe iungebat animos. Id modo nõ conueniebat: quod ſenatus conſuleſq; nuſquã alibi ſpem: quam in armis ponebant: plebs omnia: quam bellum manebat. Sp. Naucius iam: & Sex. Furius conſules erant: eos recẽſentes legiones: præſidia p̃ muros aliaq; in quibus ſtationes uigiliaſq; eſſe placuerat: loca diſtribuentes: multo ingens pacem poſcentium multitudo primum ſeditioſo clamore conterruit: deinde uocare ſenatum: referre de legatis ad. Gn. Martium mittendis coegit. Acceperunt relationem patres, poſteaquã apparuit labare plebis animos: miſſiq; de pace ad Martiũ oratores: atrox reſponſum rettulerunt. Si uolſcis ager redderetur: poſſe agi de pace: ſi præda belli perotium frui uelint: memorem ſe & ciuium iniuriæ: & hoſpitum beneficii: anniſurum ut appareat exilio ſibi irritatos non fractos animos eſſe. Iterum deinde iidem miſſi non recipiuntur in caſtra. ſacerdotes quoq; ſuis inſignibus uelatos iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium traditum eſt: nihilo magis: quam legatos flexiſſe animum. Tum matronæ ad Veturiã matrem Coriolani Volumniamq; uxorem frequentes coeunt: id publicum conſilium: an muliebris timor fuerit: parum inuenio: peruicere certe: ut & Veturia magno natu mulier: & Volũnia: duos p̃uos ex Martio ferẽs filios ſecũ: ĩ caſtra hoſtiũ irẽt: & quã armis uiri defẽdere urbẽ nõ poſſẽt: mulieres precibus lachrymiſq; defẽderẽt. Vbi ad caſtra uẽtũ ẽ: nũciatũq; Coriolano ẽ adeſſe ĩgẽs mulierẽ agmẽ: ut nec q̃ publica maieſtate ĩ legatis: nec ĩ ſacerdotibus tãta effuſa oculis aĩoq; religione motus eẽt: multo obſtinatior aduerſus lachrymas muliebres erat deinde familiariũ quidã: q̃ inſignẽ mœſticia inter cæteras cognouerat Veturiam inter nurum nepotes que ſtantẽ: niſi me fruſtrant? inquit: oculi: mater tibi cõiunxq; adſunt: & liberi. Coriolanus propere ut amens conſternatus ab ſede ſua: cum ferret matri obuiæ cõplexum: mulier in iram ex precibus uerſa: ſine: priuſquã complexũ accipio: ſciam: inquit: ad hoſtem: an ad filium uenerim: captiua mater ne in caſtris tuis ſim, in hoc ne longa uita infelix ſenecta traxit: ut exulem te: deinde hoſtem uiderem? Potuiſti populari hanc terram: quæ te genuit atq; aluit? non tibi quanuis infeſto animo: & minaci perueneras ingredienti fines ira cecidit? non cũ in cõſpectu Roma fuit: ſuccurrit: intra mœnia illa domus: ac penates mei ſunt? mater: coniunx liberiq;? Ergo: ego miſi peperiſſem: Roma non oppugnaret? niſi filiũ haberem: libera in libera patria mortua eſſem? Sed ego nihil iam pati: nec tibi turpius: quã mihi miſerius poſſum: nec ut ſim miſerrima: diu futura ſum: de his uideris: quos: ſi pergis aut immatura mors: aut lon ga ſeruitus manet. Vxor deinde ac liberi amplexi: flætuſque ab omni turba mulierum ortus & cõploratio ſui patriæq; fregere tandem uirum. complexus inde ſuos dimittit. ipſe retro ab urbe caſtra mouit. abductis deĩde legionibus ex agro romano inuidia rei oppreſſum periſſe: tradunt. alii alio loeto. apud Fabium longe antiquiſſimum auctorem uſq; ad ſenectutem eundem uixiſſe inuenio. refert certe hanc ſæpe eum exacta ætate uſurpaſſe uocem: multo miſerius ſeni exilium eſſe. Non inuiderunt laudes ſuas mulieribus uiri romani: adeo ſine obtrectatione gloriæ alienæ uiuebatur: monumento quoq; quod eſſet tẽplum muliebri Fortunæ: ædificatum: dedicatumq; eſt. Rediere deinde uolſci adiunctis Equis: ĩ agrum romanũ: ſed equi Actium Tullium haud ultra tulere ducem. Hĩc ex certamine uolſci: Equine imperatorem coniuncto exercitui darẽt: ſeditio: deĩde atrox prælium ortũ. Ibi fortuna populi romani duos hoſtium exercitus haud minus penicioſo: quam pertinaci certamine confecit. Conſules. T. Sicinius: &. G. Aquilius: Sicinio uolſci: Aquilio hernici (nã ii quoq; ĩ armis erãt), puĩcia euenit. eo ãno hernici deuicti: cũ uolſcis æquo marte diſceſſũ ẽ. Sp. Caſſius deĩde: & Proculus Verginius cõſules facti. cũ hernicis fœdus ictũ: agri p̃tes adẽptæ. ĩde dimidiũ latinis: dimidiũ plebi diuiſurus cõſul Caſſius erat. adiiciebat huic muneri agri aliquãtũ: quẽ publicũ poſſideri a priuatis crimiabaẽ. Id multos quidẽ patrũ ipſos poſſeſſores periculo rerum ſuarum terrebat: ſed & publica patribus ſollicitudo inerat largitione cõſulem periculoſas libertati opes ſtruere. Tum primum lex agraria promulgata eſt: nunquam deinde uſque ad hanc memoriam ſine maximis motibus rerum agitata. Conſul alter largitioni reſiſtebat auctoribus patribus: nec omni plebe aduerſante: quæ primo cœperat faſtidire munus uulgatum a ciuibus iſſe in ſocios. ſæpe deinde & Verginium conſulem in cõcionibus uelut uaticinãtem audiebat: peſtilens collegæ munus eſſe: agros illos ſeruituteẽ iis: qui acceperãt: laturos: regno uiam fieri. quid enim ita aſſumi ſocios nomenq; latinum? quid attinuiſſet hernicis pauloante hoſtibus capti agri tertiã partem reddi? niſi ut hæ gẽtes pro

Coriolano duce Cassium habeant; popularis iam esse dissuasor & intercessor legis agrariæ cœperat. uterque deinde consul certatim plebi indulgere: Verginius dicere passurum se assignari agros: dum necui: nisi ciui romano assignétur. Cassius: quia in agraria largitione ambitiosus in socios eoq; ciuibus uilior erat: ut alio munere sibi reconciliaret ciuium animos: iubere pro siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id uero haud secus: quam præsentem mercedem regni aspernata plebs: adeo propter suspicionem insitam regni: uelut abundarét: omnia munera eius in animis hominum respuebantur: quem: ubi primum magistratu abiit: damnatum necatumq; constat. sunt qui: patrem auctorem eius supplicii ferant: eum cognita domi causa uerberasse: ac necasse: peculiumq; filii Cereri consecrauisse: signum inde factum esse & inscriptum ex Cassia familia datum. Inuenio apud quosdam: idq; propius fidei est: a quæstoribus: Cesone fabio &. L. Valerio diem dictam per duellionis: damnatumq; populi iudicio: dirutas publice ædes. ea est area ante Telluris ædem. cæterum siue illud domesticum: siue publicum fuit iudicium: damnatur: Seruilio Cornelio. Qu. Fabio consulibus. Haud diuturna ira populi in Cassium fuit: dulcedo agrariæ legis ipsa per se: dempto auctore: subibat animos: accensaq; ea cupiditas est malignitate patrum: qui deuictis eo anno uolscis: equisq; militem præda fraudauere. quicquid captum ex hostibus est: uendidit Fabius consul: ac redegit in publicum. Inuisum erat Fabium nomen plebi propter nouissimum cõsulem: tenuere tamen patres: ut cum. L. Aemylio Ceso Fabius consul crearetur: eo infestior facta plebes. seditio domestica bellum externum exciuit: bello deinde ciuiles discodiæ intermissæ: uno animo patres ac plebs rebellantes uolscos: & equos duce Aemylio prospera pugna uicere. Plus tamen hostium fuga: quã prælium absumpsit: adeo pertinaciter fusos insecuti sunt equites. Castoris ædes eodem anno idibus quintilibus dedicata est. uota erat latino bello posthumio dictatore: filius eius duũuir ad idipsum creatus dedicauit. Sollicitati & eo anno sunt dulcedine agrariæ legis animi plebis: tribuni plebis popularem potestatem lege populari celebrãt: patres satis superq; gratuiti furoris ĩ multitudine credentes esse: largitiones temeritatisq; iuitamenta horrebant: acerrime patribus duces ad resistendum consules fuere. ea igitur pars reipublicæ uicit: nec in præsens modo: sed in ueniẽtem etiam annum. M. Fabium Cesonis fratrem: & magis inuisum alterum plebi accusatione. Sp. Cassii. L. Valerium consulem dedit. Certatum eo quoq; anno cum tribunis est: uana lex: uaniq; legis auctores iactando irritum munus facti: Fabium inde nomen ingens post tres cõtinuos cõsulatus: unoq; uelut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus habitum. itaq; ut bene locatus mansit in ea familia aliquandiu honos. Bellum inde ueiens initum: & uolsci rebellarunt: sed ad bella externa prope supererant uires: abutebanturq; iis iter semetipsos certando. Accessere ad ægras iã omnium mẽtes prodigia cælestia prope quottidianas in urbe agrisq; ostẽtantia minas: motiq; ira numinis causam nullam aliam uates canebant: publice priuatimq; nunc extis: nũc per aues cõsulti: quam haud rite sacra fieri. q terrores eo euasere: ut Oppia uirgo uestalis dãnata incesti pœnas dederit. Qu. Fabius inde: & G. Tullius consules facti. eo anno non segnior discordia domi: & bellum foris atrocius fuit. Ab equis arma sumpta. Veientes quoq; agrum romanorum populantes inierunt: quorum bellorum crescente cura Ceso Fabius: & Sp. Furius consules fiunt. Artonam latinam urbem equi oppugnabant. ueientes pleni iam populationum Romam ipsam se oppugnaturos minitabãtur. qui terrores cum compescere deberent: auxere insuper animos plebis: redibatq; nõ sua sponte plebi mos detrectãdi militiã: sed. Sp. Publius Licinius tribunus plebis ueniisse tempus ratus per ultimam necessitatem legis agrariæ patribus iniungendæ: susceperat ré militaré ipediẽdam: cæterum tota inuidia tribunitiæ potestatis uersa in auctoré ẽ. nec in eũ consul acrius: quã ipsius eius collegæ coorti sũt: auxilioq; eoꝝ delectũ cõsules habẽt. Ad duo simul bella exercitus scribit ducẽdus: Fabio iuentes: in equos Spurio dat. & in equis quidẽ nihil dignũ memoria gestũ est: Fabio aliquãto plus negotii cũ ciuibus: quã cũ hostibus fuit. unus ille uir ipse cõsul rẽpublicã sustinuit: quã exercitus odio cõsulis: quãtũ ĩ se fuit: pdebat: nã cũ cõsul præter cæteras iperatorias artes: q̃s parãdo gerẽdoq; bello ædidit: plurimas: ita instruxisset aciẽ: ut solo equitatu emisso exercitũ hostiũ fũderet: insequ fusos pedes noluit: nec illos & si nõ adhortatio inuisi ducis: suũ saltem flagitium: & publicũ in præsentia dedecus: postmodũ periculũ: si animus hosti redisset: cogere potuit gradũ accelerare: aut si aliud nihil instare ĩstructos. iniussi signa referũt: mœstiq; crederes uictos: execrantes nũc iperatorẽ: nũc nauatã ab equite operã redeũt in castra. Nec huic tã pestilenti exẽplo remedia ullaab iperatore quæsita sũt: adeo excellẽtibus igeniis citius defuerit ars: qua ciué regãt: quã qua hostẽ superent. Cõsul romã rediit nõ tã belli gloria aucta. quã irritato exacerbatoq; in se militũ odio. obtinuere tamẽ patres: ut in fabia gẽte cõsulatus maneret. M. Fabiũ consulẽ creant: Fabio collega. Gn. Manilius datur. Et hic annus tribunũ auctoré legis agrariæ habuit. T. Põtificius fuit. is eandẽ uiã uelut processisset Sp. Licinio ingressus delectũ paulisper impediit. perturbatis iterum patribus: Ap. Claudius uictam tribunitiam potestatẽ dicere priore anno: in præsẽtia reipublicæ: exemplo in perpetuũ: quando inuentum sit: suis ipsam uiribus dissolui: neq; enĩ unquã defutuꝝ: qui ex collega uictoriã sibi: & gratiã melioris partis bono publico uelit eẽ quæsitã: & plures: si pluribus opus sit: tribunos ad auxilium cõsulum paratos fore: & unum uel aduersus omnes satis esse. darent modo & cõsules & primores patrũ operã: ut: si minus oẽs: aliquos tamẽ ex tribunis reip. ac senatui conciliarent. Præceptis Appii moniti patres uniuersi comiter ac benigne tribunos appellare: & consulares: ut cuiq; eorum priuatim aliquid iuris aduersus singulos erat: partim gratia: partim auctoritate obtinuere: ut

tribunitiæ poteſtatis uires ſalubres uellent reipublicæ eſſe:nouemq; tribunoꝝ aduerſus unum moratorem publici cõmodi auxilio delectum conſules habent.Inde adueiens bellũ ꝓfecti:quo undiq; ex Ethruria auxilia conuenerant:non tam ueientium gratia concitata:quam quod in ſpem uentum erat diſcordia inteſtina diſſolui rem romanam poſſe:principeſq; in omniũ Ethruriæ populoꝝ conciliis fremebãt: æternas opes eſſe romanas:niſi inter ſemetipſi ſeditionibus ſæuiãt:id unum uenenum eam labem ciuitatibus opulentis repertam:ut magna imperia mortalia eſſent.diu ſuſtentatum id malum partim patrum conſiliis:partim patiẽtia plebis:iã ad extrema ueniſſe:duas ciuitates ex una factas:ſuoſq; cuiq; ꝓ magiſtratus: ſuas leges eſſe.primum ĩ delectibus ſæuire ſolitos eoſdem in bello tamen parere ducibus: qualicunque urbis ſtatu manente diſciplina militari ſiſti potuiſſe: iam non parendi magiſtratibus morem in caſtra quoque romanum militem ſequi.proximo bello in ipſa acie: in ipſo certamine: conſenſu exercitus traditam ultro uictoriam uictis equis:ſigna deſerta imperatorem in acie relictum:iniuſſu ĩ caſtra reditum. profecto:ſi inſtetur:ſuo milite uinci Romam poſſe.nihil aliud opus eſſe quam indici oſtendiq; bellũ: cætera ſponte ſua fata:& deos geſturos.Hæ ſpes Ethruſcos armauerãt multis inuicem caſibus uictos uictoreſq;.Cõſules quoq; romani nihil præterea aliud:quam ſuas uires:ſua arma horrebant: memoria peſſimi proximo bello exempli terrebat:ne ré cõmitterent eo:ubi duæ ſimul acies timendæ eſſẽt. itaq; caſtris ſe tenebant tam ancipiti periculo auerſi:diem tempuſq; forſitan ipſum leniturum iras ſanitatemq; animis allaturũ.Veiens hoſtis ethruſciq; eo magis præpropere agere laceſſere ad pugnam primo obequitãdo caſtris ꝓuocãdoq;: poſtremo ut nihil mouebat tã cõſules ipſos:quã exercitũ increpando.ſimulationé inteſtinæ diſcordiæ remedium timoris inuentum:& conſules magis non confidere:quam nõ credere ſuis militibus:nouum ſeditionis genus ſilentium otiumq; inter armatos.ad hæc in nouitatem generis originiſq; tam falſa:quã uera iacere.Hæc cum ſub ipſo uallo portiſq; ſtreperẽt:aut ægre cõſules pati:ac ĩperitæ multitudini nũc ĩdignatio:nũc pudor pectora uerſare:& ab inteſtinis auertere malis:nolle inultos hoſtes:nolle ſucceſſum: nõ patribus:non conſulibus: externa & domeſtica odia certare in animis:tandem ſuperant externa:adeo ſuperbe inſolenterq; hoſtis eludebat.frequentes in prætorium conueniunt:poſcunt pugnã: poſtulant:ut ſignum.detur.Conſules uelut deliberabundi capita conferũt:diu colloquunt: pugnare cupiebãt:ſed retro reuocãda & addẽda cupiditas erat:ut aduerſãdo remorãdoq; ĩcitato ſemel militi aderẽt ĩpetum.Redditur reſponſum immaturam rem agi:nondum tempus pugnæ eſſe:caſtris ſe tenerent, edicunt inde: ut abſtineant pugna:ſi quis iniuſſu pugnauerit:ut in hoſtẽ animaduerſuros.ita dimiſſis:quo minus cõſules uelle credunt:creſcit ardor pugnandi.accẽdunt inſuper hoſtes ferocius multo:ut ſtatuiſſe nõ pugnare conſules:creditum eſt:quippe impune ſe inſultaturos.non credi militi arma:rem ad ultimum ſeditionis erupturam:finemq; ueniſſe romano imperio.His fræti occurſant portis:ingerunt probra:ægre abſtinent:quin caſtra oppugnẽt.Eninuero non ultra contumeliam pati romanus poſſe:totis caſtris undiq; ad conſules curritur:non tam ſenſim ut ante per cẽturionum principes poſtulant:ſed paſſim omnes clamoribus agunt:matura res erat:tergiuerſantur tamen.Fabius deinde ad creſcẽtem tumultum iam metu ſeditionis collega concedente:cum ſilentium claſſico feciſſet:ego iſtos Manili poſſe uicere ſcio:uelle ne ſirem: ipſi fecerunt.itaq; certum atq; decretum eſt non dare ſignum:niſi uictores ſe redituros ex ac pugna iurẽt: conſulem romanum miles ſemel in acie fefellit:deos nunquam fallet. Centurio erat.M. Flauoleius inter primores pugnæ flagitator. Victor:inquit:M.Fabii reuertar ex acie:ſi fallat Iouem patrem Gradiuumq; Martem alioſq; iuratus inuocat deos.inde deinceps omnis exercitus in ſe quiſq; iurat.Iuratis datur ſignũ: arma capiunt:eunt in pugnam irarum ſpeiq; pleni:nunc iubent ethruſcos probra iacere:nunc armato ſibi quiſq; lingua promptũ hoſtem offerri.Omnium illo die:qua plebis:qua patrum eximia uirtus fuit: fabia gẽs maxime enituit:multis ciuilibus certaminibus infenſos plebis animos illa pugna ſibi reconciliare ſtatuunt.Inſtruitur acies:nec ueiens hoſtis ethruſcæq; legiones detrectant:prope certa ſpes erat:non magis ſe cum pugnaturos:quam pugnauerint cum equis:maius quoq; aliquod in tam irritatis animis:& occaſione ancipiti haud deſperand um eſſe facinus.Res aliter longe euenit:nam non alio ante bello infeſtior romanus:adeo hinc contumeliis hoſtes:hinc conſules mora exacerbauerant.prælium iniit. Vix explicãdi ordinis ſpatium ethruſcis fuit:cum pilis ĩter primam trepidationem abiectis temere magis:quam emiſſis:pugna iam ad manus:iã ad gladios: ubi mars eſt atrociſſimus:uenerat.Inter primores genus Fabium ĩſigne ſpectaculo exemploq; ciuibus erat.ex his.Qu.Fabium(tertio hic anno ante conſul fuerat)principem ĩ cõfertos ueientes euntem ferox uiribus & armorum arte:tuſcus incautum:inter multas uerſantem hoſtium manus:gladio per pectus trãſfigit: tælo extracto præceps Fabius in uulnus abiit.Senſit utraq; acies unius uiri caſum. cedebat inde romanus:cum.M. Fabius conſul tranſiliit iacentis corpus: obiectaq; parma hoc iuraſtis.inquit:milites fugientes uos in caſtra redituros? adeo ignauiſſimos hoſtes magis timetis: quam Iouem martemque: per quos iuraſtis? at ego iniuratus: aut uictor reuertar: aut prope te hic. Qu.Fabii dimicans cadam. Conſuli tum.G.Fabius prioris anni conſul uerbis ne iſtis frater:ut pugnẽt: te impetraturum credis? dii impetrabunt:per quos iurauere:& nos:ut decet:proceres:ut Fabio nomine ẽ dignum:pugnando potius:quam adhortando accendamus militum animos.ſic ĩ primum iſeſtis haſtis,puolant duo Fabii:totamq; mouerunt ſecum aciem.Prælio ex parte una reſtituto nihilo ſegnius in altero cornu Manilius conſul pugnam ciebat:ubi ꝑpe ſimilis fortuna eſt uerſata:nã ut altero cornu. Qu.Fabiũ

sic in hoc ipsum consulem Manilium iam uelut fusos agentem hostes:& impigre milites secuti sunt:& ut ille graui uulnere ictus ex acie cessit:interfectum rati gradum rettulere:cessissentq; loco:ni consul alter cū aliquot turmis equitum in eam partem citato equo aduectus uiuere clamitans collegam :se uictorem effuso altero cornu adesse: rem inclinatam sustinuisset: Manilius quoque ad restituendam aciem seipse coram offert. duorum consulum cognita ora accendunt militum animos:simul & uanior iam erat hostium acies:dum abundante multitudine fræti subtracta subsidia mittunt ad castra oppugnanda: in quæ haud magno certamine facto impetu dum prædæ magis:quam pugnæ memores terrerent tempus: triarii romani:qui primam irruptionem sustinere non potuerāt:missis ad consules nunciis:quo loco res essent conglobati ad prætorium redeunt:& sua sponte prælium ipsi renouant:& Manilius cōsul reuectus ī castra:ad omnes portas milite oppositō:hostibus uiam clauserat.Ea desperatio tuscis rabiem magis: quā audaciam accendit:nam cum incursantes quacunq; exitum ostēderet spes uano aliquotiens impetu issēt: globus iuuenum in ipsum consulem insignem armis inuadit:prima excepta a circunstantibus tela:substineri deinde uis nequit:consul mortifero uulnere ictus cadit:fusiq; circa omnes.Tuscis cresit audacia: romanos terror per tota castra trepidos agit:& ad extrema uentum foret:ni legati rapto consulis corpore patefeciss̄ent una porta hostibus uiam:ea erumpunt:consternatoq; agmine abeuntes in uictorem alterum incidunt consulem.ibi iterum cæsi fusiq; passim.uictoria egregia parta:tristis tamen duobus tā claris funeribus.Itaq; consul decernente senatu triumphum:si exercitus sine imperatore triumphare possit:p eximia belli opera se passurum:respondit se Famila funesta.Qu.Fabii fratris morte:rep.ex parte orba: consule altero amisso publico:priuatoq;:deformem luctu lauream non acceptur⁹.omni acto triūpho depositus triumphus clarior fuit:adeo spreta ī tempore gloria iterdū cumulatior redit.funera deinde duo: collegæ: fratrisq; ducit.idem in utroq; laudatur:cum concedendo illis suas laudes:ipse maximam partem earū ferret.neq; immemor eius:quod initio consulatus imbiberat reconciliandos animos plebis: saucios milites curādos diuidit patribus:fabiis plurimi dati:neq; alibi maiore cura habiti. inde popularēs iā eē Fabii:nec hoc ulla re nisi salubri reip.parte.Igitur non patrū magis:quā plebis studiis.Ceso.Fabius cum.T.Verginio consul factus:neq; bella:neq; delectus:neq; ullam aliam priorem curam agere:quam ut iam aliqua ex parte ichoata concordiæ spe: primo quoq; tempore cū patribus coalescerent animi plebis.Itaq; principio anni censuit:priusquam quisquam agrariæ legis auctor tribunus existeret:occuparent patres ipsi suum munus facere:captiuum agrum plebi quammaxime æqualiter darent: æquum esse habere eos:quorum sanguine ac sudore partus sit.aspernati patres sunt questi quoq; quidam nimia gloria luxuriare & euanescere uiuidū illud quondā Cesonis ingenium.nullæ deinde urbanæ factiones fuere.Vexabantur incursionibus equor⁹ latini:eo cū exercitu Ceso missus in ipsor⁹ equor⁹ agrum depopulandum transit.Equi se in oppida receperunt: murisq; se tenebant:eo nulla pugna memorabilis fuit.At aueiente hostē clades accepta temeritate alterius consulis:actumq; de exercitu foret:ni Ceso Fabius in tempore subsidio uenisset. Ex eo tempore neq; pax:neq; bellum cum ueientibus fuit.res proxime in formam latrocinii uenerat:legionibus romanis cedebant in urbem:ubi abductas sensērant legiones: agros incursabant: bellum quiete:quietem bello inuicem eludentes.ita neq; omitti tota res:neq; perfici poterat.& alia bella aut præsentia instabant: ut ab equis uolsciisq; non diutius:quam dolor recens proximæ cladis transisset quiescētibus:aut mox moturos se apparebat sabinos semper infestos:Hetruriamq; omnem.Sed ueiens hostis assiduus magis:quam grauis contumeliis sæpius:quā periculo animos agitabat:quod nullo tempore negligi poterat:aut auerti alio sinebat.Tum fabia gens senatum adiit.consul pro gente loquitur.Assiduo magis q̄ magno præsidio: ut sitis patres conscripti:bellum ueiens eget:Vos alia bella curate:Fabios hostes ueientibus date:auctores sumus tutam ibi maiestatem romani nomis fore:nostrum id nobis uelut familiare bellum priuato sumptu gerere in animo est:respublica & milite illic & pecunia uacet.Gratiæ igentes actæ.cōsul e curia egressus comitante Fabiorum agmine:qui in uestibulo curiæ senatusconsultum expectantes steterant: domū rediit.iussi armati postero die ad limen consulis adesse:domos inde discedunt.Manat tota urbe rumor: Fabios ad cælum laudibus ferunt:familiam unam subisse ciuitatis onus.ueiens bellum in priuatam curā: in priuata arma uersum:si sint duæ roboris eiusdē ī urbe gētes deposcāt hæc uolscos sibi:illa equos:populo romano pacē tranquillā agente oēs finitimos subigi populos posse.Fabii postero die arma capiūt: quo iussi erant:cōueniunt.Consul paludatus egrediēs in uestibulo gentē omnē suam instructo agmine uidet: acceptus in medium signa ferri iubet:nūquā exercitus neq; minor numero:neq; clarior fama:& admiratiōe hominū per urbem incessit.Sex &.ccc.milites oēs patricii:oēs unius gētis:quorum neminem ducem spernēret egregius quibuslibet tpibus senatus:ibant unius familiæ uiribus:ueienti populo pestem minitātes.sequebat turba ppria alia cognatoq; sodalitūq;:nihil mediū:nec spem:nec curā:sed imensa omnia uoluentium animo.alia publica sollicitudine excitata fauore & admiratione stupens:ire fortes:ire felices iubēt:iceptis euentus pares reddere:cōsulatus inde ac triumphos omnia præmia ab se:omnes honores sperare. Prætereūtibus capitoliū arcemq;:& alia tępla:quicquid deorū oculis:quicquid animo occurrit: precantur:ut illud agmen faustum atq; felix mittant:sospites breui in patriam ad parentes restituant.In cassū missæ præces.infelici uia a dextero Iano portæ carmentalis profecti ad Cremeram flumen perueniunt. is oportunus uisus locus cōmuniendo præsidio.L.Aemylius inde:&.G.Seruilius consules facti.& donec nil

aliud:quã ĩ populationibus res fuit:nõ ad præsidiũ modo tutãdũ Fabii satis erãt:sed tota regione:qua tuscus ager romano adiacet:sua tuta omnia:ĩfesta hostiũ uagantes per utrunq; finem fecere. Interuallũ deinde haud magnum populationibus fuit:dum & ueientes: accito ex hetruria exercitu:præsidium cremeræ oppugant:& romanæ legiones ab.L.Aemylio cõsule abductæ cõminus cum hetruscis dimicant acie: quanquã uix dirigendi aciem spatium ueientibus fuit:adeo inter primam trepidationem:dum post signa ordines introeunt:subsidiaq; locant:inuecta subito ab latere romana ala equitum nõ pugnæ modo incipiendæ:sed consistendi ademit locum.ita fusi retro ad saxa rubra ibi castra habebãt:pacem supplices petunt.cuius impetratæ ab insita animis leuitate ante deductum cremera romanum præsidium pœnituit. Rursum cum Fabiis erat ueienti populo sine ullo maioris belli apparatu certamen:nec erant incursiones modo ĩ agros aut subiti impetus incursantium:sed aliquoties æquo campo collatisq; signis certatũ:gẽsq; una populi romani sæpe ex opulentissima:ut tum res erat hetrusca:ciuitate uictoriã tulit. Id primo acerbum indignumq; ueiẽtibus est uisum:inde consilium ex re natum ĩsidiis ferocem hostem captãdi:gaudere etiam multo successu Fabiis audatiã crescere.itaq; & pecora prædantibus aliquotiens uellut casu incidissent obuiã acta:& agrestium fuga uasti relicti agri:& subsidia armatoꝝ ad arcendas populationes missa:sæpius simulato:quã uero bello refugerunt.lamq; Fabii adeo cõtempserant hostẽ:ut sua inuicta arma neq; loco:neq; tempore ullo crederent sustineri posse.hæc spes prouexit ut ad cõspecta procul a cremera magno campi interualli pecora:quanquam:rara hostium apparerent arma:decurrerent:& cum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locata supassent: palãtesq; passim uaga:ut fit:pauore iniecto raperent pecora:subito ex insidiis consurgitur:& aduersi:& undiq; hostes erãt.primo clamor circũlatus exterruit.deinde tæla ab omni parte accedebãt:coeuntibusq; hetruscis iam continenti agmine armatoꝝ septi: quo magis se hostis inferebat:cogebantur breuiore spatio:& ipsi orbem colligere: quæ res paucitatẽ eoꝝ ĩsignem: & multitudinem hetruscorum multiplicatis in arcto ordinibus faciebat.tum omissa pugna:quã in oẽs partes parẽ intenderat:in unũ locũ se oẽs inclinãt:eo nisi corporibus armisq; rupere cuneo uiam: duxit uia in æditũ leniter collem.inde primo resistere: mox ut respirãdi superior locus spatium dedit:recipiendiq; a pauore tanto animum pepulere etiam subeuntes:uincebatq; auxilio loci paucitas:ni iugo circũmissus ueiẽs in uerticem collis euasisset.ita superior rursus hostis factus:Fabii cæsi ad unum oẽs:præsidiũq; expugnatũ.ccc.vi.perisse satis cõuenit:unũ ꝓpe puberẽ ætate relictũ stirpem genti Fabiæ: dubiisq; rebus populo romano sæpe domi bellicq; maximũ futuꝝ auxiliũ.Cũ hæc accepta clades esset:riã.G. Horatius &.T.Menenius consules erant.Menenius aduersus tuscos uictoria elatos confestim missus.tum quo que male pugnatum est:& ianiculum hostes occupauere:obsessaq; urbs foret super bellũ annona premẽte:transierant enim hetrusci tyberim:ni Horatius consul euolscis esset reuocatus.adeoq; id bellũ ipsis institit mœnibus:ut primo pugnatum ad spem sit æquo marte:iterum ad portam collinam:ibi quãquã paruo momento superior romana res fuit:meliorẽ tamen militem recepto pristino animo ĩ futura prælia id certamẽ fecit.A.Verginius &.Sp.Seruilius consules fiũt.post acceptã ꝓximã pugnæ cladem ueientes absti nuere acie:populationes erant:& uellut ab arce ianiculi passim in romanum agrum impetus dabant: non usquã pecora tuta:non agrestes erant.capti deinde eadem arte sũt:qua ceperant Fabios.Secuti dedita opera passim ad illecebras ꝓpulsa pecora præcipitauere ĩ ĩsidias:quo plures erãt:maior cædes fuit.ex hac clade atrox ira maioris cladis causa:atq; initiũ fuit:traiecto enim nocte tyberi castra Seruilii consulis adorti sũt oppugnare:inde fusi magna cæde ĩ ianiculũ se egre receperũt.Cõfestim consul & ipse transit tyberim: castra sub ianiculo cõmunit.postero die luce orta nõ nihil &.hesterna felicitate pugnæ ferox: magis tamen inopia frumenti:quãuis præcipitia:dum celeriora essẽt:agebãt consilia:temere aduerso ianiculo ad castra hostiũ aciẽ erexit:fœdiusq; idẽ pulsus:quã pridie pepulerat.ĩteruentu collegæ ipse exercitusq; ẽ seruatus: inter duas acies hetrusci cum inuicem his atq; illis terga darẽt occidione occisi:ita oppressum temeritate felici ueiens bellum.Vrbi cum pace laxior etiã annona rediit:& aduecto ex Cãpania frumẽto: & posteaq̃ timor sibi cuiq; futuræ inopiæ abiit:eo qđ abditũ fuerat ꝓlato. Ex copia deinde ocioq; lasciuire rursus animi:& pristina mala:posteaq̃ foris deerãt:domi quærere.tribuni plebem agitare suo ueneno agraria lege in resistentes incitare patres:nec ĩ uniuersos modo:sed in singulos.Qu.Cõsidius &.T.Gemitius auctores agrariæ legis.T.Menenio diem dicunt: inuidiæ erat amissum Cremeræ præsidium:cum.haud ꝓcul inde statiua consul habuisset:eam oppressit:cũ & patres haud minus quã ꝓ Coriolano annixi essent:& patris Agrippæ fauor haud dũ exoleuisset.In mulcta temperarunt tribuni:cũ capitis acquisissent: duo milia æris dãnato mulctã edixerũt:ea ĩ caput uertit:negant tulisse ignominiã ægritudineq;:inde morbo absũptũ esse.alius ide reus.Sp.Seruilius ut cõsulatu abiit Gaio Nautio & publio Valerio cõsulibus initio statim anni ab.L.Ceditio &.T.Statio tribunis dic dicta:nõ ut Menenius precibus suis aut patrũ:sed cũ multa fiducia ĩnocẽtiæ gratiæq; tribunitios ĩpetus tulit.& huic præliũ cũ tuscis ad ianiculũ erat crimini:sed feruidi animi uir ut ĩ publico ꝓcula ante:sic tũ ĩ suo nõ tribunos mõ:sed plebẽ oratione feroci refutãdo: exprobrãdoq;.T.Menenii dãnationẽ:mortẽq;:cuius patris munere restituta quõdã plebs:eos ipsos:qbus tũ sæuiret magistratus:eas leges haberet:ꝓculũ audacia discussit.iuuit & Verginius collega testis,productus ꝓtici pãdo laudes.magis tamẽ menenianũ:adeo mutauerãt animũ:ꝓfuit iudiciũ.Certamina domi finita.ueiens bellũ exortũ:quibus sabini arma cõiũxerãt.P. Valerius cõsul:accitis latinoꝝ hernicorũq; auxiliis:cũ exer-

citu Veios missus: castra sabina: quæ ꝑ mœnibus socioꝝ locata erat cõfesti aggredit: tãtãq; trepidationẽ iniecit: ut dum dispersi alii alia manipulatim excurrũt ad arcendã hostiũ uim: ea porta: ubi signũ itulerat: caperet. intra uallum deide cædes magis: q̃ prælio esse. tumultus e castris & i urbẽ penetrat tanquã Veiis captis. ita pauidi ueiẽtes ad arma currũt. pars sabinis eunt subsidio: pars romanos toto ipetu intẽtos in castra adoriunt. paulisper auersi turbatiq; sũt: deinde & ipsi utroq; uersis signis resistũt: & eques ab cõsule immissus tuscos fundit fugatq;: eadẽq; hora duo exercitus: duæq; potẽtissimæ & finitimæ gẽtes supatæ sũt. Dũ hæc ad Veios geruntur: uolsci equiq; in latino agro posuerãt castra: populatiq; fines erãt: eos ꝑ se ipsi latini assũptis hernicis sine romano aut duce aut auxilio castris exuerũt: igenti præda præter suas recuperatas res potiti sũt. missus tamẽ ab Roma consul in uolscos. G. Nautius mos: credo: nõ placebat sine romano duce exercituq; propriis socios uiribus cõsiliisq; bella gerere. nullũ genus calamitatis cõtumeliæq; nõ æditũ i uolscos ẽ: nec tamẽ perlici potuere: ut acie dimicarẽt. L. Furius inde &. G. Manilius cõsules: Manilio Veiẽtes ꝑuincia euenit: nõ tamẽ bellatũ: iduciæ i ãnos. xl. petẽtibus datæ: frumẽto stipẽdioq; iperato. Paci externæ confestim cõtinuat discordia domi: agrariæ legis tribuniciis stimulis plebs furebat. cõsules nihil Menenii dãnatione: nihil piculo deterriti Seruilii sũma ui resistũt: abeuntes magistratu cõsules: Genutius tribunus plebis arripuit. L. Aemilius & Opiter Verginius cõsulatũ ineũt. Vobiscũ Iuliũ ꝑ Verginio i quibusdã ãnalibus consulẽ iuenio. Hoc ãno quoscũq; cõsules habuit: rei ad populũ Furius: & Manilius circũeunt: sordidati nõ plebẽ magis: quã iuniores patrum suadẽt: monẽt: honoribus & administratõe reipublicæ abstineãt: cõsulares uero fasces prætextã curuleq; sellã: nihil aliud quã pompã funeris putẽt: claris insignibus uelut infulis uelatos ad mortẽ destinari. q; si cõsulatus tãta dulcedo sit: iã nũc ita i animũ inducãt: cõsulatũ captũ & oppressũ ab tribunitia potestate eẽ. cõsuli uelut apparitori tribunitio oĩa ad nutũ iperiũq; tribuni agẽda esse: si se cõmouerit: si respexerit patres. si aliud: quã plebẽ eẽ i republica crediderit: exiliũ. Gn. Marcii: Menenii dãnationẽ: & mortẽ sibi proponãt ante oculos. His accẽsi uocibus patres cõsilia inde nõ publica: sed in priuato: seductaq; a pluriũ cõscientia habuere. ubi cũ id modo constaret iure an iniuria eripiendos esse reos: atrocissima quæq; maxime placebat sententia. nec auctor quãuis audaci facinori deerat. Igit iudicii die: cũ plebs i foro erecta expectatione staret: mirati primo qđ nõ descẽderet tribunus: deinde cũ iã mora supectior fieret: deterritũ a primoribus credere: & desertã ac ꝑditã publicã causã queri. tandẽ: qui obseruati uestibulo tribuni fuerãt: nũciãt domi mortuũ inuentũ. qđ ubi i totã cõcionẽ ptulit rumor: sicut acies fugit duce ociso: ita dilapsi passim alii alio. præcipuus pauor tribunos iuasserat quã nihil auxilii sacratæ leges haberẽt morte collegæ monitos. nec satis patres moderate ferre læticiam: adeoq; neminẽ noxæ pœnitebat: ut etiã in fontes feciss uideri uellẽt: pallãq; ferret malo domãdã tribunitiã potestatẽ. Sub hac pessimi exẽpli uictoria delectus edicitur: pauẽtibusq; tribunis sine itercessiõe ulla cõsules rem pagũt. Tũ uero irasci plebs tribunoꝝ magis scilẽtio: quã consulũ imperio: & dicere actũ esse de libertate sua: rursus ad antiqua reditũ: cũ Genutio una mortua ac sepultã tribunitiã potestatem: aliud agendum ac cogitãdum quomodo resistatur patribus. id hoc unum cõsiliũ esse: ut se ipsa plebs: quando aliud nihil auxilii habeat: defẽdat quatuor & uiginti lictores apparere cõsulibus: eos ipsos plebis hoĩes nihil cõtẽptius neq; ifirmius: si sint: qui contẽnant: sibi quẽq; ea magna atq; horrẽda facere. His uocibus alii alios cũ icitasset ad Voleronẽ Publiũ de plebe hoĩem: quia: qđ ordines duxisset: negaret se militẽ fieri debere: lictor missus est a cõsulibus. Volero appellat tribunos cũ auxilio nemo eẽt: cõsules spoliari hoĩem: & uirgas expediri iubẽt. ꝑuoco: inqt: ad populũ Volero: quoniã tribũi ciuẽ romanũ i cõspectu suo uirgis cædi malũt: quã ipsi i lecto suo a uobis trucidari: quo ferocius clamitabat: eo ifestius circũscĩdere & spoliare lictor: tũ Volero & prævalẽs ipse & adiuuãtibus aduocatis: repulso lictore: ubi idignãtiũ ꝑ se acerrimus erat clamor: eo se in turbã cõfertissimã recipit: clamitãs ꝑuoco & fidẽ plebis iploro: adeste ciues: adeste cõmilitones: nihil ẽ qđ expectetis tribunos: qbus ipsis uestro auxilio opus ẽ. Cõcitati hoĩes uelluti ad prælium se expediũt: apparebatq; omne discrimẽ adesse: nihil cuiquã sanctũ nõ publici fore: nõ priuati iuris. Huic tantæ tẽpestati cũ se cõsules obtulissẽt: facile expti sũt pacẽ tutã maiestatẽ sine uiribus esse. uiolatis lictoribus: fascibus: fractis: e foro i curiã cõpellũtur icerti quatenus Volero exerceret uictoriã. Cõticescẽte deide tumultu: cũ senatũ uocari iussissent: querũtur iiurias suas: uim plebis: Voleronis audatiam. Multis ferociter dictis sentẽtiis uicere seniores: quibus ira patrũ aduersus temeritatẽ plebis certari nõ placuit. Voleronẽ amplexa plebs. pximis comitiis tribunũ creat i eũ annũ: qui. L. Pinariũ. P. Furiũ cõsules habuit: cõtraq; omniũ opinionẽ: qui eũ uexãdis prioris ãni cõsulibus administratuꝝ tribunatũ credebant: post publicã cãm priuato dolore habito: ne uerbo quidẽ uiolatis cõsulibus rogationẽ tulit ad populũ: ut plebeii magistratus tribunitiis comiciis fierẽt. Haud parua res sub titulo prima specie minime atroci ferebat: sed quæ patriciis oẽm potestatẽ ꝑ cliẽtiũ suffragia creãdi: quos uellẽt. tribunos auferret. Huic actioni gratissimæ plebi cũ sũma ui resisterẽt patres: nec quæ una uis ad resistẽdum erat: ut itercederet aliquis ex collegio: auctoritate aut cõsulũ: aut prĩcipũ adduci posset: res tamẽ suo ipsa molimine grauis certaminibus i annũ extrahit. Plebs Voleronẽ tribunũ reficit: patres ad ultimũ dimicatiõis rati rẽ uẽturã. Ap. Claudium Appii filiũ iã ide a paternis certãminibus inuisũ infestũq; plebi cõsulẽ faciũt: collega ei Quĩtius datur. Principio statim ãni nihil prius: quã de lege agebat: sed ut iuentor legis Volero: sic Lectorius collega eius auctor tũ recẽtior: tũ acrior erat: ferocẽ faciebat belli gloria ingẽs: qđ ætatis eius haud quisquã manu

promptior erat,is cũ Volero nihil præterquã de lege loqueret:ĩsectatõe absistẽs cõsulũ ĩ accusationẽ Appii:familiæq; supbissimæ ac crudelissimæ ĩ plebẽ romanã exorsus:cũ a patribus nõ cõsulẽ:sed carnificẽ ad uexãdã & lacerẽdam plebẽ creatũ esse cõtẽderet:rudis in militari hoie lĩgua nõ suppetebat libertati aioq;. Itaq; deficiẽte oratione quãdo quidẽ nõ facile loquor:ĩquit:quirites:quam qđ locutus sũ:Præsto crastina die adeste:aut hic ego ĩ cõspectu uestro moriar:aut perferã legẽ.Occupãt tribuni tẽplũ postero die: consules nobilitasq; ad ĩpediendã legẽ in cõcione cõsistũt.sũmoueri Lectorius iubet:præterquã qui suffragium ineãt.adolescẽtes nobiles stabãt nihil cedẽtes uiatori.tũ ex his præhẽdi quosdam Lectorius iubet.consul Appius negare ius esse tribuno ĩ quenquã nisi ĩ plebeium:nõ enĩ populi:sed plebis eũ magistratũ esse: nec illũ ipsũ sũmouere ꝑ imperio posse more maiorũ:quia ita dicat.si uobis uidet:discedite quirites. Facile & cõtemptim de iure disserẽdo perturbare Lectoriũ poterat.ardẽs igit ira tribunus uiatorẽ mittit ad consulẽ:cõsul Lictorẽ ad tribunũ:priuatũ esse clamitãs sine imperio:sine magistratu:uiolatusq; eẽt tribunus: ni cõcio ois atrox coorta ꝑ tribuno ĩ cõsulẽ esset:& cõcursus hoium ĩ forũ ex tota urbe cõcitatæ multitudinis fieret.sustinebat tamẽ Appius pertinatia tantam tempestatẽ:certatũq; haud incruẽto prælio foret: ni Quintius cõsul alter cõsularibus negotio dato ut collegã ui:si alitet nõ posset:de foro abducerent:ipse nunc plebẽ sæuiẽtẽ precibus lenisset:nũc orasset tribunos:ut cõciliũ dimitterẽt:darẽt iræ spatiũ:nõ uim suã illis tẽpus adẽpturũ:sed cõsiliũ uiribus additurũ:& patres in populi:& consulẽ in patrũ fore potestate. Aegre sedata ab Quintio plebs:multo ægrius consul alter a patribus.Dimisso tandẽ concilio plebis:senatũ cõsules habẽt:ubi cũ timor atq; ira inuicẽ sentẽtias uariasset:quo magis spatio ĩterposito ab ĩpetu ad consultandũ aduocabant:eo plus abhorrebant a certatõe animi:adeo:ut Quintio gratias agerẽt:qđ eius opera mitigata discordia eẽt:ab Appio petitur:ut tantã cõsularẽ maiestatẽ esse uellet:quãta ĩ cõcordi ciuitate esse posset:dũ tribuni & cõsules ad se quisq; oĩa trahãt:nihil relictũ esse uiriũ in medio:distractã laceratãq; rempublicã magis:quorũ in manu sit:quã:ut ĩ columis sit:quæri. Appius cõtra:testari deos atq; hoies:rẽp. prodi ꝑ metũ:ac deseri:nõ cõsulẽ senatui:sed senatũ consuli deesse:grauiores accipi leges:quã in sacro mõte acceptæ sint.uictus tamẽ patrũ consensu quieuit.lex silentio ꝓfertur.Tũ primũ tribunitiis comitiis creati tribuni sũt:numero etiã addito tres perinde ac duo antea fuerĩt;Piso auctor est:noĩat quoq; tribunos: Gn.Sicciũ.L.Numitoriũ.M.Duellium.Sp.Iliciũ.L.Mecilium.Volscum:equicũq; inter seditionẽ romanã est bellũ coortũ:uastauerãt agros:ut si qua secessio plebis fieret:ad se receptũ haberẽt.cõpositis deinde rebus castra retro mouere.Ap.Claudius in uolscos missus;Quintio equi ꝓuincia euenit.Eadẽ in militia sæuitia Appii:quæ domi esse liberior:qđ sine tribunitiis uinculis erat:odisse plebẽ plusquã paterno odio:qđ se uictũ uidebat ab ea:se unico cõsule obiecto aduersus tribunitiã potestatẽ ꝓtectã legem esse: quã minore conatu nequaquã tãta patrũ spe priores impedierãt cõsules.Hæc ira indignatioq; ferocẽ animũ ad uexandum sæuo ĩperio exercitum stimulabat:nec ulla ui domari poterat:tãtum certamẽ animis ĩbiberat:segniter otiose negligẽter cõtumaciter oĩa agere:nec pudor:nec metus coercebat:si citius agi uellet agmen:tardius sedulo incedere:si adhortator operis adesset:oẽs sua spõte motã remittere industriã.præsẽti uultus dimittere:tacite prætereuntẽ execrari:ut iuictus ille odio plebeio animus interdũ moueret: omni nequicquã acerbitate prompta.nihil iam cũ militibus agere:a cẽturionibus corruptũ exercitum dicere:tribunos plebeios cauillans:ĩterdum & Volerones uocare.Nihil eorũ uolsci nesciebãt:instabãtq; eo magis sperãtes idem certamen animorũ aduersus Appiũ habiturũ exercitũ romanũ:qđ aduersus Fabium cõsulẽ habuisset.cæterũ multo Appio:quam Fabio uiolentior fuit:nõ enĩ uicere tantum noluit ut fabianus:sed uici uoluit.productus ĩ aciem turpi fuga petit castra:nec ante restitit:quã signa ĩferẽtem uolscum munimẽtis uidit: fœdamq; extremi agminis cædẽ.tũ expressa uis ad pugnandum ut uictor iã a uallo summoueretur hostis. satis tamẽ appareret:capi tantum castra militem romanum noluisse:alii gaudere sua clade atque ignominia.Quibus nihil infractus ferox Appii animus:cum insuper sæuire uellet: cõcionẽq; aduocaret: concurrũt ad eum legati tribuniq; monẽtes:ne utiq; experiri uellet ĩperiũ:cuius uis omnis ĩ cõsensu obediẽtiũ esset.negare milites uulgo se ad cõcionẽ ituros:passimq; exaudiri uoces postulãtiũ:ut castra ex uolsco agro moueantur:hostẽ uictorẽ pauloante ꝓpe in portis ac uallo fuisse:ingentisq; mali nõ suspitionẽ mõ:sed apertã speciẽ obuersari ante oculos.Victus tãdem quãdoquidẽ nihil præter tẽpus noxæ lucraret. remissa cõcione iter ĩ insequẽtem diem ꝓnunciari cum iussisset:prima luce clasico signum ꝓfectionis dedit.Cum maxime agmen e castris explicaret:uolsci:ut eodẽ signo excitati: nouissimos adoriunt.a quibus ꝓlatus ad primos tumultus eo pauore signaq;:& ordines turbauit:ut neq; ĩperia exaudiri:neq; ĩstrui acies possent:nemo ullius nisi fugæ memor:ita effuso agmine ꝑ stragẽ corporũ armorũq; euasere:ut prius hostis desisteret sequi:quam romanus fugere.Tandem collectis ex dissipato cursu militibus:cõsul:cum reuocando nequicquã suos ꝓsecutus esset:ĩ pacato agro castra posuit:aduocataq; cõcione inuectus haud falso in proditorem exercitum militaris disciplinæ desertorem signorũ:ubi signa:ubi arma essent singulos rogitans:inermes milites:signo amisso signiferos:ad hoc centuriones dupliciariosq;:qui reliquerãt ordies: uirgis cæsos securi percussit:cætera multitudo sorte decimus quisq; ad supplicium lecti.Cõtra ea ĩ equis inter cõsulem ac militem comitate ac beneficiis certatum est:& natura Quintius erat lenior:& sæuitia ĩfelix collegæ:quo is magis gauderet ingenio suo:effecerat.Huic tantæ concordiæ ducis exercitusq; nõ au si offerre se equi,uagari populabũdum hostem per agros passi nec ullo ante bello latius ide actæ prædæ:

omnis militi data ẽ:addebãtur & laudes:quibus haud minus quã præmio gaudẽt militũ animi. Tum duci:tũ ꝓpter ducẽ patribus quoq; placatior exercitus rediit:ſibi parentẽ:alteri exercitui dominũ datũ ab ſenatu memorãs. Variatũ fortuna belli atroci diſcordia domi foriſq; annum exactũ inſignẽ maxime comitia tribunitia efficiũt. res maior uictoria ſuſcepti certaminis:quã uſu:plus enĩ dignitatis comitiis ipſis detractum eſt patribus ex cõſilio ſũmouendis:quã uiriũ aut plebi additũ aut demptum patribus. Turbulentior inde annus excœpit. L. Valerio. T. Aemylio cõſulibus:tũ ꝓpter certamina ordinũ de lege agraria: tũ ꝓpter iudiciũ Ap. Claudii:cui acerrimo aduerſario legis: cauſãque poſſeſſoꝝ publici agri tanquã tertio cõſuli ſuſtinẽti. M. Duellius:&. Gn. Siccius diem dixere Nunquam ante tam inuiſus plebi reius ad iudiciũ uocatus populi eſt plenus ſuaꝝ:plenus paternaꝝ iraꝝ:patres quoq; non temere ꝓ ullo æque annixi ſũt: propugnatorem ſenatus maieſtatiſq; uidicem ſuæ:ad omnes tribunitios plebeioſq; oppoſitum tumultus: modum duntaxat in certamine egreſſũ obiici iratæ plebi. Vnus e patribus ipſe Appius Claudius & tribunos:& plebem:& ſuum iudiciũ ꝓ nihilo habebat:illum nõ minæ plebis:nõ ſenatus preces ꝓpellere unquã potuere:nõ modo ut ueſtem mutaret:aut ſuplex præhenſaret hoſtes:ſed ne ut ex conſueta quidem aſperitate oratõis:cũ ad populũ agẽda cauſa eẽt:aliqd leniret atq; ſũmitteret. idẽ habitus oris: eadẽ cõtumacia ĩ uultu. idẽ in oratione ſpiritus erat:adeo ut magna pars plebis Appiũ nõ minus reũ timeret: quã cõſulẽ timuerat:ſemel cauſam dixit:quo ſemꝑ agere oĩa ſolitus erat accuſatorio ſpiritu: adeoq; cõſtãtia ſua & tribunos obſtupefecit & plebem:ut diem ipſi ſua uoluntate ꝓducerent. trahi deinde rem ſinerent. haud ita multum interim temporis fuit:ante tamen:q̃ prædicta dies ueniret:morbo moritur:cuius:cum laudationem tribuni plebis ĩpedire conarentᷣ:plebs fraudari ſolemni honore ſupremum diem tanti uiri noluit:& laudationem tam æquis auribus mortui audiuit:quam uiui accuſationem audierat:& exequias frequens celebrauit. Eodem anno Valerius conſul cum exercitu in equos ꝓfectus:cum hoſtem ad prælium elicere nõ poſſet:caſtra oppugnare eſt adortus. prohibuit fœda tempeſtas cũ grandine ac tonitribus cælo deiecta admirationem deinde auxit ſigno receptui dato:adeo tráquilla ſerenitas reddita:ut uelut numine aliquo defenſa caſtra oppugnare iterum religio fuerit. omnis ira belli ad populationem agri uertitur. Alter cõſul Aemylius in ſabinis bellũ geſſit:& ibi:quia hoſtis mœnibus ſe tenebat:uaſtati agri ſũt. Incendiis deĩde nõ uillaꝝ modo:ſed etiam uicoꝝ:quibus frequẽter habitabatᷣ:ſabini exciti:cum prædatoribus occurriſſent ancipiti prælio digreſſi. poſtero die rettulere caſtra in tutiora loca. id ſatis conſuli uiſum cum pro uicto relinqueret hoſtẽ:integro inde decedens bello. Inter hæc bella manente diſcordia domi. T. Numitius Priſcus. A. Verginius conſules facti. non ultra uidebatur latura plebs dilationem agrariæ legis:ultimaq; uis parabatur:cum uolſcos adeſſe fumo ex incẽdiis uillarum fugaq; agreſtium cognitum eſt. ea res maturam iam ſeditionẽ ac ꝓpe erumpentem oppreſſit Conſules coacti extẽplo ab ſenatu:ad bellum educta ex urbe iuuentute:tranquilliorem cæterã plebem fecerunt. & hoſtes quidẽ nihil aliud:quã ꝓfuſis uano timore romanis citato agmine abeunt. Numitius Antiũ aduerſus uolſcos:Verginius cõtra equos ꝓfectus. ibi ex inſidiis ꝓpe magna accepta clade: uirtus militũ rem ꝓlapſam negligẽtia cõſulis reſtituit. Melius ĩ uolſcis imperatum eſt. fuſi primo prælio hoſtes:& in urbem Antium:ut tum res erãt:opulẽtiſſimã acti: quã cõſul oppugnare non auſus. Cenonẽ aliud oppidum nequaquã tam opulẽtum ab antiatibus cepit. Dum equi uolſciq; romanos exercitus tenent:ſabini uſq; ad portas urbis populantes inceſſere:deinde ipſi paucis poſt diebus a duobus exercitibus:utroq; ꝓ iram conſule ingreſſo in fines:plus cladiũ:quam ĩtulerant: acceperunt. Extremo anno pacis aliquid fuit:ſed ut ſemper alias ſollicitæ pacis certamine patrum: & plebis. irata plebs intereſſe conſularibus comitiis noluit per patres clienteſq; patrum conſules creati. P. Quĩtius & Quintius Seruilius. ſimilem annum priori cõſules habẽt:ſeditioſa initia:bello deinde externo tranquilla Sabini cruſtuminos campos citato agmine tranſgreſſi:cum cædes & incendium circũ Anienẽ flumen feciſſent:a porta ꝓpe collina mœnibuſq; pulſi:ingentes tamẽ prædas hominũ pecudũq; egere:quos Seruilius conſul infeſto exercitu inſecutus:ipſum quidem agmen adipiſci æquis locis non potuit:populationem adeo effuſe fecit:ut nihil bello intactum relinqueret:multipliciq; capta præda rediret. Et in Volſcis reſpublica egregiæ geſta tum ducis:tum militum opera:primum æquo campo ſignis collatis pugnatum:ĩgenti cæde utrinq; plurimo ſanguine:& romani:quia paucitas damno ſentiendo ꝓpior erat: gradũ retuliſſent:ni ſalubri mẽdatio conſul fugere hoſtes a cornu altero clamitãs cõcitaſſet aciẽ:impetu facto: dum ſe putãt uinci:uicere. Cõſul metuẽs ne nimis inſtãdo renouaret certamẽ:ſignũ receptui dedit. Interceſſere pauci dies uelut tacitis ĩduciis utriq; quiete ſũpta:ꝑ quos ingẽs uis hoĩum ex oĩbus uolſcis: eqſq; populis in caſtra uenit:haud dubitans:ſi ſeſerit romanos nocte abituros:itaq; tertia fere uigilia ad caſtra oppugnãda ueniũt. Quintius:ſedato tumultu:quẽ terror ſubitus exciuerat:cũ manere ĩ tẽtoriis quietum militẽ iuſſiſſet:hernicoꝝ cohortẽ in ſtationẽ educit:cornicines tibicineſq; in equos ĩpoſitos canere ante uallum iubet:ſollicitumq; hoſtem ad lucem tenere. reliquum noctis adeo tranquilla omnia in caſtris fuere:ut ſomni quoq; romanis copia eſſet. Volſcos ſpecies armatoꝝ peditũ:quos & plures eſſe: & romanos putabãt:ſtrepitus hinnituſq; equoꝝ:qui inſueto ſedẽte equite:& inſuper aures agitante ſonitu ſæuiebãt: intentos uelut ad ĩpetũ hoſtiũ tenuit. Vbi illuxit:romanus integer:ſatiatuſq; ſomno:ꝓductus in aciẽ feſſum ſtãdo & uigiliis uolſcum primo impetu ꝓculit:quãquã ceſſere magis:quã pulſi hoſtes ſũt:quia a tergo erãt cliui:ĩ quos poſt prĩcipia ĩtegris ordinibus tutus receptus fuit. Cõſul ubi ad iniquũ locũ uentũ eſt:ſi-

ſtit aciē:miles ægre teneri:clamare & poſcere:ut perculſis iſtare liceat:ferocius agūt equites circūfuſi ducibus:uociferāt ſe ante ſigna ituros:clamoréq; res é ſecura:fixis í terrá pilis:quo leuiores ardua euaderét: curſu ſubeūt.uolſcus effuſis ad primū ípetū miſſilibus telis:ſaxa obiacétia pedibus ígerit in ſubeūtes:turbatoſq; ictibus crebris urget ex ſuperiore loco.ſic ꝑpe oneratum é ſiniſtrū romanis cornu:ni referétibus gradū cōſul increpádo ſimul temeritaté:ſimul ignauiá;pudore metū excuſſiſſet.reſtitere primo obſtinatis animis:deinde ut obtinétes locū uires ferebāt:audēt ultro:gradū inferre:& clamore renouato cōmouent aciē.tum rurſus impetu capto enitūtur:atq; exuperāt iniq;tatem loci.iam ꝑpe erat:ut í ſummū cliui iugū euaderét:cū terga hoſtes dedere:effuſoſq; curſu pene agmine uno fugiētes ſequēteſq; caſtris ícidere. in eo pauore caſtra capiūtur.qui uolſcorum effugere potuerūt:Antium petūt.Antiū & romanus exercitus ductus:paucos circūſeſſum dies deditur:nulla oppugnātiū ui noua:ſed quod iā inde ab infelici pugna caſtris amiſſis ceciderant animi.

LIBER TERTIVS

NTIO CAPTO.T.AEMYLIVS: ET Q_VINTIVS FABIVS CONSVLES fiunt:hic erat Fabius Quintius:qui unus extinctæ ad cremerā géti ſupfuerat.lā priore cōſulatu Aemylius dandi agri plebi fuerat auctor:itaq; ſecūdo quoq; cōſulatu eius & agrarii ſe í ſpem legis erexerāt:& tribuni ré cōtra cōſules ſæpe tentatam adiutore utiq; cōſule obtineri poſſe rati ſuſcipiūt:& cōſul manebat í ſé-tētia ſua.Poſſeſſores & magna pars patrū tribunitiis ſe iactare actōibus príncipē ciuitatis:& largiēdo de alieno popularé fieri querétes: totius iuidia rei a tribunis í cōſulē auerterāt.atrox certamē aderat:ni Fabius cōſilio neutri partiū acerbo ré expediſſet.L.Quītii ductu & auſpicio agri capti priore áno aliquātulum a uolſcis eſſe:Antium ꝑpinquā opportunā & maritimā urbē coloniā deduci poſſe:ita:ſine querelis poſſeſſoꝝ:plebē in agros iturā:ciuitaté in concordia fore.hæc ſententia accepta eſt:triunuiros agro dādo creat T.Quintiū.A.Verginiū.P.Furiū:iuſſi nomina dare:qui agrū accipere uellēt.Fecit ſtatim:ut ſit: faſtidium copia:adeoq; pauci noía dedere:ut ad explēdū numeꝝ coloni uolſci adderētur:cætera multitudo poſcere Romæ agrū male:quā alibi accipere.Equi a Quītio Fabio:is eo cū exercitu uenerat:pacem petiere:irritāque eā ipſi ſubita incurſione in agrū latinū fecere.Qu.Seruilius í ſequēti áno(is enī cū.Sp.Poſthumio cōſul fuit)í equos miſſus:í latino agro ſtatiua habuit.quies neceſſaria morbo íplicitū exercitū tenuit.extractum in tertiū annū bellū eſt:Qu.Fabio:&.T.Quintio cōſulibus:Fabio extra ordiné:quia is uictor pacē equis dederat:ea prouincia data:qui haud dubia ſpe profectus famā noīs ſui pacaturā equos: legatos:i cōciliū gētis miſſos:nunciare iuſſit.Qu.Fabiū cōſulē dicere ſe ex equis Romā pacē tuliſſe: ab Roma equis bellū afferre eadē dextra armata:quā pacatā illis antea dederat:quoꝝ id periurio & pfidia fiat deos núc teſtes eſſe:mox fore ultores:ſe tamē:utcūq; ſit:etiā núc pœnitere ſua ſpōte equos:quā pati hoſtilia malle: ſi pœniteat tutū receptū ad expertā clæmētiā fore:ſin ꝑiurio gaudeant:diis magis iratis:quā hoſtibus geſturos bellū.Hæc dicta adeo nihil mouerūt quéquā;ut legati,ꝑpe uiolati ſint:exercituſq; í Algidū aduerſus romanos miſſus.Quæ ubi Romā ſūt nūciata:indignitas rei magis:quā periculū conſulē alterū ab urbe exciuit.ita duo cōſulares exercitus ad hoſté acceſſere acie inſtructa:ut cōfeſtim dimicarét.Sed cū forte haud multū diei ſupeſſet:unus ab ſtatione hoſtiū exclamat:Oſtentare hoc eſt romani nō gerere bellū:in noctē iminentē aciē inſtruitis:longiore luce ad id certamen:qđ inſtat:nobis opus eſt:craſtino die oriente ſole redite í aciē:erit copia pugnādi:ne timete. His uocibus irritatus miles in diē poſteꝝ in caſtra reduciť.longā uenire noctē ratus:quæ morā certamini faceret.tū quidē corpora cibo ſomnoq; curāt.Vbi illuxit poſtero die prior aliquāto cōſtitit romana acies:tādem & equi ꝑceſſere.Prælīū fuit utrinq; uæhemēs:qđ & romanus ira odioq; pugnabat:& equos conſcientia cōtracti culpa periculi:& deſperatio futuræ ſibi poſtea fidei ultima audere & experiri cogebat: nō tamē ſuſtinuere aciē romanā equi:pulſiq; cū í fines ſuos ſe recepiſſent:nihilo iclinatioribus ad pacē animis ferox multitudo icrepare:qđ í aciē : qua pugnādi arte romanus excellat:cōmiſſa res ſit.Equos populationibus icurſionibuſq; meliores eſſe: & multas paſſim manus:quā magnā molē unius exercitus rectius bella gerere.Relicto itaq; caſtris præſidio egreſſi tanto cum tumultu inuaſere fines romanos:ut ad urbē quoq; terrorē ptulerint.nec opinata etiā res plus trepidatiōis fecit: qđ nihil minus:quā ne uictus ac ꝑpe in caſtris obſeſſus hoſtis memor populationis eſſet: timeri poterat: agreſteſq; pauidi icidentes portis nō populationē nec prædonū paruas manus:ſed omnia uano augētes timore:exercitus & legiones adeſſe hoſtiū:& ifeſto agmine ruere ad urbē clamabāt: Ab his ꝓxime audita: icerta:eoq; uaniora ferre ad alios:curſus clamorq; uocātiū ad arma:haud multū a pauore captæ urbis abeſſe.Forte ab Algido Quintius cōſul redierat Romā:id remediū timori fuit:tumultuq; ſedato uictos timeri icrepās hoſtes præſidia:portis ípoſuit.uocato deīde ſenatu cū cx auctoritate patrū iuſtitio ídicto ꝑfectus ad tutandos fines eſſet.Qu.Seruilio præfecto urbis relicto:hoſté í agris nō inuenit.Ab altero conſule res geſta egregie eſt:qui qua uenturum hoſtem ſciebat grauem præda:eoq; ípeditiori agmine incedē-tem agreſſus:funeſtam ei populationem fecit:pauci hoſtium euaſere ex inſidiis:præda omnis recepta eſt. ſic finem iuſtitio:quod quatriduum fuit:reditus Quintii conſulis in urbem fecit.Cenſus deinde actus:&

cõditum a Quintio lustrũ.censa ciuiũ capita cẽtum quattuor &.xx.millia.ccxiiii.dicuntur præter orbos orbasq;.In equis nihil deinde memorabile actũ.in oppida sua se recepere.uri sua populariq; passi.Cõsul cũ aliquotiens per oẽm hostium agrum ifesto agmine populabũdus isset:cũ igenti laude prædaq; Romã rediit.Cõsules inde Posthumius albus.Sp.Furius Fusius.Fusios:Furios:Fabios scripsere quidã:id admoneo ne quis imutationẽ ipsoꝝ uiroꝝ esse:quæ nominũ est:putet.Haud dubiũ erat.quin cũ equis alter cõsulũ bellũ gereret.itaq; equi ab ecetranis uolscis præsidiũ petiere:quo cupide oblato(adeo ciuitates hæ ꝑpetuo i romanos odio certauere)bellũ sũma ui parabat.Sẽtiũt hernici:& prædicũt romanis:Ecetranũ ad equos desciſſe.suspecta & colonia Antiũ fuit:qđ magna uis hoium inde:cũ oppidũ captum esset: confugisset ad equos:isq; miles ꝑ bellũ equicũ uel acerrimus fuit. Compulsis deide i oppida equis : multitudo dilapsa:cũ Antium redisset:sua sponte iam infidos colonos romanis abalienauit.Nec dũ matura re:cum defectiõem parari delatũ ad senatũ esset:datũ negotiũ est cõsulibus:ut pricipibus coloniæ romam excitis quærerent : quidnã rei esset.qui cũ haud grauate uenissent:itroducti a cõsulibus ad senatũ:ita responderunt ad interrogata:ut magis suspecti:quã uenerãt:dimitterent.Bellũ inde haud dubiũ haberi.Sp.Furius cõsulũ alter : cui ea ꝓuincia euenerat:ꝓfectus in equos hernicoꝝ in agro populabundũ hostem inuenit:ignarusq; multitudinis:quia nusquã uniuersa conspecta fuerat:in parem copiis exercitum temere pugnæ cõmisit.primo cõcursu pulsus se in castra recepit.Neq; is finis periculi fuit:nãq; & ꝓxima nocte:& postero die tanta ui castra sũt circũsessa atq; oppugnata:ut ne nũcius quidẽ ide Romã mitti posset.Hernici & male pugnatum : & consulem exercitũq; obsideri nunciauerũt:tantũq; terroꝝ incussere patribus:ut(quæ forma senatusco sulti ultimæ semper necessitatis habita est)Posthumio alteri cõsulũ negotiũ daret:uideret: nequid detrimẽti resp.caperet.Ipsũ cõsulẽ Romæ manere ad cõscribẽdos oẽs:q arma ferre possent:optimũ uisum ẽ ꝓcõsulẽ.T.Quintiũ subsidio castris cũ sociali exercitu mitti.ad eũ explendũ latini hernici; & colonia Antium dare Quintio subitarios milites(ita tũ repẽtina auxilia appellabãt)iussi.Multi ꝑ eos dies motus:multiq; impetus hinc atq; illic facti:quia supante multitudine hostes capere multifariã uires romanas:ut non suffecturas ad oĩa:aggressi sũt.simul castra oppugnabant:simul pars exercitus ad populandum agrum romanũ missa:urbẽq; ipsam:siqua fortuna daret:tentãdam.L.Valerius ad præsidium urbis relictus. consul Posthumius ad arcẽdas populationes finiũ missus.Nihil remissũ ab ulla parte curæ aut laboris.uigiliæ in urbe:stationes ante portas:præsidiaq; in muris dispositæ:& quod necesse erat in tanto tumultu: iustitium per aliquot dies seruatum.Interim in castris Furius consul cum primo quietus obsidionem passus esset:in incautum hostẽ decumana porta erupit:& cũ persequi posset metu substitit nequa ex parte in castra uis fieret.Furiũ legatũ(frater idem cõsulis erat)longius extulit cursus:nec suos ille redeuntes persequendi studio:neq; hostiũ a tergo icursum uidit.ita exclusus multis sæpe frustra conatibus captis:ut uiam sibi ad castra faceret:acriter dimicãs cecidit.Cõsul nuncio circũuenti fratris cõuersus ad pugnãdũ se temere magis: quã satis caute in mediã dimicationẽ infert.Vulnere accepto ægre a circunstãtibus ereptus : & suoꝝ aĩos turbauit:& ferociores hostes fecit.qui cæde legati:& cõsulis uulnere accensi nulla deinde ui sustineri potuere.Cũ cõpulsi in castra romani rursus obsideret:nec spe:nec uiribus pares:ueniſſetq; in periculũ sũma reꝝ:ni.T.Quintius ꝑgrinis copiis cũ latino hernicoq; exercitu subueniſſet.Is intentos i castra romana equos lagatiq; caput ferociter ostentãtes a tergo adortus:simul ad signũ a se ꝓcul æditũ ex castris eruptione facta:magnã uim hostium circũuenit.Minor cædes:fuga effusior equoꝝ i agro fuit romano:i quos palantes prædã agentes Posthumius aliquot locis:quibus opportuna ipositum erat præsidia:impetum dedit. Iuagi dissipato agmine fugiẽtes i Quintiũ uictorẽ a saucio cõsule reuertẽtem incidere.Tũ cõsularis exercitus egregia pugna cõsulis uulnus:legati & cohortiũ ultus est cædẽ.Magnæ clades ultro citroq; illis diebus & illatæ & acceptæ.difficile ad fidẽ est i tam antiqua re:quot pugnauerint ceciderintue : exacto affirmare numero.Audet tamẽ Antias Valerius cõcipere sũmas.romanos cecidisse in hernico agro mille &.ccc.ex prædatoribus equoꝝ:qui populabundi i finibus romanis uagabãt:ab cõsule Posthumio.cccc.cæsos.cæterã multitudinẽ prædã agentẽ:quæ inciderit in Quintiũ:nequaquã pari defunctã esse cæde:interfecta ide quattuor millia:& exequendo subtiliter numeꝝ.cc.ait &.xxx.Vt Romã reditũ est: iustitium remissũ est. Cælum uisum est ardere plurimo igni:portẽtaq; alia aut obuersata oculis:aut uanas exterritis ostẽtauere species.His auertẽdis terroribus i triduũ feriæ indictæ:per quas oĩa delubra pacẽ deũ exposcẽtiũ uirorũ mulierũq; turba iplebantur.Cohortes inde latinæ hernicæq; ab senatu gratiis:ob impigram militiã:actis remissæ domos.Antiates mille milites:quia serũ auxiliũ post præliũ uenerant:ꝓpe cũ ignominia dimissi. Comitia inde habita:creati cõsules.L.Ebutius.P.Seruilius kalẽdis sextilibus:ut tũc pricipiũ anni agebat : consulatum ineunt.Graue tempus & forte annus pestilẽs erat urbi agrisq;:nec hominibus magis:quã pecori:& auxere uim morbi terrores populationis:pecoribus agrestibusq; in urbem acceptis. ea colluuione mixtoꝝ oĩs generis aĩantium ex odore isolito urbanos:& agrestẽ cõfertũ i arcta tecta æstu ac uigiliis angebat:ministeriaq; inuicẽ ac cõtagio ipsa uulgabant morbos. Vix istantes sustinẽtibus clades:repẽte legati hernici nunciant in agro suo equos uolscosq; coniunctis copiis castra posuisse:inde ingenti exercitu fines suos depopulari.præter quam quod infrequens senatus indicio erat sociis aflictã ciuitatem pestilẽtia esse:mœstum etiam responsũ tulere:ut ꝑ se ipsi hernici cum latinis res suas tutarentur:urbem romanã subita deum ira morbo populari:siqua eius mali quies ueniat:ut anno ante : ut semper alias:sociis opem

laturos. Discessere socii ꝑ tristi nuncio tristiorē domū referentes: quippe quibus per se bellum sustinēdū erat: quod uix romani fulti uiribus sustinuissent: Nō diutius se in Hernico hostis cōtinuit: pergit inde infestus ī agros romanos etiā sine belli iniuria uastatos. Vbi cū obuius nemo ne inermis quidē fieret: perq; oīa nō præsidiis modo deserta: sed etiā cultu agresti transirent: uenere ad tertium lapidē gabina uia. Mortuus Ebutius erat rōanus cōsul collega eius Seruilius exigua ī spe trahebat aīam: aflecti plæriq; prīcipū: patrum maior pars: militaris fere ætas oīs: ut nō mō ad expeditiōes: quas ī tāto tumultu res poscebat: sed uix ad quietas stationes uiribus sufficerēt. munus uigiliaꝝ senatores: qui ꝑ ætatem ac ualitudinē poterant: per se ipsi obibant. circuitio ac cura ædiliū plebis erat: ad eos sūma rerum ac maiestas consularis imperii uenerat. Deserta oīa sine capite: sine uiribus: dii præsides ac fortuna urbis tutata ē: quæ uolscis: Equisq; prædonū potius mētē: quā hostiū dedit: adeo enī nulla spes nō potiūdi mō: sed ne adeūdi qdē rōana mœnia aīos eoꝝ cepit: tectaq; ꝑcul uisa atq; īminētes tumuli auertere mētes eoꝝ: ut totis passim castris fremitu orto: qd ī uasto ac deserto agro īter tabē pecoꝝ hoīumq; desides sine præda tēpus tererēt: cū integra loca tusculanū agrū opimū copiis petere posset: signa repēte cōuelleret: trāsuersisq; itineribus ꝑ lauicāos agros ī tusculāos colles trāsirēt. eo uis oīs tēpestasq; belli cōuersa ē. Interī hernici latiniq; pudore etiā nō miseri cordia solū moti: si nec obstitissēt cōibus hostibus: īfesto agmine romanā urbē petētibus: nec opē ullā obsessis sociis ferrent: cōiuncto exercitu Romam pergunt: ubi: cū hostes nō inuenissent: secuti famam ac uestigia obuiam fiunt descendentibus a tusculano in albanā uallem: ibi haudquaquā æquo prælio pugnatū est. fides sua sociis paꝝ felix in præsentia fuit. Haud minor Romæ strages: quam quanta ferro sociorum facta erat. consul: qui unus supererat: moritur. mortui & alii clari uiri. M. Valerius. T. Verginius Rutilius. augures Seruius Sulpitius curio maximus. & ꝑ ignota capita late uagata ē uis morbi. Inops senatus auxilii humani ad deos populū ac uota uertit. iussi cū coniugibus ac liberis supplicatū ire: pacēq; exposcere deū. Ad id: qđ sua quēque mala cogebāt: auctoritate publica euocati oīa delubra implēt. strataꝫ passim matres crinibus templa uerrentes: ueniam irarum cælestium finēq; pesti exposcunt. Inde paulatim siue pace deū impetrata: seu grauiore tempore āni iam circūacto: defuncta morbis corpora salubriora esse īcepere: uersisq; animis iam ad publicā curam cū aliquot īterregna exissent. P. Valerius Publicola tertio die: quam interregnum inierat: cōsules creat. L. Lucretium Tricipitinum: &. T. Veturium Geminū: siue ille Vetusius fuit ante. iii. idus sextilis consulatum ineunt: iam satis ualida ciuitate ut non solum arcere bellum: sed ultro etiam inferre posset. Igitur nunciantibus hernicis: fines suos transcendisse hostes: impigre promissum auxiliū. duo cōsulares exercitus scripti. Veturius missus ī uolscos ad bellum ultro inferēdū: Tricipitinus populationibus arcendis sociorum agro oppositus non ultra: quam in Hernicos procedit. Veturius primo prælio hostes fundit. Lucretium: dum in Hernicis sedet: prædonum agmen fefellit supra montes prænestinos ductum. inde dimissum in campos: uastauere agros prænestinum gabinumq;: ex gabino in tusculanos flexere colles. urbi quoq; Romæ ingens præbitus terror: magis in re subita: quam quod ad arcendam uim parum uiriū esset. Q. Fabius præerat urbi. Is armata iuuētute: dispositisq; præsidiis: tuta oīa ac tráquilla fecit. Itaq; hostes præda ex proximis locis rapta appropinquare urbi non ausi: cum circūacto agmine redirent quanto longius ab urbe hostium abscederent: eo solutiore cura: in Lucretium incidunt consulem: iam ante exploratis itineribus suis instructum: & ad certamen intentum. Igitur præparatis animis repentino pauore perculsos adorti aliquanto pauciores: multitudinem ingentem fundūt fugantque: & compulsos in cauas ualles cum exitus haud in facili esset: circunueniūt. ibi uolscum nomen prope deletum est. decemmillia. cccclxx. cecidisse in acie ac fuga: mille &. ccl. captos uiuos: signa. xiiii. militaria relata: in quibusdam annalibus inuenio. ibi: & si adiectum numero aliquid est: magna certe cædes fuit. Victor consul ingenti præda potitus eodem in statiua rediit. tum consules castra coniungunt. & uolsci: equique afflictas uires suas ī unū cōtulere: tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna uictoriam dedit: fusis hostibus etiam castra capta. Sic res romana in antiquum statum redit: secundæq; belli res extemplo urbanos motus excitauerunt. G. Terentillus Arsa tribunus plebis eo anno fuit: is consulibus absentibus ratus locum tribunitiis actionibus datum: per aliquot dies patrum superbiam ad plebē criminatus: maxime in consulare imperium tanquam nimium nec tolerabile liberæ ciuitati inuehebatur: nomine enim tantum minus inuidiosum: re ipsa prope atrocius: quam regnum esse: quippe duos pro uno dominos acceptos: immoderata infinita potestate: qui soluti atq; effrenati ipsi omnis metus legum: omniaque supplicia uerterent in plebem: quæ ne æterna licentia sit: legem se promulgaturum: ut quinque uiri creentur legibus de imperio consulari scribendis: quod populus in se ius dederit eo consulem usurum: nō ipsos libidinē ac licētiā suā ꝑ lege habituros. Qua ꝑmulgata lege cū timerēt patres absentibus cōsulibus iugū accipere: senatus a præfecto urbis. Q. Fabio uocatur: q adeo atrociter ī rogationē latorēq; ipsū ē iectus: ut nihil: si ambo cōsules īfesti circūstarēt tribunū: relictū minaꝝ atq; terroris sit: insidiatū eū & tpe capto adortū rēp. siquē ſimilē eius priore āno īter morbū bellūq; irati dii tribunū dedissēt: nō potuisse sisti: mortuis duobus cōsulibus: iacente ægra ciuitate in colluuione omniū reꝝ ad tollendum reipublicæ consulare imperium laturum leges fuisse: ducem Volscis Equisque ad oppugnandam urbem futurum. Quid tandem illi non licere? siquid consules superbe in aliquem ciuium aut crudeliter fecerint: diem dicere accusare his ipsis iudicibus: quorum in aliquem sæuitū sit. nō illud cōsulare

imperium:sed tribunitiam potestatem suisam intolerandamque facere: quam pacatam reconciliatamque patribus deintegro in antiqua redigi mala.neque illum se deprecari: quominus pergat:ut cœperit. uos: inquit: Fabius:cæteri tribuni oramus:ut primum omnium cogitetis:potestatem istam ad singulorum auxilium:non ad perniciem uniuersorum comparatam esse:tribunos plebis uos creatos:nō hostes patribus: nobis miserum:inuidiosum uobis est:desertam rempublicam inuadi: non ius uestrum:sed inuidiam minueritis.agite cum collega:ut rem integram in aduentum consulum differat:ne equi quidē ac uolsci morbo assumptis priore anno consulibus superbo crudelique nobis bello institere.Agunt cum Terentillo tribuni:dilataq; in speciem actione re ipsa sublata.consules extemplo accersiti.Lucretius cum ingenti præda maiore multo gloria rediit:& auget gloriam aduenies exposita omni in campo martio præda: ut suum quisq; per triduum cognitū abduceret:reliqua uendita:quibus domini non extitere.Debebatur omnium consensu consuli triūphus:sed dilata res est tribuno de lege agente:id antiquius consuli fuit.iactata per aliquot dies tum in senatu res:tum ad populū est.cessit ad ultimū maiestati consulis tribunus:& destitit. Tū imperatori exercituiq; honos suus redditus:triumphauit de Volscis Equisque: triumphantē secutæ suæ legiones. Alteri consuli datum:ut ouans sine militibus urbē iniret.Anno deinde sequenti lex terentilla ab toto relata collegio nouos aggressa consules est:erant consules.P.Volumnius:Seruius Sulpicius.Eo anno cælum ardere uisum.terra ingenti cōcussa motu est.bouem locutam:cui rei priore anno fides non fuerat: creditū est.Inter alia prodigia carne pluit:quē imbrem ingens numerus auium uolitādo rapuisse fertur: quod intercidit sparsum ita iacuisse per aliquot dies:ut nihil odor mutaret.libri per duunuiros sacros; additi:pericula a conuentu alienigenaq; prædicta:nequi in loca summa urbis impetus cædesq; inde fierent. inter cætera monitum:ut seditionibus abstineretur.id factū ad impediendā legem tribuni criminabātur: ingensq; aderat certamē.Ecce ut idē in singulos annos orbis uolueret:hernici nunciāt Volscos:& Equos: &si absciſſæ res sint reficere exercitus: Antii summā rei positam: cæteros antiates colonos palam concilia facere: id caput: eas uires belli esse.Vt hæc dicta in senatu sunt:delectus edicitur.cōsules belli administrationē inter se dispartiri iussi:alteri ut Volsci:alteri ut Equi prouincia esset.tribuni coram ī foro personare faubulam cōpositam uolsci belli: hernicos ad partes paratos.Iam ne uirtute quidē premi libertatē populi romani:sed arte ludi:quia occidione prope occisos uolscos: & quos mouere sua sponte arma posse:iam fides abierit:nouos hostes quæri:coloniam fidam:propinquā:infamē fieri:bellum innoxiis antiatibus indici:geri cum plebe romana:quam oneratā armis ex urbe præcipiti agmine acturi essent. exilio & relegatōe ciuium ulciscentes tribunos:sic nequid aliud actū putent:uictā legem esse: nisi dum in ītegro res sit: dum domi:dum togati sunt:caueant: ne possessione urbis pellantur:ne iugum accipiant: sī animus sit nō defore auxilium. consentire omēs tribunos nullum terrorem externū: nullum periculū esse: cauisse deos priore anno:ut tuto libertas defendi posset.hæc tribuni.At ex parte altera consules in conspectu eoq; positis sellis delectum habebant.eo decurrunt tribuni:concionēq; secum trahunt.citati pauci uelut rei experiundæ causa: & statim uis coorta.quencūq; lictor iussu consulis præhendisset:tribunus mitti iubebat. neque suum cuiq; ius modū faciebat:sed uirium spe: sed manu obtinēdum erat:quod intenderes.quēadmodum tribuni gessissent in prohibēdo delectu:sic patres in lege:quæ per omnes comitiales dies ferebatur: impedienda gerebant.Initium erat rixæ:cum discedere populum iussissent tribuni:quod patres se summoueri haud sinebant. nec fere seniores rei intererant:quippe quæ non consilio regenda: sed permissa temeritati audaciæq; esset.multum & consules se abstinebant:ne cui in colluuione reip; maiestatē suam contumeliæ offerrent.Ceso erat Quintius ferox iuuenis tam nobilitate gentis: quam corporis magnitudine ac uiribus: ad ea munera data a diis:& ipse addiderat multa belli decora: facundiamque in foro:ut nemo non lingua: non manu promptior in ciuitate haberetur. Hic:cum in medio patrum agmine constitisset eminens inter alios: uelut omnes dictaturas consulatusque gerens in uoce ac uiribus suis unus impetus tribunitios:popularesque procellas sustinebat:hoc duce sæpe pulsi foro tribuni: fusa ac fugata plebs est. qui obuius fuerat: multactus nudatusque abibat: ut satis appareret: si sic agi liceret: uictam legem esse. Tum prope iam perculsis aliis tribunis.A.Verginius ex collegio unus Cesoni capitis diem dicit. atrox ingenium accenderat eo facto magis: quam conterruerat. eo acrius obstare legi agitare plebem: tribunos uelut iusto persequi bello. accusator pati reum ruere: inuidiæque flamam ac materiā criminibus suis suggerere:legem interim non tam ad spem perferendi: quam ad lacessendam Cesonis temeritatem ferre. Ibi multa sæpe a iuuentute consulto dicta factaque in unius Cesonis suspectum inci dunt ingenium: tamen legi resistebatur.A.Verginius identidem plebi ecquid sentitis uos quirites Cesonem simul ciuē: & legem: quam cupitis habere: non posse? quanquam: quid ego legem loquor: libertati obstat: omnes Tarquinios superbia exuperat. expectate: dum consul aut dictator fiat: quem priuatū uiribus:& audacia regnārē uidetis.assentiebāt multi pulsatos se querētes:& tribunū ad rē peragendā incitabāt.Iā aderat iudicio dies:apparebatq; uulgo hoīes in dānatione Cesonis libertatē agi credere.tū demū coactus cū multa īdignitate præhēsabat singulos:sequebant necessarii principes ciuitatis.T. Quintius Capitolinus:q ter cōsul fuerat:cū multa referret sua familiæq; decora:affirmabat neq; ī qntia gēte: neq; ī ciuitate rōana tātā īdolē tā maturæ uirtutis unq̄ extitisse: suū primū militē fuisse:se sæpe uidēte pugnasse ī hostē.Sp. Furius missū ab Quintio Capitolino sibi eū ī dubiis suis rebus uēisse subsidio:neminē unū esse:

cuius magis opera putet rempublicam restitutā .P.Lucretius consul anni prioris recenti gloria nitēs; suas laudes participare cum Cesone:memorare pugnas:referre egregia facinora nunc in expeditionibus: nunc in acie:suadere & monere iuuenem egregium instructum naturæ fortunæq; omnibus bonis : maximum momentū reꝫ eius ciuitatis in quancūq; uenisset:suum:quā alienū mallent:ciuem esse, quod offendat in eo:feruorem & audaciā ætatem quottidie auferre:quod desideretur consiliū:id in dies crescere;senescentibus uitiis:matureſcente uirtute:sinerent tantū uiꝫ senem in ciuitate fieri.Pater inter hos.L.Quintius:cui Cincinato cognomen erat: non iterando laudes:ne cumularet inuidiam:sed ueniam errori atq; adolescētiæ petendo.sibi qui non dicto:qui nō facto quēquā offendisset:ut condonarent filiū:orabat.sed alii auersabantur preces aut uerecōdia:aut metu:alii se suosq; multactos querentes atroci responso iudiciū suum præferebant.premebat reium præter uulgatā inuidiam crimen unū:quod.M.Volscius fictor:qui ante aliquot annos tribunus plebis fuerat:testis extiterat:se haud multo post:quā pestilentia in urbe fuerat: in iuuentutem grassantem in suburra incidisse: ibi rixam natā esse:fratrēq; suum maiorem natu : nec dum ex morbo ualidum pugno ictum a Cesone cecidisse: semiāimē:interq; manus domū allatum:mortuūq; inde arbitrari.nec sibi rem exequi tam atrocem per consules superioꝫ annoꝫ licuisse. Hæc Volscio clamitāte adeo concitati homines sunt:ut haud multū abfuerit: quin ipetu populi Ceso interiret . Verginius arripi iubet hominē:& ī uicula duci.patricii ui contra uim resistūt.T.Quintius clamitat:cui reo capitalis dies dicta sit:& de quo futuꝫ propediem iudiciū:eum in demnatum in dicta causa non debere uiolari. tribunus supplicium negat sumptuꝫ se de indēnato:seruatuꝫ tamen esse in uinculis ad iudicii diem:ut qui hominem necauerit:de eo supplicii sumendi copia populo romano fiat.Appellati tribuni medio decreto ius auxilii sui expediunt:in uincla conici uetant:sisti reium:pecuniamq;:nisi sistant populo promitti placere pronunciant.summā pecuniæ:quantā equū eēt ꝓmitti:ueniebat in dubiū:id ad senatū reiicit.reus dū consulerent patres:retētus ī publico est.uades dare placuit:unū uadē triū milliū æris obligarunt:quot darēt:tribunis permissū ē. decē finierūt.tot uadibus accusator uadatus ē reiū.hic primus uades publicos dedit:dimissus e foro nocte proxia iussu cōsulū ī tuscos ī exiliū abiit.Iudicii die cū excusarēt:solū uertisse exilii cā: nihilomius Verginio cōitia habēte collegæ appellati dimisere cōciliū pecūia: a patre exacta crudeliter:ut diuēditis omibus bonis aliq̄diu trās tyberī ueluti relegatus agello quodā ī tugurio uiueret:hoc iudiciū & ꝓmulgata lex exercuit:ciuitatē ab externis armis otiū fuit.cū uelut uictores tribūi pculsis patribus Cesōis exilio:ꝓpe platā esse crederent legē:& qđ ad seniores patrū pertineret:cessisset possessiōe reipublicæ.iuniores id maxime:quod Cesonis sodalium fuit:auxere iras in plebem:nō minuerunt animos.sed ibi plurimū profectum est:quod modo quodā temperauere impetus suos. Cum primo:post Cesonis exiliū : lex cœpta ferri est: instructi paratiq; cum ingenti clientium exercitu: sic tribunos:ubi primum summouentes præbuere causam:adorti sunt:ut nemo unus inde præcipuum quicquam gloriæ domum inuidiæue ferret: mille pro uno Cesones extitisse plebes quereret.Mediis diebus:quibus tribuni de lege nō agerēt:nihil eisdem illis placidius:aut quietius erat:benigne salutare:alloqui plebis hoīes: domū inuitare : adesse in foro: tribunos ipsos cætera pati sine interpellatione concilia habere.nunquā ulli neq; publice : neq; priuati truces esse:nisi cum de lege agi cœptū esset.alibi popularis iuuentus erat. Nec cætera modo tribuni tranqlle peregere:sed refecti quoq; insequentē annū:ne uoce quidē incōmoda:ne dum ut ulla uis fieret:paulati permulcendo tractādoq; māsuefecerant plebē. His per totū annū artibus lex elusa est. Accipiūt ciuitatē placidiorē cōsules.G.Claudius Appii filius:& Publius Valerius Publicola.Nihil noui nouus ānus attulerat:legis ferēdæ:aut accipiēdæ cura ciuitatē tenebat.Quantū iuniores patrū plebi se magis insinuabāt : eo acrius cōtra tribuni tēdebāt:ut plebi suspectos eos criminādo facerēt:cōiurationē factā: Cesonē Romæ eē:interficiēdoꝫ tribunoꝫ:trucidādæ plebis cōsilia inita.id negotiū datū ab senioribus patrū:ut iuuētus tribūi tiam potestatem e republica pelleret:formaq; eadem esset ciuitatis:quæ ante sacrum montē occupatū fuerat.& ab uolscis & Equis statutum iam & prope solēne in singulos ānos bellū timebatur . Propiusq; aliud nouum malum:nec opinato exortum. Exules seruiq; ad quattuor millia & quingenti homium:duce.Ap. Herdonio sabino:nocte capitolium atque arcem occupauerunt.confestim in arce facta cædes eorum: qui coniurare & simul capere arma uoluerant: alii inter tumultum præcipites pauore in forum deuolant . alternæ uoces ad arma:& hostes in urbe sunt:audiebantur.consules & armare plebem:& inermem esse: pati timebant: incerti: quod malum repentinum externum:an intestinum :ab odio plebis:an a seruili fraude urbem inuasisset:sedabant tumultus:sedendo interdum mouebant:nec enim poterat pauida & cōsternata multitudo regi imperio:dant tamen arma non uulgo:tantum : ut in certo hoste præsidium satis fidum ad omnia esset :solliciti reliquum noctis incertique :qui homines:quantus numerus hostium esset: in statōibus disponendis ad opportuna omnis urbis loca egere .Lux deinde aperuit bellum:ducemque belli seruos ad libertatē.Ap.Herdonius ex capitolio uocabat se miserrimi cuiusque suscepisse causam: ut exules iniuria pulsos in patriam reduceret : & seruitutis graue iugum demeret : id malle populo romano auctore fieri.si ibi spes non sit: se uolscos . & equos:& oia extrēa tentaturꝫ & concitaturꝫ.Dilucere res magis patribus atque consulibus:præter ea tamē:quæ denūciarēt : ne ueiētiū:neu sabinoꝫ id consiliū eēt:timere: & cū tantū in urbe hostiū eēt:mox sabinæ hetruscæq; legiones excōpositō ade ēnt : tū æterni hostes uolsci:& eq nō ad populādos ut āte fines:sed ad urbē ut ex pte captā ueirēt . Multi & uarii timores:

inter cæteros eminebat terror seruilis: ne suus cuique domi esset hostis: cui nec credere: nec nō credēdo: ne ifestior fieret: fidē abrogare satis erat tutū: uixq; cnocordia sisti uidebatur posse: trāum supantibus aliis ac emergentibus malis nemo tribunos ac plebē timebat. māsuetū id malū: & per alios qtē malos semp exoriens: tumq; esse peregrino terrore sopitum uidebatur. ad id ꝑpe unū maxie inclinatis rebus incubuit: tantus enim tribunos furor tenuit: ut nō bellū: sed uanā imaginem belli ad auertendos ab legis cura plebis animos capitoliū insedisse cōtenderent: patricios hospites clientesq; si perlata lege frustra tumultuatos se sentiant: maiori: quā uenerint: silentio abituros. cōcilium inde legi pferendæ habere auocato populo ab armis. Senatū interim cōsules habent alio se maiore a tribunis metu ostendēte: quā quē nocturnus hostis intulerat. Posteaquā arma poni: & discedere hoes a stationibus nunciatū est. P. Valerius collega senatum retinente se ex curia proripit: inde in templū ad tribunos uenit. Quid hoc rei est: inquit: tribuni? Ap. Herdoni ductu & auspicio rempublicam euersuri estis? tam felix uobis corrūpendis fuit: qui seruitia nō cōmo uit auctor? cū hostes supra caput sint: discedi ab armis: legesq; ferri placet? Inde ad multitudinem oratione conuersa: si uos urbisq;: si uestri nulla cura tangit: at uos ueremini deos uestros ab hostibus captos. Iupiter optimus maxius. Iuno regina: & Minerua: alii dii: deæq; obsidentur: castra seruos publicos nostros penates tenent. hæc uobis forma sane ciuitatis uidetur? tantū hostiū non solum intra muros: sed in arce supra forum curiāq;: comitia interim in foro sunt: senatus in curia est: uelut cum otiū superat: senator sententiā dicit: alii quirites suffragiū ineunt. nō quicquid patrū: plebisq; est: cōsules: tribunos: deos: hominesq; omnes armatos opem ferre: in capitolium currere: liberare ac pacare augustissimā illam domum Iouis optimi maximi decuit? Romule pater tu mentē tuam: qua quondam arcem ab his iisdem sabinis auro captam recepisti: da stirpi tuæ: iube hanc ingredi uiam: quā tu dux: quā tuus ingressus exercitus est: primus en ego consul: quantū mortalis deum possum: te ac tua uestigia sequar. Vltimum orationis fuit se arma capere: uocare omnes quirites ad arma: si quis impediat: iam se consularis imperii: iam tribunitiæ potestatis sacrarūq; legū oblitū: qsquis ille sit: ubicūq; sit: in capitolio: i foro ꝑ hoste habitur. Iuberent tribuni: quoniam in. Ap. Herdonium uetarent in. P. Valeriū cōsulem sumi arma: ausus se in tribunis: quod princeps familiæ suæ ausus in regibus esset. Vim ultimā apparebat futuram: spectaculoq; seditionem romanam hostibus fore: nec lex tamen ferri: nec ire in capitoliū consul potuit. nox certamina cœpta oppressit. tribuni cessere nocti timentes consulum arma. Amotis inde seditionis auctoribus patres circuire plebem: inserentesq; se in circulos sermones tempori aptos serere: admonere: ut uiderent: in quod discrimen rempublicā adducerēt: non inter patres & plebem certamē esse: sed simul patres: plebēq;: arcem urbis: templa deos: penates publicos: priuatosq; hostibus dedi. Dum hæc in foro sedādæ discordiæ causa agunt: consules interim: ne sabini: ne ueiēs hostis moueret circa portas murosq;: discesserāt. Eadē nocte in Tusculū de arce capta: capitolioq; occupato: & alio turbatæ urbis statu nuncii uenīūt. L. Manilius Tusculi tū dictator erat. is cōsesti cōuocato senatu: atq; introductis nūciis: magnopere cēset: ne expectent: dū ab Roma legati auxiliū petentes ueniāt: periculū ipsum discrimēq; ac sociales deos fidēq; id poscere: demerendo beneficio tam potentē: tam ꝑpinquā ciuitatē nunquā parem occasionē daturos deos. Placet ferri auxiliū: iuuentus cōscribi: arma dantur. Romā prima luce uenientes procul speciem hostiū præbuere: Equi aut uolsci uenire uisi sunt. deinde ubi uanus terror abiit: accepti in urbē agmine in fos descendūt. ibi iam. P. Valerius relicto ad portas præsidia collega instruebat acie. Auctoritas uiri mouerat: affirmātis: capitolio recuperato & urbe pacata: si se doceri sciuissent: quæ fraus ab tribunis occulta in lege ferret: memorē se maios suos: memorem cognominis: qd populi colendi uelut hæreditaria cura sibi a maioribus tradita eēt: cōciliū plebis nō ipeditus. Hunc ducē secuti nequicquā reclamātibus tribunis in cliuū capitolinū erigūt acie: adiungit & tusculana legio. certare socii ciuesq;: utri recuperatæ arcis suū decus facerēt. dux uterq; suos adhortat. Trepidare tum hostes: nec ulli satis rei præterquā loco fidere. trepidantibus inferunt signa romani sociique. Iam in uestibulum perruperant templi: cum. P. Valerius inter primores pugnam ciens interficitur. P. Volumnius consularis uidit cadentem: is dato negotio suis ut corpus obtegerent: ipse in locum uicemq; cōsulis prouolat. præ ardore: impetuq; tantæ rei sensus non peruenit ad militem: prius uicit: quam se pugnare sine duce sentiret. Multi exulum cæde sua fœdauere templum: multi uiui capti: Herdonius interfectus. ita capitolium recuperatum. De captiuis ut quisque liber: aut seruus esset: sue fortunæ a quoque sumptū supplicium est. tusculanis gratiæ actæ. capitolium purgatum atque lustratum. In consulis domum plebes quadrantes: ut funere ampliore efferretur: iactasse fertur. Pace parta: instare tum tribuni patribus: ut. P. Valerii fidem exoluerent. Instare Claudio: ut collegæ deos manes fraude liberaret: agi de lege sineret. Consul antequam collegam sibi subrogasset: negare passurum agi de lege. hæ tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi. decembri mense summo patrum studio. L. Quintius Cincinatus pater Cesonis consul creatur: qui magistratum statim occiperet. perculsa erat plebes consulem habitura iratum potentē fauore patrū: uirtute sua tribus liberis: quos nemo Ceson cedebat: magnitudīe animi cōsiliū & modū adhibēdo: ubi res poscēret: priores erāt. Is: ut magistratū iniit: assiduis cōcionibus ꝑ tribūali non in plebe coercēda: quā senatu castigādo uæhemētior fuit: cuius ordis lāgore ppetuo: iā tribūi plebis: nō ut i republica populi rōani: sed ut i pdita domo ligua crimībusq; regnarēt. cū Cesone filio suo uirtutē: cōstātiā: oīa iuuētutis belli domiq; decora pulsa ex urbe rōana: & fugata eē. loqces: seditiosos: semia discordiæ

iterum ac tertio tribunos peſſimis artibus regia licentia uiuere. A. inquit: ille Verginius: quia in capitolio non fuit: minus ſupplicii: quã. Ap. herdonius meruit? plus hercule aliquãto: q uere rẽ æſtimare uelit. Herdonius: ſi nihil aliud: hoſtẽ ſe fatendo ꝑpe denunciauit: ut arma caperetis: hic negãdo bella eẽ arma uobis ademit: nudoſq; ſeruis ueſtris & exulibus obiecit. & uos cum. G. Claudii pace &. P. Valerii mortui loquar: prius in cliuũ capitoliũ ſigna intuliſtis: quã hos hoſtes de foro tolleretis. pudet deoꝝ hoĩumq; cũ hoſtes ĩ arce in capitolio eẽnt: exulũ & ſeruoꝝ dux profanatis omĩbus ĩ cella louis optimi maxi habitaret: Tuſculi ãtequã Romæ ſumpta ſunt arma: ĩ dubiũ fuit: utrũ. L. Manilius tuſculanus dux: an. P. Valerius: &. G. Claudius cõſules romanã arcem liberarent. & qui ante latinos ne pro ſe quidẽ ipſis cũ in finibus hoſtem haberent: attingere arma paſſi ſumus: latini nunc niſi ſua ſponte arma ſumpſiſſent: capti & delecti eramus. Hoc eſt tribuni auxiliũ plebi ferre: inermẽ eam hoſti trucidandã obiicere? ſcilicet ſiquis uobis humilimus homo de ueſtra plebe: quã ꝑtem ueluti abruptã a cætero populo ueſtrã patriam: peculiaremq; rempublicam feciſtis: ſiquis ex his domũ ſuam obſeſſam a familia armata nunciaret: ferendũ auxilium putaretis: Iupiter optimus maxĩus exulũ atq; ſeruoꝝ ſeptus armis nulla humana ope dignus erat? & hi poſtulãt: ut ſacro ſancti habeant? quibus ipſi dii neq; ſacri: neq; ſancti ſunt. At enĩ diuinis humaniſq; obruti ſceleribus legẽ uos hoc ãno platuros dictitatis? tũ hercule illo die: quo ego conſul ſum creatus: male geſta reſp. eſt: peius multo: quã cũ. P. Valerius cõſul periit: ſi tuleritis. Iam primũ oĩum: inquit: quirites in uolſcos & equos mihi atque collegæ legiones ducere in aĩo eſt. neſcio quo fato: magis bellantes: quã pacati ꝑpicios habemus deos. quantum periculum ab illis fuerit: ſi capitolium ab exulibus obſeſſum ſciſſent: ſuſpicari: quã re ipſa experiri eſt melius. Mouerat plebẽ oratio cõſulis. erecti patres reſtitutã credebãt rempublicã. cõſul alter comes animoſior: quã auctor: ſuſcepiſſe collegã prioré actionem tam grauis rei facile paſſus: peragẽdi conſularis officii parré ad ſe uendicabat. Tum tribuni eludentes uelut uana dicta ꝑſequi: quærẽdo quonãmõ exercitum educturi cõſules eẽnt: quos delectũ habere nemo paſſurus ſit? Nobis uero: inquit Quintius: nihil de lectu opus eſt: cũ quo tẽpore. P. Valerius ad recipiendũ capitoliũ arma plebi dedit: oẽs in uerba iurauerint. cõuenturos ſe iuſſu cõſulis nec iniuſſu abituros. Edicimus itaq; oẽs: qui in uerba iuraſtis: craſtina die arma tĩ ad lacum regillũ adſitis. Cauillari tum tribuni: & populũ exoluere religione uelle: priuatum eo tempore Quintiũ fuiſſe: cum ſacramẽto adacti ſunt. ſed nõdum hæc: quæ nunc tenet ſæculũ: negligẽtia deũ uenerat: nec ĩterpretãdo ſibi quiſq; iuſiurãdum: & leges aptas faciebat: ſed ſuos potius mores ad eas accõmodabat. Igitur tribuni: ut ĩpediendæ rei nulla ſpes erat: de ꝑferendo exercitu agere: eo magis q; & augures iuſſos adeſſe ad regillum lacum fama exierat: locumq; ĩaugurari: ubi auſpicato cũ populo agi poſſet: ut quicquid Romæ ui tribũitia rogatũ eẽt: id comitiis ibi abrogareẽ: oẽs id iuſſuros: qđ cõſulem uelle: neq; enim ꝑuocatõem eẽ lõgius ab urbe mille paſſuum: & tribũos: ſi eo ueniãt: ĩ alia turba quiritium ſubiectos fore cõſulari ĩperio. Terebãt hæc. ſed ille maxĩus terror aĩos agitabat: qđ ſæpius Quintius dictitabat ſe cõſulũ comitia: nõ habituꝝ nõ ita ciuitatẽ ægrã eẽ: ut cõſuetis remediis ſiſti poſſet: dictatore opus eẽ reipublicæ: ut qui ſe mouerit ad ſollicitãdum ſtatum ciuitatis ſentiat ſine ꝑuocatõe dictaturã eẽ. Senatus in capitolio erat. eo tribuni cum ꝑterita plebe ueniunt. multitudo clamore ingenti nunc cõſulum: nunc patꝝ fidẽ implorãt. nec ante mouerunt de ſententia cõſulem: quã tribuni ſe ĩ auctoritate patꝝ futuros eẽ polliciti ſunt. Tunc referẽte cõſule de tribunoꝝ & plebis poſtulatis ſenatus cõſulta fiunt: neq; tribuni legẽ eo anno ferrent: neq; cõſules ab urbe exercitum educerẽt: in reliquum magiſtratus cõtinuari: & eos tribunos refici: iudicare ſenatum cõtra rẽpublicã eẽ. Cõſules fuere in patꝝ poteſtate. tribuni reclamãtibus cõſulibus refecti. patres quoq; nequid cederẽt plebi: & ipſi. L. Quintium cõſulem reficiebant. Nulla toto anno uæhemẽtior actio cõſulis fuit. Mirer: ĩquit: ſi uana ueſtra patres cõſcripti ad plebem auctoritas eſt? uos eleuatis eã: quippe quia plebs ſenatuſcõſultum ĩ cõtinuandis magiſtratibus ſoluit: ipſi quoq; ſolutũ uultis: ne temeritati multitudinis cedatis: tanquã id ſit plus poſſe in ciuitate: plus leuitatis ac licẽtiæ habere: leuius enim uaniuſq; eſt ꝑfecto ſua decreta & conſulta tollere: quã alioꝝ. Imitamini patres cõſcripti turbam inconſultam: & qui aliis exemplo eſſe debetis: alioꝝ exemplo peccatis potius: quam alii ueſtro recte faciant. dum ego: ne imiter tribunos: nec me contra ſenatuſconſultum conſulem renũciari patiar. Te uero. G. Claudii adortor: ut ipſe populum romanum ac licentia arceas. & de me hoc tibi perſuades: me ita acceptuꝝ: ut non honorem meũ a te ĩpeditum: ſed gloriã ſpreti honoris auctam: inuidiãq; : que ex continuato eo impenderet: leuatã putẽ. Cõmuniter inde edicunt: nequis. L. Quintiũ cõſulẽ faceret: ſiquis feciſſet: ſed id ſuffragiũ non obſeruaturos. cõſules creati. Qu. Fabius tertiũ &. L. Cornelius Maluginẽſis. Cẽſus auctus eo ãno. luſtrum propter capitoliũ captũ: cõſulẽ occiſum cõdi religioſum fuit. Qu. Fabio &. L. Cornelio cõſulibus prĩcipio anni ſtati res turbulẽtæ. inſtigabãt plebẽ tribũi. bellũ ingẽs a uolſcis & equis latini atq; hernici nunciabãt. Iam Antii uolſcoꝝ legiões eẽ: & ipſam coloniã ĩgens metus erat defecturã. ægreq; ĩpetratum a tribunis: ut bellum prævertí ſinerent. Conſules inde partiti prouincias: Fabio: ut Antium legiones duceret: datum. Cornelius: ut Romæ præſidio eſſet: ne qua pars hoſtium: qui equis mos erat: ad populandum ueniret. Hernici & latiñi iuſſi milites dare ex fœdere: duæque partes ſociorum ĩ exercitu: tertia ciuium fuit. Poſtea quam ad diẽ præſtitutum uenerunt ſocii: conſul extra portam capenã caſtra locat. inde luſtrato exercitu Antium profectus: haud procul oppido ſtatiuiſque hoſtium conſedit. Vbi cum uolſci. quia nondum ab equis ueniſſet exercitus: dimicare non auſi: quemadmodum quieti uallo ſe tutarentur: pararent:

postero die Fabius non permixtam unam sociorum ciuiumq; sed triũ populoꝝ tres separatim acies circa uallum hostiũ ĩstruxit. ipse erat medius cũ legionibus romanis inde signum obseruare iussit: ut pariter & socii rẽ ĩciperent: referrentq; pedẽ: si receptui cecinissẽt. equites itẽ suæ cuiq; parti post prĩcipia collocat. Ita trifariã adortus castra circũuenit: & cũ undiq; instaret nõ sustinẽtes impetum uolscos uallo deturbat. transgressus ĩde munitiones pauidã turbam inclinantẽq; in partẽ unam castris expellit. ĩde effuse fugiẽtes eques: cui supare uallum haud facile fuerat: cũ ad id spectator pugnæ astitisset: libero cãpo adeptus: parte uictoriæ fruitur: territos cædẽdo. Magna in castris: & extra muniméta cædes fugientiũ fuit: sed præda maior: quia uix arma secũ efferre hostis potuit: delectusq; exercitus foret: ni fugiẽtes siluæ texissent. Dum ad Antium hæc gerunt: interim equi robore iuuẽtutis præmisso arcem tusculanã ĩprouiso nocte capiũt. reliquo exercitu haud ꝓcul mœnibus Tusculi cõsidunt: ut distenderẽt hostiũ copias. Hæc celeriter Romã ab Roma in castra Antiũ plata: mouẽt rõanos haud secus: quã si capitoliũ captũ nunciaret: adeo & recens erat tusculanoꝝ meritũ: & similitudo ipsa ꝓiculi reposcere datũ auxiliũ uidebat. Fabius: omissis omĩbus: prædã ex castris raptim Antiũ cõuehit. ibi: modico præsidio relicto: citatũ agmẽ Tusculũ rapit: nihil præter arma: & qđ cocti ad manũ fuit cibi: ferre militi licuit. Commeatũ ab Roma cõsul Cornelius subuehit. Aliquot mẽses Tusculi bellatũ: parte exercitus consul castra equoꝝ oppugnabat. parte tusculanis dederat ad arcẽ recuperandã. ui nunquã eos subigere potuit: fames postremo inde detraxit hostẽ. q; posteaquã uẽtum ad extremũ est: inermes undiq; oẽs sub iugum ab tusculanis missi. hos ignominiosa fuga domũ se recipientes: rõanus cõsul in Algido cõsecutus ad unũ omẽs occidit. Victor ad Columẽ (id loco nomã est) exercitu relicto castra locat. & alter cõsul posteaquã mœnibus romanis iam pulso hoste ꝓiculũ esse desierat: & ipse ab Roma ꝓfectus. ita bifariam cõsules ingressi hostiũ fines ingenti certamĩe hĩc uolscos: hĩc equos populant. Eodem ãno descisse antiates apud plæroscq; auctores inuenio. L. Corneliũ consulẽ id bellũ gessisse: oppidũq; cepisse: certũ affirmare: quia nulla apud uetustiores scriptores eius rei mẽtio est: non ausim. Hoc bello ꝓfecto tribunitiũ domi bellũ patres irritat. clamãt fraude fieri: qđ foris teneat exercitus: frustratione eam legis tollẽdæ esse: se nihilominus rem susceptã pacturos. obtinuit tamẽ. P. Lucretius præfectus urbis: ut actiones tribunitiæ in aduentũ cõsulum differrẽt. erat & noua exorta causa motus. A. Cornelius atq; Seruilius quæstores. M. Volscio: qđ falsus haud dubie testis in Cesonẽ extitisset: diẽ dixerãt: multis. nã emanabat indiciis: neq; fratrẽ Volscii: ex quo semel fuerit æger: unquã nõ mõ uisum ĩ publico: sed ne assurrexisse quidẽ ex morbo: multorũq; tabe mẽsium mortuũ: nec his tẽporibus: in quæ testis crimẽ cõiecisset: Cesonẽ Romæ uisum: affirmãtibus: q una meruerũt: secũ eum tũ frequentẽq; ad signa sine ullo cõmeatu fuisse: ita eẽ: multi priuati ferebãt Volscio iudices: cũ ad iudiciũ ire nõ auderet: omẽs hæ res in unũ cõgruentes haud magis dubiã dãnatõnẽ Volscii: quã Cesonis Volscio teste fuerat: faciebãt. In mora tribuni erãt: qui comitia quæstores habere de reo: nisi prius habita de lege eẽnt: passuros negabãt. ita extracta utraque res in consulũ aduẽtum est. Qui ubi triũphantes uictore cum exercitu urbẽ inierunt: quia silentiũ de lege erat: ꝓculsos magna pars credebat tribunos: at illi & enĩ extremũ ãni iã erat: quartũ affectãtes tribunatũ in comitioꝝ disceptationẽ ab lege certamẽ auerterãt. & cũ cõsules nihilominus aduersus cõtinuationem tribunatus: quã si lex minuẽdæ suæ maiestatis causa ꝓmulgata ferret: tetẽdissent: uictoria certamĩs penes tribunos fuit. Eodẽ ãno equis pax est petẽtibus data. Cẽsus res priore ãno incohata pficitur: idq; lustrũ ab origine urbis decimũ cõditũ ferunt: censa ciuiũ capita cẽtum trigĩta duo millia. ccccxix. Consulum magna domi belliq; eo ãno gloria fuit: qđ & foris pacẽ peperere: & domi: & si nõ cõcors: minus tamẽ quã alias infesta ciuitas fuit. L. Minutius ĩde: &. L. Nautius cõsules facti: duas residuas ãni prioris causas exceperũt. eodem mõ cõsules legem: tribuni iudiciũ de Volscio impediebãt. sed ĩ quæstoribus nouis maior auctoritas erat. Cũ. M. Valerio ualerii filio Volesi nepote quæstor erat. T. Quĩtius Capitolinus: qui ter cõsul fuerat. is quoniã neq; quintiæ familiæ Ceso: neq; reipublicæ maximus iuuenũ restitui posset: falsum testẽ: qui dicendæ causæ ĩnoxio potestatẽ ademisset: iusto ac pio bello ꝓsequebat: cũ Verginius maxĩe ex tribunis de lege ageret: duũ mẽsium spatiũ cõsulibus datũ ẽ ad inspiciẽdã legẽ: ut cũ edocuissent populũ: qd fraudis occultæ ferret: sinerẽt deĩde suffragiũ inire. hoc interualli datum res trãquillas ĩ urbe fecit. Nec diuturnã quietẽ equi dederunt: qui rupto fœdere: qđ ictum erat priore ãno cũ romãis: ĩperiũ ad Gracchũ Chloeliũ deferũt: is tũ lõge prĩceps ĩ equis erat. Graccho duce ĩ latinũ agꝝ: ĩde ĩ tusculanũ hostili populatõe ueniũt: pleniq; prædæ ĩ Algido castra locãt. In ea castra Qu. Fabius. P. Volũnius. A. Posthumius legati ab Roma ueniũt: quæstũ ĩiurias: & ex eo fœdere res repetitũ eos equoꝝ ĩperator: quæ mãdata habeãt ab senatu romano: adquercũ iubet dicere: se alia ĩterĩ actuꝝ: quercus ĩgens arbor prætorio ĩminebat: cuius ũbra opaca sedes erat. Tũ ex legatis unus abiẽs: & hæc: ĩquit: sacrata quercus: & qcquid deoꝝ ẽ: audiãt fœdus a uobis ruptũ nostrisq; & nũc querelis adsint: & mox armis cũ deoꝝ hoĩumq; simul uiolata iura exequemur. Romã rediere legati. Senatus iussit alteꝝ cõsulẽ cõtra Gracchũ ĩ Algidũ exercitũ ducere: alteri populationẽ finiũ equoꝝ ꝓuinciã dedit. Tribũi suo more ĩpedire delectũ: & forsitã ad ultimũ ĩpedissent: sed nouus subito additus terror ẽ. uis sabinoꝝ ingẽs ꝓpe ad mœnia urbis infesta populatõe uenit: fœdati agri terror iniectus urbi est. tũ plebes bẽigne arma cæpit: reclamãtibus frustra tribunis. magni duo exercitus scripti. alterum Nautius cõtra sabinos duxit: castrisq; ad Eretũ positis per expeditiones paruas plærunq; nocturnis incursionibus; tantã uastitatem in sabino agro reddidit: ut cõparati ad eam prope intacti bello fines

romanoꝝ uiderẽtur. Minutio neq; fortuna: neq; uis animi eadẽ in gerendo negotio fuit: nã cũ haud procul ab hoste castra posuisset: nulla magnopere clade accepta castris se pauidus tenebat. quod ubi senserũt hostes: creuit ex metu aliẽo: ut fit: audacia: & nocte adorti castra: posteaquã paꝝ uis aperta, pfecerat: munitiones postero die circundãt. Quæ prius: quã undiq; uallo obiectæ clauderẽt exitus: q̃q; equites iter stationes hostiũ emissi: Romã pertulere consulẽ: exercitũq; obsideri. Nihil tam nec in opinatũ: nec inspera-tum accidere potuit itaq; tantus pauor: tanta trepidatio fuit: quãta si urbẽ non castra hostes obsiderent: Nautiũ consulẽ accersunt: in quo cũ paꝝ præsidii uideret: dictatorẽq; dici placeret: qui rem pculsam restitueret: L. Quĩtius Cincinatus cõsensu oĩum dicitur. Operæpretiũ est audire: qui omĩa præ diuitiis huma na spernũt: neq; honori magno locũ: neq; uirtuti putant esse: nisi effuse affluant opes. Spes unica ĩperii populi romani. L. Quĩtius trans tyberim cõtra eum ipsum locum: ubi nũc naualia sunt: quattuor iugerum colebat agrũ: quæ prata quintia uocãtur. Ibi a legatis seu fossam fodiens palo innixus: seu cũ araret: operi certe: id: quod cõstat: agresti intentus: salute data inuicẽ redditaq; rogatus: ut quod beneuerteret ipsi: reiq; publicæ mãdata senatus audiret: admiratus rogitansq; satis ne salua eẽnt omnia: togã ꝑpere e tugurio proferre uxorẽ Raciliam iubet: qua simul absterso puluere ac sudore uelatus ꝑcessit. Dictatorẽ eũ legati gratulantes cõsalutant: in urbem uocant: qui terror sit in exercitu exponũt. Nauis Quintio publice parata fuit: transuectũq; tres obuiã egressi filii excipiũt: inde alii propinqui atq; amici: tum patrũ maior pars. ea frequentia stipatus: antecedẽtibus lictoribus: deductus est domũ: & plebis cõcursus ingens fuit: sed ea nequaquã tam læta Quintiũ uidit: & imperii nimiũ: & uiꝝ in ipso ĩperio uæhemẽtioré rata. Et illa quidẽ nocte nihil præterq̃ uigilatum est in urbe. Postero die dictator: cũ ante lucem in foꝝ uenisset: magistrũ equitũ dicit. L. Tarquinium patritiæ gentis: sed qui tum stipendia pedibus ꝑpter paupertatẽ fecisset: bello tamen primus lõge rõanæ iuuẽtutis habitus esset. Cũ magistro equitũ ĩ concionẽ uenit: iustitiũ edicit: claudi tabernas tota urbe iubet: uetat quẽquã priuatæ quicquã rei agere. Tum quicunq; ætatæ militari essent: armati cum cibariis in dies quiq; coctis: uallisq; duodenis: ante solis occasum martio ĩ cãpo adessent. quibus ætas admilitandum grauior esset: uicino militi: dum is arma pararet: uallũq; peteret: cibaria coquere iussit. Sic iuuẽtus discurrit ad uallum petendũ: sumpsere ũde: cuique proximum fuit: prohibitus nemo est. Impigreq; omnes ad edictũ dictatoris præsto fuere. Inde composito agmine non itineri magis apto: quam prælio: si res ita tulisset: legiones ipse dictator: magister equitum suos equites ducit. In utroq; agmine: quas tẽpus ipsum poscebat: adortationes erant: ut adderent gradum: maturato opus esse: ut nocte ad hostẽ peruenire possent: consulẽ exercitumq; romanum obsideri: tertium diem iam clausos esse: quid quæq; nox: aut dies ferat: incertum esse: puncto sæpe tẽporis maximaꝝ reꝝ momẽta uerti. accelera signifer: sequere miles: inter se gratificãtes ducibus clamabãt. Media nocte in Algidũ peruenĩũt. Vt sensere se iam ꝑpe hostes esse: signa cõstituũt. Ibi dictator quantũ nocte ꝑspici poterat: equo circũuectus cõtemplatusq; qui tractus castroꝝ: quæ forma eẽt: tribunis militũ ĩperauit: ut sarcinas in unũ cõĩici iubeãt: militẽ cũ armis ualloque redire in ordines suos. facta quæ ĩperauit. Tũ: quo ordine fuerant in uia: exercitũ omnẽ longo agmine circundat hostiũ castris: & ubi signũ datũ sit: clamorẽ omẽs tollere iubet. Clamore sublato ante se quẽq; ducere fossam: & iacere uallũ. Aedito ĩperio signũ secutũ est: iussa miles exeqtur: clamor hostes circũsonat: supat inde castra hostiũ. & in castra cõsulis uenit. alibi pauorẽ: alibi gaudiũ ĩgens facit. romani ciuilẽ esse clamorẽ atq; auxiliũ adesse ĩter se gratulantes: ultro ex stationibus ac uigiliis territãt hostẽ. cõsul differendũ negat: illo clamore nõ aduentũ mõ significari: sed rẽ ab suis cœptã: mirũq; esse ni iã exteriori parte castra hostiũ oppugnent: itaq; arma suos capere: & se subseq̃ iubet. Nocte initũ prælĩũ est: legiõibus dictatoris clamore significãtibus ab ea quoq; parte rẽ ĩ discrie esse. Iam se ad prohibẽda circũdari opera equi parabant: cũ ab interiore hoste prælio cœpto: ne per media sua castra fiere eruptio: a munientibus ad pugnantes introrsum uersi: uacuam noctẽ operi dedere: pugnatũq; cum cõsule ad lucem est. Luce prima iã circũuallati ab dictatore erãt: & uix aduersum unũ exercitũ pugnã sustinebant. tum a quĩtiniano exercitu: qui confestim a perfecto opere ad arma rediit: inuaditur uallum. hic instabat noua pugna: illa nihil remiserat prior. tum ancipiti malo urgente a prælio ad præces uersi: hinc dictatorem: hinc consulem orare: ne in occidione uictoriam ponerent: ut inermes se inde abire sinerent. Ab consule ad dictatorẽ ire iussis ignominiam incensus addit: Gracchum Chloelium ducem principesque alios uinctos ad se adduci iubet: oppido Corbione decedi: sanguinis se equorum non egere. licere abire. sed: ut exprimatur tandem confessio: suba ctam domi tanq; esse gentem: sub iugum habituros. Tribus astis iugum fit: humi fixis duabus superque eas una transuersa deligata: sub hoc iugo dictator equos misit. Castris hostiũ receptis plenis oĩum rerum (nudos enĩ emiserat) prædã oẽm suo tantũ militi dedit: cõsularẽ exercitũ consulẽq; ipsum increpans: carebis: ĩquit: prædæ parte miles ex eo hoste: cui ꝑpe prædæ fuisti: & tu. L. Minuti: donec cõsularẽ aniũ incipias habere: legatus sis: legionibus præeris. Ita se Minutius abdicat consulatu: iussusq; ad exercitũ manet. Sed adeo tum imperio meliori animus mansuete obediens erat ut beneficii magis: quam ignominiæ hic exercitus memor. & coronam auream dictatori libræ pondo decreuerit: & proficiscentẽ eum patronum salutauerit. Romæ a. Qu. Fabio præfecto urbis senatus habitus triumphantem Quintium: quo ueniebat agmine: urbem ingredi iussit. Ducti ante currum hostium duces: militaria signa prælata: secutus exercitus præda honustus: epulæ instructæ dicuntur fuisse ante omnium domos: epulantesq; cũ

carmine triūphali:& solemnibus iocis comesantiū modo currum secuti sunt.Eo die.L. Manilio Tusculano:approbantibus cūctis:ciuitas data est.confestimq; se dictator magistratu abdicasset:ni comitia.M. Volscii falsi testis tenuissent: ea; ne impedirēt tribuni:dictatoris obstitit metus. Volscius damnatus Lanuuiū exulatū abiit.Quītius sextodecimo die dictatura ī sex mēses accepta se abdicauit.Per eos dies consul Nautius ad Eretū cum sabinis egregie pugnat:ad uastatos agros ea quoq; clades accessit sabinis.Minutio Fabius Quintius successor in Algidū missus:Extremo anno agitatū de lege ab tribunis est:sed quia duo exercitus aberant:nequid ferretur ad populū:patres tenuere,plebes uicit:ut quinto eosdem tribunos crearent. Lupos uisos in capitolio ferūt a cāibus fugatos:ob id prodigiū lustratū capitoliū esse.Hæc eo anno gesta. Sequūtur consules Quintius Minutius.M.Horatius Puluillus.cuius initio anni cū foris otium eēt: domi seditiones iidē tribuni eadem lex faciebat:ulteriusq; foret uentum:adeo exarserant animis:ni uelut dedita opera nocturno impetu equoꝝ Corbione amissum præsidiū nunciatū esset.Senatū consules uocant:iubē tur subitarium scribere exercitū:atq; ī Algidū ducere.Inde:posito legis certamie:noua de delectu cōtentio exorta:uincebaturq; cōsulare imperiū tribunitio auxilio:cū alius terror additur:sabinū exercitum prædatum descendisse in agros romanos:inde ad urbē uenire.Is metus perculit:ut scribi militem tribuni sinerēt nō sine pactione tamē:ut quoniā ipsi quinquēniū elusi essent: parūq; id plebi præsidiū foret: decē deinde tribuni plebis crearentur.Expressit hoc necessitas patribus:id modo excepere:ne postea eosdem tribunos uiderent.Tribunitia comitia:ne id quoq; post bellū ut cætera uanū esset:extemplo habita.Trigesimo sexto anno a primis tribunis plebis decē creati sunt: biniex singulis classibus:itaq; cautū est:ut postea crearen tur.Delectu deīde habito:Minutius cōtra sabinos ꝓfectus nō inuenit hostē.Horatius:cū iam equi Corbio ne interfecto præsidio Hortanā etiā cepissent:ī Algido pugnat:multos mortales occidit:fugat hostē nō ex Algido modo:sed a Corbione Hortanaq;:Corbionē etiā diruit ꝓpter proditū præsidium.Deinde.M. Valerius.Sp. Verginius cōsules facti.domi foriſq; otium fuit:annona propter aquaꝝ ītemperiem laboratum est.De auentino publicādo lata lex est.tribuni plebis iidē refecti:hi sequente anno.T. Romulio &.G. Veturio cōsulibus legē omnibus cōcionibus suis celebrāt:Pudere se numeri sui ne quicq̄ aucti:si ea res æque suo biennio ꝓaceret:ac toto superiore lustro iacuisset.Cū maxime hæc agerent:trepidi nūcii a Tusculo ueniunt equos in agro tusculano esse.Fecit pudorem recens eius populi meritū morādi auxiliī.ambo cōsules cum exercitu missi:hoctem in sua sede in Algido inueniūt:ibi pugnatū supra quattuor millia hostium cæsa:alii fugati:præda parta ingens:eā ꝓpter inopiā ærarii cōsules uendiderūt:inuidiæ tamē ad exercitum fuit.ea deniq; tribunis materiā criminādi ad plebem cōsules præbuit.Itaq; ergo ut magistratu abiere .Sp. Tarpeio &.A.Aternio cōsulibus:dies dicta Romulio ab.G.Claudio Cicerone tribuno plebis: Veturio ab L.Halieno ædili plebis:uterq; magna patrū indignatione dānatus:Romulius decēmillibus æris: Veturius.xii.millibus.Nec hæc prioꝝ calamitas cōsulum segniores nouos fecerat cōsules:& se dānari posse aiebant:& plebem:& tribunos legem ferre nō posse.Tum abiecta lege:quæ promulgata cōsenuerat ; tribuni lenius agere cū patribus: finē tandem certaminū facerent:si plebeiæ leges displicerēt ; at illi cōmuniter legum latores & ex plebe:& ex patribus:q utriſq; utilia ferrēt:quæq; æquādæ libertatis essent: sinerēt creari Rem non aspernabātur patres:datuꝝ legē neminē nisi ex patribus.Cum de legibus cōueniret:de latore tā tum discreparēt:missi legati Athenas,Sp.Posthumius Albus.P.Sulpicius Camerinus.A.Manlius: iussique inclytas leges Solonis describere:& aliaꝝ Græciæ ciuitatium instituta moresq; noscere.Ab externis bellis quietus annus fuit.quietior insequens.P.Curatio &.Sex.Quintilio cōsulibus perpetuo silentio tribunoꝝ: quod primo legatoꝝ:qui Athenas ierant: legūq; peregrinaꝝ expectatio præbuit. deinde duo simul mala ingentia exorta: fames pestilentiaq; fœda homini:fœda pecori:uastati agri sunt:urbs assiduis exhausta funeribus:multæ & claræ lugubres domus.Flamē qrinalis.Ser.Cornelius mortuus,augur.G. Horatius Puluillus ; in cuius locū.G.Veturium eo cupidius:quia dānatus a plebe erat: augures legere. mortuus cōsul Quintilius:tres tribuni plebis.multiplici clade fœdatus annus.ab hoste otium fuit.domi motus orti.Iam redierant legati cum atticis legibus:eo intentius īstabant tribuni:ut tandē scribendaꝝ legum initium fieret.Placet creari decenuiros sine ꝓuocatōe.& ne quis eo anno alius magistratus esset.ne admiscerent plebeii:cōtrouersia aliquādiu fuit.Postremo cōcessum patribus:modo ne lex acilia de auentino; aliæq; sacratæ leges abrogarent.Anno trecentesimo altero:quam cōdita Roma erat:iterum mutatur forma ciuitatis ab consulibus ab decenuiros:quemadmodum ad regibus ante ad consules uenerat. Translato īperio minus insignis:quia nō diuturna mutatio fuit:læta enim principia magistratus eius nimis luxuriauere:eo citius lapsa res est:repetitumq; duobus uti mandaretur cōsulum nomen imperiumq;.Decenuiri creati .Ap. Claudius.T.Genutius.P.Sestius.L.Veturius.G.Iulius.A.Manlius. P.Sulpicius.P. Curatius.T. Romulius Sp.Posthumius.Claudio:& Genutio:qui designati cōsules in eū annū fuerant:ꝓ honore honor redditus: & Sestio alteri consulum prioris anni:quod eam rem collega inuito ad patres retulerat:his proximi legati tres habiti:qui Athenas ierant:simul ut pro legatione tam lōginqua præmio esset honos:simul peritos legum peregrinarum ad condenda noua iura usui fore credebant:suppleuere cæteri numerum graues quoque ætate electos nouissimis suffragiis ferunt : quo minus ferociter aliorum scitis aduersarentur . Regimen totius magistratus penes Appium erat fauore plebis:adeoque nouum sibi ingenium induerat : ut plebicola repente omnisque auræ popularis captator euaderet pro truci sæuoque insectatore plebis.

Decimo die ius populo singuli reddebant:eo die penes præfectum iuris fasces duodecim erãt:collegis nouẽ singuli accẽsi apparebant:& unica concordia inter ipsos:qui consensus in priuatis interdum inutilis esset: summa aduersus alios æquitas erat.Moderationis eoꝝ argumentum exemplo unius rei notasse satis erit,cũ sine prouocatione creti essent:defosso cadauere domi apud.P.Sestium patritiæ gentis uirꝝ inuẽto prolatoq; in cõcionem:in re iuxta manifesta atq; atroci.G.Iulius decẽ uir diem Sestio dixit:& accusator ad populum extitit: cuius rei iudex legitimus erat:decessitq; iure suo:ut demptũ de ui magistratus populi libertati adiiceret.Cum promptum hoc ius uelut ex oraculo in corruptũ pariter ab his summi infimiq; ferrent: tum legibus cõdendis opera dabatur:ingentiq; hominum expectatione propositis decem tabulis populũ ad concionẽ aduocauerunt.& quod bonum faustũ felixq; reipublicæ ipsis liberisq; eoꝝ esset:ire & legere leges ꝓpositas iussere:se quãtũ decẽ hoinũ ingeniis prouideri potuerit:omnibus summis infimisque iura æquasse:plus pollere multoꝝ ingenia consiliaq;.Versarent in animis secum unãquãq; rem:agitarẽt deinde sermonibus:atq; in mediũ quid in quaq; re plus minusue esset:conferret.eas leges habituꝝ populum romanum: quas consensus omnium non iussisse latas magis : quã tulisse uideri posset. Cum ad rumores hominum de uno quoq; legum capite edito satis correctæ uiderentur:centuriatis comitiis.x. tabulaꝝ leges perlatæ sunt:quæ nunc quoq; in hoc immenso aliaꝝ super alias aceruatarũ legum cumulo:fons omnis publici priuatiq; est iuris.Vulgatur deide rumor duas deesse tabulas q̃bus adiectis absolui posse uelut corpus omnis romani iuris.Ea expectatio cũ dies comitioꝝ appropinquaret;desideriũ decenuiros iterum creandi fecit.Iam plebs:prætereq̃ quod consulum nomẽ haud secus quã regum perosa erat:ne tribunitium quidem auxilium: cedentibus inuicem appellatione decenuiris: quærebat. Posteaq̃ uero comitia decẽuiris creandis in trinundinum indicta sunt:tanta exarsit ambitio:ut primores quoq; ciuitatis:metu credo:ne tanti possessio imperii:uacuo ab se relicto loco:haud satis dignis pateret:prehensarent homines : honorẽ summa ope ab se impugnatum ab ea plebe:cum qua contenderãt :suppliciter petentes .Dimissa iam in discrimen dignitas ea ætate:hisq; honoribus actis:stimulabat. Ap. Claudiũ:nescires utrum inter decẽuiros: an inter candidatos numerares:propior interdũ petẽdo:q̃ gerendo magistratui erat.criminari opimates extollere candidatoꝝ leuissimum quẽq; humillimũq;. ipse medius inter tribunitios duellios lcilioq; in foro uolitare: per illos se plebi uendicare,donec collegæ quoq;:qui unice illi dediti fuerant ad id tempus:coniecere in eum oculos:mirantes quid sibi uellet:apparere nihil synceri esse : profecto haud gratuitam in tãta superbia comitatem fore:nimium in ordinem se ipsum cogere:& uulgari cum priuatis non tam properantis abire magistratu:quã uiam ad continuandũ magistratum quærentis esse.Propalam obuiam ire cupiditati parum ausi:obsecundando molire impetum aggrediuntur. Comitioꝝ illi habendorum: quando minimus natu sit:munus consensu iniungunt.ars hæc erat: ne semetipse creare posset : quod præter tribũos plebis & idipsum pessimo exemplo nemo unquam fecisset. ille enim uero:quod bene uertat : habiturum se comitia professus:impedimentum pro occasione arripuit: deiectisque honore per concionem duobus Quintiis Capitolino & Cincinato & patruo suo.G. Claudio constantissimo uiro in optimatium causa: & aliis eiusdem fastigii ciuibus:nequaquam splendore uitæ pares: decenuiros creat:se in primis : qd haud secus factum improbant boni:quã nemo facere ausurum crediderat.Creati cum eo .M. Cornelius Maluginensis:M.Sergius:Lutius Minutius.Qu.Fabius Vibulanus.Qu.Petilius.T.Antonius Merẽda Ceso Duillius.Sp.Opius Cornicem.M.Robuleius.Ille finis alienæ personæ ferendæ Appio fuit :suo iam inde uiuere ingenio cœpit:nouosq; collegas iam:priusquam iniret magistratum:in suos mores formare. quottidie coibant remotis arbitris. inde impotentibus instructi consiliis:quæ secreto ab aliis coquebant:iam haud dissimulando superbiam:rari additus colloquentibus difficiles iam ad idus maias rem perduxere . Idus tũ maiæ solemnes ineundis magistratibus erant.Initio igitur magistratus primum honoris diem denunciatione ingentis terroris insignem fecere:nam cum ita priores decẽuiri seruassent:ut unus fasces haberet: & hoc insigne regium in orbem suam cuiusq; uicem per omnes iret : subito omnes cum duodenis fascibus prodiere.centum uiginti lictores forum implerant:& cum fascibus secures illigatæ præferebantur:nec attinuisse demi securim:cum sine prouocatione creati essent:interpretabantur. decem regum species erat. Multiplicatus terror non infimis solum:sed primoribus patrum:ratis cædis causam ac principium quæri : ut si quis memorẽ libertatis uocem aut in senatu:aut in populo misisset : statim uirgæ securesq; etiam ad cæteroꝝ metũ expedirentur .Nam præterquam quod in populo nihil erat præsidii sublata prouocatione inter cessionem quoque consensus sustulerat:cum priores decenuiri appellatione collegæ corrigi : reddita ab se iura tulissent : & quædam : quæ sui iudicii uideri possent : ad populum reiecissent . Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit : paulatim totus uertere in plebem cœpit : abstinebatur a patribus: in humiliores libidinose crudeliterq; consulebatur:hominum non causaꝝ toti erant : ut apud quos gratia uim æqui haberet:iudicia domi conflabant:pronũciabãt in foro: si quis collegam appellasset: ab eo:ad quem uenerat:ita discedebat:ut pœniteret non prioris decreto stetisse.Opinio etiam sine auctore exierat:nõ in præsentis modo temporis eos iniuriam cõspirasse:sed fœdus clandestinũ inter ipsos iureiurando ictum ne comitia haberent: ꝑpetuoq; decẽuiratu possessum semel obtinerẽt iperiũ.Circũspecta re tum patritiorum uultus plebei : & inde libertatis captare auram:unde seruitutem timendo ĩ eum statũ remp . adduxerãt Primores patrum odisse decenuiros:odisse plebem:nec probare:que fierent:& credere

haud indignis accidere:auide ruendo ad libertatē in ſeruitutem elapſos iuuare nolle:cumulare quoq; iniurias: ut tedio præſentium cōſules duo tandem & ſtatus priſtinus rerū in deſideriū ueniant.Iam & proceſſerat pars maior anni:& duæ tabulæ legū ad prioris anni decem tabulas erant adiectæ: nec quicquā iā ſupererat:ſi hæ quoq; leges centuriatis comitiis perlatæ eſſent:cur eo magiſtratu reip.opus eſſet. expecta bant:quā mox cōſulibus creandis comitia edicerētur.Id modo plebs agitabat: quonammō tribunitiā poteſtatem:munimentum libertatis:rem intermiſſam repararent.Cū interim mētio comitiorū nulla fieri:& decenuiri:qui primo tribunitios hoīes:quia id populare habebatur:circum ſe oſtētarant plebi:patritiis iuuenibus ſepſerant latera: eorum cateruæ tribunalia obſederant: Hi fere agere plebem: plebiſq; res cum fortuna qua:quicquid cupitum foret:potētioris eſſet.etiam ne tergo quidē abſtinebatur:uirgis cædi alii: alii ſecuri ſubiici:& ne gratuita crudelitas eēt:bonorū donatio ſequi domini ſuppliciū.Hac mercede iuuētus nobilis corrupta:nō modo nō ire obuiam iniuriæ:ſed propalam licētiā ſuā malle:quā omniū libertatē.Idus maiæ uenere nullis ſubrogatis magiſtratibus:priuati pro decenuiris neq; animis ad imperiū inhibendum īminutis:neq; ad ſpeciem honoris inſignibus prodeunt.Id uero regnū haud dubie uideri:deploratur in perpetuum libertas:nec uindex quiſquam exiſtit:aut futurus uidetur. Nec ipſi ſolum deſpōderāt animos:ſed contemni cœpti erant a finitimis populis:imperiumq; ibi eſſe:ubi non eſſet libertas:indignabantur.Sabini magna manu in curſionem in agrum romanum fecere:lateque populati cum hominum atque pecudum multi prædas egiſſent:recepto ad Eretrum:quod paſſim uagatum erat:agmine:caſtra locant:ſpem in romana diſcordia ponentes:eam impedimentum delectui fore.Non nuncii ſolum:ſed p urbem agreſtium fuga trepidationem iniecit.decenuiri conſultant:quid facto opus ſit:deſtitutis inter patrū & plebis odia. Addit terrorem inſuper aliū fortuna:equi alia ex parte caſtra in Algido locāt: depopulantēque inde excurſionibus tuſculanū agrū:legatiq; ab Tuſculo præſidium orantes nūciant.Is perculit pauor decenuiros:ut ſenatum ſimul duobus circunſtantibus urbem bellis cōſulerēt.citari iubēt in curiā patres: haud ignari quāta inuidiæ īmineret tempeſtas:oēs uaſtati agri:piculorūq; īminentiū cauſas in ſe cōgeſturos:tentationēq; eam fore abolendi ſibi magiſtratus:ni cōſenſu reſiſterēt:imperioq; inhibendo acriter in paucos præferocis animi conatus alioꝝ cōprimerēt.Poſteaquā audita in foro uox ē præconis patres ī curiam ad decēuiros uocātis:uelut noua res:quia intermiſerant iandiu morem conſulendi ſenatus:mirabundam plebē cōuertit:quid nā incidiſſet:cur ex tanto interuallo rem deſuetam uſurparent.hoſtibus belloq; gratiā habendā:qđ ſolitū quicquā liberæ ciuitatis fieret.Circūſpectare oībus fori partibus ſenatorem: raroq; uſquā noſcitare.curiā inde ac ſolitudinē circa decenuiros intueri:cū & ipſi cōſenſu inuiſum imperiū: & plebs:qui priuatis ius non eſſet uocandi ſenatū:nō cōuenire patres interpretarentur.Iam caput fieri libertatem repetentiū:ſi ſe plebs comitem ſenatui det:& quemadmodum patres uocati nō coeant in ſenatum:ſic plebs abnuat delectum.hæc fremit plebs. Patrum haud fere quiſquam ī foro:in urbe rari erant: indignitate rerum ceſſerant in agros: ſuarumque rerum erant amiſſa publica:tantum ſe abeſſe ab iniuria rati:quantum a cœtu congreſſuque impotentium dominorum ſe amouiſſent. Poſteaquam citati non conueniebant:dimiſſi circa domos apparitores ſimul ad pignora capienda:ſciſcitandumque num cōſulto detractarent:referunt ſenatum in agris eſſe.Lætius id decenuiris accidit:quam ſi præſentes detrecta re imperium referrēt.Iubēt acciri oēs:ſenatumq; ī diem poſterū edicūt:qui aliquāto ſpe ipſorum frequētior cōuenit.Quo facto proditam a patribus plebs libertatem rata:qđ iis:qui iam magiſtratu abiſſent: tāquā iure cogētibus ſenatus paruiſſet. Sed magis obediēter uentū in curiā eſt:quam obnoxie dictas ſentētias accepimus.L.Valerium Potitum proditum memoriæ eſt poſt relationem.Ap.Claudii.priuſquam ordine ſententiæ rogarentur:poſtulando ut de republica liceret dicere:prohibentibus minaciter decēuiris: proditurum ſe ad plebem denunciantem:tumultum exciuiſſe. Nec minus ferociter.M.Horatium Barbatū iſſe in certamen.x.Tarquinios appellantē:admonētemq; Valeriis:& Horatiis ducibus pulſos reges: nec noīs hoīes tum preſum eē:quippe quo louem appellari fas ſit:quo Romulū cōditorem urbis deicepſque reges apellatos:qđ ſacris etiā ut ſolēne retentum ſit.Superbiam:uiolentiāq; tum peroſos regis: quæ ſi in rege tū eodem aut in filio regis ferenda non fuerit:quē latuꝝ in tot priuatis:uiderent ne uetando ī curia libere hoīes loqui:extra curiā etiam mouerēt uocē.neq; ſe uidere:qui ſibi minus priuato ad cōcionem populum uocare:quam illis ſenatum cogere liceat.Vbi uellent:experirentur quanto fortior dolor in libertate ſua uindicanda:quam cupiditas in iuſta dominatione eſſet.De bello ſabino eos referre: tanquam maius ullum populo romano bellum ſit:quam in iis:qui legum ferendarum cauſa creati:nihil iuris in ciuitate reliquerit: qui comitia:qui ānuos magiſtratus:qui uiciſſitudinem imperitandi:quod unū exæquēdæ ſit libertatis:ſuſtulerit:qui priuati faſces & regiū imperiū habeant.Fuiſſe regibus exactis patricios magiſtratus creatos:poſtea poſt ſeceſſionē plebis plebeios: cuius illi partis eſſent rogitare.populares:quid enī eos per populum egiſſe.optimates:qui anno prope iam ſenatum non habuerit:tunc ita habeant:ut de republica loqui prohibeant.ne nimiū ī metu alieno ſpei ponerent:grauiora:quæ patiātur:uideri iā hoībus: quam quæ metuant.Hæc uociferante Horatio cum decēuiri:nec iræ:nec ignoſcendi modum reperirent: nec quo euaſura res eēt:cernerent.G.Claudii: qui patruus Appii decēuiri erat:oratio fuit precibus:quam iurgio ſimilis:perorantis per ſui fratris parētiſq; eius manes: ut ciuilis potius ſocietatis:in qua natus eſſet: quam fœderis nefarrie icti cū collegis meminiſſet, multo id magis ſe illius cauſa orare: quā reipublicæ:

quippe remp. si a uolẽtibus nequeat ab iuitis ius expetituram. sed ex magno certamĩe magnas excitari ferme iras: eaq; euentum se horrere. Cum aliud: præterquam de quo retulisset: decenuiri dicere prohiberẽt: Claudii: interpellandi uerecundia fuit: sententiam igitur pegit. Nullum placere senatusconsultũ fieri: omnesq; ita accipiebant priuatos eos a Claudio iudicatos: multiq; ex consularibus uerbo assensi sũt. Alia sententia asperior in speciem: uim minorem aliquanto habuit: quæ patritios coire ad prodendum interregẽ iubebat: censendo enim quoscunq; magistratus esse: qui senatum haberent: iudicabat: quos priuatos fecerat auctor nullius senatusconsulti faciendi. Ita labente iam causa decenuiroꝝ. L. Cornelius Maluginensis M. Cornelii decenuiri frater: cum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto seruatus esset: simulando curam belli fratrem collegaq; eius tuebatur. Quonam fato incidisset: mirari se dictitans: ut decenuiros: qui decenuiratum petissent: aut socii: aut hi maxĩe oppugnarent: aut quid ita per tot menses uacua ciuitate nemo iusti ne magistratus summæ rerum præessent: controuersiam fecerint: demũ cum hostes prope ad portas sint: ciuiles discordias serant: nisi quod in turbido minus ꝓspicuũ fore putent: quid agatur. Cæteꝝ neminem: maiore cura occupatis animis: ueꝝ esse præiudicium rei tantæ afferre. Sibi placere de eo: quod Valerius Horatiusq; ante idus maias decenuiros abisse magistratu insimulent: bellis: quæ immineãt: perfectis: republica in tranquillum redacta: senatu discrepante agi. etiam nũc ita se parare. Ap. Claudium: ut comitiorum: quæ decẽuiris creãdis decenuir ipse habuit: sciat sibi rationem reddẽdam esse: utrum in unum annũ creati sint: an donec leges: quæ deessent: perferãtur. in præsentia omnia præter bellum mitti placere. cuius si falso famã uulgatam uanamq; nõ nũcios solum: sed tusculanorum etiã legatos attulisse putent: speculatores mittendos censere: qui certius explorata referãt: sin fides & nũciis: & legatis habeaẽ: delectũ quoq; primo tpe haberi: & decẽuiros: quo cuiq; eoꝝ uideaẽ: exercitus ducere: nec rẽ aliam præuerti. In hãc sẽtentiã ut discederẽt: iuuenes patrũ euincebãt: ferocioresq; iteꝝ coorti Valerius Horatiusq; uociferari ut de republica liceret dicere: dicturos ad populũ si in senatu ꝑ factionẽ nõ liceat. neq; enĩ sibi priuatos aut in curia: aut i concione posse obstare: neq; se imaginariis fascibus eoꝝ cessuros esse. Tum Ap. iam ꝑpe esse ratus: ut ni uiolẽtiæ eoꝝ pari resisteret audacia: uictũ imperiũ esset. nõ erit melius: iquit: nisi de quo cõsulimus: uocẽ misisse: & ad Valeriũ negãtẽ se priuato reticere: lictorẽ accedere iussit. Iã qritiũ fidẽ iploraãte Valerio a curiæ limĩe. L. Cornelius cõplexus Appiũ: nõ qđ simulabat cõsulẽdo: diremit certa mẽ: factaq; ꝑ Corneliũ Valerio dicẽdi gratia: quæ uellet: cũ libertas nõ ultra uocẽ excessisset: decẽuiri ꝑpositũ tenuere. Cõsulares quoq; ac seniores: ab residuo tribunitiæ potestatis odio: cuius desideriũ plebi multo acrius: quã cõsularis ĩperii rebant eẽ: ꝑpe malebãt: postmodũ ipsos decẽuiros uolũtate abire magistratu: quã inuidia eorum exurgere. rursus plebem si leniter ducta res sine populari strepitu ad cõsules redisset: aut bellis interpositis: aut moderatione consulum i imperiis exercendis posse in obliuionem tribunorũ adduci. Silentio patrum edicitur delectus. iuniores cũ sine ꝓuocatione imperiũ esset: ad nomina respõdẽt. Legionibus scriptis iter se decẽuiri cõparabãt: quos ire ad bellũ: quos præesse exercitibus oporteret. Prícipes iter decẽuiros erãt. Qu. Fabius & Ap. Claudius bellũ maius domi: quã foris apparebat: Appii uiolentiam aptiorem rati ad cõprimẽdos urbanos motus. In Fabio minus: in bono cõstans: quã uanum ingeniũ in militia esse: hũc enim uirũ egregiũ olim domi militiæq; decẽuiratus collegæq; ita mutauerant: ut Appii: quã sui similis mallet esse. huic bellũ in sabinis. M. Rabuleio: &. Qu. Petilio: additis collegis: mãdatũ M. Cornelius i Algidũ missus cũ. L. Minutio: & Cesone Duillio: &. T. Antonio: &. M. Sergio. Sp. Oppium. Ap. Claudio adiutorẽ ad urbem tuendã æquo omniũ decẽuirorũ imperio decernũt. Nihilo militiæ: quã domi melius resp. administrata ẽ. illa modo i ducibus culpa: quod: ut odio esset ciuibus: fecerãt: alia omnis penes milites noxa erat: qui nequid ductu atq; auspitio decẽuiroꝝ prospere usquã gereretur: uinci se per suũ atq; illoꝝ dedecus patiebãtur. Fusi & ab sabinis ad Eretrũ: & i Algido ab equis exercitus erãt. Ab Ereto per silẽtiũ noctis profugi: propius urbẽ inter Fidenas Crustumeriãq; loco ædito castra cõmunierãt: ꝑsecutus hostis: nusquã se æquo certamine cõmittẽtes natura loci ac uallo nõ uirtute aut armis tutabãtur. Maius flagitiũ i Algido: maior etiã clades accepta: castra quoq; amissa erãt: exutusq; oĩbus utẽsilibus miles: Tusculum se fide misericordiaq; uicturus hospitũ: quæ tamẽ nõ fefellerũt: cõtulerat. Romã tãti erãt terro res allati: ut posito iã decẽuirali odio: patres uigilias in urbe habendas censerent: omnes: qui per ætatẽ arma ferre possent: custodire mœnia: ac pro portis statões agere iuberẽt: arma Tusculum ad supplemẽtum decernerẽt: decẽuirosq; ab arce Tusculi digressos i castris militẽ habere. castra alia a Fidenis in sabinũ agꝝ trãsferri: belloq; ultro iferẽdo deterreri hostes a cõsilio urbis oppugnãdæ. Ad clades ab hostibus acceptas: duo nefanda facinora decẽuiri belli domiq; addiciunt. L. Siccium i sabinis ꝑ iuidiam decẽuiralem tribunoꝝ creandoꝝ secessionisq; mentiones ad uulgus militũ sermonibus occultis serẽtem: speculatum ad locũ castris capiendũ mittũt. datur negotium militibus: quos miserãt expeditionis eius comites: ut eũ opportuno adorti loco interficerent. haud inultum interfecere: nã circa repugnantẽ aliquot insidiatores cecidere: cũ ipse se prævalidus pari uiribus animo circunuẽtus tutaret. Nunciant in castra cæteri præcipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantẽ militesq; quosdã cũ eo amissos. Primo fides nũciantibus fuit: ꝑfecta deinde cohors ad sepeliẽdos: qui ceciderãt: decẽuiroꝝ ꝓmissu. posteaq; nullũ spoliatũ ibi corpus: Siciumq; i medio iacentẽ armatũq;: oĩbus in eum uersis corporibus uidere: hostiũ neq; corpus ullũ: nec uestigia abeuntiũ: profecto a suis iterfectũ memorãtes rettulere corpus. iuidiæq; plena castra erant: & Romã

ferri Siccium protinus placebat:niſi decẽuiri funus militare ei publica impenſa facere maturaſſent.Sepultus ingenti militum mœſtitia:peſſima decenuirorum ĩ uulgus fama eſt.Sequitur aliud in urbe nefas ab libidine ortum:haud minus fœdo euentu:quam quod per ſtuprum cædemq; Lucreciæ urbe regnoq; Tarquinios expulerat:ut non finis ſolum idem decenuiris:qui regibus:ſed cauſa etiam eadem imperii amittẽdi eſſet.Ap.Claudium uirginis plebeiæ ſtuprandæ libido cepit.pater uirginis.L. Virginius honeſtum ordinem in Algido ducebat:uir exempli recti militiæ domiq;:perinde uxor inſtituta fuerat:liberiq; inſtituebantur.Deſponderat filiam.L.Icilio tribunitio uiro acri:& pro cauſa plebis expertæ uirtutis.hãc uirginẽ: adultam forma excellentem:Appius amore amens pretio ac ſpe pellicere adortus:poſteaquam omnia pudore ſepta animaduerterat:ad crudelem:ſuperbamq; uim animum conuertit.Marco Claudio cliẽti negotium dedit:ut uirginem in ſeruitutem aſſereret:neq; cederet: ſecundum libertatem poſtulantibus uindicias:quod pater puellæ abeſſet locum iuriæ eſſe ratus.Virgini uenienti in foꝝ(ibi namq; in tabernis litterarum ludi erant)miniſter decenuiri libidinis manum iniecit:ſerua ſua natam ſeruamq; appellans ſequi iubebat : cuntantem ui abſtracturum.Pauida puella ſtupente:ad clamorem nutricis fidem quiritium implorantis fit concurſus.Virginii patris ſpõſiq; Icilii populare nomẽ celebratur:notos gratia eorum:turbã indignitas rei uirgini conciliat.Iam a ui tuta erat:cum aſſertor nihil opus eſſe multitudine cõcitata ait: ſe iure graſſari nõ ui:uocat puellam in ius auctoribus:qui aderant:ut ſequeretur:ad tribunal. Appii peruẽtũ eſt:notam iudici fabulam petitor:quippe apud ipſum auctorem argumẽti:peragit:puellã domi ſuæ natã: furtoq; inde tranſlatam in domũ Virginii:ſuppoſitam ei eſſe:id ſe indicio compertũ afferre:probaturũq; uel ipſo uirginio iudice: ad quem maior pars iniuriæ eius ptineat:interim dominum ſequi ancillã æquũ eſſe.Aduocati puellæ cum Virginium reip.cauſa abeſſe dixiſſẽt:biduo affuturũ:ſi nũciatum ei ſit:iniquũ eſſe abſentem de liberis dimicare:poſtulant:ut rem integram in patris aduẽtum differat:lege ab ipſo data: uindicias det ſecũdum libertatem : neu patiatur uirginem adultam famæ prius:quam libertatis ꝑiculum adire.Appius decreto præfatus:quam libertati fauerit:eã ipſam legem declarare:quã Virginii amici poſtulationi ſuæ prætendant:cæteꝝ ita in ea libertatis fore præſidium:ſi nec cauſis:nec pſonis uariet.in his enĩ: qui aſſerantur in libertatem:quia:quiuis lege agere poſſit:id iuris eſſe.In ea:quæ in patris manu ſit:neminem eſſe alium:cui dominus poſſeſſione cedat:placere itaq; patrem accerſiri:interea iuris ſui iacturam aſſertorẽ non facere:quin ducat puellam:ſiſtendamq; in aduentũ eius:qui pater dicatur:promittat.Aduerſus iniuriã decreti cum multi magis fremerent:quã quiſquam unus recuſare auderet:P.Numitorius puellæ auus:& ſponſus Icilius interueniũt:dataque inter turbam uia.cum multitudo Icilii maxime interuẽtu reſiſti poſſe Appio crederet:lictor decreſſe ait:uociferantẽq; Icilium ſummouet.Placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendiſſet:ferro tibi hinc ſummouendus ſum Appi:inquit:ut tacitum feras:quod celari uis:uirginem ego hanc ſum ducturus nuptam pudicam habiturus:proinde omnes collegaꝝ quoq; lictores conuoca:expediri uirgas & ſecures iube:non manebit extra domum patris ſponſa Icilii.Non ſi tribunitium auxilium & prouocationem plebi romanæ:duas arces libertatis tuẽde ademiſtis:ideo in liberos quoque noſtros coniugeſque regnum ueſtræ libidini datum eſt.ſæuite in tergum & in ceruices noſtras: pudicitia ſaltẽ in tutoſit.Huic ſi uis afferetur:ego præſentium quiritiũ pro ſponſa : Virginius militum ꝑ unica filia:omnes deorum hominumq; implorabimus fidem:neq; tu iſtud unquam decretum ſine cæde noſtra referes.poſtulo Appi etiam ãtq; etiã cõſideres:quo progrediare:Virginius uiderit de filia:ubi uenerit: quid agat:hoc tantum ſciat:ſi ipſe huius uidiciis ceſſerit:conditionem filiæ quærendam eſſe:me uindicantem ſponſam in libertatem uita citius deſeret:quam fides Concitata multitudo erat:certamenq; inſtare uidebatur.lictores Icilium circũſteterant:nec ultra minas tamen proceſſũ eſt:cum Appius uirginem non defendi ab Icilio:ſed inquietum hominẽ & ad tribunatum etiã nũc ſpirantẽ locũ ſeditionis quæſtere diceret:non præbiturũ ſe illi eo die materiam:ſed ut iam ſciret non id petulãtiæ ſuæ:ſed Virginio abſenti & patrio nomini & libertati datum:ius eo die ſe non dicturum:neq; decretum interpoſiturum:a.M.Claudio petiturũ:ut decederet iure ſuo:uindicarique puellã in poſteꝝ diem pateretur.quod niſi pater poſtero die affuiſſet:denũciare ſe Icilio ſimilibus que Icilii:neq; legi ſuæ latorẽ:neq; decenuiro conſtantiã defore: nec ſe utique collegaꝝ lictores conuocaturum ad coercendos ſeditionis auctores: cõtentum ſe ſuis lictoribus fore. Cum dilatum tempus iniuriæ eſſet:ſeceſſiſſentq; aduocati puellæ:placuit omnium primũ fratrem Icilii:filiumq; Numitorii impigros iuuenes pergere inde recta ad portam:& quãtum accelerari poſſet Virginiũ acciri e caſtris.in eo uerti puellæ ſalutem:ſi poſtero die uindex iniuriæ ad tẽpus præſto eſſet: Iuſſi ꝓgunt:citatiſq; equis nunciũ ad patrẽ perferũt.Cum inſtaret aſſertor puellæ:ut uidicaret : ſpõſoreſq; daret:atq; idipſum agi diceret Icilius:ſedulo tẽpus terens dum præriperẽt iter nuncii miſſi ĩ caſtra:manus tollere undiq; multitudo:& ſe quiſq; paratũ ad ſpondẽdũ Icilio oſtẽdere.atq; ille lachrymabũdus gratum eſt:inquit:craſtino die ueſtra opera utar:ſponſorum nunc ſatis eſt.Ita uidicatur Virginia ſpõdentibus propinquis.Appius pauliſper moratus ne eius cauſa ſediſſe uideretur:poſteaquã omiſſis rebus aliis præ cura unius nemo eũ adibat domũ ſe recepit:collegiſq; ĩ caſtra ſcribit:ne Virginio cõmeatũ dẽt:atq; etiã ĩ cuſtodia habeãt.Improbũ cõſiliũ ſerũ:ut debuit:fuit:& iam cõmeatu ſumpto ꝓfectus Virginius prima uigilia erat:cũ poſtero die mane de retinẽdo eo neq; cquã litteræ reddũt. At ĩ urbe prima luce cũ ciuitas ĩ foro expectatiõe erecta ſtaret:Virginius ſordidatus filiã ſecũ obſoleta ueſte:comitãtibus aliquot matronis:cũ ĩgẽ

ti aduocatõe í foꝝ adducit:circuire ibi:& prachẽſare hoſtes cepit:& nõ orare ſolũ precariã opem:ſed ꝑ debi
ta petere:ſe ꝑ liberis eoꝝ ac cõiugibus quottidie í acie ſtare:nec aliũ uiꝝ eſſe:cuius ſtrenue ac ferociter fa
cta í bello plura memorari poſſet.quid ꝑdeſſe:ſi ícolumi urbe:que capta ultima timeantur:liberis ſuis ſint
patienda?Hæc ꝑpe concionabũdus circuibat hoſtes.Similia his ab Icilio iactabãtur. comitatus muliebris
plus tacito fletu:quã ulla uox mouebat. Aduerſus quæ omnia obſtinato animo Appius(tãta uis amẽtiæ
uerius quã amoris mentẽ turbauerat)í tribunal aſcẽdit:& ultro querente pauca petitore:qđ ius ſibi pridie
per ambitionẽ dictũ nõ eſſet:priuſquã ille poſtulatũ pageret:aut Virginio reſpõdẽdi daretur locus:Appi-
us íterfatur.Quẽ decreto ſermonẽ prætẽderit:forſan aliquẽ ueꝝ auctores antiqui tradiderit:quia nuſquã
ullũ í tãta fœditate decreti ueriſimilẽ iuenio:id:qđ conſtat:nudũ uidetur ꝑponẽdum.decreuiſſe uindicias
ſecundũ ſeruituté.Primo ſtupor oẽs admiratione rei atrocis defixit.Silentiũ íde aliquãdiu tenuit. deinde
cũ.M.Claudius circũſtãtibus matronis iret ad cõprahendendã uirginẽ:lamentabiliſq; eũ mulieꝝ cõplo-
ratio excepiſſet:Virginius intentans in Appiũ manus:Icilio:íquit:Appi nõ tibi filiã deſpõdi: & ad nuptias
nõ ad ſtuprũ educaui.placet pecudũ ferarũq; ritu ꝑmiſcue in cõcubitus ruere?paſſuri ne hoc iſti ſint: ne-
ſcio:nõ ſpero eſſe paſſuros illos:qui arma habẽt.Cũ repelleret aſſertor uirginis a globo mulieꝝ circũſtã-
tiũq; aduocatoꝝ:ſilentiũ factũ per præconẽ.Decẽuir:alienato ad libidinẽ aío:negat heſterno tantũ con-
uicio Icilii:uiolẽtiaq; Virginii:cuius teſtẽ romanũ populũ habeat:ſed certis quoq; indiciis cõpertũ ſe ha-
bere:nocte tota cœtus í urbe factos eſſe admouẽdã ſeditionẽ:itaq; ſe haud inſciũ eius dimicationis cũ ar-
matis deſcendiſſe:nõ ut quẽquã quietum uiolaret:ſed ut turbantes ciuitatis otiũ pro maieſtate imperii co
erceret: ꝑinde quies erit melius.íquit lictor ſummoue turbã:& da uiã domino ad prahendendũ mancipi
um.Cũ hæc ítonuiſſet plenus iræ:multitudo ipſa ſe ſua ſpõte dimouit:deſertaq; præda iniuriæ puella ſta-
bat.Tum Virginius:ubi nihil uſquã auxilii uidit:quæſo:inquit:Appi primũ ignoſce patrio dolori: ſiquid
íclæmentius in te ſum inuectus:deinde ſinas hic corã uirgine nutricẽ ꝑcũctari.quid hoc rei ſit: ut ſi falſo
pater dictus ſum æquiore hic aío diſcedã:data uenia ſeducit filiã ac nutricẽ prope cloacinam ad tabernas:
quibus nunc nouis eſt nomẽ:atq; ibi ab lanio cultro arrepto:hoc te uno:quo poſſum:ait:modo filia in li-
bertatẽ uendico:pectus deinde puellæ tranſfigit:reſpectãſq; ad tribunal:te:íquit:Appi:tuũq; caput ſangui
ne hoc cõſecro.Clamore ad tã atrox facinus orto:excitus appius cõprahendi Virginium iubet:ille ferro:
quacũq; ibat:uiã facere:donec multitudine etiã ꝑſequẽtiũ iuuenũ tuente ad portã perrexit.Icilius Numi-
toriuſq; exangue corpus ſublatũ oſtentant populo:ſcelus Appii:puellæ ífelicẽ formã:neceſſitatẽ patris de
plorãt.ſequẽtes clamitãt matronæ:eam ne liberoꝝ procreandoꝝ cõdicionem:ea pudicitiæ præmia eſſe?
cæteraq;:quæ í tali re muliebris dolor:quo eſt mœſtior íbecillo aío:eo miſerabilia magis querẽtibus ſubi
icit.Viroꝝ & maxíe Icilii uox tota tribunitiæ poteſtatis:ac,puocatõis ad populũ ereptæ: publicarũq; ídi-
gnationũ erat.Cõcitat multitudo ꝓtim atrocitate ſceleris:ꝓtí ſpe ꝑ occaſionẽ repetẽdæ libertatis.Appius
nũc uocari Iciliũ nũc retractãtẽ arripi:poſtremo cũ locus adeũdi appitoribus nõ daret:ipſe cũ agmine pa-
tritioꝝ iuuenũ ꝑ turbã uadẽs í uícla duci iubet.Iã circa Iciliũ nõ ſolũ multitudo:ſed duces quoq; multitu
dinis erãt.L.Valerius.M.Horatius:q repulſo lictore ſi iure ageret:uíndicare ſe a priuato Iciliũ aiebãt:ſi uim
afferre conaret:ibi quoq; ſe haud ípares fore.Hic atrox rixa orit.Valeriũ Horatiũq; lictor decẽuiri iuadit
frãguntur a multitudine faſces.In cõcionẽ Appius aſcẽdit:ſequunt Horatius Valeriuſq;. eos cõcio audit:
decẽuiro obſtrepitur.Iam ꝑ íperio Valerius diſcedere a priuato lictores iubebat:cũ fractis animis Appius
uitæ metuẽs í domum ſe ꝑpiquã foro:íſciis aduerſariis:capite obuoluto recepit.Sp.Oppius:ut auxilio col
legæ eſſet:í foꝝ ex altera ꝑte irrũpit:uidet íperiũ ui uictũ.Agitatus deide cõſiliis:atq; ex oí parte aſſẽtien-
do multis auctoribus trepidus:ſenatũ poſtremo uocari iuſſit.ea res:qđ magnæ parti patrũ diſplicere acta
decẽuiroꝝ uidebãt:ſpe per ſenatũ finiendæ poteſtatis eius:multitudinẽ ſedauit.Senatus nec plebẽ irritã-
dã cenſuit:multo magis ꝑuidendũ:ne qđ Virginii aduẽtus í exercitu motus faceret:itaque miſſi iuniores
patrũ í caſtra:quæ tũ í monte Vecilio erãt:núciãt decẽuiris:ut oí ope ab ſeditõe milites cõtineãt.ubi Vir-
ginius maiorem:quam reliquerat í urbe:motũ exciuit:Nam præterquã qđ agmine ꝑpe quadrigẽtoꝝ ho-
minũ ueniens:q ab urbe índignitate rei accenſi comites ei ſe dederãt:cõſpectus ẽ: ſtrictũ etiã tælum:reſp-
ſuſq; ipſe cruore:tota í ſe caſtra cõuertit:& togæ multifariã í caſtris uiſæ maioris aliquanto:quã erat: ſpe-
ciem urbanæ multitudís fecerãt.Quærentibus qđ rei eſſet:flens diu uocem nõ emiſit.tandem ut iam ex
trepidatõe cõcurrentiũ turba cõſtitit:ac ſilentiũ fuit:ordíe cũcta:ut geſta erãt:expoſuit ſupinas deíde ten-
dens manus cõmilitones appellãs orabat:ne qđ ſcelus.Ap.Claudii eſſet:ſibi attribuerent:neu ſe ut parrici-
dã libeꝝ auerſarent:ſibi uitã filiæ ſua cariorem fuiſſe ſi libere ac pudice uiuere licitũ fuiſſet.cũ uelut ſer-
uam ad ſtuprũ rapi uideret:morte amitti melius ratum:quam contumelia liberos.Miſericordia ſe in ſpe-
ciẽ crudelitatis lapſũ:nec ſuꝑſtitem filiæ futuꝝ fuiſſe:niſi ſpem ulciſcẽdæ mortis eius in auxilio cõmilito
nũ habuiſſet.illis quoq; filias ſorores cõiuges eẽ:nec cũ filia ſua libidinẽ.Ap.Claudii extictã eſſe:ſed quo í
punitior ſit:eo effrenatiorem fore.aliena calamitate documẽtũ datũ illis cauendæ ſimilis iniuriæ. qđ ad
ſe attineat uxorẽ ſibi fato raptã:filiã:qa nõ ultra uictura pudica fuerit:miſera:ſed honeſta morte occubuiſ
ſe.nõ eẽ iã Appii libidini locũ í domo ſua:ab alia uiolentia eius eodẽ ſe aío corpus uíndicaturoꝝ:quo uíndica-
uerit filiæ:cæteri ſibi:ac liberis ſuis cõſulerẽt.Hæc Virginio uociferẽti ſucclamabat multitudo:nec illius
dolori: nec ſuæ libertati ſe defuturos.Et ímixti turbæ militũ togati: cum eadẽ illa quærendo docẽdoque

quãto uisa:quã audita ĩdigniora potuerĩt uideri:simul ꝑfligatã rem iã nunciãdo Romæ esse: insecutosq; qui Appiũ ꝓpe ĩteremptũ in exiliũ abisse diceret:ppulerũt:ut ad arma cõclamaret:uellerẽtq; signa:& Romã ꝓficiscerẽtur.Decẽuiri simul iis:quæ uidebãt:iisq;:quæ acta Romæ audierãt:perturbati: alius ĩ aliam ptẽ castrorũ ad sedãdos motus discurrit.& leniter agẽtibus respõsum nõ reddit.imperiũ si quis inhiberet: & uiros:& armatos se esse respõdetur.Eunt agmine ad urbẽ: & auẽtinũ insidũt:ut quisq; occurrerat plebẽ ad repetendã libertatẽ:creandosq; tribunos plebis adhortãtes.nulla alia uox uioleta audita est. Senatũ. Sp.Oppius habet.nihil placet aspere agi:quippe ab ipsis datũ locũ seditionis esse.Mittunt tres legati consulares.G.Iulius.P.Sulpicius.Sp.Tarpeius:qui quærerẽt senatus uerbis:cuius iussu castra deseruissent? aut qd sibi uellẽt:qui armati auẽtinum obsedissẽt? belloq; auerso ab hostibus patriã suã cepissent? Nõ defuit: quid responderet:deerat:qui daret respõsum:nullo dũ certo duce nec satis audentibus singulis iuidiæ se offerre:id modo a multitudine cõclamatũ est ut.L.Valeriũ:&.M.Horatiũ ad se mitterẽt:his sedaturos responsũ.Dimissis legatis admonet milites Virginius:ĩ re nõ maxima paulo antẽ trepidatũ esse:quia sine capite multitudo fuerit:responsũq; quãquã nõ iutiliter:fortuito tamẽ magis cõsensu:quã cõmuni cõsilio eẽ placere decẽ creari:qui sũmæ rei præessent:militariq; honore tribunos militũ appellare.Cũ ad eũ ipsũ primũ his honos deferret:melioribus meis uestrisq; rebus reseruate:iquit:ista de me iudicia:nec mihi filia ĩ uita honorẽ ullũ iucũdum esse patiẽ:nec in pturbata re eos utile est præesse uobis:qui ꝓximi iuidiæ sint. siquis usus mei ẽ:nihilo minor ex priuato capiet.Ita decẽ numero tribunos militares creãt.Neq; ĩ Sabinis quieuit exercitus:ibi quoq;:auctore Icilio:Numitorioq;:secessio a decẽuiris facta ẽ:nõ minore motu aiorum Siccii cædis memoria renouata:quã qui noua fama de uirgie adeo fœde ad libidinẽ petita acciderat Icilius ubi audiuit tribunos militũ in auentino creatos:ne comitioꝝ militariũ prærogatiuã urbana comitia iisdẽ tribunis plebis creandis sequerẽtur:peritus reꝝ populariũ:ĩminẽsq; potestati:& ipse priusq; iretur ad urbẽ:pari potestate eundẽ numerũ ab suis creãdum curat.Porta collina urbẽ intrauere sub signis: mediaq; urbe agmine ĩ auentinum pergunt.ibi coniuncti alteri exercitui.xx.tribunis militum negotium dederũt:ut ex suo numero duos crearent:qui summæ rerum præessent.M.Oppium.Sex.Manilium creant. patres solliciti de summa rerum:cũ senatus quottidie esset:iurgiis sæpius terunt tempus: quam cõsiliis. Siccii cædes decẽuiris & Appiana libido: & dedecora militiæ obiiciebantur: placebatq; Valerium: Horatiũq; ire ĩ auentinũ.Illi negabãt se aliter ituros:quã si decẽuiri deponerẽt insignia magistratus eius:quo anno iam ante abissent:Decẽuiri quærẽtes se in ordinẽ cogi:nõ ante quam patris legibus:quaꝝ causa creati essent:deposituros ĩperiũ se aiebãt.Per Marcũ Duillium:qui tribunus plebis fuerat certior facta plebs: cõtentionibus assiduis nihil transigi:in sacrũ montẽ ex auentino transit:affirmãte Duillio:non:priusq; deseri urbem uideãt:curã in aios patrũ descensurã:admonituꝝ sacrũ montẽ constantiæ plebis:scituros qd sine restituta potestate redigi ĩ cõcordiã res nequeant.Via nometana:cui tum ficulẽsi nomen fuit:profecti: castra ĩ mõte sacro locauere:modestiam patrũ suoꝝ nihil uiolando imitati.Secuta exercitũ plebs: nullo: qui p ætatẽ ire posset:retractãte:ꝓsequũtur cõiuges liberiq;:cuinam se relinquerẽt ĩ ea urbe:ĩ qua nec pudicitia:nec libertas sancta esset:miserabiliter rogitãtes.Cũ uasta oia Romæ ĩsueta solitudo fecisset: ĩ foro præter paucos senioꝝ nemo esset:uocatis utiq; ĩ senatũ patribus:cũ desertũ apparuisset foꝝ:pluresq; iam: quã Horatius:& Valerius:uociferabãtur:quid expectabitis patres cõ.si:decẽuiri finẽ ptinaciæ nõ faciunt: ruere & deflagrare oia passuri estis? Quod aũt istud imperiũ est decẽuiri:quod amplexi tenetis:tectis ac parietibus iura dicturi estis? nõ pudet lictoꝝ uestroꝝ maiorem ꝓpe numeꝝ ĩ foro cõspici:quã togatorum aliorũq;? Quid si hostes ad urbem ueniãt:facturi estis? quid si plebs mox ubi paꝝ secessione moueamur: armata ueniat? occasu ne urbis uultis finire ĩperiũ? atqui aut plebs nõ ẽ habenda:aut habendi sũt tribuni plebis nos citius caruerimus patritiis magistratibus: quã illi plebeiis.nouã inexpertãq; eã potestatẽ eripuere patribus nostris:ne nũc dulcedie semel capti ferãt desideriũ? cũ præsertim nec nos tẽperemus ĩperiis: quo minus illi auxilii egeãt.Cũ hæc ex oĩ parte iactarent:uicti cõsensu decẽuiri:futuros se:quãdo ita uideatur:ĩ potestate patrũ affirmãt:id modo simul orãt ac monẽt:ut ipsis ab iuidia caueat:ne suo sanguine ad supplicia patrũ plebẽ assuefaciãt.Tũ Valerius:Horatiusq; missi ad plebẽ cõditionibus:quibus uideret:reuocãdã cõponendasq; res:decẽuiris quoq; ab ira & impetu multitudinis præcauere iubent.Profecti gaudio ingenti plebis accipiũtur ĩ castra:quippe liberatores haud dubie:& motus initio:& exitu rei: ob hæc iis aduenientibus gratiæ actæ.Icilius ꝓ multitudine uerba facit:idẽ cũ de cõditionibus agitaret:querentibus legatis:quæ postulata plebis esset:cõpositio iam ante aduẽtũ legatoꝝ cõsilio:ea postulauit:ut appareret ĩ æquitate reꝝ pluſq; ĩ armis reponi spei:potestatẽ enim tribunitiã:ꝓuocationẽq; repetebant: quæ ante decenuiros creatos auxilia plebis fuerant:& necui fraudi esset cõsciſse milites:aut plebem ad repetendã ꝓ secessionem libertatem.De decẽuirorum modo supplicio atrox postulatum fuit:dedi quippe eos æquũ censebant:uiuosq; igni crematuros minabantur.Legati ad eã.Quæ consilii fuerunt: adeo æqua postulastis:ut ultro deferenda fuerint:libertati enim ea præsidia petitis:non licentiæ ad impugnandum alios.iræ uestræ magis ignoscendũ:quã indulgendũ est:quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis: & prius pene:quã ipsi liberi sitis:dominari iam ĩ aduersarios uultis.Nunquã ne quiesceret ciuitas nostra a supplicĩis:aut patrum in plebem romanam:aut plebis in patres? Scuto magis uobis:quam gladio opus est. satis superq; humilis est:qui iure æquo in ciuitate uiuit:nec inferendo iniuriam:nec patiendo etiam:si quando

metuendos uos præbituri estis.cum recuperatis magistratibus legibusq; uestris:iudicia penes uos erunt: de capite nostro fortunisq; tunc:ut quæq; causa erit.statuetis:nūc libertate repeti satis est.Facerent:ut uel lēt pmittētibus cūctis:mox redituros se legati rebus pfectis affirmāt.Profecti cū mādata plebis patribus exposuissēt:alii decēuiri quādoquidē præter spem ipsoꝝ supplicii sui nulla mētio fieret:haud quicquam abnuere.Appius truci īgenio & inuidia præcipua:odiū ī se aliosꝝ suo ī eos metiens odio: aut ignaro:īquit: īminet fortuna:uideo:donec arma aduersariis tradantur differri aduersus nos certamē:dandus iuidiæ est sanguis.nihil nę ego quidē moror:quo minus decēuiratu abeam.Factū senatusconsultū ut decēuiri se primo quoq; tpe magistratu abdicarēt:& necui fraudi esset secessio militū plebisq;.His senatusconsultis pfectis:dimisso senatu:decēuiri ꝓdeunt ī cōcionē:abdicantq; se magistratu ingenti hoium lætitia.Nunciant hæc plebi p legatos:quicquid ī urbe hoium superat:,psequit:huic multitudini læta alia turba ex castris occurrit:gratulant libertatem cōcordiamq; ciuitati restitutā.Legati ,p cōcione:quod bonum fœlix fausturq; sit uobis:reiq; publicæ:redite ī patriā ad penates cōiuges liberosq; uestros.sed qua hic modestia fuistis ubi nullus ager ī tot usu reꝝ necessario tātæ multidini ē uiolatus:eā modestiā ferte ī urbē.ī Auentinū ite:unde ,pfecti estis:ibi fœlici loco:ubi prima initia ĩchoastis:libertatis uestræ tribunos plebis creabitis.præsto erit pōtifex maximus:qui comitia habeat.Ingēs assensus alacritasq; cūcta approbātiū fuit.cōuellūt inde signa:profectiq; Romam certāt cum obuiis gaudio:armati p urbē filētio ī auentinū ꝓueniūt.ibi extemplo: pōtifice comitia habēte tribunos plebis creauerūt primū omniū.A.Virginium:inde.L.Icilium:&.P.Numitoriū auunculū Virginii auctores secessionis:tū.C.Siciniū ,pgenie eius:quē primū tribunū plebis creatū ī sacro mōte ,peditū memoriæ est:&.M.Duillium:qui tribunatū insignē ante decēuiros creatos gesserat: nec ī decēuiralibus certaminibus plebi defuerat:spe deinde magis:quā meritis electi.M.Titinius.M.Pōponius: C.Apronius:Ap.Iulius.C.Oppius. Tribunato inito.L.Icilius extēplo plebem rogauit:& plebs sciuit:necui fraudi esset secessio a decēuiris facta:cōfestim de cōsulibus creādis cū ,puocatione.M. Duillius rogationē ptulit.ea oīa in pratis flaminiis cōcilio plebis acta:quē nūc circum flaminiū appellant.Per ītterregē deinde cōsules creati.L.Valerius:&.M.Horatius:qui extēplo magistratū acceperūt:quoꝝ cōsulatus popularis sine ulla patrū iniuria nec sine offensione fuit:quicquid enī libertati plebis caueretur : id suis decedere opibus credebant.Omnium primū:cū ueluti in cōtrouerso iure esset,tenerentne patres plebiscitis:legem cēturiatis comitiis tulere:ut qđ tribuni plebis iussissent:populū teneret.qūa lege tribuniciis rogatiōibus telum acerrimū datum est.Aliā deinde cōsularē legē de ,puocatione unicū præsidiū libertatis decēuirali potestate euersā nō constituūt modo:sed etiā ī posteꝝ muniūt:sanciēdo nouā legē:nequis ullū magistratum sine ,puocatione crearet:qui creasset:eū ius fasq; esset ,occidi : neue ea cædes capitali noxæ haberetur. Et cū plebē hiuc ,puocatione hinc tribunitio auxilio satis firmassent:ipsis quoq; tribunis ut sacrosancti uiderent:cuius rei prope iam memoria aboleuerat:relatis quibusdā ex magno interuallo cerimoniis renouarunt:& cū religione iuiolatos eos tū lege etiā fecerūt:sanciendo ut qui tribunis plebis:ædilibus:iudicibus decēuiris nocuisset:eius caput Ioui sacrū esset:familia ad ædē Cereris liberi liberæq; uenū irent. Hac lege iuris ītterpretes negāt quēq; sacrosanctū esse:sed eum:qui deoꝝ cuiquā nocuerit:id sacrum sanciri. Itaque ædilem prehendi:duciq; a maioribus magistratibus.qđ & si nō iure fiat:noceri enim ei:cui hac lege non liceat:tamē argumētum est:nō haberi ,p sacrosancto ædilem.Tribunos uetere iureiurādo plebis:cum primum eam potestatē creauit:sacrosanctos esse.Fuerunt : qui ītterpretarentur eadem hac horatia lege cōsulibus quoq;:& prætoribus.quia eisdem auspiciis:quibus consules crearentur:cautum esse . Iudicem enim consulem appellari.Quæ refellitur interpretatio:quod his tēporibus nondum cōsulem iudicem:sed prætorem appellari mos fuerit.Hæ cōsulares leges fuere.Institutum etiā ab iisdem consulibus ut senatus consulta ī ædem Cereris ad ædiles plebis deferrētur:quæ ante arbitrio consulum supprimebantur:nunciabāturq;.M.Duillius deīde tribunus plebis plebem rogauit:plebesq; sciuit:qui plebem sine tribunis reliquisset:quicq; magistratū sine ,puocatione creasset:tergo ac capite puniretur.Hæc omnia ut inuitis : ita nō aduersantibus patritiis transacta:quia nōdum in quēquā unū scæuiebatur. Fundata deīde & potestate tribunitia:& plebis libertate:tū tribuni aggredi singulos tutum maturumq; iam rati:accusatorem primū Virginium:& Appium reum deligunt.Cum diem Appio Virginius dixisset:& Appius stipatus patritiis iuuenibus ī forum descendisset:redintegrata est extemplo omnis memoria fœdissimæ potestatis : cum ipsum satellitesq; eius uidissent.Tum Virginius oratio:inquit:rebus dubiis inuenta est.Itaq; neq; ego accusando apud uos eum tempus teram : a cuius crudelitate uosmetipsi armis uindicastis:nec istum ad cætera scelera ipudentiam in defendendo se adiicere patiar.omniū igitur tibi Ap.Claudi : quæ impie nefarieq; per biennium alia super alia es ausus:gratiam facio:unius tantum criminis:nisi te uindices:ab libertate in seruitutem contra leges uindicias nō dedisse:in uincula te duci iubeo.Nec in tribunitio auxilio Appius: nec in iudicio populi ullam spem habebat:attamen & tribunos appellauit:& nullo morante arreptus a uiatore prouoco:inquit.Audita uox una libertatis:ex eo missa ore:quo uidiciæ nuper ab libertate dictæ erāt: silētium fecit.Et dum pro se quisq; deos & non negligere humana fremunt:& superbiæ crudelitatiq;:& si seras:nō leues tamen uenire pœnas:prouocare:qui prouocationem sustulisset:& iplorare præsidium populi:qui omnia iura populi obtrisset:rapiq; in uincula egentem iure libertatis:qui liberum corpus in seruitutem addixisset.Ipsius Appii inter concionis murmur fidem populi romani iplorantis uox audiebatur:

maiorum merita in remp.militiæq; commemorabat:suum infelix erga plebem romanam studiũ coequã
darum legum causa:cũ maxima offensione patrum consulatu abisset:suas leges:quibus manẽtibus: lator
earum ĩ uincula ducatur. Cæterum sua propria bona malaq; cum causæ dicẽdæ data facultas sit,tũ se ex-
perturum:in præsentia se communi iure ciuitatis ciuem romanũ dicta die postulare:ut dicere liceat:ut iu-
dicium po.romani experiri.non ita se inuidiam pertinuisse:ut nihil in æquitate;& misericordia ciuium
suorum spei habeat.Quod si in dicta causa in uincula ducatur:iterum se tribunos plebis appellare:& mo-
nere ne imitentur:quos oderint.Quod si tribuni eodem fœdere obligatos se fateanť:tollendæ appellatio
nis causa:in quam conspirasse decẽuiros criminati sint:ait se prouocare ad populum:ĩplorare leges de pro
uocatione & consulares & tribunitias eo ipso anno latas.Quem enĩ prouocaturũ:si hoc indemnato in di-
cta causa non liceat:cui plebeio & humili præsidium in legibus fore:si.Ap. Claudio non sit:se documẽto
futurum utrum nouis legibus dominatio:an libertas firmata sit & appellatio prouocatioq; aduersus iniu
riam magistratuũ ostentata tãtum inanibus litteris:an uere data sit.Contra ea Virginius:unum.Ap.Clau-
dium:&legũ experte:& ciuilis & humani fœderis eẽ aiebat. respicerẽt tribunal homines castellum omniũ
scelerum:ubi decẽuir ille perpetuus bonis tergo:sanguini ciuium infestus:uirgas securesq; omnibus mini
tans:deorum hominumq; cõtemptor.carnificibus non lictoribus stipatus:iam ab rapinis:& cædibus ani-
mo ad libidinem uerso:uirginem ingenuam in oculis populi romani:uelut bello captã:a complexu patris
abreptã;ministro cubiculi sui clienti dono dederit.ubi crudeli iudicio nefãdisq; uindiciis dextram patris
in filiam armauerit.ubi tollẽtis corpus semianime uirginis sponsũ auumq; in carcerẽ duci iusserit:stupro
interpellato magis:quam cæde motus:& illi carcerem ædificatũ esse:quod domiciliũ plebis romanæ uo-
care sit solitus.Proinde ut ille iterum ac sæpius prouocet:sic se itez ac sæpius iudicẽ illi ferre:ne uindicias
ĩ seruitutem ab libertate dederit: si ad iudicem non eat:pro damnato in uicula duci iubere. Vt haud quo-
quã improbante:sic magno motu animorum:cum tanti uiri supplicio sua & plebi iam nimia libertas ui-
deretur:in carcerem est coniectus.tribunus ei diem prædixit Inter hæc a latinis & hernicis legati gratula-
tum de concordia patrum:ac plebis Romã uenerũt:donũq; ob eam loui optimo maximo coronã aureã
in capitolio tulere parui ponderis:prout res haud opulentæ erãt:colebãturq; religiones pie magis:quã ma
gnifice.Iisdem auctoribus cognitum equos uolscosq; summa ui bellũ apparare.Itaq; partiri prouincias cõ-
sules iussi.Horatio Sabini:Valerio Equi euenere.Cum ad ea bella delectũ edixissent:fauore plebis non iu-
niores modo:sed etiã emeritis stipendiis pars magna uolũtarioz ad nomina danda præsto fuere:eoq; nõ
copia modo:sed genere etiam militũ ueteranis admixtis firmior exercitus fuit.Priusquã urbẽ egrederenť:
leges decenuirales:qbus tabulis duodecim ẽ nomẽ:ĩ æs ĩcisas ĩ publico proposuerũt.Sũt qui iussu tribu-
norum ædiles functos eo ministerio scribãt.C.Claudius:qui perosus decenuiroz scelera: & ante ois fra-
tris filii supbiæ ĩ festus:Regillũ antiquã ĩ patriã se cõtulerat.Is magno iã natu cum ad picula eius deprẽ-
cãda redisset:cuius uitia fugerat:sordidatus cum gentilibus clientibusq; ĩ foro præhensabat:singulos ora-
batq; ne claudiæ genti eam inustam maculã uellent:ut carcere & uiculis uiderentur digni:uirũ honoratis
simæ imagis:futurum ad posteros legum latorem:conditoremque romani iuris iacere uictum ĩter fures
nocturnos ac latrones.auerterent ab ira parũper ad cognitionem cogitationemque aios:& potius unum
tot.Claudiis deprecantibus condonarent:quã propter unius odiũ multorũ preces aspernarẽtur.se quoq;
id generi ac nomini dare:nec cum eo ĩ gratiam redisse:cuius aduersæ fortunæ uelit succursum:uirtute li-
bertatem recuperatam esse:clæmentia concordiam ordinũ stabiliri posse.Erãt:quos moueret magis sua
pietate:quam eius:pro quo agebat:causa:sed Virginius ut sui potius misererentur:orabat:filiæq;:nec gen-
tis claudiæ regnum.ĩ plebe sortitæ:sed necessariorũ Virginiæ trium tribunoz preces audirẽt:qui ad auxi
lium plebis creati ipsi plebis fidem atq; auxilium implorarent.Iustiores hæ lacrymæ uidebãtur. Itaq; spe-
icisa: priusquam prædicta dies adesset:Appius sibi mortem cõsciuit.Subide arreptus a.P. Numitorio. Sp.
Oppius inuidiæ ꝓximus:quod in urbe fuerat:cũ iiustæ uindiciæ a collega dicerentur.plus tamen facta in-
iuria Oppio:quam non ꝓhibita iuidiæ fecit:testis ꝓductus:qui.vii.&.xx.enumeratis stipẽdiis:octies extra
ordinem donatus: donaq; ea gerens ĩ conspectu populi:scissaque ueste tergum laceratum uirgis ostendit:
nihilum deprecans:quin:siquam suam noxam reus dicere posset:priuatus in se iterũ sæuiret.Oppius quo-
que ductus ĩ uincula est:& ante iudicii diem finẽ ibi uitæ fecit.bona Claudii Oppiiq; tribuni publicauere.
collegæ eorum exilii causa solum uerterũt:bona publicata sũt.&.M.Claudius assertor Virginiæ die dicta
damnatus:ipso remittente Virginio ultimã pœnã:dimissus Tybur exulatũ abiit:manesq; Virginiæ mor-
tuæ:quã uiuæ feliciores:per tot pœnas uagati:nullo relicto sõte:tandẽ quieuerũt.Ingens metus incesserat
patres:uultusq; iam inde tribunoz erãt:qui decẽuiroz fuerãt:cũ.M.Duillius tribunus plebis inhibito sa-
lubriter modo nimiæ potestatis.Et libertatis:iquit:nostræ:& pœnaz ex inimicis satis ẽ:itaq; hoc ãno nec
diẽ dici cuiquã:nec ĩ uicula duci quẽquã sum passurus:nã neq; uetera peccata repeti iã oblitterata placet:
cũ etiã noua expiata sint decẽuiroz supplicĩis:& nihil admissũ iri:quod uim tribunitiam desideret; spon-
det perpetua cõsulũ amboz ĩ libertate uestra tuẽda cura.Ea primũ moderatio tribuni metũ patribus dẽ-
psit:eadẽq; auxit cõsulum inuidiã:quod adeo toti plebis fuissent:ut patrũ salutis:libertatisq; prior plebeio
magistratui:quam patritio cura fuisset,& ante inimicos satietas pœnarum suarum cepisset: quam obuiã
ituros licentiæ eorum consules appareret.Multiq; erant:qui melius consultum dicerent: quod legum ab

iis latarum patres auctores fuisset: neque erat dubium: quin: turbato reipublicæ statu: tempori succubuissent. Consules rebus urbanis compositis: fundatoque plebis statu: in prouincias diuersi abiere. Valerius aduersus coniunctos iam in Algido exercitus Equorum: Volscorúq; sustinuit consilio bellú. Quod si extemplo rem fortunæ cõmisisset: haud scio: an qui tum animi ab decẽuirorum infelicibus auspicius romanis hostibusq; erãt: magno detrimento certamen statuꝫ fuerit. Castris mille passuum ab hoste positis: copias continebat. hostes medium ĩter bina castra spatiú acie ĩstructa. cõplebant: prouocantibusq; ad prælium responsum romanus nemo reddebat. Tandem fatigati stando: ac nequicquam expectãdo certamẽ: Equi Volsciq; posteaq̃ concessum ꝑpe modum de uictoria credebant: pars ĩ hernicos: pars ĩ latinos prædatum abeunt. relíquitur magis castris præsidium: quam satis uirium ad certamẽ. Quod ubi sensit cõsul: reddit illatum antea terrorem: instructaq; acie ultro hostem lacessit. ubi illi conscientia: quid abesset uirium: detrectauere pugnam: creuit extemplo romanis animus: & pro uictis habebant pauẽtes intra uallum: cum per totum diem stetissent intenti ad certamen: nocti cessere: & romani quidem pleni spei corpora curabant. haud quaquam pari hostes animo: nuncios passim trepidi ad reuocandos prædatores dimittunt: recurritur ex proximis locis: ulteriores non inuenti. Vbi illuxit: egreditur castris romanus uallum inuasurus: ni copia pugnæ fieret: & posteaquam multa iam dies erat: neq; mouebatur quicquam ab hoste: iubet signa inferri consul motaq; acie indignatio Equos: & Volscos incessit: si uictores exercitus uallum potius: quam uirtus & arma tegerẽt. igitur & ipsi efflagitatum ab ducibus signũ pugnæ accepere. lãq; pars egressa portis erat: deinceps alii seruabant ordinem in suum quisque locum descendentes: cũ consul romanus: priusquam totis uiribus fulta constaret hostium acies: intulit signa: adortusq; nec omnes dum eductos: nec qui erant: satis explicatis ordinibus: prope fluctuantem turbam trepidantium huc atq; illuc: circũspectantiumq; se ac suos: addito turbatis mentibus clamore atq; impetu iuadit. Rettulere primo pedem hostes: deinde: cum animos collegissent: & undiq; duces uictis: necessuri essent: increparẽt: restituitur pugna. Cõsul ex altera parte romanos meminisse iubebat: illo die primum liberos pro libera urbe romana pugnare: sibimetipsis uicturos non ut decenuirorum uictores præmium essent: non Appio duce rem geri: sed cõsule Valerio a liberatoribus populi romani orto: liberatore ipso ostenderent prioribus præliis ꝑ duces nõ ꝑ milites stetisse: ne uicerent. turpe esse contra ciues plus animi habuisse: quam contra hostes: & domi: quã foris seruitutem magis timuisse. Vnam Virginiam fuisse: cuius pudicitiæ ĩ pace piculũ esset. Vnum Appium ciuem periculose libidinis: at si fortuna belli ĩclinet ab tot milibus hostium periculũ fore. Nolle ominari: quæ nec Iupiter: nec Mars pater passuri sint: iis auspiciis conditæ urbi accidere. Auentini sacriq; mõtis admonebat: ut ubi libertas parta esset paucis ante mensibus: eo imperium illibatum referrent: ostenderentq; eandem indolẽ militibus romanis post exactos decenuiros esse: quæ ante creatos fuerit: nec æquatis legibus imminutam uirtutem populi romani esse. Hæc ubi ĩter signa peditum dicta dedit: aduolat deinde ad equites. Agite iuuenes: inquit: præstate uirtute peditem: ut honore atque ordine præstatis: primo concursu pedes mouebit hostem: pulsum uos immissis equis exigite campo: nõ sustinebũt impetũ: & nũc cũctantur magis: quam resistunt. Concitant equos: permittuntq; in hostem pedestri iam turbatũ pugna: perruptis ordinibus elati ad nouissimam aciem: pars libero spatio circunuecti iam fugam undiq; capessẽtes pleroscq; a castris auertunt: præterequitantesq; absterrent peditum acies. & consul ipse uisq; omnis belli fertur in castra: captisq; cum ingenti cæde maiore præda potitur. Huius pugnæ fama perlata non in urbẽ modo: sed in Sabinos ad alterum exercitum: ĩ urbe modo lætitia celebrata est: in castris animos militũ ad æmulandum decus accendit. Iam Horatius eos excursionibus sufficiendo: præliisq; leuibus experiundo: assuefecerat sibi potius fidere: quam meminisse ignominiæ decenuirorum ductu acceptæ: paruaq; certamina in summam totius profecerant spei. Nec cessabant sabini feroces ab re priore anno bene gesta lacessere atq; instare: rogitantes quid latrocinii modo procursantes pauci: recurrentesq; terrerent tempus? & in multa prælia paruaq; carperent summam unius belli? quin illi congrederentur acie: inclinandamq; semel fortunæ rem darent? Ad id: quod sua sponte satis collectum animorum erat: indignitate etiam romani accendebantur: iam alterum exercitum uictorem in urbem redditurum: sibi ultro per contumelias hostẽ insultare: quando autem se: si tum non sint: pares: hostibus fore? Vbi hæc fremere militem in castris consul sensit: concione aduocata: Quemadmodum: inquit: in Algido res gesta sit: arbitror uos milites audisse: qualem liberi populi exercitum decuit esse: talis fuit: consilio collegæ uirtute militum uictoria parta est. Quod ad me attinet: id consilii animiq; habiturus sum: quod uos milites mihi effeceritis: & trahi bellũ salubriter & mature ꝑfici põt: si trahẽdũ ẽ: ego: ut ĩ dies spes uirtusq; uestra crescat: eadẽ: qua ĩstitui disciplĩa: efficiã: si satis aĩ est: decerniq; placet: agitedũ clamorem: qualẽ in acie sublaturi estis: tollite hic indicem uoluntatis uirtutisque uestræ. Posteaquã ĩgẽti alacritate clamor est sublatus: quod bene uertat gestuꝫ se illis morẽ: posteroq; die ĩ aciẽ deducturum affirmat: reliquũ dei apparandis armis cõsũptũ ẽ. Postero die simul ĩstrui romanã aciẽ uidere sabini: & ipsi iãpridẽ auidi certamis procedũt. Prælio fuit q̃le ĩter fidẽtes sibimet ãbos exercitus: ueteris ꝑpetuæq; alteꝫ gloriæ: alteꝫ nup noua uictoria ellatũ. Cõsilio etiã sabini uires adiuuere: nã cum æquassẽt aciẽ: duo extra ordinẽ millia: quæ ĩ siniſtꝫ cornu romanoꝫ ĩ ipso certamiẽ ĩpressionẽ facerẽt: tenuere. quæ ubi illatis ex trãsuerso signis degrauabãt ꝑpe circũuẽtũ cornu: eqtes duaꝫ legionũ sexcẽti fere ex equis desiliũt: cedẽtibusq; suis ꝑuolãt ĩ primũ: simulq; & ho-

sti se opponũt: & æq̃to primũ ꝑiculo pudore deide aĩos peditũ accẽdũt. uerecũdiæ erat eq̃tẽ suo alienoq; marte pugnare: peditem ne ad pedes q̃dẽ digresso eq̃ti paré eé. Vadũt igit̃ ĩ præliũ ab sua parte omissũ: & locũ: ex quo excesserãt: repetũt: mométoq; nõ restituta mõ pugna: sed inclinat̃ ét sabinis cornu: eques iter ordies peditũ tectus se ad equos recipit. Trãsuolat ide ĩ partẽ alterã suis uictoriæ nũcius: simul & ĩ hostes iã pauidos: quippe fuso suæ partis ualidiore cornu: ĩpetum facit. nõ alioq; eo prælio uirtus magis enituit. cõsul prouidere oĩa: laudare fortes: ĩcrepare sicubi segnior pugna esset. castigati fortiũ opera ædebãt: tantũq; hos pudor: quantũ alios laudes excitabãt. Redintegrato clamore: undiq; oẽs cõnixi hostẽ auertũt: nec deinde rõana uis sustineri potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad prædã relinquũt. ibi nõ sociorũ: sicut in Algido: res: sed suas rõanus populationibus agroq; amissas recepit. Gemĩa uictoria duobus bifariã prælĩis parta: maligne senatus ĩ unũ diem supplicationes consulũ nomĩe decreuit. populus ĩiussu & altero die frequẽs init: supplicatũq; est. & hæc uaga populariscq; supplicatio studiis prope celebratior fuit. Consules ex cõposito eodẽ biduo ad urbem accessere: senatũq; ĩ martiũ campũ euocare. ubi cũ de rebus a se gestis agerent: questi primores patrũ senatũ ĩter milites dedita opera terroris causa haberi. itaq; ide consules: ne crimĩationi locus esset: ĩ prata flaminia: ubi nũc ædes Apollinis: iam tũ apollinaré appellabãt: auocauere senatũ: ubi cũ ingenti cõsensu patrũ negaretur triũphus. L. Icilius tribunus plebis tulit ad populũ de triũpho consulũ. multis dissuasum ꝓdeuntibus. maxĩe. C. Claudio uociferãte: de patribus: non de hostibus consules triũphare uelle: gratiamq; ꝓ priuato merito in tribunũ non pro uirtute honorẽ peti. nunquã ante de triumpho per populum actum. semper æstimationem arbitriũq; eius honoris penes senatum fuisse: ne reges quidem maiestatem summi ordinis ĩminuisse. ne ita oĩa tribuni potestatis suæ implerent: ut nullum publicum consilium sinerent esse. ita demum liberam ciuitatem fore: ita æquatas leges: si sua quisq; iura ordo suam maiestatem teneat. In eandem sententiam multa: & a cæteris senioribus patrum cum esset dicta: omẽs tribus eam rogationem acceperunt. Tum primum sine auctoritate senatus populi iussu triũphatum est. Hæc uictoria tribunorum plebiscq; prope in haud salubrem luxuriam uertit: conspiratione inter tribunos facta: ut iidem tribuni reficerentur: & quo sua minus cupiditas emineret: consulibus quoque continuarent magistratum: consensum patrum causabantur: quo per contumeliam consulum iura plebis labefactata eẽnt. quid futurum: nondum firmatis legibus: si nouos tribũos per factiones suas consules adorti essent: non enim semper Valerios Horatioscq; consules fore: qui libertati plebis suas opes postferrent. Forte quadam utili ad tempus: ut comitiis præesset: potissimum. M. Duillio sorte euenit uiro prudenti: & ex continuatione magistratus inuidiam imminẽtem cernenti: qui cum ex ueteribus tribunis negaret ullius se rationem habiturum: pugnarentq; collegæ: ut liberas tribus in suffragium mitteret: aut concederet sorté comitiorũ collegis habituris e lege potius comitia: quã ex uolũtate patrum: iniecta contentione Duillius consules ad subsellia accitos cum interrogasset: quid de comitiis consularibus in animo haberẽt: respondissentq; se nouos consules creaturos auctores popularis sententiæ: haud populares nactus in concionem cum iis processit. ubi cum consules producti ad populum: interrogatiq; si eos populus romanus memor libertatis per illos receptæ domi: memor militiæ rerumq; gestarum cõsules iterum faceret: quidnam facturi eẽnt: nihil sentẽtiæ suæ mutassent. Collaudatis cõsulibus: qđ perseuerarẽt ad ultimũ: dissimiles decenuiroq; esse: comitia habuit. & quinq; tribũis plebis creatis: cũ præ studiis aperte petentium nouẽ tribunoq; alii candidati tribus non explerent: cõcilium dimisit: nec deinde cõitioq; causam habuit: satisfactum legi aiebat: quæ numero nusquã præfinito tribuni mõ: ut relinquerent: sanxisset: & ab iis: qui creati essent: cooptari collegas iuberet: recitabatq; rogatiõis carmẽ: ĩ quo: si tribunos plebis fecerint: decẽ rogabo. si qui uos minus hodie decẽ tribunos plebis fecerint: utiq; quos sibi collegas cooptassent: ut illi legitimi ea lege tribuni plebei sint: ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis. Duillius cũ ad ultimum perseuerasset negando. xii. tribunos plebei rempublicam habere posse: uicta collegarum cupiditate: pariter patribus plebique acceptus magistratu abiit. Noui tribuni plebis in cooptandis collegis patrum uoluntatem fouerunt: duos etiam patritios consularesque. Sp. Tarpeium: &. A. Aeternium cooptauere. Cõsules creati. Sp. Herminius: &. T. Virginius Cælimontanus: nihil magnopere ad patrum: aut plebis causam ĩclinati: otium foris ac domi habuere. L. Trebonius tribunus plebis infestus patribus: quod se ab iis in cooptandis tribunis fraude captum proditumque a collegis aiebat: rogationem tulit: ut qui plebem romanam tribunis plebis rogaret: is usque eo rogaret dum. x. tribunos plebei faceret: insectandisque patribus (unde Aspero etiam inditum est cognomen) tribunatum gessit. Inde. M. Geganius Macrinus: &. C. Iunius consules facti. Conciones tribunorum aduersus nobilium iuuentutem ortas: sine insectatione potestatis eius: conseruata maiestate patrum: sedauere. Plebem decreto ad bellum Volscorum & Equorum delectu sustinendo: rem ab seditionibus continuere. Vrbano quoque otio foris omnia tranquilla esse: affirmãtes per discordias ciuiles externos tollere animos. Cura pacis concordiæ quoque intestinæ causa fuit. Sed alter sẽp ordo grauis alterius modestiæ erat. qescẽti plebi ab iunioribus patrũ ĩiuriæ fieri cœptæ: ubi tribũi auxilio hũilioribus essẽt: ĩ primis paꝛ ꝓderat: deĩde ne ipsi quidẽ inuiolati erãt. utique postremis mensibus cum & per conciones potentiorum ĩiuria fieret: & uis potestatis omnis aliquanto posteriore ãni parte lãguidior ferme esset: iãq; plebs ita ĩ tribunatũ poneret spei aliq̃d: si similes Icilio tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse. Seniores contra patrum ut nimis feroces suos credere iuuenes: ita male: si modus excedendus esset: suis quam aduersariis supereſſe animos: adeo moderatio tuendæ

ſtructus:ut dexteq; cornu ueientes:ſiniſtrum faliſci tenerent:medii fidenates eẽnt.Dictator dextero cornu aduerſus faliſcos:ſiniſtro cõtra ueientem Capitolinus Quintius intulit ſigna:ante mediã aciem cũ equitatu magiſter equitum proceſſit.Parũper ſilẽtium & quies fuit:nec hetruſcis:niſi cogerentur:pugnã inituris: & dictatore arcem romanã reſpectante:ut ex auguribus ſimul aues rite admiſſæ eẽnt: excõpoſito tolleret ſignum.Quod ſimul ubi cõſpexit primos equites:clamore ſublato:in hoſtem emiſit: ſecuta peditũ acies ingenti ui conflixit.nulla parte legiones hetruſcæ ſuſtinere ipetum romanoq;.eques maxie reſiſtebat: equitumq; longe fortiſſimus ipſe rex:ab omni parte effuſe ſequẽtibus obequitans romanis trahebat certamẽ. Erat tum iter equites tribunus militum.A.Cornelius Coſſus eximia pulchritudie corporis animo ac uiribus par:memorq; generis:quod ampliſſimũ acceptum maius auctiuſq; reliquit poſteris.Is:cum ad ipetum Tolumnii quacunq; ſe intendiſſet: trepidãtes romanas uideret turmas:inſignéq; eum regio habitu uolitãtem tota acie cognouiſſet:hiccine é:inquit:ruptor fœderis hũani:uiolatorq; gẽtiũ iuris? iã ego hãc macta tam uictimam:ſi mõ ſancti quicquã in terris eé dii uolũt:legatoq; manibus dabo: calcaribus ſubditis:inſeſta cuſpide in unũ fertur hoſtẽ:quẽ:cum ictum equo deieciſſet: confeſtim & ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit.aſſurgentem ibi regẽ umbone reſupinat;repetitũq; ſæpius cuſpide ad terrã affixit.tum exangui detracta ſpolia:caputq; abſciſſum uictor ſpiculo gerens:terrore cæſi regis hoſtes fundit.ita equitũ quoq; fuſa acies:quæ una fecerat anceps certamẽ.Dictator: fugatis legionibus:inſtat:& ad caſtra compulſos cædit: fidenatiũ plurimi locoq; notitia effugere in montes.Coſſus tyberim cũ equitatu tranſuectus : ex agro ueientano ingentẽ detulit prædam ad urbẽ. Inter præliũ & ad caſtra romana pugnatũ eſt:aduerſus parte copiarum ab Tolumnio:ut ante dictũ eſt:ad caſtra miſſam.Fabius Vibulanus corona primũ uallũ defendit: intentos deinde hoſtes in uallũ:egreſſus dextera.principali cum triariis repente inuadit:quo pauore iniecto cædes minor:quia pauciores erant:fuga non minus trepida : quam in acie fuit . Omnibus locis re bene geſta:dictator ſenatuſconſulto iuſſuq; populi triumphás in urbem redit. Longe maximũ triũphi ſpectaculum fuit Coſſus: ſpolia opima regis interfecti gerens in eum milites carmina incondita æquantes eum Romulo canere.Spolia in æde Iouis Feretrii prope Romuli ſpolia: quæ prima opima appellata ſola ea tẽpeſtate erant: cũ ſolenni dedicatione dono fixit:aduerteratq; in ſe a curru dictatoris ciuium ora:& celebritatis eius diei fructum prope ſolus tulerat.Dictator coronam aureã libræ pondo ex publica pecunia populi iuſſu in capitolio Ioui donum poſuit.Omnes ante me auctores ſecutus.A.Cornelium Coſſum tribunum militum ſecunda ſpolia opima Iouis Feretrii templo intuliſſe expoſui. Cæterum præterquã quod ea rite opima ſpolia habẽtur:quæ dux duci detraxerit: nec ducem nouimus:niſi cuius auſpicio bellum geritẽ: titulus ipſe ſpoliis inſcriptus illos meq; arguit conſulem ea Coſſum cepiſſe.hoc ego cum Auguſtum cæſarem temploq; oĩum conditorem aut reſtitutorẽ ingreſſum ædem Feretrii Iouis:quã uetuſtate dilapſam refecit:ſeipſum in thorace linteo ſcriptũ legiſſe audiſſem:prope ſacrilegium ratus ſum Coſſum ſpolioq; ſuorum:Cæſarẽq; ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem:qui ſi ea i re error:qđ tam ueteres ánales quodque magiſtratuum libri quos linteos in æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores: ſeptimo poſt demum anno cum.T.Quintio Pœno aulum Cornelium Coſſum conſulem habeant: exiſtimatio cõmunis omnibus eſt:nam etiam illud accedit: ne tam clara pugna in eum ánum tranſferri poſſet: quod imbelle triennium ferme peſtilentia inopiaq; frugum circa.M.Corneliũ conſulem fuit:adeo ut quidam annales uelut funeſti nihil præter nomina conſulum ſuggerant.tertius ab conſulatu Coſſi annus tribunum eum militum conſulari poteſtate habet . eodem anno magiſtrum equitum quo in imperio alterã inſignem edidit pugnam equeſtrem. ea libera coniectura eſt.Sed:ut ego arbitror:uana uerſare in oés opiniones licet:cum auctor pugnæ recentibus ſpoliis in ſacra ſede poſitis:Iouem prope ipſum:cui uota erant: Romulumq; intuens:haud ſpernẽdos falſi tituli teſtes:ſeſe.A.Cornelium cõſulem ſcripſerit.M. Cornelio Maluginẽſe.L.Papyrio Craſſo cõſulibus:exercitus in agrũ ueientem ac faliſcum ducti:prædæ abactæ hominum pecorũq; : hoſtis inagris nuſquã inuentus:neq; pugnandi copia facta.urbes tamẽ nõ oppugnatæ: quia peſtilentia populum inuaſit & ſeditiones domi quæſitæ ſunt: nec motæ tamen ab .Sp.Melio tri. pl. qui fauore nominis moturum ſe aliquid ratus : & Minutio diẽ dixerat:& rogationem de publicandis bonis Seruilii Halæ tulerat: falſis criminibus a Minutio circunuentum Melium arguens . Seruilio cædẽ ciuis indemnati obiiciens: quæ uaniora ad populum ipſo auctore fuere Cæterum magis uis morbi ingraueſcens curæ erat terroreſque ac prodigia:maxieq; crebris motibus terræ ruere in agris nũciabant tecta: obſecratio itaq; a populo duunuiris præeuntibus facta.Peſtilẽtior inde annus Claudio Iulio iterum: &.L. Virginio cõſulibus:tãtum metum uaſtitatis in urbe agriſque fecit:ut non modo prædãdi cauſa quiſquã ex agro romano nõ exiret:belliue inferẽdi memoria patribus aut plebi eſſet:ſed ultro fidenates:qui ſe primo aut oppido aut mõtibus aut muris tenuerãt : populabũdi deſcenderẽt ĩ agrum romanum : deinde ueiẽtium exercitu accito : nam faliſci perpelli ad inſtaurãdum bellum:neque clade romanorum:neque ſociorum precibus potuere. Duo populi tranſiere anienem:atq; haud procul collina porta ſigna habuere. Trepidatum itaq; non in agris magis:quam in urbe é. Iulius conſul in aggere muriſq; explicat copias ab Virginio ſenatus ĩ æde Quirini cõſulitur:dictatorẽ dici.Qu.Seruiliũ placet:cuiq; Priſco alii:alii Structo fuiſſe cognomẽ tradũt:Virginius:dũ collegã cõſuleret:moratus : pmittẽte eo nocte dictatorẽ dixit:is ſibi magiſtrũ eqtũ Poſthumiũ Ebuciũ Heluiũ dicit.Dictator oés luce prima extra portã collinã ad eẽ iubet:q

buſcunque uires ſuppetebant ad arma ferenda:præſto fuere:ſigna ex ærario prompta feruntur ad dictatorem:quæ cũ agerentur:hoſtes in loca altiora conceſſere eo dictator agmine infeſto ſubit:ne procul Nomento:ſignis collatis:fudit hetruſcas legiones:compulit inde in urbẽ Fidenas:ualloq; circũdedit.ſed neq; ſcalis capi poterat urbs alta & munita:neq; in obſidione uis ulla erat:quia frumentum non neceſſitati modo ſatis:ſed copiæ quoq; abunde ex ante conuecto ſufficiebat.Itaq; ex pugnãdi pariter cogendiq; ad deditionem ſpe amiſſa:dictator in locis propter propinquitatem notis ab auerſa parte urbis maxime neglectã: quia ſuapte natura tutiſſima erat:agere in arcem cuniculum inſtituit. Ipſe:diuerſiſſimis locis ſubeũdo ad mœnia quadrifariã diuiſo exercitu: qui alii aliis ſuccederẽt ad pugnã:cõtinenti die ac nocte prælio: ab ſẽſu operis hoſtes auertebat:donec pfoſſo a caſtris monte:erecta in arcẽ uia eſt:intẽtiſq; hetruſcis ad uanas a certo periculo minas clamor ſupra caput hoſtilis captam urbẽ oſtendit.Eo anno.G.Furius:P.Acilius:&: M.Geganius Macerinus cenſores uillam publicam in campo martio probauerunt:ibiq; primũ cenſus populi eſt actus.Eoſdem conſules in ſequenti anno refectos lulium tertium : Virginium iterum apud Macrum Licinium inuenio.Valerius Antias:&.Qu.Tubero.M.Manilium:&.Qu.Sulpicium conſules ĩ eum annum edunt.cæterum in tam diſcrepãti editione & Tubero & Macer libros linteos auctores profitẽtur: neuter tribunos militum eo anno fuiſſe traditum a ſcriptoribus antiquis diſſimulat.Licinio libros haud dubie ſequi linteos placet:& Tuberõ incertus ueri eſt ſed inter cætera uetuſtate incomperta hoc quoq; in incerto poſitum. Trepidatum in hetruria eſt poſt Fidenas captas: non ueientibus ſolum exterritis metu ſimilis excidii:ſed etiam faliſcis memoria initi primo cum iis belli:quanquam rebellantibus non affuerãt.Igitur cum duæ ciuitates: legatis circa.xii.populos miſſis:impetraſſent:ut ad Voltumnæ fanum indiceretur omni hetruriæ concilium.Velut magno inde tumultu imminẽte:ſenatus Mamercum Aemylium dictatorẽ iterum dici iuſſit.Ab eo Aurelius Poſthumius Tubero magiſter equitum eſt dictus : bellumq; tanto maiore:quam proximo conatu apparatum eſt : quanto plus erat ab omni hetruria periculi : quam ab duobus populis fuerat. Ea res aliquanto expectatione omnium tranqlior fuit.Itaq; cum renũciatum a mercatoribus eſſet:negata ueientibus auxilia:iuſſoq; ſuo conſilio bellum initum ſuis uiribus exequi:nec aduerſa rerum quærere ſocios:cum quibus ſpem integram communicati non ſint:tum dictator neq; quam creatus eſſet:materia quærende bello gloriæ adempta:in pace aliquid operis edere:quod monumẽtum eſſet dictaturæ cupiens:cenſuram minuere parat:ſeu nimiam poteſtatem ratus:ſeu non tam magnitudine honoris:quam diuturnitate offenſus.Concione itaq; aduocata:rem publicam foris gerendã ait:rutaq; omnia præſtanda deos immortales ſuſcepiſſe:ſe quod intra muros agendum eſſet libertati populi romani conſulturum.maximã autem eius cuſtodiã eſſe:ſi magna imperia diuturna non eſſent:& temporis modus imponeretur:quibus iuris imponi non poſſet.Alios magiſtratus annuos eſſe:quinquennalem cenſuram grauem eſſe:iiſdem per tot annos magna parte uitæ obnoxios uiuere.ſe legẽ laturum:ne plus: quã annua ac ſemeſtris cenſura eſſet.Conſenſu ingenti populi legem poſtero die pertulit:ut re ipſa:inquit:ſciatis quirites:quã mihi diuturna non placeant imperia:dictatura me abdico.depoſito ſuo magiſtratu:modo aliorum magiſtratui impoſito:fine alteri:congratulatione ac fauore ingenti populi domum eſt reductus. Cẽſores ægre paſſi Mamercum :quod magiſtratum populi romani minuiſſet:tribu mouerunt:octuplicatoq; cenſu ærarium fecerunt.Quam rem ipſum ingenti animo tuliſſe ferunt:cauſam potius ignominæ ĩtuentem:quam ignominiam.Primores patrum quanquam dimminutum cẽſuræ ius uoluiſſent:exemplo acerbitatis cenſoriæ offenſos:quippe cum ſe quiſq; diutius ac ſæpius ſubiectum cenſoribus fore cerneret: quam cenſuram geſturum.Populi certe tanta indignatio coorta dicitur:ut ſuis a cenſoribus nullius auctoritate præterquam ipſius Mamerci deterreri quiuerit. Tribuni plebis aſſiduis concionibus prohibendo conſularia comitia:cum res prope ad interregnum perducta eſſet:euicere tandem:ut tribuni militum cõſulari poteſtate crearentur.uictoriæ præmiũ:quod petebatur ut plebeius crearetur:nullũ fuit.Omnes patritii creati ſunt.M.Fabius Vibulanus.M.Folius.L.Sergius Fidenas.Peſtilẽtia eo anno aliarum rerũ otium præbuit.ædes Apollini pro ualitudine populi uota eſt. multa duunuiri ex libris placandæ deum iræ: auertendæq; a populo peſtis cauſa fecere:magna tamen clades in urbe agriſq; promiſcue hominum pecorumq;.pernicie accepta:famem cultoribus agrorũ timentes in hetruriam pomptinumq; agrũ & Cumas: poſtremo in Siciliam quoq; frumenti cauſa miſere.Conſolarium comitiorum nulla mentio habita eſt.tribuni militum conſulari poteſtate omnes patritii creati ſunt.L.Pinarius Mamercus.L.Furius Medulinus: Sp.Poſthumius Albus.Eo anno uis morbi leuata:neq; a penuria frumenti:quia ante prouiſum erat:periculum fuit.Conſilia ad mouenda bella in Volſcorum Equorumq; conciliis:& in hetruria ad fanum Voltũnæ agitata.Ibi platæ in annum res:decretoq; cautũ ne quod ante conciliũ fieret:nequicquã ueiẽte populo quærente:eandem:qua Fidenæ delectæ ſint:imminere Veiis fortunam.Interim Romæ principes plebis iã diu ne quicquã imminente ſpe maioris honoris:dum foris otiũ eſſet:cœtus ĩdicere in domos tribunorũ plebei.ibi ſecreta conſilia agitare.queri ſe a plebe adeo ſpretos:ut cum per tot annos tribuni militũ conſulari poteſtate creentur:nulli unquam plebeio ad eum honorẽ aditus fuerit.multũ puidiſſe ſuos maiores: qui cauerint:ne cui patritio plebeii magiſtratus paterẽt:aut patritios habẽdos fuiſſe tribunos plebis:adeo ſe ſuis etiã ſordere:nec a plebe minus:quam a patribus cõtemni.Alii purgare plebẽ:culpã in patres uertere: eorũ ãbitione artibuſq; fieri:ut ob ſeptũ plebi ſit ad honorẽ iter:ſi plebi reſpirare ab eorũ mixtis precibus

miniſque liceat:memorem eam ſuoꝝ inituram ſuffragia eſſe:& parto auxilio imperium quoq; aſcituram. Placet tollendæ ambitōis cauſa tribunos legem ꝓmulgare:ne cui albū ueſtimentum addere petitionis cā liceret:parua nūc res:& uix ſerio agenda uideri poſſit:quæ tūc ingenti certamine patres ac plebē accendit. Vicere tamē tribuni:ut legem ꝓferrent.apparebatq; irritatis animis plebē ad ſuos ſtudia inclinaturā: quæ ne libera eſſent:ſenatuſconſultū factum eſt:ut cōſularia comitia haberentur:tumultus cauſa fuit:quem ab Equis:& Volſcis latini:atq; Hernici nūciarant.T.Quintus.L.filius Cincinnatus eidem & Peno cognomē addit:& .Cn; Iulius Mento conſules facti:nec ultra terror belli eſt dilatus:lege ſacrata: quæ maxima apud eos uis cogendæ militiæ erat:delectu habito:utrinq; ualidi exercitus ꝓfecti in Algidum conuenere: ibiq; ſeorſum Equi:ſeorſū Volſci caſtra cōmuniuere:Intentiorq;:quā unquā ante:muniendi exercēdiq; militē cura ducibus erat.eo plus nuncii terroris Romam attulere.Senatui dici dictatorē placuit: quia & ſi ſæpe uicti populi: maiore tamē conatu:quā alias unquā: rebellarēt:& aliquantū rōanæ iuuentutis morbo abſūptū erat.Ante omnia prauitas conſulū:diſcordiaq; inter ipſos & certamina in conſiliis omnibus terrebant. Sunt qui male pugnatum ab his conſulibus in Algido auctores ſint:eāq; cām dictatoris creādi fuiſſe.Illud ſatis conſtat ad alia diſcordes: in uno aduerſus patrum uoluntatem conſenſiſſe:ne dicerent dictatorē:donec:cum alia aliis terribiliora afferrētur:nec i auctoritate ſenatus conſules eſſent:Quītus Seruilius Priſcus ſummis honoribus egregie uſus:uos:iquit:tribuni plebis: quoniam ad extrema uētum eſt: ſenatus appellat:ut in tanto diſcrimine reipublicæ dictatorem dicere cōſules prō poteſtate ueſtra cogatis.Qua uoce audita:occaſionem oblatam rati tribuni augēdæ poteſtatis ſecedūt:proq; collegio ꝓnūciant placere cōſules ſenatui dicto audiētes eſſe:ſi aduerſus cōſenſum ampliſſimi ordinis ultra tendant:in uicula ſe duci eos iuſſuros.Cōſules a tribunis:quam a ſenatu uīci maluerunt.proditum a patribus ſummi imperii ius datumq; ſubiugum tribunitiæ poteſtati conſulatum memorātes:ſi quidem cogi aliquid ꝓ poteſtate ab tribuno cōſules:& quo quid ulterius priuato timendum foret:in uincula etiam duci poſſent. Sors ut dictatorem diceret(nam ne id quidem inter collegas conuenerat)T.Quintio euenit.Is .A. Poſthumium Tubertum ſocerum ſuum ſeueriſſimi imperii uirum dictatorem dixit:ab eo.L. Iulius magiſter equitum ē dictus:ſimul edicitur & iuſtitium:neq; aliud tota urbe agi: quam bellum apparari, cognitio uacantium militiæ munere poſt bellum differtur.ita dubii quoq; inclinat ad nomina danda.& hernicis latiniſq; milites ĩperati:utrīque obnixe obeditum dictatori eſt. Hæc omīa celeritate ingenti acta:relictoq; .Cn. Iulio conſule ad præſidium urbis:&.L.Iulio magiſtro equitum ad ſubita belli miniſteria:nequa res:qua eguiſſent ī caſtris:moraretur:dictator præeūte. A.Cornelio pontifice maximo ludos magnos tumultus cauſa uouit: proſectuſque ab urbe:diuiſo cum Quintio conſule exercitu:ad hoſtes peruenit.Sicut bina caſtra hoſtium paruo inter ſe ſpatio diſtantia uiderant:ipſi quoque mille ferme paſſus ab hoſte:dictator Tuſculo: conſul Lanuuio propiorem locū caſtris ceperūt.Ita quattuor exercitus totidē munimēta planicié ī medio: nō paruis mō excurſionibus ad prælia:ſed uel ad explicādas utrinq; acies ſatis patentē habebāt.Nec ex quo caſtris caſtra collata ſunt:ceſſatū a leuibus prælliis eſt:facile patiēte dictatore cōferendo uires ſpem uniuerſæ uictoriæ tentato paulatim euētu certaminū ſuos præcipere.Itaq; hoſtes nulla ī prælio iuſto relicta ſpe:nocte adorti caſtra cōſulis:rem ī caſum ancipitis euētus cōmittunt.clamor ſubito ortus:nō cōſules mō uigiles exercitum deīde oēm:ſed dictatorē quoq; ex ſomno excuiit. Vbi præſenti ope res egebāt: cōſul nec aīo deficit nec cōſilio:pars militū portaꝝ ſtationes firmāt:pars corona uallū cingūt.In alteris apud dictatorē caſtris quo minus tumultus ē: eo plus aīaduertūt:qd opus facto ſit.miſſum extēplo ad caſtra ſubſidiū: cui.Sp: Poſthumius Albus legatus præficīt.Ipſe pte copiaꝝ paruo circuitu locū maxīe ſecretū ab tumultu petit ūde ex nec opīato aduerſū hoſtē īuadit.Qu,Sulpiciū legatū præfecit caſtris.M.Fabio legato aſſigna eqtes nec ante lucē mouere iubet:manū īter nocturnos tumultus moderatu difficilē.Oīa:quæ uel alius īperator prudēs & īpiger ī tali re præciperet ageretq;:præcepit ordīe:atq; egit. Illud eximiū cōſilii aīq; ſpecimē & neutiq; uulgatæ laudis:qđ ultro ad oppugnanda caſtra hoſtiū:unde maiore agmine ꝓfectos exploratū fuerat.M.Geganium cum cohortibus delectis miſit.Qui poſteaquam intentos homines in euentum periculi alieni:pro ſe īcautos neglectis uigiliis ſtationibuſq; eſt adortus:prius pene cepit caſtra:quā oppugnari hoſtes ſatis ſcirent.Inde fumo:ut conuenerat:datum ſignum:ubi conſpectum a dictatore eſt:exclamat: capta hoſtium caſtra nūciariq; paſſim iubet.Et iam luceſcebat:omniaq; ſub oculis erāt:& Fabius cū equitatu impetum dederat:& conſul eruptionem caſtris intrepidos iam hoſtes fecerat.Dictator autem parte altera ſubſidia:&ſecūdam aciem adortus:circunagentes ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus:hoſti undique obiecerat uictorēq; equitem peditem .Circunuenti igitur iam in medio ad unum omnes pœnas rebellionis dediſſent:ni Vectius Meſſius rex uolſcis nobilior uir factis quam genere:iam orbem uoluētes ſuos increpans clara uoce:Hic præbituri:inquit:uos tælis hoſtium eſtis indefenſi:inulti: quid igitur arma habetis:aut quid ultro bellum intuliſtis:in otio tumultuoſi:in bello ſegnes.quid hic ſtantibus ſpei eſt:an deum aliquem protecturum uos rapturumq; hinc putatis:ferro uia faciēda eſt.hac:qua mē progreſſum uideritis:agite:qui uiſuri domos:parentes:coniuges:liberos eſtis:ite mecū:non murus nec uallū:ſed armati armatis obſtant uirtute pares:neceſſitate:quæ ultimum ac maximū telum eſt; ſuperiores eſtis. Hæc locutum exequentemq; dicta redintegrato clamore ſecuti:dant impreſſionem: qua Poſthumius Albus cohortes obiecerat:& mouerunt uictorem:donec dictator pedem iam referētibus ſuis aduenit; eoq; omne

uersum est Vni uiro Messio fortuna hostiū innititur.multa utrinq; uulnera:multa passim cædes est. Iam ne duces quidem romani incruenti pugnāt.Ibi Posthumius ictus saxo perfracto capite acie excessit. Non dictatorē humerus uulneratus:nō Fabiū prope afixū equo femur:nō brachiū abscissum cōsulē ex tam ancipiti prælio sūmouit.Messiū īpetus p strātos cæde hostes cū globo fortissimoꝝ iuuenū extulit ad castra Volscoꝝ:quæ nōdū capta erāt:eodē oīs acies inclinatur.Consul effusos usq; ad uallū p secutus:ipsa castra uallumq; aggreditur. eodē & dictator alia parte copias admouet.nō segnior opugnatio est:quā pugna fu erat.Consulē signū quoq; ītra uallū iniecisse ferunt:quo milites acrius subirent:repetendoq; signo primā īpressionem factā. & dictator ptoruto uallo iam ī castra bellū intulerat: tū abiici arma passim ac dedi hostes cœpti:castrisq; & his captis:hostes præter senatores oēs uenūdati sunt.Prædæ pars sua cognoscētibus latinis atq; hernicis reddita:partē sub hasta dictator uendidit:præpositoq; consule castris ipse triumphās inuectus urbem dictatura se ab dicauit.Egregie dictaturæ tristem memoriā faciunt:qui filium ab.A.posthumio: quod occasione bene pugnandi captus: iniussu discesserit præsidio: uictorem securi pcussū tradunt::nec libet credere:& licet ī uariis opinionibus argumēto est: quod īperia malliana non posthumiana appellata sint:quē qui prior auctor tam sæui exempli foret:occupaturus insignē titulū crudelitatis fuerit: imperioso quoq; Mallio cognomē inditū:Posthumius nulla tristi nota est insignitus.C.Iulius consul ædē Apolinis:absente collega:sine sorte dedicauit:ægræ id passus Quintius:cum dimisso exercitu in urbem redisset:ne quicquā ī senatu est conquestus. Insigni magnis rebus anno additur:nihil tum ad rem romanam pertinere uisum:quod carthaginēses tanti hostes futuri:tū primū per seditiones siculoꝝ:ad partis alterius auxilium in Siciliā exercitū traiecere.Agitatum in urbe a tribunis plebis:ut tribuni militū cōsulari potestate crearentur:nec optineri potuit:consules fiunt.L.Papyrius Crassus.L.Iulius Equoꝝ legati fœdus ab senatu cū petissent:& pro fœdere deditio ostētaretur:indutias annoꝝ octo īpetrauerūt. Volscoꝝ res super acceptam in Algido cladem pertinaci certamīe inter pacis belliq; auctores in iurgia & seditiones uersa.Vni diq; otium fuit romanis.Legem demulctarum æstimatione pergratā populo:cū ab tribunis parari cōsules unius ex collegio ꝓditione excepissent.Ipsi præoccupauerūt ferre.Cōsules.L.Sergius Fidenas itēꝝ:Hostius Lucretius Tricipitinus.nihil dignū dictu actum his cōsulibus.Secuti eos cōsules .A.Cornelius Cossus: T.Quintius Pœnus itēꝝ.Veientes in agrum romanū excursiones fecerūt.Fama fuit quosdā ex fidenatiū iuuētute participes eius populatiōis fuisse.cognitio eius rei.L.Sergio:&.Qu.Seruilio: & mamerco Aemylio permissa.quidam Hostiam relegati:quod cur per eos dies afidenis ab fuissent:paꝝ constabat.colonorū additus numerus:agerq; iis bello interēptoꝝ assignatus.Sicitate eo āno plurimū laboratū est: nec cælestes modo defuerunt aquæ:sed terra quoq;:ingenito humore egens:uix ad peremnes suffecit amnes. defectus alibi aquaꝝ circa torridos fontes riuosq; stragem siti pecoꝝ morientiū dedit.scabie alia absumpta uulgaticq; attactu in homines morbi.& primo inagrestes īgruerant seruitiaq;:urbs deinde īpletur. Nec corpora modo affecta tabo:sed aīos quoq; multiplex religio:& plæraq; externa inuasit.nouos ritus sacrificandi uaticinando iferentibus in domos:quibus quæstui sunt capti superstitiōe animi. donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis peruenit:cernētes ī oībus uicis sacelliscq; peregrina atq; īsolita piacula pacis: deum ex poscendæ.datū inde negotiū ædilibus:ut aīaduerterent:ne qui:nisi romani dii:neu quo alio more: quam patrio colerētur.Iræ aduersus Veientes īsequentē annū.C.Seruilio Hala.L.Papyrio Mugilano consulibus dilatæ sunt.Tūc quoq; ne cōfesti bellum īdicerēt:neue exercitus mitterent:religio obstitit.fœciales prius mittendos ad res repetēdas cēsuere.Cū Veientibus nup acie dimicatū ad Nomentum & Fidenas fuerat: indutiæq; inde nō pax facta:quaꝝ & dies exierat:& ante diē rebellauerāt.missi tamē fœciales:nec cū more patrū iurati repeterēt res:uerba sunt audita.Cōtrouersia inde fuit:utrū populi iussu īdicerēt bellū:an satis esset senatusconsultū.peruicere tribuni denunciādo impedituros se delectū:ut Quintius cōsul de bello ad populū ferret:oēs centuriæ iussere.In eo quoq; plebs superior fuit:quod tenuit:ne cōsules īproximū annū crearent.tribuni militū consulari potestate quattuor creati.T.Quītius Penus ex cōsulatu.C.Furius:Martius Posthumius:&.A.Cornelius Cossus ex iis Cossus præfuit urbi:tres delectu habito profecti sunt Veios:documētoq; fuere quāplurimū īperiū bello inutile eēt:tendēdo ad suā quisq; cōsilia:cū alii aliud uideretur:aperuerūt ad occasionē locū hosti:incertā nanq; aciē: signum alis dari receptui:aliis cani iubentibus: inuasere oportune ueientes.castra ꝓpinqua turbatos ac terga dantes accepere.Plus itaq; ignominiæ:quam cladis est aceptum.Mœsta ciuitas fuit uinci insueta:odisse tribunos:poscere dictatorē:in eo uerti spes ciuitatis.& cū ibi quoq; religio obstaret:ne posset nisi a cōsule dici dictator: augures cōsulti eam religionē exemere.A.Cornelius dictatorē Mamercum Aemylium dixit:& ipse ab eo magister equitū est dictus. adeo simul fortuna ciuitatis uirtute uera eguit:quod nihil cēsoria aīaduersio effecit: quo minus regimina rerū ex notata indigne domo peterent. Veiētes re secunda elati:missis circum hetruriæ populos legatis: iactādo tres duces romanos a se uno prælio fusos:cū tamē nullam publici cōsilii societātē mouissent:uoluntarios undiq; ad spem prædæ acciuerant.Vni fidenatiū populo rebellare placuit:& tāquā nisi ab scelere bellum ordiri nefas esset:sicut legatoꝝ antea:ita tum nouoꝝ colonoꝝ cæde imbutis armis:Veientibus se se coniungunt.Consultare inde principes duoꝝ populoꝝ:Veios an Fidenas sedem belli caperēt.Fidenæ uisæ oportuniores.Itaq; traiecto tyberi Veientes Fidenas stranstulerunt bellum.Romæ terror ingens erat: accito exercitu a Veiis:hostibus positis ad Fidenas:eoq; ipso ob rem male gestā perculsa castra locātur an-

te portam collinam:& in muris armati dispositi:& iustitium in foro tabernæq; clausæ:fiuntq; omnia castris:quam urbi similiora. Tum trepidam ciuitatē præconibus per uicos dimissis dictator ad concionem aduocatam increpauit:quod animos ex tam leuibus fortunæ mometis suspēsos gererent: ut parua iactura accepta:quæ ipsa nō uirtute hostiū:nec ignauia romani exercitus:sed discordia iperatorū accepta sit:uetustem hostē septies uictū pertimescant:Fidenasq; prope sæpius captas:quā oppugnatas. Eosdem & romanos:& hostes esse:qui per tot sæcula fuerint:eosdem aios:eaidem corporis uires:eadē arma gerere. se quoque eundem dictatorē Mamercum Aemyliū esse:qui ante ueientiū fidenatiumq; adiunctis falisicis ad Nomentum exercitus fuderit:& magistrū equitū. A. Cornelium eundē in acie fore: qui priore bello tribunus militum. L. Tolūnio rege Veientiū:i cōspectu duorū exercituū: occiso: spolia opima louis Feretrii tēplo intulerit. Proinde memores secū triūphos:secum spolia:secū uictoriā esse:cū hostibus scelus legatorū contra ius gentiū interfectorū:cædem in pace fidenatiū colonorū:inducias ruptas:septimā infelicem defectionem. Arma caperent. simul castra castris coniunxissent:satis confidere:nec sceleratissimis hostibus diutinum ex ignominia exercitus romani gaudiū fore:& populū romanū intellectuq; quāto melius de republica meriti sint:qui se dictatorem tertiū dixerint:quā eos:qui:ob ereptum censuræ regnū:labem secūdæ dictaturæ suæ iposuerint. Votis deinde nuncupatus pfectus mille &. d. passus citra Fidenas castra locat: dextera montibus:leua tyberi amne septus. T. Quintium Pœnum legatum occupare montes iubet:occultumq; id iugū capere:quod a tergo hostibus foret. Ipse postero die:cum hetrusci pleni aiorū ac pristini diei meliore occasione:quā pugna in aciem processissent: cūctatus parumper:dum speculatores referrēt Quintium euasisse in iugum propinquū arci Fidenarū:signa profert:peditūq; aciem instructam pleno gradu in hostē iducit. magistro equitū præcipit: ne iussu pugnā icipiat:se cū opus sit equestri auxilio signū daturū: tum ut memor regiæ pugnæ memor opimi doni Romuliq; ac louis Feretrii rem gereret. Legiones ipetu ingenti confligunt. Romanus odio accensus ipium fidenatem:prædonem ueiētem:ruptores iduciarū:crudentos legatorū infanda cæde:respersos sanguine colonorū suorū:perfidos socios:ībelles hostes compellans: factis simul dictisq; odium explet. Concusserat primo statim cōgressu hostē:cū repente:patefactis Fidenarū portis:noua erupit acies:inaudita ante id tēpus:inusitataq;:ignibus armata ingens multitudo:facibusq; ardentibus tota collucens:uelut phanatico instincta cursu in hostē ruit:formaq; insolitæ pugnæ romanos parumper exterruit. Tum dictator magistro equitū equitibusq;:tum ex montibus Quintio accito prælium ciēs:ipse in sinistrū cornu quod icendio similius:quā prælio territū cesserat flamis:accurrit:claraq; uoce:fumo ne uicti inquit: uelut examē apum loco uestro exacti inermi cedetis hosti? nō ferro extinguitis ignes? nō faces has ipsas p se quisq;:si igni nō tælis pugnādū est:ereptas ultro inferetis? agite nominis romani & uirtutis patrū uestræq; memores:uertite incendium hoc in hostium urbem:& suis flamis delete Fidenas: quas uestris beneficiis placare nō potuistis. legatorū hoc uos uestrorū colonorumq; sanguis uastatiq; fines monent. Ad imperium dictatoris mota cūcta acies:faces partim emisse excipiuntur: partim ui eripiuntur. utraque acies armatur igni. Magister equitum & ipse nouat pugnam equestrē:frenos ut detrahant equis iperat:& ipse princeps calcaribus subditis euectus effreno equo i medios ignes infertur:& alii cōcitati equi libero cursu ferunt equitē in hostē. Puluis elatus mixtusq; fumo lucem ex oculis uirorū equorūq; ausert: ea quæ militē terruerat species:nihil terruit equos:ruinæ igitur similē stragem eques:quacūq; peruaserat: dedit. Clamor deinde accidit nouus:qui cum utranq; mirabundā in se aciem uertisset: dictator exclamat: Quintium legatum:& suos ab tergo hostem adortos:ipse redintegrato clamore infert acrius signa. Cum duæ acies duo diuersa prælia circunuētos hetruscos & a fronte & a tergo urgerent: neque in castra retro: neq; i mōtes:unde se nouus hostis obiecerat:iter fugæ esset:& equitē passim liberi frænis dispulissent equi: Veientium maxima pars tyberim effusi petūt:fidenatium qui supersunt:ad urbem Fidenas tendunt. ifert pauidos fuga in mediam cædem:obtruncantur in ripis:alios in aqua cōpulsos gurgites ferunt:etiam peritos nandi lassitudo:& uulnera:& pauor degrauant. alteq; agmen fertur per castra in urbem: eodem & romanos sequentes impetus rapit:Quintium maxime:& cum eo digressos mō de mōtibus recentissimū ad laborem militem:quia ultimo prælio aduenerant. Hi posteaquam mixti hostibus portam intrauere:muros inuadunt:suisq; capti oppidi signum ex muris tollunt. Quod ubi dictator conspexit:iam enim & ipse in deserta hostium castra penetrauerat:cupientē militem discurrere ad prædam: spe iniecta maioris i urbe prædæ:ad portam ducit:receptusque intra muros:in arcem: quo ruere fugientium turbam uidebat:pegit. Nec minor cædes in urbe:donec abiectis armis:nihil præter uitam petentes dictatori deduntur: urbs castraq; diripiuntur. Postero die singulis captiuis ab equite ad centurionem sorte ductis: & quorum eximia uirtus fuerat binis:aliis sub corona uenditis: exercitum uictorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit:iussoq; magistro equitum abdicare se magistratu:ipse deinde abdicat die sextodecimo:reddito i pace imperio:quod in bello trepidisq; rebus acceperat. Classibus quoq; ad Fidenas pugnatū cum Veientibus quidam annales rettulere: rem æque difficilem atq; incredibilem:nec nunc lato satis ad hoc amne:& tū aliquanto ut a ueteribus accepimus arctiore:nisi in traiectu forte fluminis prohibendo aliquarum nauium concursum:in maius:ut fit: celebrātes naualis uictoriæ uanum titulum appetiuere. In sequens annus tribunos militares consulari potestate habuit. A. Sempronium Atratinum. L. Quintiū Cincinnatum. L. Horatium Barbatū. Veientibus annorū. xx. induciæ datæ:& equis triennii cū pluriū annorū

petiſſent:& a ſeditionibus urbanis otium fuit. Annum inſequentem neq; bello foris: neq; domi ſeditione inſignem:ludi bello uoti celebrem:& tribunoꝝ militū apparatu & finitimoꝝ cōcurſu:fecere. Tribuni cōſulari poteſtate erant. C. Craſſus. Sp. Neuius Rutilius. T. Sergius Fidenas:& Sex. Iulius Tullus. Spectaculum cōmunitate ēt hoſpitiū ad quod publico conſenſu uenerant:aduenis gratius fuit. Poſt ludos: ſeditiōes tribunoꝝ plebis fuerunt:obiurgātium multitudinē quod admiratione eoꝝ:quos odiſſent:ſtupens:æterno ſe ipſa teneret ſeruitio:& nō mō ad ſpem conſulatus in partē reuocandam aſpirare non auderet: ſed ne in tribunis quidem militū creandis cōmunia eſſent comitia patrū ac plebis:aut ſui ac ſuoꝝ meminiſſet. deſineret ergo mirari:cur nemo de cōmodis plebis ageret:eo impendi laborē ac periculū:unde emolumētum atq; honos ſperetur:nihil nō aggreſſuros homines:ſi magnis conatibus magna præmia proponantur. ut quid enim aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina periculo ingenti:fructu nullo? Ex quibus pro certo habeat patres:aduerſus quos tenderet:bello inexpiabili ſe perſecuturos. apud plebem:p qua dimicauerit: nihilo ſe honoratiorem fore:neque ſperandum:neque poſtulādū eſſe. Magnos animos niſi magnis honoribus fieri. neminem ſe plebeium contempturū:ubi cotemni deſiſſent. Experiendam rem denique ī uno:aut ī altero eſſe:ſit ne aliquis plebeius ferendo magno honori:an portento ſimile:miraculoq; ſi fortē ac ſtrenuum aliquem exiſtere ortum ex plebe crederent. Summa ui expugnatum eſſe:ut tribuni militum conſulari poteſtate & ex plebe crearentur:petiſſe uiros domi militiæq; ſpectatos:primis annis ſugillatos repulſos riſui patribus fuiſſe. deſiſſe poſtremo præbere ad contumeliam os. Nec ſe uidere:cur non lex quoque abrogetur:qua id liceat:quod nūquā futurum ſit. minorem quippe ruborem fore ī iuris iniqtate:quā ſi per indignitatem eorum prætereātur. Huius generis orationes cū aſſenſu auditæ ĩcitauere quoſdam ad petendum tribunatū militum:alium alia de commodis plebis laturum ſe in magiſtratu profitentem. agri publici diuidendi:coloniarumq; deducēdaꝝ oſtentatæ ſpes:& uectigali poſſeſſoribus agrorum impoſito in ſtipendium militum erogandi æris. Captatum deinde tempus ab tribunis militum:quo per diſceſſum hominū ab urbe:cum patres clandeſtina denuntiatione reuocati ad diem certum eſſent: ſenatuſconſultū fieret abſentibus tribunis plebis:ut quoniam Volſcos in Hernicoꝝ agros prædatum exiſſe fama eſſet:ad rem inſpiciendam tribuni militum ꝓficiſcerentur:conſulariaq; comitia haberētur. Profecti. A. Claudium filium decenuiri præfectum urbis relinquerūt impigrum iuuenem:etiā inde ab incunabulis imbutū odio tribunorum plebis:nec cum abſentibus iis:qui ſenatuſconſultū fecerant:nec cum Appio:trāſacta re:quod cōtenderēt:fuit. Creati conſules. A. Sempronius: &. Qu. Fabius Vibulanus. Peregrina res:ſed memoria digna traditur eo ānno facta. Vulturnum hetruſcorum urbem: quæ nunc Capua eſt:ab ſamnitibus captam: Capuamq; ab duce eoꝝ Capi:uel quod propius uero eſt a cāpeſtri agro appellatam. Cepere autē prius:bello fatigatis hetruſcis:in ſocietatē urbis agroꝝq; acceptis:deide feſto die grauatos uino epuliſq; incolas ueteres noui coloni nocturna cæde adorti. His rebus actis conſules ii:quos diximus:idibus decembris magiſtratū occepere. Iam non ſolum:qui ad id miſſi erāt: rettulerunt imminere uolſcum bellū:ſed legati quoq; ab latinis & hernicis nūciabant:non ante unquam uolſcos nec ducibus legēdis:nec exercitui ſcribendo ītentiores fuiſſe. Vulgo fremere:aut in perpetuū bellum armaq; obliuioni danda iugumq; accipiendū:aut iis:cum quibus de imperio certetur:nec uirtute:ne patientia:nec diſciplina rei militaris cedēdū eſſe. Haud uana attulere:ſed nec perinde patres moti ſunt:&. A. Sempronius:cui ea prouincia ſorte euenit: tanquam conſtātiſſimæ rei fortuna frætus:quod uictoris populi exercitum aduerſus uictos duxiſſet:omnia temere ac negligēter egit:adeo ut diſciplinæ romanæ plus in uolſco exercitu:quā in romano eſſet. Ergo fortuna: ut ſæpe alias:uirtutem eſt ſecuta. Primo prælio:quod a Sempronio incaute inconſulteq; commiſſum eſt: non ſubſidiis firmata acie:non equite apte locato concurſū eſt. clamor indicium primū fuit:quo res īclinatura eēt:excitatior crebriorq; ab hoſte ſublatus:ab romanis diſſonus:impar:ſegnis:ſæpe iteratus īcerto clamore prodidit pauorem animorū. eo ferocior illatus hoſtis urgere ſcutis:micare gladiis. altera ex parte nutant circūſpectantibus galeæ:& incerti trepidant:applicantq; ſe turbæ:ſigna nūc reſiſtentia deferūtur ab anteſignanis:nūc interſuos manipulos recipiuntur. Nondū fuga certa:nondū uictoria erat:tegi magis romanus:quam pugnare. Volſci inferre ſigna:urgere aciem:plus cædis hoſtium uidere:quam fugæ. Iam ī omnibus locis ceditur nequicquam Sempronio conſule obiurgante atq; hortante:nihil nec imperiū:nec maieſtas ualebat:dataq; mox terga hoſtibus forent:ni. Sex. Tempanius decurio equitū labēte iam re:præſenti animo ſubueniſſet:qui cum magna uoce exclamaſſet:ut equites: qui ſaluā rem publicam uellēt eſſe: ex equis deſilirent: omnium turmaꝝ equitibus uelut ad coſules imperium motis:niſi hæc:īquit: armata cohors ſiſtat impetum hoſtium:actum de imperio eſt. ſequimini pro uexillo cuſpidē meam:oſtendite romanis:uolſciſq; neque equitibus uobis ullos equites: neq; peditibus eſſe pedites pares. Cū clamore approbata adhortatio eſſet:uadit alte cuſpidem gerens:quacunque incedunt:ui uiam faciunt:eo ſe inferunt obiectis parmis: ubi ſuorū plurimum laborem uident:reſtituunt omnibus locis pugnam:in quæ eos impetus tulit. nec dubium erat:quin:ſi tam pauci ſimul obire omnia poſſent:terga daturi hoſtes fuerint. Et cū iam parte nulla ſuſtinērentur:dat ſignum uolſcus imperator:ut parmatis nouæ cohorti hoſtium locus detur:donec impetu illatis ab ſuis excludātur. Quod ubi factum eſt:intercluſi equites cum nec prorumpere eadem:qua tranſierant: poſſent:ibi maxime confertis hoſtibus:qua uiam fecerant:& conſul legioneſq; romanæ: cum: quod tegimen modo omnis exercitus fuerat: nuſquam uiderent: ne tot fortiſſimos

uiros intercluſos opprimeret hoſtis: tendunt in quencunque caſum. diuerſi uolſci hinc conſulem: ac legiones ſuſtinere: altera fronte inſtare Tempanio atq; equitibus. Qui cum ſæpe conati nequiſſent perrumpere ad ſuos: tumulo quodam occupato: in orbem ſe tutabantur: nequaquam multi. nec pugnæ finis ante noctem fuit. Conſul quoque: nuſquam remiſſo certamine: dum quicquam ſuperfuit luminis: hoſtem tenuit. Nox incertos diremit. Tantuſq; ab imprudentia euentus utraque caſtra tenuit pauor: ut: relictis ſauciis: & magna parte impedimentorum: ambo pro uictis exercitus ſe in montes proximos reciperent. Tumulus tamen circunſeſſus ultra mediam eſt noctem. quo cum circunſedẽtibus denunciatum eſſet caſtra deſerta eſſe: uictos rati ſuos: & ipſi: qua quenque in tenebris pauor tulit: fugerunt. Tempanius metu inſidiaꝝ ſuos ad lucem tenuit: digreſſus deinde ipſe cum paucis ſpeculatum: cum ab ſauciis hoſtibus ſciſcitando compiſſet caſtra uolſcorum deſerta eſſe: lætus ab tumulo ſuos deuocat: & in caſtra romana penetrat. Vbi cum uaſta deſertaque omnia atq; eandem: quam apud hoſtes fœditatem inueniſſet: priuſquam uolſcos cognitus error reduceret: quibus poterat ſauciis ductis ſecum: ignarus: quam regionem conſul petiſſet: ad urbẽ proximis itineribus pergit. Iam eo fama pugnæ aduerſæ: caſtrorũq; deſertorum perlata erat: & áte omnia deplorati erant equites non priuato magis: quam publico luctu. Fabius conſul: terrore urbi quoq; iniecto: ſtationes ante portas agebat: cum equites procul uiſi non ſine terrore ab dubiis: quinam eſſent: mox cogniti tantam ex metu lætitiam fecere: ut clamor urbem peruaderet gratulantium ſaluos uictoreſq; rediſſe equites: & ex mœſtis paulo ante domibus: quæ complorauerant ſuos: procurreretur in uias: pauidæq; matres ac cõiuges oblitæ præ gaudio decoris obuiã agmini occurrerẽt: ĩ ſuos quæque ſimul corpore atq; animo uix præ gaudio compotes effuſæ. Tribunis plebis: qui. M. Poſthumio: &. T. Quintio diem dixerant: quod ad Veios eorum opera male pugnatum eſſet: occaſio uiſa eſt per recens odium Sempronii conſulis renouãdæ in eos inuidiæ. Itaq; aduocata concione cum proditam Veiis rempublicam eſſe ab ducibus: proditum deinde: quia illis impune fuerit: in Volſcis ab conſule exercitum: traditos ad cædem fortiſſimos equites: deſerta fœde caſtra uociferati eſſent: G. Iunius unus ex tribunis Tempanium equitẽ uocari iuſſit: corãq; eis Sexte Tempani: inquit: quæro de te: arbitreris ne. A. Sempronium conſulem aut in tempore pugnam iniſſe: aut firmaſſe ſubſidiis aciem: aut ullo boni conſulis functum officio: & cum ipſe uictis legionibus romanis tuo conſilio equitem ad pedites deduxeris: reſtitueriſq; pugnã: excluſo deide ab acie noſtra tibi atq; equitibus num aut conſul ipſe ſubuenerit: aut miſerit præſidiũ: poſtero deniq; die ecquid præſidii uſq; habueris: an tu cohorſq; in caſtra ueſtra uirtute proruperitis: ecquem in caſtris conſulem: ecquem exercitum inueneritis: an deſerta caſtra relictos ſaucios milites: Hæc pro uirtute tua fideq;: qua una hoc bello reſpublica ſtetit: dicenda tibi ſunt hodie. Deniq; ubi. A. Sempronius ubi legiones noſtræ ſint: deſertus ſis an deſerueris conſulem exercitumq;: uicti: deniq; ſimus an uicimus: Aduerſus hæc Tempanii oratio incõpoſita fuiſſe dicitur: cæteꝝ militariter grauis: non ſuis uana laudibus: non crimine alieno læta. Quanta prudentia rei bellicæ in. A. Sempronio eſſet: non militis de imperatore æſtimationem eſſe: ſed populi romani fuiſſe: cum eum comitiis conſulem legeret. Itaq; ne ab ſe imperatoria conſilia: nec cõſulares artes exquirerent: quæ penſitanda quoque magnis animis atq; ingeniis eſſet: ſed quod uiderit referre poſſe. Vidiſſe autem ſe prius: quam ab acie intercluderetur: conſulem in prima acie pugnantem: adhortantem inter ſigna romana: telaq; hoſtium uerſantem. poſtea ſe ab conſpectu ſuorum ablatum ex ſtrepitu & clamore ſẽſiſſe uſq; ad noctem extractum certamen: nec ad tumulum: quem ipſe tenuerat: præ multitudine hoſtiũ perrumpi potuiſſe. Exercitus ubi eſſet: ſe neſcire. arbitrari: uelut ipſe ĩ re trepida loci præſidio ſe ſuoſq; ſit tutatus: ſic conſulem ſeruandi exercitus cauſa loca tutiora caſtris cepiſſe. Nec uolſcorum meliores res eſſe credere: quam populi romani fortunam: noctemq; omnia terroris mutui impleſſe: precantemq; demũ ne ſe feſſum labore ac uulneribus tenerent: cum ingenti laude non uirtutis magis: quam moderatiõis dimiſſum accipio. Cum agerentur hæc: iam conſul uia lauicana ad fanum quietis erat. eo miſſa plauſtra iumentaq; alia ab urbe: exercitum affectum prælio: ac uia nocturna: excepere. Paulo poſt in urbem eſt ingreſſus conſul non ab ſe magis enixe amouens culpam: quam Tempanium meritis laudibus ferens. Mœſtæ ciuitati ab re male geſta: & iratæ ducibus: M. Poſthumius reus obiectus: qui tribunus militũ pro cõſule ad Veios fuerat: decemmillibus æris grauis damnatur. T. Quintium collegam eius: quia in Volſcis cõſul auſpicio dictatoris Poſthumii Tuberti: & ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mamerci Aemylii res proſpere geſſerat: totam culpam eius temporis ĩ prædamnatum collegam tranſferentem: omnes tribus abſoluerũt: pfuiſſe ei Cicĩnati patris memoria dicit uenerabilis uiri & exactæ iã ætatis: Capitolinus Quintius ſuppliciter orans ne ſe breui reliquo uitæ ſpatio tã triſtẽ nũciũ ferre ad Cicinnatũ paterẽtur. Plebs tribunos plebis abſẽtes. Sex. Tempaniũ. A. Selliũ: & Antiſtiũ: & Spurilium fecit: quos & p cẽturionibus ſibi præfecerant Tempanio auctore equites. Senatus: cum odio Sempronii conſulare nomen offenderet: tribunos militum conſulare poteſtate creari iuſſit. Creati ſũt. L. Manilius Capitolinus: Qu. Antonius Merenda: L. Papyrius Mugilãus. Pricipio ſtati ãni. L. Hortẽſius tribunus plebis. A. Sẽpronio cõſuli ãni prioris dié dixit. quẽ cũ quatuor collegæ ĩſpectãte populo romão orarẽt ne ĩperatorẽ ſuũ obnoxiũ: ĩ quo nihil præter fortunã repræhẽdi poſſet: uexaret: ægre Hortẽſius pati tẽtationẽ eã credẽs eẽ pſeuerãtiæ ſuæ: nec precibus tribunoꝝ: quæ ĩ ſpeciẽ mõ iactẽt: ſed auxilio cõfidere reũ. Itaq; mõ ad eũ cõuerſus ubi illi patritii ſpiritus: ubi ſubnixus & fidẽs ĩnocẽtiæ aĩus eẽt: quærebat: ſub tribunitia ũbra cõſularẽ uiꝝ delituiſſe: mõ ad

collegas,uos ꝙ̃ut:si rẽ ꝑago:qd acturi estis? an ereptũri qdẽ ius populo & euersuri tribunitiã potestatẽ? Cũ illi & de Sẽpronio:& de oĩbus sũmã populi rõani potestatẽ eẽ dicerẽt:nec se iudiciũ populi tollere:aut uelle: aut posse:sed si preces suæ ꝑ imperatore:qui sibi parẽtis esset loco:nõ ualuissent: se uestem cum eo mutaturos.tum Hortensius non uidebit: inquit: plebs romana sordidatos tribunos suos.A.Sempronium nihil moror:quando hoc est in imperio consecutus:ut tam carus esset militibus.nec pietas quattuor tribunoꝝ:quã Hortẽsii tam placabile ad iustas preces ingeniũ pariter plebi patribusq; gratior fuit. Nõ diutius fortuna equis indulsit:qui ambiguam uictoriã ꝑ sua amplexi fuerãt:ꝓximo anno.Gn.Fabio Vibulano & T.Quintio Capitolino filio Capitolini consulibus:ductu fabii:cui forte ea ꝓuincia euenerat: nihil dignũ memoratu actũ.cum trepidam tantum ostendissent aciem:equi turpi fuga fundunt haud magno consulis decore.Itaq; triũphus negatus:cæteꝝ ob sẽpronianæ cladis eleuatã ignominiã:ut ouãs urbẽ ĩtraret cõcessũ é.Quẽadmodũ bellũ minore:quã timuerãt:dimicatiõe erat ꝑfectũ:sic ĩ urbe:ex tráquillo:nec opinata moles discordiaꝝ ĩter plebẽ ac patres exorta é:cœpta a duplicãdo quæstoꝝ nũero . quã rẽ:preter duos urbanos quæstores:duo q cõsulibus ad ministeria belli presto eẽnt a cõsulibus relatã:cũ & patres summa ope approbassent:cõsulibus tribuni plebis certamen intulerũt:ut pars quæstorum(nam ad id tempus patritii creati erãt)ex plebe fieret:aduersus quã actioné primo & cõsules:& patres summa ope annixi sũt. cõcedendo deinde ut quẽadmodum ĩ tribunis consulari potestate creandis usi sunt: id æquæ ĩ quæstoribus liberũ esset arbitriũ populi romani:cũ parũ ꝑficerent:totam rem de augẽdo quæstoꝝ numero omittũt. Excipiũt omissam tribuni aliæq; subinde:inter quas & agrariæ legis seditiosæ actiones exĩstunt,per quos motus cũ senatus cõsules:quã tribunos creari mallet:neq; posset per ĩtercessiones tribunitias senatusconsultũ fieri:resp.a cõsulibus ad ĩterregnũ:neq; id ipsũ(nã coire patritios tribuni ꝑhibebãt)sine certamiñe ĩgẽti redit.Cũ pars maior insequentis ãni ꝓ nouos tribunos plebis:& aliquot interreges certaminibus extracta esset:mõ ꝑhibẽtibus tribunis patritios coire ad prodendũ ĩterregẽ:modo interregem interpellantibus ne senatusc̃õsultum de comitiis cõsularibus faceret:Postremo,L.Papyrius Mugillanus proditus interrex castigando nũc patres:nũc tribunos plebis:desertam omissamq; ab oĩbus remp.deoꝝ prouidentia curaq;:exceptã memorabat:ueientibus induciis & cunctatione equoꝝ ſtare:unde siquid ĩstrepat terroris sine patritio magistratu placere remp.opprimi:non exercitũ:nõ ducem scribendo exercitui esse : an bello intestino bellum externum propulsaturos? quæ si in unum cõueniant:uix deoꝝ opibus:quĩ obruatur romana res:resisti posse.Quin illi remittẽdo de sũma quisq; iuris:mediis diis coppularẽt cõcordiam : patres patiendo tribunos militũ ꝑ cõsulibus fieri:tribunos plebis non intercedendo quo minus quattuor quæstores ꝑmiscue de plebe ac patribus libero suffragio populi fierẽt.tribunitia primũ comitia sunt habita. Creati tribuni consulari potestate oẽs patritii.L.Quĩtius Cicinnatus tertiũ:Sex.Furius Medulinus iteꝝ: Martius Manlius:&.A.Sempronius.Hoc tribuno quæstoꝝ comitia habẽte: petentibusq; ĩter aliquot tribunos plebeios filio Antistii tribũi plebis:& fratre alterius tribuni plebis.Sex.Põpilii:nec potestas nec suffragatio eoꝝ ualuit:q;n:quoꝝ patres auosq; cõsules uiderãt:eos nobilitate præferrẽt. Furere oẽs tribuni plebis:ante oẽs Põpilius Antistiusq;:qui repulsa suoꝝ accensi: quid nam id rei esset? nõ suis beneficiis : nõ patrum iniuriis: nõ denicq; usurpãdi libidine:cnm liceat: quod non ante licuerit:si nõ tribunũ militarem ne quæstoré quidẽ quenquã ex plebe factum:nõ ualuisse patris ꝑ filio:fratris ꝑ fratre preces tribunorum plebis:potestatis sacrosanctæ ad auxiliũ libertatis creatæ.Fraudem ꝑfecto in re esse:&.A.Semproniũ comitiis plus artis adhibuisse:quã fidei:eius iniuria queri suos honore deiectos.Itaq; cũ in ipsum & ĩnocentia tutũ & magistratu:ĩ quo tũc erat:ĩpetus fieri nõ posset:flexere iras ĩ.G.Semproniũ patruelẽ.A.Sẽpronii:eiq; ob ignominiã uolsci belli adiutore collega.M.Canuleio dié dixere.Subinde ab eisdẽ tribunis mẽtio ĩ senatu de agris diuidẽdis illata é:cui actioni semper acerrime.G.Sempronius restiterat:ratus id:quod erat:aut deposita causã leuioré futuꝝ apud patres reũ : aut ꝑseuerantẽ sub iudicii tẽpus plebem offẽsurũ. aduersæ inuidiæ obiici maluit:& suæ nocere causæ:quã publicæ deesse:stetitq; in eadẽ sẽtẽria:nequa largitio cessura in triũ gratiã tribunorum fieret:nec tum agrũ plebi:sed sibi inuidiã quæri.se quoq; subiturũ eam tẽpestatẽ forti animo:nec senatui tanti se ciuem:aut quẽquam alium debere esse: ut in parcendo uni malum publicum fiat.Nihilo demissiore animo:cum dies uenit:causã ipse ꝑ se dicta:nequicquam omnia expertis patribus ut mitigarent plebem:quindecimmillibus æris damnatur.Eodem anno Posthumia uirgo uestalis de incestu causam dixit crimini obnoxia ob suspicionem propter cultum amœniorem : ingeniumq; liberius quam uirginem decet:parum abhorrens famam ampliatam:deinde absolutam pro collegii sententia.pontifex maximus abstinere iocis:coliq; sancte potius:quam scire iussit.Eodem anno à campanis Cumæ:quam græci tum urbem tenebant:capiuntur.Insequẽs annus tribunos militum cõsulari potestate habuit Agrippam Menenium Lanatum:Publium Lucretium Tricipitinum:&:Sp. Nautium. Annus fœlicitate populi romani periculo potius ingenti : quam clade insignis. Seruitia : urbem ut incenderent : distantibus locis coniurarunt : populoque ad opem passim ferendam tectis intento : ut arcem capitoliumq; armati occuparent.Auertit nefanda cõsilia Iupiter:indicioq; duorum comprehensi sontes pœnas dederunt.indicibus denamillia grauis æris:quæ tum diuitiæ habebantur:ex ærario numerata : & libertas præmium fuit.Bellum inde ab equis reparari cœptũ : & nouos hostes lauicanos consilia cum ueientibus iungere haud incertis auctoribus Romã ẽ allatũ.Equoꝝ iam uelut anniuersariis armis assueue-

rat ciuitas. Lauicos legati missi: cũ respõsa inde retulissẽt dubia: qbus nec tũc bellũ pari: nec diuturnã pacẽ fore appareret: tusculanis negotiũ datũ aduerterẽt aĩos: neq̃d noui tumultus Lauicis oriretur. Ad insequẽtis anni tribunos militũ cõsulari potestate inito magistratu ab Tusculo legati uenerũt. L. Sergiũ Fidenatem. M. Papyriũ Mugilanũ: & Claudiũ Seruiliũ. Q. Seruilii Prisci filiũ: quo dictatore Fidenæ captæ fuerant: nũciabant legati lauicanos arma cepisse: & cũ equoꝝ exercitu depopulatos agrũ tusculanũ castra in Algido posuisse. Tũ lauicanis bellũ idictũ: factoq; senatusc̃õsulto: ut duo ex tribunis ad bellũ ꝓficiscerentur: unus res Romæ curaret. Certamẽ subito iter tribunos exortũ se quisq; belli ducẽ potiorẽ ferre: curam urbis ut ingratã ignobilẽq; aspernari. Cũ parum decoꝝ iter collegas certamẽ mirabũdi patres cõspicerẽt: Q. Seruilius quãdo nec ordinis huius ulla: inquit: nec reip. est uerecũdia: patria maiestas altercationẽ istã dirimet: filius meus extra sortẽ præerit urbi: bellũ utinã: q̃ appetũt: cõsyderatius cõcordiusq; quã cupiũt: gerant. Delectum haberi nõ ex toto passim populo placuit: decem tribus sorte ductæ sunt. ex his scriptos iuniores duo tribuni ad bellũ duxere. Cœpta iter eos ĩ urbe certamina cupiditate eadẽ imperii multo impensius ĩ castris accẽdi: nihil sentire idẽ: ꝓ sententia pugnare: sua cõsilia uelle: sua ĩperia sola rata esse: contemnere inuicem & cõtemni: donec castigantibus legatis tandem ita cõpatum est: ut alternis diebus sũmã imperii haberẽt. Quæ cũ allata Romã eẽnt: dicit. Q. Seruilius ætate: & usu doctus precatus ab diis ĩmortalibus: ne discordia tribunoꝝ lachrymosior reipublicæ eẽt: quã ad Veios fuissẽt: & uelut haud dubia clade ĩminente: intimasse filio ut milites scriberet: & arma pararet. Nec falsus uates fuit: nam ductu. L. Sergii: cuius dies imperii erat: loco iniquo sub hostiũ castris: cũ (quia simulato metu receperat se hostis ad uallũ) spes uana expugnãdi castra eo traxisset: repentino impetu equoꝝ ꝑ supinã uallem fusi sunt: multiq; ĩ ruina maiore: quã fuga oppressi obtruncatiq;. Castra eo die ægre retenta. Postero die circunfusis iam magna ex parte hostibus: per auersam portam fuga turpi deferuntur. duces legatiq;: & quod circa signa roboris de exercitu fuit: Tusculum petiere. palantes alii per agros passim multis itineribs maioris: quam accepta erat cladis: nuncii Romam contenderunt. Minus trepidationis fuit: quod euentus timori hominum congrues fuerat: & ꝙ subsidia: quæ respicerẽt in re trepida: præparata erant ab tribuno militũ: iussuq; eiusdem ꝑ minores magistratus: sedato in urbe tumultu: speculatores propere missi nũciauere Tusculi duces exercitũq; esse: hostẽ castra loco nõ mouisse: & qđ plurimũ aĩoꝝ fecit: dictator ex senatusc̃õsulto dictus Quĩtus Seruilius Priscus: uir cũius ꝓuidentiã ĩ rep. cũ multis aliis tẽpestatibus ante expta ciuitas erat: tũ euẽtu eius belli: qđ uni certamẽ tribunoꝝ suspectũ: ante rẽ male gestã: fuerat. Magistro equitũ creato a quo ipso tribuno militũ dictator erat dictus filio suo: ut tradidere quidã: nã alii Halã Seruiliũ magistrum equitũ eo ãno fuisse scribũt: nouo exercitu ꝓfectus ad bellũ: accitis: qui Tusculi erãt: duo millia passuũ ab hoste locũ castris cepit. Transierat ex re bene gesta negligẽtia supbiaq; ad equos: quæ in romanis ducibus fuerat. Itaq; primo statim prælio: cum dictator equitatu antesignanos hostiũ turbasset: legionũ ide signa inferri ꝓpere iussit: signiferũ quoq; ex suis unũ cũctãtẽ occidit: tãtus ardor ad dimicãdũ fuit: ut ĩpetũ eq nõ tulerit: uictiq; acie cũ fuga effusa petisset castra: breuiore tpe & certamie minor castroꝝ oppugnatio fuit: quã præliũ fuerat: direptiq; castris: cũ prædã dictator militi cõcessisset: secutiq; fugiẽtem ex castris hostẽ equites renunciassent omnes lauicanos uictos: magnam partem equorum Lauicos confugisse: postero die ad Lauicos ductus exercitus: oppidumque corona circundatum: scalis captum ac direptum est. Dictator: exercitu uictore Romam reducto: die octaua: quam creatus erat: magistratu se abdicauit. & opportune senatus: priusquam a tribunis plebis agrariæ seditionis mentiones illatæ de agro lauicano diuidendo fierẽt: censuit frequẽs coloniã Lauicos deducẽdã. coloni ab urbe mille quingẽti missi bina iugera acceperũt. Captis Lauicis: ac deinde tribunis militũ cõsulari potestate Agrippa Menenio: Lanato: &. P. Lucretio Tricipitino iterum omnibus his: &. Sp. Rutilio Crasso: & insequenti anno. A. Sempronio Atracino tercium: & duobus iterum. M. Papyrio Mugilano: &. Sp. Nautio Rutilio: biennium tranquillæ externæ res: discordia domi ex agrariis legibus fuit. Turbatores uulgi erant. Sp. Mecilius quartum: & Metilius tertiũ tribuni plebis ambo absentes creati. & cum rogationem promulgassent: ut ager ex hostibus captus uiritim diuideretur: magnæq; partis nobilium eo plebiscito publicarentur fortunæ. nec enim ferme quicquam agri: ut in urbe alieno solo posita: non armis partum erat: nec quod uenisset assignatumue publice esset: præterquam plebs habebat. Atrox plebi patribusq; propositum uidebatur certamen: nec tribuni militum nunc in senatu: nunc in cosiliis priuatis principum cogendis uiam consilii inueniebant. tunc. Ap. Claudius nepos eius: qui decenuir legibus scribendis fuerat: minimus natu ex patrũ consilio dicitur dixisse: uetus se ac familiare consilium domo afferre: proauum suum. Ap. Claudium ostendisse uiam unam dissoluandæ tribunitiæ potestatis: per collegarum intercessionem: facile homines nouos auctoritate principum de sententia deduci: si temporum interdum potius quam maiestatis memor adhibeatur oratio: pro fortuna illis animos esse: ubi uideant collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupasse nec locũ in ea relictum: sibi haud grauate acclinaturos se ad causam senatus: per quam uniuerso ordini cum primoribus se patrum concilient. Approbantibus cunctis & ante omnis. Q. Seruilio Prisco: quod non degenerasset ab stirpe claudia collaudante iuuenem: negotium datur: ut quos: quisque posset: ex collegio tribunorum ad intercessionem perlicerent. Misso senatu præhensantur ab principibus tribuni suadendo monẽdo pollicẽdoq; gratũ id singulis priuatim: gratũ uniuerso senatui fo-

re:ſex ad interceſſionē cōparauere.Poſtero die cū ex cōpoſito relatū ad ſenatū eſſet:de ſeditione:quā Mecilius Metiliuſq; largitione peſſimi exempli cōcirent:hæ orationes a primoribus patrū habitæ ſunt: ut p ſe quiſq; iam nec cōſiliū ſibi ſuppetere diceret:nec ſe ullam opē cernere aliā uſquam:præterquam in tribunitio auxilio.i eius poteſtatis fidem circūuentam remp.tanquam priuatā inopem cōfugere:preclarū ipſis poteſtatiq; eſſe nō ad uexādum ſenatum:diſcordiāq; ordinū mouēdam:plus ī tribunatu uiriū eſſe:quā ad reſiſtendū improbis collegis.Fremitus deinde uniuerſi ſenatus ortus:cū ex oībus partibus curiæ tribuni appellarent:tum ſilentio facto.ii.qui præparati erāt gratia principū:quā rogationē a collegis ꝓmulgatam ſenatus cenſeat diſſoluēdæ reipublicæ eſſe:ei ſe interceſſuros oſtendunt.Gratiæ interceſſoribus a ſenatu actæ.Latores rogationis:concione aduocata;proditores cōmodorum plebis ac ſeruos cōſularium appellantes:aliaq; truci oratione in collegas inuecti actionem depoſuere.Ardua bella inſequens annus habuiſſet:quo.P.Cornelius Coſſus.G.Valerius Potitus:Quīctius Cincinnatus.C.Martius:&.M.Fabius Vibulanus tribuni militū cōſulari poteſtate fuerāt:niſi ueiens bellum religio principū diſtuliſſet: quorum agros tyberis ſuper ripas effuſus maxime ruinis uillarum uaſtauit.ſimul equos triennio ante accepta clades prohibuit uolanis ſuæ gentis populo præſidium ferre. Excurſiones inde in confinem agrum lauicanum factæ.nouiſq; colonis bellum illatum. Quam noxam cum ſe conſenſu omnium equorum defenſuros ſperaſſent:deſerti ab ſuis:ne memorabili quidē bello:per obſidionē leuemq; unam pugnam: oppidum & fines amiſere.Tentatum ab.L.Decio tribuno plebis ut rogationem ferret:qua Volas quoq;:ſicut fauicos coloni mitterentur:per interceſſionem collegarū:qui nullū plebiſcitū:niſi auctoritate ſenatus paſſuros ſe pferri oſtenderūt:diſcuſſum eſt.Volis ī ſequente anno receptis:equi coloniaq; eo deductæ nouis uiribus oppidum firmarūt.Tribunis militum Romæ conſulari poteſtate.Gn.Cornelio Coſſo.L. Valerio Potito: Qu:Fabio Vibulano iterū:&.M.Poſthumio Regilenſi:huic bellum aduerſus equos pmiſſum eſt: prauæ mentis homini:quā tamē uictoria magis:quā bellum oſtēdit:Nam exercitu īpigre ſcripto ductoq; ad Volas:cū leuibus prælijs equoꝝ aīos fregiſſet:poſtremo in oppidū irrupit.deinde ab hoſtibus in ciues certamen uertit.& cū inter oppugnationē prædā militis fore edixiſſet:capto oppido:fidem mutauit.Eam magis adducor:ut credam iræ cām exercitui fuiſſe:q̄ quod in urbe nuper direpta:coloniaq; noua minus prædicatione tribuni prædæ fuerit.Auxit eam irā:poſteaq̄ ab collegis accerſitus ꝓpter ſeditiones tribunitias ī urbem reuertit:audita uox eius in cōcione ſtolida ac prope uecors:qua.M.Feſtio tribuno plebis legē agrariam ferenti:ſimul:Volas quoq; ut mitterentur coloni:laturum ſe dicenti:dignos enim eſſe:qui armis cepiſſent:eoꝝ urbem agrumq; uolanum eſſe:malum quidem militibus meis:īquit;niſi quieuerit.quod auditum non concionem magis:quam mox patres offendit.Tribunus plebis acer nec infacūdus nactus inter aduerſarios ſuperbum ingenium:immodicāq; linguam:quam irritando agitādoq; in eas īpelleret uoces:quæ inuidiæ non ipſi tantum:ſed cauſæ atq; uniuerſo ordini eſſent:neminem ex collegio tribunorū militum ſæpius quā Poſthumiū in diſceptationē trahebat.Tum uero ſecundum tam ſæuū atq; inhumanum dictum:auditis:inquit:quirites ſicut ſeruis malū minantē militibus; tamen hæc bællua dignior uobis tanto honore uidebitur:quā qui uos urbe agriſq; donatos ī colonias mittunt:qui ſedem ſenectuti ueſtræ ꝓſpiciunt:qui pro ueſtris cōmodis aduerſus tam crudeles ſuperboſq; aduerſarios depugnant. Incipite deinde mirari:cur pauci iam ueſtram ſuſcipiāt cauſam.quid ut a uobis ſperent;an honores:quos aduerſariis ueſtris potiuſquā ꝓ pugnatoribus datis;Ingemuiſtis modo uoce huius audita:quid id refert;iam ſuffragium detur:hunc:qui malum:uobis minatur:iis qui agros:ſedeſque:ac fortunas ſtabilire uolunt: præferetis.Perlata hæc uox Poſthumii ad milites multo ī caſtris maiorem indignationem mouit:prædæ ne īterceptorem fraudatorēq; etiam malum minari militibus;Itaq; cum fremitus aperte eſſet: & quæſtor.P. Seſtius eadem uiolentia coercere ſeditionem putaret poſſe:qua mota erat:miſſo ad uociferantem quendā militem lictore:cum inde clamor & iurgium oriretur:ſaxo ictus turba excedit.Inſuper increpante:q̄ uulnerauerat:habere quæſtorē quod imperator eſſet militibus minatus.Ad hūc tumultū accitus Poſthumius aſperiora omnia fecit acerbis quæſtionibus crudelibus ſuppliciis.poſtremo cū modum iræ nullum faceret ad uociferationē eoꝝ:quos necari ſub crate iuſſerat cōcurſu facto:ipſe ad interpellantis pœnam uecors de tribunali decurrit:ibi cū ſummouentes paſſim lictores centurioneſq; uexarēt turbam:eo indignatio erupit:ut tribunus militū ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur.Quod tam atrox facinus poſteaquā ē Romā nūciatū:tribunis militū de morte collegæ quæſtiōes decernētibus:tribuni plebis ītercedebāt:ſed ea cōtētio ex certamine alio pēdebat:qđ cura ceſſerat patres:ne metu quæſtionū plebs itaq; tribunos militū ex plebe crearet:tēdebātq; ſūma ope:ut cōſules crearēt.Cū ſenatuſcōſultū fieri tri.pl.nō pateret:iidem ītercederēt cōſularibus comitiis:res ad ītērregnū rediit.uictoria deīde penes patres fuit:qđ: Quīto Fabio Vibulano interrege comitia habēte:cōſules creati ſūt.A.Cornelius Coſſus:&.L.Furius Medullinus. His cōſulibus prīcipio āni ſenatuſcōſultū factū ē:ut de quæſtione poſthumianæ cædis tribuni primo quoq; tēpore ad plebē ferrēt:plebſq; præficeret quæſtioni quē uellet a plebe cōſenſu populi cōſulibus negotiū mādatur:qui ſūma moderatōe ac lenitate ꝓ paucoꝝ ſuppliciū:quos ſibimetipſos cōſciſſe morte ſatis creditū ē:tranſacta re: nequiuere tamen conſequi: ut non egerrimæ id plebs ferret:iacere tandiu irritas ſanctiones:quæ de ſuis commodis ferrentur:cum interim de ſanguine ac ſupplicio ſuo latam legem cōfeſtim exerceri:& tantam uim habere.Aptiſſimū tempus erat:uindicatis ſeditionibus delinimētum animis uolani

agri diuisionē obiici:quo facto minuissent desideriū agrariæ legis:quæ possesso per iniuriā agro publico patres pellebat. Tūc hæc ipsa indignitas augebat animos:nō ī retinēdis modo publicis agris:quos ut teneret pertinacem nobilitatē esse:sed ne uacuū quidē agrū nuper ex hostibus captum plebi diuidere: mox paucis:ut cætera:futuꝛ prædæ.Eodem anno aduersus uolscos populātes hernicoꝛ fines legiones ductæ a Furio cōsule:cū hostem ibi non inuenissent:Ferentinū:quo magna multitudo uolscorum se cōtulerat: cepere.Minus prædæ:quam sperauerāt:fuit:quod uolsci:posteaquā spes tuendi exigua erat:sublatis rebus: nocte oppidū reliquerūt.postero die prope desertū capitur.Hernicis ipse ager dono datus. Annū modestia tribunorum quietū excepit.tri.pl.Licinius.Qu.Fabio Ambusto.G.Furio petilio cōsulibus.Is cum prīcipio statim anni uelut pensum nois familiæq; seditiones agrariis legibus ꝓmulgandis cieret: pestilentia coorta minacior tamē:quā pernicioſior:cogitationes hominū a foro certaminibusq; publicis ad domum curāq; corporum nutriendoꝛ auertit:minusq; eā damnosam fuisse:quam seditio futura fuerit: credunt. Defuncta ciuitate plurimoꝛ morbis:perpaucis funeribus:pestilentem annū inopia frugū:neglecto cultu agroꝛ:ut plærūq; fit:accepit.P.Atratino.G.Nautio Rutilio cōsulibus.Iam fames: quam pestilētia tristior erat:ni dimissis circa oēs populos legatis:qui hetruscum mare:quiq; tyberim accolūt ad frumentū mercādum:annonæ foret subuentū.superbe a samnitibus:qui capuam habebant Cumasq;: legati prohibiti cōmertio sunt.Contra ea benigne ab siculoꝛ tyrannis adiuti:maximos cōmeatus summo hetruriæ studio tyberis deuexit.Solitudinē in ciuitate ægra experti cōsules sūt:cū in legationes nō plus singulis senatoribus iuentis coacti sūt binos equites adiicere.Præterquā ab morbo annonaq;:nihil eo biennio intestini ex terniue incōmodi fuit.At ubi hæ sollicitudīes discessere:oia quibus turbari solita est ciuitas:domi discordia foris bellū exortū.Marcio Aemylio.P:Valerio Potito cōsulibus equi bellū parabāt:uolscis:quāquam non publico cōsilio capessētibus arma:uolūtariis mercede secutis militiā:ad quoꝛ famam hostiū(iam enī in latinū hernicūq; descenderāt agrū)delectū habentem Valeriū cōsulē Martius Menenius tribunus plebis legis agrariæ lator cū impediret:auxilioq; tribuni nemo inuitus sacramēto diceret:repente nunciatur arcem caruentanā ab hostibus occupatā esse.Ea ignominia accepta cū apud patres inuidiæ Menenio fuit: tum cæteris tribunis iā ante præparatis intercessoribus legis agrariæ:præbuit iustiorem causam resistendi collegæ.Itaq; cū res diu ducta per altercationē esset:consulibus deos hoīesq; testātibus:quicquid ab hostibus cladis ignominiæq;:aut iam acceptū esset:aut īmineret: culpā pēnes Meneniū fore: qui delectū impediret:Menenio uociferāte:si iusti domini possessiōe agri publici cederēt:se morā delectui nō facere.Decreto iterposito:nouē tribuni sustulerūt certamē: ꝓnūciauerūtq; ex collegii sententia.P.Valerio consuli se dānū aliamq; coercitionem aduersus intercessionē collegæ:delectus causa detrectātibus militiam inhibēti auxilio futuros esse.Hoc decreto cōsul armatus:cū paucis appellantibus tribunū collum torsisset:metu cæteri sacramento dixere.Ductus exercitus ad caruentanam arcem:quāquam inuisus infestusque consuli erat:impigrē primo statim aduētu deiectis:qui in præsidio erant:arcem recepit.Prædatores ex præsidio ꝑ negligentiam dilapsi:occasionē aperuere ad inuadendum.prædæ ex assiduis populationibus:quod oia in locum tutum congesta erant:fuit aliquātum.uenditum sub hasta cōsul in ærariū redigere quæstores iussit:tum prædicans participem prædæ fore exercitum cum militiam non abnuisset.Auctæ inde plebis ac militum in consulem iræ.Itaq; cum ex senatusconsulto urbem ouans intraret: alternis inconditi uersus militari licentia iactati:quibus consul increpitus:Menenii celebre nomen laudibus fuit: cum ad omnem mentionem tribuni fauor circunstantis populi:plausuq; & assensu cum uocibus militum certaret: plusq; ea res quam prope solemnis militum lasciuia in consulem curæ patribus iniecit: & tanquam haud dubius inter tribunos militum honos Menenii:si peteret:consularibus comitiis est exclusus.Creati consules sunt.Gn.Cornelius Cossus:&.L.Furius Medullinus iterum. Nō alias ægrius tulit plebs tribunitia sibi comitia non commissa:eum dolorem quæstoriis comitiis simul ostendit:& ulta est. tunc primum plebeiis quæstoribus creatis:ita ut in quattuor creandis uni patritio Claudio Fabio Ambusto relinqueretur locus: tres plebeii Quintius Silius.P.Elius:&.P.Pipius clarissimarum familiarum iuuenibus præferentur.Auctores fuisse tam liberi populo suffragii Icilios accipio:ex familia ifestissima patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos.hi multarum magnarumq; rerum molem auidissimo adeo populo ostentantes: cū affirmassent nihil se moturos sine quæstoriis quidem comitiis:quæ sola promiscua plebi patribusq; reliquisset senatus:satis animi populo esset:ad id quod tandiu uellent:& per leges liceret.Pro ingenti itaq; uictoria id fuit plebi:quæsturamq; non honoris ipsius finem æstimabant:sed patefactus ad consulatum ac triumhpos locus nouis hominibus uidebatur.Patres cōtra non pro communicatis:sed pro amissis honoribus fremere:negare:si ea ita sint:liberos tollendos esse:qui pulsi maioꝛ loco:cernentesq; alios ī possessione dignitatis suæ:salii flaminesq;:nusquam alio:quam ad sacrificandū ꝓ populo:sine īperiis ac potestatibus reliquāt.Irritatis utriusq; partis animis cū & spiritus plebes sūpsisset:& tres ad populārē cām celeberrimi nois haberet duces:patres quæstoriis comitiis ubi utrūq; plebi liceret similia fore cernētes: tēdere ad cōsulū comitia:quæ nondū ꝓmiscua essent.Icilii cōtra tribunos militū creandos dicerēt:& tādē aliquādo īpartiēdos plebi honores:sed nulla erat cōsularis actio:quā īpediēdo id:qđ petebāt:exprimerēt:cū mira opportunitate uolscos:& equos prædatū extra fines exisse ī agrū latinū hernicūq; affertur.ad quod bellum: ubi ex senatusconsulto consules delectum habere occipiunt:obstare tūc enixe tribuni sibi plebique eam

fortunã oblatã memorantes. Tres erãt & oẽs acerrimi uiri generosiq; iam ut ĩter plebeios. duo singuli singulos sibi cõsules asseruandos assidua opera dẽsumũt: uni concionibus data nunc detinenda: nunc concienda plebs. nec delectum cõsules: nec comitia: quæ petebant tribuni: expediebant. Inclinante se deinde fortuna ad cãm plebis: núcii ueniunt: arcem caruentanam: dilapsis ad prædam militibus: qui ĩ præsidio erãt: equos interfectis paucis custodibus arcis inuasisse: alios recurrẽtes ĩ arcẽ: alios palantes in agris cæsos. Ea aduersa ciuitati res uires tribunitiæ actioni adiecit: nequicquã enim tentati ut tũ deniq; desisterent ĩpediẽ do bello: posteaquã nõ cessere nec publicæ tempestati: nec suæ inuidiæ: peruincunt: ut senatusc̃ũltũ fiat de tribunis militũ creandis: certo tamẽ pacto ne cuius ratio haberetur: qui eo anno tribunus plebis: esset: neue quis reficeretur in annum tribunus plebis: haud dubie Icilios denotante senatum: quos mercedem seditiõũ tribunatus petere consulatum insimulabant. Tum delectus haberi: bellumque omnium ordinum consensu ꝑparari cœptum Consules ambo ꝑfecti ad arcem caruentanam: an alter ad comitia habenda: substiterit: incertũ diuersi auctores faciunt. illa ꝑ certo habenda: in quibus non dissentiũt: ab arce caruentana: cũ diu nequicquã oppugnata esset: receſſũ. Verruginem ĩ uolscis eodem exercitu receptam populationesq; & prædas in Equis: & in uolsco agro ingentes factas. Romæ: sicut plebis uictoria fuit ĩ eo: ut quæ mallẽt: comitia haberent: ita euẽtu comitiorũ patres uicere: nam tribuni militum cõsulari potestate cõtra spes omniũ tres patritii creati sũt. C. Iulius Tullus. Cn. Cornelius Cossus. G. Seruilius Hala. Artem adhibitam ferũt a patritiis: cuius eos Icilii tum quoq; insimulabãt: quod turbam indignorũ candidatorum intermiscendo dignis: tedio sordium ĩ. quibusdã insignium populũ a plebeis auertissent. Volscos deinde & equos: seu caruentana arx retenta in spem: seu Verrugine amissum præsidiũ ad iram cum impulisset: fama affertur sũma ui ad bellũ coortos: caput rerum antiates esse. eorum legatos utriusq; gentis populos circũisse: castiganteſq; ignauiã: quod abditi intra muros populabundos in agris uagari romanos priore anno & opprimi Verruginis præsidiũ passi essent: iã nõ exercitus modo armatos: sed colonias in suos fines mitti: nec ipsos modo romanos sua diuisa habere: sed Ferentinũ etiam de se captum hernicis donasse. Ad hæc cũ iflamarentur animi: ut ad quosdã uentũ erat: numerus iunior cõscribebatur: ita omniũ populorũ iuuentus Antiũ cõtracta: ibi castris positis hostem operiebant. Quæ ubi tumultu maiore etiã: quã res erat: nunciantur Romã: senatus extemplo: quod in rebus trepidis ultimũ cõsiliũ erat: dictatorẽ dici iussit. Quã rem ægre passos Iulium Corneliumq; ferũt: magnoq; certamine animorum rem actam. cũ primores patrum nequicquã cõquesti nõ esse in auctoritate senatus tribunos militũ: postremo etiã tribunos plebis appellarent: & cõsulis quoq; ab ea potestate uim super tali re inhibitam referrẽt. Tribuni plebis læti discordia patrum cũ nihil esse in his auxilii dicerent: qui nõ ciuiũ: nõ deniq; hoium numero essent: tantum se aſaduersuros ne qua superbia magistratuũ irrita senatusc̃ũlta essent. interim patritii soluti legum magistratuũq; uerecundia ꝑ se quoq; tribunitiam potestatẽ agerent. Hæc contentio minime idoneo tempore: cum tantum belli in manibus esset: occupauerat cogitationes hominum: donec ubi diu alternis Iulius Corneliusq; cum ad id bellum ipsi satis idonei duces essent: non esse æquum mandatum sibi a populo eripi honorem disseruere. Tum uero Hala Seruilius tribunus militũ tacuisse se tandiu ait: non quia incertus sententiæ fuerit: quem enim bonum ciuem secernere sua a publicis cõsiliã? sed quia maluerit collegas sua sponte cedere auctoritate senatus: quam tribunitiam potestatem aduersus se implorari paterentur. tũ quoque: si res sineret: libenter se daturum iis tempus fuisse ad receptum nimis pertinacis sententiæ: sed cũ belli necessitates non expectent humana consilia: potiorem sibi collegarum gratia rempublicam fore. & si maneat in sententia senatus dictatorem nocte ꝓxima dicturum ac siquis intercedat senatusc̃ũlti auctoritate se fore contentum. Quo facto cum haud immeritam laudem gratiamq; apud omnes tulisset: dictatore. P. Cornelio dicto ipse ab eo magister equitum creatus est. Exemplo fuit collegis eũ intuentibus: quã gratia atque honos opportuniora interdũ non cupientibus essent. Bellum haud memorabile fuit uno atque eo facili prælio cæsi ad Antium hostes. uictor exercitus depopulatus uolscum agrũ. castellum ad lacũ fucinum ui expugnatum: atq; ĩ eo tria millia hominum capta: cæteris uoscis intra mœnia compulsis: nec defendentibus agros. Dictator bello ita gesto ut tantum non defuisse fortunæ uideretur: felicitate: quam gloria maior in urbem rediit: magistratuq; se abdicauit. Tribuni militum mentione nulla comitiorum cõsularium habita (credo ob irã dictatoris creati) tribunorum militum comitia edixerunt. Tum uero grauior cura patribus incessit: quippe cum prodi causam ab suis cernerent. Itaq; sicut priore ãno ꝑ indignissimos ex plebeiis cãdidatos: omniũ etiã dignorũ tediũ fecerãt: sic tum primoribus patrũ splẽdore gratiaque ad petendum præparatis omnia loca obtinuere: ne cui plebeio aditus eẽt: quattuor creati sunt oẽs iam fũcti honore. L. Furius Medullinus. C. Valerius Potitus. Cn. Fabius Vibulanus. G. Seruilius Hala: hic refectus continuato honore tum ob alias uirtutes: tum ob recentẽ fauorem unica moderatione partum. Eo anno: quia tempus inducIarum cum ueiẽti populo exierat: per legatos fœcialeſq; res repeti cœptæ: quibus uenientibus ad finẽ legatio ueientium obuiam fuit: petiere: ne priusquam ipsi senatum romanum adissent: Veios ireẽt. Ab senatu ĩpetratũ: qa discordia ĩtestina laborarẽt ueiẽtes: ne res ab iis repeteréẽt: tãtũ obfuit: ut ex icõmodo alieno sua occasio peteréẽt. Et ĩ Volscis accepta clades: amisso Verrugie præsidio: ubi tãtũ ĩ tpe fuit mométi: ut cũ precãtibus militibus opẽ: qui ibi a Volscis obsidebãt: succurri. si maturatum eẽt: potuisset: ad id uenerit exercitus subsidio missus: ut ab recenti cæde palantes ad prædandum hostes

opprimerentur. Tarditatis causa in senatu magis fuit: quam in tribunis: qui: quia summa ui resistere nun ciabantur: parum cogitauerũt nulla uirtute superari humanaꝝ uirium modũ. fortissimi milites nõ tamẽ nec uiui: nec post mortem inulti fuere. In sequenti anno. P. & Gn. Cornelius Cossus cum Fabio Ambusto: L. Valerio Potito tribunis militum consulari potestate: ueiens bellum motũ ob superbum responsũ ueiẽtis senatus: qui legatis repetentibus res ni facesserent propere urbe finibusq; daturos pœnas: quas Lar Tolumnius dedisset: respõderi iussũt. Id patres ægre passi decreuerunt: ut tribuni militum de bello indicendo ueientibus primo quoq; die ad populum ferret. Quod ubi primo promulgatum ẽ: fremere iuuentus nõdum debellatum cum uolscis esse: modo duo præsidia occidione occisa cum periculo retineri. nullũ annum esse: quo non acie dimicetur: & tanquam pœniteat laboris: nouum bellũ cum finitimo populo & potentissimo parari: qui omnem hetruriam sit concitaturus. Hæc sua sponte agitata: insuper tribuni plebis accendunt: maximum belli patribus cum plebe esse dictitant: eam de industria uexandam militia trucidã damq; hostibus obiici: eam procul urbe haberi atq; ablegari: ne domi p otiũ memor libertatis: coloniaꝝ: aut agri publici: aut suffragii libere ferendi consilia agitaret: præhẽsanteſq; ueteranos: stipendia cuiusq; & uulnera: & cicatrices numerabãt. quid iam esse integri in corpore loci ad noua uulnera accipiẽda: quid superesse sanguinis: qui dari pro republica posset rogitates. Hæc cum in sermõnibus concionibusq; interdũ agitates auertisset plebẽ ab suscipiẽdo bello: pferrur tẽpus ferũdæ legis: quã si subiecta iuidiæ eẽt antiquari apparebat. Interim tribunis militũ i Volscũ agrũ ducere exercitũ placuit. Gn. Cornelius unus Romæ relictus. Tres tribuni posteaquã nullo loco castra uolscoꝝ esse: nec cõmissuros se prælio apparuit: tripartito ad deuastãdos fines dicessere: Valerius Antiũ petit: Cornelius Egitras. Quacũq; icessere: late populati sũt tecta agrosq; ut discernerẽt Volscos. Fabius: quod maxime petebat: ad Anxur oppugnãdũ sine ulla populatione accessit. Anxur fuit: quæ nũc Tarracinæ sũt: urbs pna i paludes: ab ea parte Fabius oppugnationẽ ostendit. Circũmissæ quattuor cohortes cũ Claudio Seruilio Hala cũ iminentẽ urbi collẽ cepisset: ex loco altiore: quia nullũ erat præsidiũ: igenti clamore ac tumultu mœnia iuasere: ad quẽ tumultũ obstupefacti: qui aduersus Fabiũ urbẽ ifimã tuebant: locũ dedere scalas admouẽdi: plenaq; hostiũ cũcta erãt: & i muris ciu cædes pariter fugiẽtium ac resistẽtiũ armatoꝝ aque inermiũ fuit. Cogebãtur itaq; uicti: quia cedentibus spei nihil erat: pugnã inire. Cũ pnunciatũ repente nequis præter armatos uiolaret: reliquã oẽm multitudinẽ uolũtariã exuit armis: quoꝝ ad duomillia & quingẽti uiui capiunt: a cætera præda Fabius militẽ abstinuit: donec collegæ uenirẽt: ab illis quoq; exercitibus captum Anxur dictitans esse: qui cæteros uolscos a præsidio eius loci auertissent. Qui ubi uenerunt: oppidum uetere fortuna opulentum tres exercitus diripuere: eaq; primũ benignitas iperatoꝝ plebẽ patribus cõciliauit. Additũ deinde omniũ maxie tẽpestiuo principũ i multitudinẽ munere: ut ante mentionẽ ullam plebis tribunorũue decerneret senatus: ut stipẽdium miles de publico acciperet: cũ ante id tẽpus de suo quisq; functus eo munere esset. Nihil acceptũ unquã a plebe tãto gaudio traditur. cõcursum itaq; ad curiã esse: prænsataſq; exeuntium manus: & patres uere appellatos: effectum esse fatentibus: ut nemo p tam munifica patria: donec quicquã uirium supereſſet: corpori aut sanguini suo parceret: cũ cõmoditas iuuaret rem familiarem: salte acquiescere eo tẽpore: quo corpus ad dictũ atq; operatum reipublicæ esset: tum quod ultro sibi oblatũ esset: nõ a tribunis plebis unquã agitatũ: nõ suis sermonibus efflagitatũ: id efficiebat multiplex gaudiũ cumulatiorẽq; gratiã. Tribuni plebis cõmunis ordinũ lætitiæ: cõcordiæq; soli expertes: negare tam id lætum partibus uniuersis: nec pperũ fore quã ipsi crederẽt. consiliũ specie prima melius fuisse: quã usu aperituꝝ. unde enim eã pecuniã confici posse: nisi tributo populo indicto? ex alieno igitur aliis largitos. neq; id etiã: si cæteri ferãt: passuros eos: quibus iam emerita stipendia essent: meliore cõditione alios militare: quam ipsi militassent: & eosdã i sua stipẽdia ipensas fecisse: & i alioꝝ facere. His uocibus mouerũt partẽ plebis postremo: idicto iam tributo: edixerũt etiã tribuni auxilio se futuros: siquis i militare stipẽdiũ tributũ nõ cõtulisset. Patres bene cœptã rem pseueranter tueri: cõferre ipsi primi. Et quia nondum argentũ signatũ erat: æs graue plaustris quidã ad ærariũ conuehentes: speciosã etiã collationẽ faciebãt. Cũ senatus sũma fide ex censu contulisset: primores plebis nobiliũ amici ex cõposito cõferre icipiũt: quos cũ & a patribus collaudari: & a militari ætate tanquam bonos ciues cõspici uulgus hoium uidit: repente spreto tribunitio auxilio certamen cõferẽdi est ortũ. & lege plata de idicẽdo ueientibus bello: exercitũ magna ex parte uolũtarium noui tribuni militum cõsulari potestate Veios duxere. Fuere autẽ tribuni. T. Quintius capitolinus. Qu. Quitius Cincinnatus: Claudius Iulius Tullus iterum. A. Manlius. L. Furius Medulinus tertium. M. Aemylius Mamercus. Ab his primũ circũsessi Veii sũt: sub cuius initiũ obsidionis: cũ hetruscoꝝ cõsiliũ ad sanum Voltumnæ frequenter habitũ esset: paruum constitit: bello ne publico gentis uniuersæ tuendi ueientes essẽt. Ea oppugnatio segnior in sequenti anno fuit: parte tribunorum exercituſque ad uolscum auocata bellum. Tribunos militum consulari potestate is annus habuit Claudium Valeriũ Potitũ tertiũ. M. Sergium Fidenatẽ. P. Corneliũ Maluginẽsem. Gn. Corneliũ Cossum: Claudium Fabiũ Ambustum. Sp. Nautiũ Rutilium iterum. Cum uolscis inter ferentinum atque Ecetram signis collatis dimicatum. romanis secunda fortuna pugnæ fuit. Artena inde uolscorum oppidum ab tribunis obsideri cœpta. inde inter eruptionem tentatam: compulso in urbem hoste: occasio data est romanis irrumpendi. præterquam arcem: cætera capta. in arcem munitam natura globus armatorum concessit: infra arcẽ cæsi capticq; multi mortales. Arx

deide obsidebat: nec aut ui capi poterat: quia p spatio loci satis præsidii habebat: aut spem dabat deditionis: omni publico frumẽto prius: quã urbs caperet: ĩ arcẽ cõuecto: tedioq; recessũ, inde foret: nisi seruus arcem romanis pdidisset. Ab eo milites p locũ arduũ accepti cepere: a quibus cũ custodes trucidarent: cætera multitudo repentino clamore oppressa ĩ deditionẽ uenit. Diruta & arce: & urbe Artena: reductæ legiones ex Volscis: oĩsq; uis romana Veios cõuersa est. Proditori præter libertatẽ duar̃ familiar̃ bona ĩ præmiũ data Seruius romanus uocitatus. Sunt qui Artenã ueiẽtiũ nõ Volscor̃ fuisse credãt. præbet errorẽ: qđ eiusdam noĩs urbs ĩter Cære: atq; Veios fuit: sed eã reges romani deleuere: cæterũ quæ nõ ueientiũ fuerat, altera hæc noĩe eodẽ in uolsco agro fuit: cuius excidiũ est dictum.

LIBER QVINTVS.

HAEC ALIBI PARTA: ROMANI VEIQ; VE IN ARMIS ERANT: TANta ira odioq; ut uictis finẽ adesse appareret. Comitia utriusq; populi longe diuersa ratione facta sũt. romani auxere tribunor̃ militũ consulari potestate numerũ. octo: quot nũquã antea creati: Martius Aemylius Mamercus iter̃. L. Valerius Potitus tertiũ. Ap. Claudius Crassus: Marcus Quĩtilius Varus. M. Iulius Rullus. M. Posthumius. M. Furius Camillus. M. Posthumius Albinus. Veientes contra: tedio annuæ ambitionis: quæ interdũ discordiarum causa erat: regem creauere. Offendit ea res populor̃ hetruriæ aĩos: non maiore odio regni: quam ipsius regis. grauis iam is antea genti fuerat opibus supbiaq;: quia. solennia ludorũ: quos ĩtermitti nefas est: uiolenter diremisset: cũ ob irã repulsæ qđ suffragio xii. populor̃ alius sacerdos ei prælatus esset: artifices: quor̃ magna pars ipsius serui erãt: ex medio ludicro repẽte abduxit. gẽs itaq; ante oẽs alias eo magis dedita religionibus: qđ excelleret arte colendi eas: auxiliũ ueiẽtibus negandũ donec sub rege essent: decreuit. cuius decreti suppressa fama est Veiis propter metũ regis: quia: a quo tale quid dictũ referret: pro seditionis eum prĩcipẽ: nõ noui sermonis auctorẽ habebat. Romanis & sũ quietæ res ex hetruria nũciabant: tamen quia oĩbus cõciliis eã rem agitari afferebatur: ita muniebãt: ut ancipitia muniméta essent. alia in urbẽ & cõtra oppidanor̃ eruptiones uersa: alia frons ĩ hetruriã spectãs: in auxiliis: siqua forte inde ueniret: obstruebatur. Cũ spes maior ĩperatoribus romanis ĩ obsidione: quã ĩ oppugnatione esset: hybernacula etiã res noua militi romano ædificari cœpta: cõsiliũq; erat hyemãdo cõtinuare bellum: quod posteaquã tribunis plebis iandiu nullã nouandi res causam iuuentibus ẽ allatũ: ĩ cõcionẽ psiliũt: sollicitãt plebis aĩos: hoc illud eẽ dictitãtes: qđ æra militibus sint cõstituta: nec se fefelliſſe id donũ inimicor̃ ueneno illitũ fore: ueniſſe libertatẽ plebis: remotã ĩ ppetuũ & ablegatã ab urbe & ab republica iuuentutẽ. iam ne hyemi quidẽ aut tẽpori ãni cedere: ac domos & res iuisse suas. Quã putarẽt cõtinuatæ militiæ cãm esse: nullam pfecto aliã iuenturos: quã nequid p frequẽtiã iuuenum eor̃ ĩ quibus uires oẽs plebis essẽt: agi de cõmodis eor̃ posset: uexari præterea & subigi multo acrius: quã uetientes quippe illos hyemem sub tectis suis agere: egregiis muris situq; naturali urbem tutantes: militẽ romanũ ĩ opere ac labore pruiniſq; obrutum sub pellibus durare: ne hyemis quidem spatio: quæ omnium bellor̃ terra mariq; sit quies: arma deponẽtem. Hoc neq; reges: neq; ante tribunitiã potestatẽ creatã super bos illos cõsules: neq; triste dictatoris ĩperiũ: neq; ĩportunos decẽuiros iniunxisse seruitutis: ut perennem militiã facerẽt: quod tribuni militũ ĩ plebe romana regnum exercerẽt. quidnã illi cõsules dictatoresue facturi essẽt: qui pcõsularem imaginẽ tam sæuam ac trucẽ fecerint? sed id accidere haud ĩmerito: nõ fuisse ne ĩ octo quidem tribunis militũ locũ ulli plebeio. Ante trina loca cũ cõtentione sũma patritios explere solitos: nũc iã octo iuges ad ĩperia obtinẽda ire & ne ĩ turba quidẽ hærere plebeiũ quẽquã: q si nihil aliud admoneat collegas liberos & ciues eor̃ non seruos militare: quos hyeme saltem ĩ domos ac tecta reduci oporteat: & aliquo tẽpore anni parẽtes liberosq; ac cõiuges iuisse: & usurpare libertatem: & creare magistratus. Hæc taliaq; uociferantes aduersariũ haud imparem nacti sunt. Ap. Claudiũ relictum a collegis: ad tribunitias seditiones conprimendas: uirum imbutum ab iuuenta iam certaminibus plebeiis: quẽ auctorem aliquot annis ante fuisse memoratum ẽ per collegar̃ intercessionem tribunitiæ potestatis dissoluendæ. Is tum iam non promptus ingenio tantum: sed etiam usu exercitatus talem orationẽ habuit. si unquam dubitatum est quirites: utrum tribuni plebis uestra an sua causa seditionum semper auctores fuerit. id hoc anno desisse dubitari certum habeo: & cũ lætor tandem longi erroris uobis finem factum esse: tũ quod secundis potissimũ uestris rebus, hic error est sublatus: & uobis: & propter uos reip. gratulor. An est quisquã: qui dubitet nullis iniuriis uestris: si quæ forte aliquando fuerunt unquam: æque quam munere patrum in plebem: cum æra militantibus constituta sunt: tribunos plebis offẽsos & concitatos esse? quod illos aliud aut tum timuisse creditis: aut hodie turbare uelle nisi concordiam ordinum? quam dissoluendæ maxime tribunitiæ potestatis rentur esse. Sic hercule tanquã artifices improbi opus quærũt: qui & sẽper ægri aliquid esse in repu. uolunt: ut sit: ad cuius curationem a uobis adhibeantur. Vtrum enim defenditis an impugnatis plebem? utrum militantium aduersarii estis: an causam agitis? nisi forte hoc dicitis: quicquid patres faciunt: displicet: siue illud pro plebe: seu contra plebem est. Et quemadmodum cum

seruis suis uetāt domini quicquā rei cū alienis hoibus esse: pariterq; in iis beneficio ac maleficio abstineri æquum censent: sic uos iterdicitis patribus comertio plebis: ne nos comitate ac munificētia nostra ꝓuocemus plebē: nec nobis plebs dicto audiēs atq; obediēs sit. Quāto tādē: si quicquā i uobis nō dico ciuilis: sed humani esset: fauere uos magis: & : quātum in uobis esset: indulgere potius comitati patrum: atq; obsequo plebis oportuit? quod si ꝑpetua concordia sit: quis nō spondere ausit maximum hoc imperium interfinitimos breui futurum? Atqui ego: quantum hoc consilium collegarum meorum: quo abducere infecta re a Veiis exercitum noluerunt: non utile solum: sed etiam necessarium fuerit: postea edisseram. Nūc de ipsa conditione dicere militantium libet: quā orationē non apud uos solū: sed etiam i castris: si habeatur: ipso exercitu disceptante: æquam arbitror uideri posse. in qua: si mihiipsi nihil: quod dicerem: in mentem ueni re posset: aduersariorum certe orationibus contentus essem. Negabant nuper æra danda militibus: quia nunquam data essent. quonammodo igitur nunc idignari possunt: quibus aliquid noui adiectū cōmodi sit: eis laboris etiā nouū ꝑportione iungi? nusquā: nec opera sine emolumēto nec emolumētū ferme sine ipensa opa ē: labor uoluptasq; dissimilima natura societate quadam iter se naturali sunt inexa. Molestē ante ferebat miles se suo sumptu operam reip. præbere: gaudebat idem partem āni se agrum suum colere: quærereq; unde domi militiæq; se ac suos tueri posset: gaudet nunc fructui sibi rēp. esse: & lætus stipendium accipit. æquo igitur animo patiatur se ab domo: ab re familiari: cui grauis impensa non est paulo diutius abesse: an si ad calculos eū resp. uocet: nō merito dicat: annua æra habes: annuā operā ede: an tu æquū censes militia semestri solidum te stipendium annuum accipere? Inuitus i hac parte orationis quirites moror: sic enim agere debent: qui mercænario milite utuntur: nos tāquā cum ciuibus agere uolumus: agiq; tanquam cum patria nobiscum æquum censemus. Aut non suscipi bellum oportuit: aut geri pro dignitate populi romani & perfici quāprimū oportet: perficietur autem: si urgemus obsessos: si non ante abscedimus: quam spei nostræ finem captis Veiis iposuerimus. Si hercule nulla alia causa ipsa indignitas perseuerantium iponere debuit. Decem quondam annos urbs oppugnata est ob unam mulierē ab uniuersa Græcia: quam procul ab domo: quod terras: quod maria distans: nos itra uigesimum lapidem in conspectu ꝑpe urbis nostræ annuā oppugnationē perferre piget: scilicet quia leuius belli causa est: nec satis quicquā iusti doloris est: quod nos ad preseuerandū stimulet septies rebellarunt: & in pace nunquā fidi fuerūt: agros nostros milies depopulati sunt: fidenates deficere a nobis coegerunt: colonos nostros ibi interfecerūt: auctores fuere: cōtra ius: cædis impiæ legatorum nostrorum: ac hetruriam omnem aduersus nos concitare uoluerunt: hodieq; id molliuntur: res repetentes legatos nostros haud procul abfuit: quin uiolarent: cum his molliter & ꝑ dilationes bellum geri oportet? Si nos tam iustum odium nihil mouet: ne illa quidē: oro: uos monēt? operibus ingentibus septa urbs est: quibus itra muros coercetur hostis. agrum non coluit: & culta euastata sunt bello. Si reducimus exercitum: quis est: qui dubitet illos non cupiditate solū ulciscēdi: sed etiam necessitate iposita ex alieno prædandi cū sua amiserint: agrum nostrū inuasuros? nō differimus igitur bellum isto consilio: sed itra fines nostros accipimus. Quid illud: quod proprie ad milites pertinet: quibus boni tribuni plebis cum stipendium extorquere uoluerunt: nunc consultum repēte uolunt: quale est? uallum fossamq; ingentis utranq; rem operis per tantum spatium duxerunt: castella primo pauca: postea exercitn aucto creberrima fecerunt: munitiones non i urbem modo: sed in hetruriam etiam expectantes: siqua inde auxilia ueniant: opposuere. quid turres: quid uineas testudinesq;: & talium oppugnādorum urbium apparatum loquar? cum tantum laboris exhaustum sit: & ad finem iam operis tandem puētum: relīquenda ne hæc censetis: ut ad æstatem rursus nouus de integro his instituendis exudetur labor? quanto est minus opera tueri facta & instare atq; perseuerare defungiq; cura. Breuis enim ꝑfecto res est: si uno tenore ꝑagitur: nec ipsi per itermissiones has iteruallaq; lentiorem spem nostram facimus. loquor de opere: & de temporis iactura. Quid periculi quod differendo bello adimus: nunc obliuisci nos hæc tā crebra hetruriæ cōsilia de mittēdis: Veios auxiliis patiuntur? ut nunc res habēt: irati sūt: oderūt: negāt missuros: quātū i illis ē: cape Veios licet. qs ē: q spōdeat eūdē. si diferī bellū: animū postea fore? cū si laxamētum dederis maior frequētiorq; legatio itura sit: cū id: qđ nūc offēdit hetruscos rex creatus Veiis spatio mutari iterposito possit: uel consensu ciuitatis: ut eo recōcilient hetruriæ animos: uel ipsius uoluntate regis: qui obstare regnum suum saluti ciuium nolit? Videte: quot res: quam inutiles sequantur illam uiam consilii: iactura operum tanto labore factorum: uastatio imminens finium nostrorum: hetruscum bellum pro ueiente concitatum. Hæc sunt tribuni consilia uestra non hercule dissimilia: ac siquis ægro: qui curari se fortiter passus: extemplo cōualescere possit: cibi gratia præsentis aut potionis longinquum forsitan & insanabilem morbum efficiat. Si mediusfidius ad hoc bellum nihil pertineret: ad disciplinam certe militiæ plurimū intererat: insuescere militem nostrum non solum parua uictotia frui: sed si res etiam lentior sit: patī tedium: & quāuis seræ spei exitum expectare: & si non sit æstate perfectum bellum hyemem opperiri: nec sicut æstiuas aues statim autumno tecta ac recessum circunspicere. Obsecro uos uenandi studium ac uoluptas homines per niues ac pruinas in montes siluasq; rapit: belli necessitatibus eam patientiam non adhibemus: quam uel lusus ac uoluptas elicere solet? adeo ne effœminata corpora militum nostrorum eē putamus: adeo molles animos: ut hyemem unam durare in castris: abesse ab domo non possint? ut tanquam nauale bellum tempestatibus captandis: & obseruando tempore anni gerant? non æstus: non frigora pati

possint? erubescāt ꝓfecto: si quis eis hoc obiiciat: contendātq; & animis: & corporibus suis uirilē patientiā inesse: & se iuxta hyeme atq; æstate bella gerere posse: nec se patrociniū molliciæ inertiæq; mandasse tribunis: & meminisse hanc ipsam potestatem nō ī umbra: nec in tectis maiores suos creasse. Hæc uirtute militū uestroꝝ: hæc romano noīe sūt digna: nō Veios tantū: nec hoc bellū ītueri qđ instat: sed famā: & ad alia bella: & ad cæteros populos in posteꝝ quærere. An mediocre discrimē opinionis secutuꝝ ex hac re putatis: utrum tandem finitimi populū romanū esse putēt: cuius siqua urbs primū illud breuissimi temporis sustinuerit impetū: nihil deinde timeat: an hic sit terror nominis nostri: ut exercitū nō tediū lōginquæ oppugnationis: nō uis hyemis ab urbe circūsessa semel amouere possit? nec finē ullū aliū belli: quam uictoriam nouerit? nec impetu potius bella: quam perseuerantia gerat? quæ in omni quidem genere militiæ: maxime tamē in obsidendis urbibus necessaria ē: quaꝝ plæraq; munitionibus ac naturali situ fame sitiq; tēpus ipsum uincit atq; expugnat: sicut Veios expugnabit: nisi auxilio hostibus tribuni plebis fuerint: & Romæ inuenerint præsidia Veientes: quæ nequicquā in hetruria quærūt. An ē quicq̄: qđ ueientibus optatum æque cōtingere possit: quā ut seditionibus primū urbs romana: deinde uelut ex cōtagione castra ipleant? At hercule apud hostes tanta modestia est: ut non obsidionis tedio: non deniq; regni quicquam apud eos nouatum sit: non negata auxilia ab Ethruscis irritauerint animos. morietur enim extemplo: quicūque erit seditionis auctor: nec cuiquam dicere ea licebit: quæ apud uos impune dicuntur. fustuarium meretur: qui signa relinquit. aut præsidio decedit: auctores signa relinquendi & deserendi castra non uni aut alteri militi: sed uniuersis exercitibus palam ī concione audiunt: adeo quicquid tribunus plebis loquitur: & si prodendæ patriæ dissoluendæq; reip. est: assuescitis audire: & dulcedīe potestatis eius capti quælibet sub ea scelera latere sinitis. Reliquū est: ut quæ hic uociferantur: eadē in castra & apud milites agant: & exercitus corrumpāt: ducibusq; parere nō patiātur: quoniā ea demū Romæ libertas ē: nō senatū: nō magistratus: nō leges: nō mores maioꝝ: nō instituta patrū: nō disciplinā uereri militiæ. Par iam etiā in cōciombus erat Appius tribunis plebis: cū subito: unde minime quis crederet: accepta calamitas apud Veios: & superiorē Appium in causa: & cōcordiam ordinū maiorē: ardorēq; ad obsidendos pertinacius Veios fecit: Nā cū agger ꝓmotus ad urbem: uineæq; tantū nō iam iniunctæ mœnibus essent: dum opera interdiu fiunt intentius: quam nocte custodiuntur: patefacta repente porta: ingens multitudo facibus maxime armata ignes cōiecit: horaq; mōmēto ageré ac uineas tam longi temporis opus incendium hausit: multiq; ibi mortales nequicquam opē ferentes ferro igniq; assumpti sunt. Quod ubi Romæ est nunciatū: mœstitiā oībus: senatui curā metumq; iniecit: ne tum uero sustineri: nec in urbe seditio nec in castris posset: & tribuni plebis uelut ab se uictæ reip. insultarēt: cū repente quibus census equester erat (equi publice nō erant assignati) consilio prius inter sese habito senatū adeunt: factaq; dicendi potestate equis se suis stipendia facturos ꝓmittunt. Quibus cū amplissimis uerbis gratiæ ab senatu actæ essēt: famaq; ea forum atq; urbē puasisset: subito ad curiam cōcursus fit plebis: pedestris ordinis se aiunt nūc esse: operāq; reipublicæ extra ordinem polliceri: seu Veios: seu quo alio ducere uelint: si Veios ducti sint: negant se inde prius quā capta urbe hostium redituros. Tum uero iam superfundenti se lætitiæ uix temperatū ē: nō enim sicut equites: dato magistratibus negotio: laudari iussi: neq; aut in curiā uocati: quibus responsum daretur: aut limine curiæ cōtinebatur senatus: sed pro se quisq; ex superiore loco ad multitudinē ī comitio stantem: uoce manibusq; significare publicā lætitiam. beatam urbem romanā: & inuictā: & æternā illa cōcordia dicere: laudare equites: laudare plebem: diem ipsū laudibus ferre uictam esse fateri comitem benignitatēq; senatus. Certātim patribus plebiq; manare gaudio lachrymæ: donec reuocatis in curiam patribus senatusc̄ōsultum factū ē: ut tribuni militares: concione aduocata: peditibus equitibusq; gratias agerent: memorem pietatis eorum erga patriam dicerent senatum fore. placere autem omnibus his uoluntariam extra ordinem professis militiam æra procedere: & equiti certus numerus æris est assignatus. tum primū equis merere equites cœpere. Volūtarius ductus exercitus Veios: nō amissa modo restituit opera: sed noua etiam īstituit. ab urbe commeatus ītentione: quā antea subuehi cura: nequid tā benemerito exercitui ad usum deesset. Insequēs annus tribunos militū cōsulari potestate habuit Claudiū Seruiliū Halam tertium. Qu. Seruiliū. P. Virginium: Qu. Sulpiciū. A. Manilium iterū. M. Sergiū iteꝝ. His tribunis dū cura omniū ī ueiens bellū intenta est: neglectū Anxuri præsidiū uacationibus militū & uolscos mercatores uulgo receptādo: proditis repēte portarū custodibus: oppressum est. minus militū periit: quia præter ægros lixaꝝ īmodū per agros uicinasq; urbes negotiabātur. Nec Veiis melius gesta res: quod tū caput oīum curaꝝ publicarū erat: Nā & duces romani plus ītersese iraꝝ: quā aduersus hostes animi habuerūt: & auctum ē bellū aduētu repentino capenatium & falisc̄oꝝ. Hi duo hetruriæ populi: quia ꝓximi regione erāt: deuictis Veiis: bello quoq; romano se proximos fore credētes: falisci propria etiā causa īfesti: quod fidenati bello se iam antea īmiscuerāt: per legatos ultro citroq; missos iureiurando ītersese obligati cum exercitibus nec opinato ad Veios accessere. Forte ea regione: qua Sergius tribunus militum præerat castra adorti sunt: igentēq; terrorem intulere: quia Ethruriam omnē excitam sedibus magna mole adesse romani crediderant. Eadem opinio ueientes in urbe concitauit. Ita ancipiti prælio castra romana oppugnabantur: Concursantes cum huc atq; illuc signa trāsferrent: nec ueientem satis cohibere ītra munitiones: nec suis munimentis arcere iam uim: ac tueri se ab exteriore poterāt hoste. Vna spes erat: si ex maioribus castris subueniret: ut diuersæ legiōes

aliæ aduersus capenatẽ ac faliscũ:aliæ cõtra eruptionẽ oppidanoꝝ pugnarent.Sed castris præerat Virginius priuatim Sergio inuisus infestusq; is cũ pleraq; castella oppugnata superatas munitiones utrinq; inuehi hostẽ nunciaret:in armis milites tenuit:si opus foret auxilio collegam dictitãs ad se missurꝝ. Huius arrogantiam ptinacia alterius æquabat:qui nequam opem ab inimico uideret petisse uinci ab hoste:quã uincere p ciuem maluit.Diu in medio cæsi milites:postremo desertis munitionibus perpauci in maiora castra pars maxima atq; ipse Sergius Romã ptenderũt.Vbi cum omnẽ culpam in collegam iclinaret:acciri Virginiũ ex castris:interea præesse legatos:placuit.Acta deinde in senatu res est: certatumq; iter collegas maledictis:pauci reip.huic atq; illi:ut quosq; studium priuatim aut gratia occupauerũt:adsunt.Primores patrum siue culpa:siue infelicitate tam ignominiosa clades accepta esset:cẽsueræ non expectandũ iustum tempus comitiorum:sed extemplo nouos tribunos militum creãdos esse:qui a kalendis octobribus magistratũ occiperẽt.In quam sententiã cum pedibus iretur:cæteri tribuni militũ nihil contradicere:at eninuero Sergius Virginiusq; ꝓpter quos pœnitere magistratuũ eius ãni senatum apparebat:primo deprecari ignominiã:deinde intercedere senatusc̃ulto:negare se ante idus decembres soiennem in eundis magistratibus diẽ honore abituros esse.Inter hæc tribuni plebis cũ inconcordia hominũ secundisq; rebus ciuitatis inuiti silentium tenuissent:feroces repente minari tribunis militũ:nisi in auctoritate senatus essent: se in uincula eos duci iussuros esse. Tum Claudius Seruilius Hala tribunus militum:quod ad uos attinet:tribuni plebis minasq; uestras:næ ego libenter experirer:quam non plus in his iuris:quam in uobis animi esset:sed nefas est tendere aduersus auctoritatem senatus:proinde & uos desinite iter nostra certamina locum iniuriæ quærere:& collegæ aut facient:quod censet senatus:autsi ptinacius tendẽt dictatorem extẽplo dicam:qui eos abire magistratu cogat.Cũ oĩum assensu cõprobata oratio esset:gauderentq; patres:sine tribunitiæ potestatis terriculis:inuentã esse aliam uim maiorem ad coercendos magistratus:uicti consensu omniũ comitia tribunoꝝ militum habuere:qui kalendis octobribus magistratũ occiperẽt:seq; eam ante diem magistratu abdicauere.L.Valerio Potito quartũ.M.Furio Camillo itez M.Aemylio Mamerco tertiũ.M.Cornelio Cosso itez:Claudio Fabio Ambusto.L.Iulio Tullo tribunis militũ cõsulari potestate multa domi militiæq; gesta:Nam & bellum multiplex fuit eodem tpe ad Veios:& ad Capenã:& ad Falerios:& ĩ Volscis:ut Anxur ab hostibus recuparet. & Romæ simul de delectu simul de tributo cõferẽdo laboratũ ẽ: & de tribunis plebis cooptãdis cõtentio fuit:& haud paruũ motũ duo iudicia eoꝝ:qui paulo ante cõsulari potestate fuerãt:exciuere. Omnium primum tribunis militum fuit delectũ haberi nec iuniores modo cõscripti:sed seniores etiam coacti nomina dare:ut urbis custodiã agerent.Quanto aũt augebat militũ numerus:tanto maiore pecunia in stipendium opus erat:eaq; tributo conferebat:inuitis cõferentibus:qui domi remanebant:quia tuentibus urbẽ opera quoq; militari laborandũ seruiẽdumq; reipublicæ erat.Hæc per se grauia:indignioraq; ut uiderent:tribuni plebis seditiosis concionibus faciebãt:ideo æra militibus constituta esse arguendo:ut plebis partem militiæ partẽ tributo cõficerent.Vnũ bellũ annũ iam tertiũ trahi:& cõsulto male geri ut diutius geranti:ĩ quattuor deinde bella uno delectu exercitus scriptos:& pueros quoq; ac senes extractos.Iam non ætatis:nec hyemis discrimẽ:esse ne ulla quies unquã miseræ plebi sit:quæ etiam uectigalis ad unum facta sit:ut cũ confecta labore:uulneribus postremo ætate corpora rettulerint:incultaq; omnia diutino dominoꝝ desiderio domi inuenerint:tributũ affecta re familiari pendant:æraq; militaria uelut fœnore accepta multiplicia reipublicæ reddant.Inter delectum tributum q;:& occupatos aios maioꝝ rerum curis: comitiis tribunoꝝ plebis numerus expleri nequit.Pugnatum inde in loca uacua:ut patritii cooptarent:posteaquã obtineri nõ poterat:tamẽ labefactandæ legis tribunitiæ causa effectum est:ut cooptarent tribuni plebis Claudius Lacerius:&.M.Acutius haud dubie patritioꝝ opibus. Sors ita tulit:ut eo anno tribunus plebis.G. Trebonius esset:qui nomini ac familiæ debitũ præstare uideretur treboniæ legis patrocinium.Is quod petissent patres quidam:primo incœpto repulsi:cum tribunos militum expugnassent:uociferãs legem trebo niam sublatã.& cooptatos tribunos plebis nõ suffragiis populi:sed ĩperio patritiorum: & eo deuolui rẽ: ut aut patritii:aut patritioꝝ asseclæ habẽdi tribuni plebis sint:eripi sacratas leges:extorqueri tribunitiã potestatẽ id fraude patritioꝝ scelere ac proditione collegaꝝ factum arguere. Cum arderent inuidia non patres modo:sed etiã tribuni plebis cooptati pariter & qui cooptauerãt:tum ex collegio tres.P. Curatius M.Metilius:&.M.Minutius trepidi reꝝ suaꝝ ĩ Sergiũ Virginiũq; prioris ãni tribunos militares ĩcurrũt. In eos ab se iram plebis iuidiãq; die dicta auertunt:quibus delectus:quibus tributũ:quibus diuturna militia lõginquitasq; belli sit grauis:qui clade accepta ad Veios doleant:qui amissis liberis fratribus: ꝓpinquis affinibus lugubres domos habeãt:iis publici priuatiq; doloris exequendi ius potestatẽq; ex duobus noxiis capitibus datã ab se memorãt. oĩum nãq; maloꝝ in Sergio Virginioq; causas esse:nec id accusatorẽ magis arguere:quã fateri reos:qui noxii ambo alter ĩ alterꝝ cãm cõferãt:fugã Sergii Virginius:Sergius ꝓditionẽ ĩcrepãs Virginii:quoꝝ adeo ĩcredibilẽ amentiã fuisse:ut multo uerisimilius sit compacto eã rẽ:& cõmuni fraude patritioꝝ actã.Ab his & prius datũ locũ ueiẽtibus:ad incendenda opera belli trahẽdi causa & nũc ꝓditũ exercitũ:tradita falisci romana castra:omnia fieri ut conseneſcat ad Veios iuuentus:nec de agris nec de aliis cõmodis plebis ferre ad populũ tribuni. frequẽtiaq; urbana celebrare actiões & resistere cõspirationi patritioꝝ possint.Præiudicium iã de reis & ab senatu:& a populo romano: & ab

ipsoꝝ collegis factū esse:nā & senatusco̅sulto eos ab republica remotos ee̅:& recusātes abdicare se magistratu dictatoris metu ab collegis coercitos esse:& po.ro.tribunos creasse:q̄ nō idibus decēbribus die solēni:sed extemplo kal. octobribus magistratum occ;perent : quia stare diutius respublica his manētibus in magistratu non posset.Et tamen eos tot iudiciis confossos prædamnatosq̄ uenire ad populi iudiciū: & existimare defunctos esse se:satisq̄ pœnarum dedisse:quod duobus mensibus citius priuati facti sunt: neq̄ intelligere nocēdi sibi diutius tum potestatem ereptam esse:non pœnam irrogatam: quippe & collegis abrogatū ꝑiriū:qui certe nihil deliquissent. Illos repeterēt aīos quirites:quos recenti accepta clade habuissent:cum fuga trepidum:plenum uulnerum ac pauore:incidentem portis exercitū uiderūt:nō fortunam aut quenquam deorum:sed hos duces accusantem.Pro certo habere neminem in concione stare:qui illo die nō caput domū fortunasq̄.L.Virginii:ac Marci Sergii sit execratus detestatusq̄:minime conuenire quibus iratos quisq̄ deos præcatus sit: in iis sua potestate cum liceat:& oporteat non uti.nūquam deos ipsos admouere nocētibus manus:satis esse si occasione ulciscendi læsos arment.His orationibus incitata plebs denissimillibus æris grauis reos cōdemnat:ne quicquam Sergio martem communem belli fortunamq̄ accusante:Virginio deprecante ne infelicior domi:quam militiæ esset.In hos uersa ira populi:cooptationis tribunorum fraudisq̄ contra legem treboniam factæ memoriam obscuram fecit. Victores tribuni ut præsentem mercedem iudicii plebs haberet:legem agrariam promulgāt:tributū cōferre ꝓhibent:cum tot exercitibus stipēdio opus esset:resq̄ militia ita prospere gererentur:ut nullo bello ueniretur ad exitū spei.Namq̄ Veiis castra:quæ amissa erant:recuperata:castellis præsidiisq̄ firmātur. Præerant tribuni militū.M.Aemylius:Qu.Fabius.M.Furio ī falisc̄is: &.G.Cornelio ī capenate agro:hostes nulli extra mœnia inuenti:prædæ actæ:ī cendiis uillaꝝ ac frugū uastati fines:oppida oppugnata nec obsessa sūt.At ī Volscis depopulato agro Anxur oppugnatū nequicquam loco altositū:& posteaquā uis irrita erat uallo fossaq̄ obsideri cœptū:Valerio Potito Volsci,puicia euenerat.Hocstatu militariū reꝝ se ditio ītestina maiore mole coorta:quā bella tractabāt:& cū tributū cōferri ꝑ tribunos nō posset: nec stipēdiū ꝑatoribus mitteret:æraq̄ militaria flagitaret miles:haud,pcul erat:quin castra quoq̄ urbanæ seditionis cōtagiōe turbarent.Inter has iras plebis ī patres:cū tribuni plebis nūc illud tēpus esse dicerent stabiliēdæ libertatis:& ab Sergiis Virginiūsq̄ ad plebeos uiros fortes ac strenuos trāsferēdi sūmi honoris non tamē ultra ,pcessū ē:quā unus ex plebe usurpādi iuris causa.P.licinius Caluus tribunus militū cōsulari potestate crearet:cæteri patritii creati.P. Manlius:&.P.Ticinius.P.Melius.L.Furius Medullinus.L. Popilius Volsco.Ipsa plebes mirabat se tātā rē obtinuisse:nō is mō:qui creatus erat:uir nullis ante honoribus usus:uetus tantū senator & ætate iā grauis:nec satis cōstat cur primus ac potissimus ad nouū delibādum honorē sit habitus.alii.G.Cornelii fratris:qui tribunus militum priore āno fuerat: triplexq̄ stipēdium equitibus dederat:gratia extractum ad tātum honorē credunt.alii orationē ipsum tēpestiuā de cōcordia ordinum pribus plebiq̄ gratā habuisse.Hac uictoria comitioꝝ exultātes tribuni plebis:qd̄ maxime rēpublicā ꝑpediebat:de tributo remisērūt.collatū obedieter missumq̄ ad exercitum ē.Anxur ī Volscis breui receptū ē.Insignis ānus hyeme gelida ac niuosa fuit:adeo ut uiæ clausæ tyberis ínauigabilis fuerit.Annona ex ante cōuecta copia nihil mutauit.Et quia.P.Licinius:ut cœpat:haud tumultuose magistratū maiore gaudio plebis:quā īdignatiōe patrū ita etiā gessit:dulcedo iuasit ,pximis comitiis tribunoꝝ militū plebeios creādi:unus.M.Veturius ex patritiis cāditatis locū tenuit:plebeios alios tribunos militū cōsulari potestate oēs fere cēturiæ dixere.L.Ticiniū.P.Meneniū.G.Genutiū.L.Raciliū.Hyemē tristē seu ex intēperie cæli raptim mutatione ī cōtrariū facta:siue alia quacūq̄ de causa grauis:pestilēsq̄ oībus aīalibus æstas excepit.cuius ī sanabili ꝓnicie quādo nec causa:nec finis īueniebat:libri sibyllini ex senatusco̅sulto aditi sūt:duunuiri sacris faciūdis:lectisternia tūc primū ī urbe romana facta:ꝑ dies octo Appolinē : Latonāq̄:& Dianā:Herculē:Mercuriū:atq̄ Neptunū tribus:quanampliss̄ime tū apparari poterat: stratis lectis placuere.Priuatim quoq̄ id sacrū celebratū ē tota urbe patētibus ianuis:,pmiscuoq̄ usu reꝝ oīum ī ,ppatulo posito:notos ignotosq̄ passim aduenas ī hospiciū ductos ferūt:& cū inimicis quoq̄ benigne ac comiter sermōes habitos:iurgiis ac litibus tēperatū.uictis quoq̄ dépta ī eos dies uícula:religioni deīde fuisse : quibus eā opē detulisset uíciri.Interim ad Veios terror multiplex fuit:tribus ī unū bellis collactis : nanq̄ eodē:quo antea modo circa muniméta cū repēte capenates falisciq̄ subsidio uenissent:aduersus tres exercitus ancipiti ꝑlio pugnatū ē:ante oīa adiuuit memoria:dānationis Sergii ac Virginii.Itaq̄ maioribus castris:ūde ātea cessatū fuerat:breui spatio circūductæ copiæ:capenates ī uallū romanū uersos ab tergo aggrediunt.Inde pugna cœpta falisc̄is ítulit terroré:trepidātesq̄ eruptio ex castris opportune facta auertit: repulsos deīde īsecuti uictores ígentē ediderūt cædē.Nec ita multo post iā palātes ueluti forte oblati populatores capenatis agri reliquias pugnæ absumpsere:& ueiētium refugētes ī urbē multi ante portas cæsi dū præ metu ne simul romanus irrumpet:obiectis foribus extremos suoꝝ exclusére.Hæc eo āno acta.Et iā comitia tribunoꝝ militum aderāt:quoꝝ ,ppe maior pribus:quā belli cura erat:quippe nō cōmunicatū mō cū plebe:sed ,ppe amissum cernētibus summū ꝑium.itaq̄ clarissimis uiris excōposito ꝑparatis ad petēdum:quos prætereundi uerecundiam crederet fore:nihilominus ipsi pinde ac si oēs cāditati eént cūcta expientes:nō hoíes mō:sed deos etiā excipiebāt:ī regionē uertētes comitia biennio habita priore āno ítollerādā hyemē ,pdigiisq̄ diuínis símilē coortā:,pximo nō ,pdigia:sed iā euentus pestilētiā agris urbique

illãtã:haud dubia ira deum:quos peſtis eius arcẽdæ cauſa placãdos eſſe ĩ libris fatalibus ĩuentum ſit. Comitiis:quæ auſpicato fierẽt:indignũ diis uiſũ honores uulgari diſcriminaq; gentiũ cõfundi. Præterquam maieſtate petẽtium religione etiã attoniti hoĩes patritios oẽs parte magna honoratiſſimũ quẽq; tribunos militum cõſulari poteſtate creauere.L.Valerium Potitũ.Qu.Valerium Maximũ.M.Furiũ Camillũ itez. L.Furium Medulinũ tertiũ.Qu.Seruilium Fidenatem itez.Qu.Sulpiciũ Camerinũ itez. His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum eſt:tota uis in populationibus fuit.duo ſummi ĩperatores Potitus a Faleriis;Camillus a Capena prædas ĩgẽtes gere:nulla ĩcolumi relicta re:cui ferro aut igni noceri poſſet.Prodigia ĩterim multa nunciari:quoz pleraq; & quia ſinguli auctores erãt:paz credita ſpretaq;: & quia hoſtibus Ethruſcis:p quos ea ꝓcurarẽt:aruſpices nõ erãt.In unum oĩum curæ uerſæ ſunt:qđ lacus ĩ albano nemore ſine ullis cæleſtibus aquis:cauſaue qua alia quæ rẽ miraculo eximeret:ĩ altitudinẽ ĩſolitã creuit.quid nã eo dii portẽderẽt ꝓdigio:miſſi ſciſcitatum oratores ad delphicũ oraculum:ſed ꝓpior ĩterpres oblatus fatis.Senior quidã ueiẽs:qui ĩter cauillãtes ĩ ſtationibus ac cuſtodiis milites romanos Ethruſcoſq; uaticinãtis ĩ modum cecinit:priuſq; ex lacu albano aqua emiſſa foret nunquã potituz Veiis romanum.qđ primo uelut temere iactum ſperni:agitari deĩde ſermonibus cœptũ ẽ:donec unus ex ſtatione romana ꝑcunctatus ꝓximum oppidanoz:iã p longĩquitatẽ belli cõmercio ſermonum facto:quiſnã is eſſet: qui p ambages de lacu albano iaceret:poſteaquã audiuit aruſpicẽ eſſe:uir aut ĩtacti religione animi cauſatus de priuati portẽti ꝓcuratiõe:ſi opere illi eſſet:cõſulere uelle:ad colloquium uatẽ elicuit:cumq; ꝓgreſſi ambo a ſuis lõgius eẽnt inermes ſine ullo metu:prævalẽs iuuenis romanus ſenẽ ĩfirmũ ĩ cõſpectu oĩum raptum:nequicquã tumultuãtibus Ethruſcis ad ſuos trãſtulit.qui cum ꝓductus ad ĩperatorẽ:ĩde Romam ad ſenatum miſſus eẽt:ſciſcitãtibus:quid nã id eſſet:qđ de lacu albano docuiſſet: reſpondit ꝓfecto iratos deos ueiẽti populo illo fuiſſe die:quo ſibi eã mẽtem obieciſſẽt:ut excidium patriæ fatale ꝓderet.itaq; quæ tũ cecinerit diuino ſpiritu iſtinctus:ea ſe nec ut ĩdicta ſint reuocare poſſe:& tacẽdo forſan qđ dii ĩmortales uulgari uelint:haud minus quã celãda effando nefas cõtrahi.His igiẽ libris fatalibus ſic diſciplina etruſca traditũ eſſe:ut quãdo aqua albana abundaſſet:tũ ſi eã romanus rite emiſiſſet:uictoriã de ueiẽtibus dari:antequã id fiat deos mœnia ueiẽtũ deſerturos nõ eſſe.Exequebaẽ inde quæ ſolẽnis deriuatio eſſet:ſed auctoré leué nec ſatis fidum ſup tãta re eſſe patres rati:decreuere legatos ſorteſq; oraculi pythici expectãdas.Priuſquã a Delphis oratores redirẽt:albaniue ꝓdigii piacula inuenirẽt:noui tribuni militũ cõſulari poteſtate.L.Iulius Tullus.P.Furius Medulinus quartũ.L.Sergius Fidenas:Aurelius Poſthumius Regillenſis.P.Cornelius Maluginenſis.A.Manlius magiſtratũ inierunt Eo ãno Tarquiniẽſes noui hoſtes exorti:quia multis ſimul bellis uolſcoz ad Anxur ubi præſidium obſidebaẽ:equoz ad Lauicos qui romanã ibi coloniã oppugnabãt:ad hoc ueiẽti quoque:& faliſco:& capenati bello occupatos uidebant romanos: nec ĩtra muros quietiora negotia eſſe certaminibus patrz ac plebis.Inter hæc locum iniuriæ rati eſſe:prædatum ĩ agz romanum cohortes expeditas mittunt:aut enim paſſuros inultã eã iniuriã romanos ne nouo bello ſe onerarẽt:aut exiguo eoq; paz ualido exercitu ꝓſecuturos.Romanis ĩdignitas maior quã cura populationis tarquiniẽſium fuit.eo nec magno conatu ſuſcepta:nec ĩ lõgum dilata res ẽ.Aurelius poſthumius:&.L.Iulius nõ iuſto delectu:&.n.a tribunis plebis ĩpediebaneẽ:ſed ꝓpe uolũtarioz quos adhortãdo ĩcitauerãt coacta manu pagz cæreté obliquis tramitibus egreſſi: redeuntes a populationibus graueſq; præda tarquiniẽſes oppreſſere.multos mortales obtrũcãt:oẽs exuunt ĩpedimẽtis:& receptis agroz ſuorũ ſpoliis Romã reuertuneẽ.Biduum ad recognoſcẽdas res datũ dominis:tertioq; ĩcognita(erãt autẽ pleraq; hoſtium ipſoz)ſub haſta uenierũt.quodq; ĩde redactum militibus ẽ diuiſum. Cætera bella maximeq; ueiẽs ĩcerti exitus erãt.lãq; romani:deſperata ope humana:fata & deos expectãt:cum legati ab Delphis uenerũt ſorté oraculi afferẽtes cõgruẽtem reſpõſo captiui uatis:Romanæ aquã albanã caue lacu cõtineri:caue ĩ mare manare ſuo flumine ſinas:emiſſam p agros rigabis:diſſipatãq; riuis extingues. tum tu ĩſiſte audax hoſtium muris:memor quã p tot annos obſides urbẽ ex ea tibi his:quæ nũc pãduneẽ:ſatis uictoriã datã.bello pfecto donum amplum uictor ad mea tẽpla portato:ſacraq; patria.quoz omiſſa cura eſt:inſtaurata:ut aſſolet:facito.Ingẽs inde haberi captiuus uates cœptus: eũq; adhibere tribuni militum Cornelius Poſthumiuſq; ad ꝓdigii albani ꝓcurationẽ ac deos rite placãdos cœpere.Inuẽtumq; tandem eſt:ubi neglectas cerimonias ĩtermiſſũue ſolenne dii arguerẽt:nihil ꝓfecto aliud eſſe.quã magiſtratus uitio creatos:latinas ſacrumq; ĩ albano mõte nõ rite cõcepiſſe.unã expiationẽ eoz eſſe: ut tribuni militũ abdicarẽt ſe magiſtratu:auſpicia deintegro repeterent:& ĩterregnũ iniret.Ea ita facta ſunt ex ſenatuſcõſulto.Interreges tres deĩde fuere.L.Valerius.Qu.Seruilius Fidenas.M.Furius Camillus.nunquã deſitum interim turbari comitia ĩterpellãtibus tribunis plebis:donec cõueniſſet prius:ut maior pars tribunorum militũ ex plebe crearet.Quæ dum aguneẽ:concilia Ethruriæ ad fanum Voltumnæ habita:poſtulãtibuſque capenatibus ac faliſcis:ut Veios cõmuni animo conſilioq; omnes Ethruriæ populi ex obſidione eriperent:reſponſum eſt ante ſe ueientibus negaſſe:quia unde cõſilium nõ petiſſent ſuper tanta re:auxilium petere non deberent:nunc iam pro ſe fortunam ſuam illis negare:maxime:in ea parte Ethruriæ gentem inuſitatam:nouos accolas gallos eſſe:cum quibus nec pax ſatis fida:nec bellum ꝓ certo ſit. ſanguini tamen nominiq; & præſentibus periculis conſanguineorum id dari:ut:ſiqui iuuentutis ſuæ uoluntarii ad id bellum eant:non impediant.Eum magnum aduenisſe hoſtium numerum fama Romæ erat:eoq; mi-

teſcere diſcordiæ inteſtinæ metu cõmuni: ut fit cœptæ, haud inuitis patribus, P. Licinium Caluum prærogatiua tribunũ militũ nõ petẽtem creãt: moderationis expertæ in priore magiſtratu uigẽ: cæteꝝ iã tũ exactæ ætatis: omneſq; deinceps ex collegio eiuſdẽ anni refici apparebat. L. Ticinium, P. Menenium, Gn. Genutium, L. Raciliũ: qui priuſquã renũciarent: iure uocatis tribubus: pmiſſu iterregis, P. Licinius Caluus ita uerba fecit. Omen cõcordiæ quirites: rei maxime ĩ hoc tempus utili: memoria noſtri magiſtratus uos his comitiis petere in ſequẽtem ãnum uideo: ſi & collegas eoſdẽ reficitis etiam uſu meliores factos. me iam non eundẽ: ſed umbrã nomenq;, P. Licinii relictum uidetis. uires corporis effetæ: ſenſus oculoꝝ atq; aurium hebetes: memoria labat: uigor animi obtuſus. en uobis: inquit (iuuenem filium tenens) effigiem atque imaginem eius: quẽ uos antea tribunũ militum ex plebe feciſtis: hunc ego inſtitutum diſcipli na mea uicarium ꝓ me reip. do dicoq;: uoſque quæſo quirites: delatum mihi ultro honorem huic petenti meiſque ꝓ eo adiectis precibus mãdetis. Datum id petẽti patri: filiuſque eius, P. Licinius tribunus militum cõſulari poteſtate cum iis: quos ſupra ſcripſimus: declaratus. Ticinius Genutiuſque tribuni militũ ꝓfecti aduerſus faliſcos capenateſque: dum bellum maiore aĩo gerunt: quam conſilio: præcipitauere ſe in inſidias. Genutius morte honeſta temeritatem luens ante ſigna inter primores cecidit: Titinius ĩ editum tumulum ex multa trepidatione militibus collectis aciem reſtituit: nec ſe tamen æquo loco hoſti cõmiſit. Plus ignomĩæ erat quam cladis acceptum: quæ ꝓpe ĩ cladem uertit ingentẽ: tantum inde terroris non Romæ modo: quo multiplex fama ꝓuenerat: ſed in caſtris quoque fuit ad Veios. ægre ibi miles retentus a fuga eſt: cũ puaſiſſet caſtra rumor: ducibus exercituq; cæſo: uictorẽ capenatẽ ac faliſcũ: Ethruriæq; oẽm iuuentutẽ haud ꝓcul inde abeſſe. His tumultuoſiora Romæ: iã caſtra ad Veios oppugnari: iam ꝓtem hoſtium tẽdere ad urbẽ agmine infeſto crediderãt: cõcurſumq; ĩ muros eſt: & matronaꝝ: quas ex domo conciuerat Publicus pauor: obſecrationes ĩ templis factæ: præcibuſq; a diis petitum: ut exitum ab urbis tectis tẽpliſq; ac mœnibus romanis arcerẽt: Veioſq; eum auerterẽt terrorem: ſi ſacra renouata rite: ſi ꝓcurata ꝓdigia eſſent. Iam ludi latinæq; inſtaurati erãt: iam ex lacu albano aqua emiſſa ĩ agros: Veioſq; fata appetebãt. Igit fatalis dux ad excidiũ illius urbis ſeruãdæq; patriæ, M. Furius Camillus dictator dictus magiſtrũ equitum, P. Cornelium Scipionem dixit. Omnia repente mutauerat imperator mutatus: alia ſpes alius animus hominum: fortuna quoq; alia urbis uideri. Oĩum primum in eos: qui a Veiis in illo pauore fugerant: more militari aĩaduertit: effecitq;: ne hoſtis maxime timendus militi eſſet: deinde indicto delectu in diẽ certam, ipſe interim Veios ad confirmandos militum animos intercurrit: inde Romam ad ſcribendum nouũ exercitum redit ullo detrectante militiã. Peregrina etiam iuuẽtus latini herniciq; operam ſuam pollicẽtes ad id bellum uenere: quibus cum gratias in ſenatu ægiſſet: ludos magnos ex ſenatuſconſulto uouit Veiis captis ſe facturum: ædemque matutæ matris refectam dedicatuꝝ iam ante ab rege Seruio Tullio dedicatã. Profectus cũ exercitu ab urbe expectatione maiore hominũ: quã ſpe: ĩ agro primum nepeſino cũ faliſcis & capenatibus ſigna cõfert. oĩa ibi ſumma ratione cõſilioque acta: fortuna etiã: ut fit: ſecuta eſt. nõ ꝑlio tantũ fudit hoſtes: ſed caſtris quoque exuit: ĩgentique præda ẽ potitus: cuius pars maxima ad quæſtorem redacta eſt: haud ita multum militi datum. Inde ad Veios exercitus ductus: denſioraque caſtella facta. Et a ꝓcurſationibus: quæ multæ temere ĩter muꝝ atq; uallũ fiebãt: edicto nequis iniuſſu pugnaret: ad opus milites traducti. Opeꝝ fuit oĩum lõge maximũ ac laborioſiſſimũ cuniculus in arcẽ hoſtiũ agi cœptus: quod ne ĩtermitteret opus: neu ſub terra continuus labor eoſdẽ cõficeret: ĩ partes ſex munimẽtoꝝ numeꝝ diuiſit: ſenæ horæ i orbẽ operi attributæ ſũt: nocte ac die nunquã ante omiſſum: quã in arcem uiã facerẽt. Dictator cum iã in manibus uideret uictoriam eſſe: urbẽ opulentiſſimã capi: tãtumq; prædæ fore: quantum nõ oĩbus ĩ unum collatis ante bellis fuiſſet: ne ĩde aut militũ iram ex maligniate prædæ partitæ: aut inuidiã apud patres ex ꝓdigia largione caperet: litteras ad ſenatum miſit: deũ ĩmortalium benignitate: ſuis cõſiliis: patientia militũ Veios iã fore ĩ poteſtate populi romani: quid de ꝑda faciẽdum cenſerẽt. Duæ ſenatum diſtinebãt ſententiæ: ſenis, P. Licinii: quẽ primum dixiſſe a filio ĩterrogatũ ferũt: edici palã placere populo: ut qui ꝓcipes eſſe ꝑdæ uellet: in caſtra Veios iret. altera, Ap. Claudii: qui largitionẽ nouã: ꝓdigiã: inequalẽ: incõſultã: argues: ſi ſemel nefas ducerẽt captã ex hoſtibus ĩ ærario exhauſto bellis pecuniã eſſe: auctor erat ſtipẽdii ex ea pecuniã militi numerãdi: quo minus tributi plebes cõferret: eius enĩ doni ſocietatẽ ſenſuras æqualiter oĩum domos: nõ auidas ĩdireptiones manus ociſorum urbanoꝝ prærepturas fortium bellatoꝝ præmia eſſe: cũ ita ferme eueniat: ut ſegnior ſit prædator: ut quiſq; laboris periculiq; præcipuã petere ꝓtem ſoleat. Licinius cõtra ſuſpectã & inuiſam ſemp eã pecuniã fore aiebat: cauſaſq; criminũ ad plebẽ: ſeditionũ inde ac legum nouaꝝ præbiturã. ſatius igitur eſſe reconciliari eo dono plebis animos: exhauſtis atq; exinanitis tributo tot annoꝝ ſuccurri: & ſentire ꝑdæ fructum ĩ eo bello: in quo ꝓpe cõſenuerunt. gratius id fore lætiuſq;: quod quiſq; ſua manu ex hoſte captum domũ rettulerit: quã ſi multiplex alterius arbitrio accipiat. ipſũ dictatorẽ fugere inuidiã ex eo: criminaq; eo delegaſſe ad ſenatũ: ſenatũ quoq; debere reiectã rẽ ad ſe pmittere plebi: ac pati habere: quod cuiq; ſors belli dederit. Hæc tutior uiſa ſententia ẽ: quæ populare ſenatũ faceret. Edictum itaq; eſt: ad prædã ueientẽ quibus uideret: in caſtra ad dictatorem ꝓficiſcerent: ingẽs ꝓfecta multitudo repleuit caſtra. Tũ dictator auſpicato egreſſus cum edixiſſet: ut arma milites caperẽt: tuo ductu: inquit: pythice Apollo: tuoq; numine inſtinctus pergo ad delandam urbem Veios: tibiq; hĩc decimam partem prædæ uoueo. te ſimul Iuno

regina:quæ nũc Veios colis:præcor:ut nos uictores ĩ nostrã tuãq; mox futurã urbem ſequare:ubi te dignum amplitudine tua templũ accipiat.Hæc præcatus ſuperãte multitudine ab oĩbus locis urbẽ aggredi tur:quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet.Veiẽtes ignari ſe iam ab ſuis uatibus: iam ab externis oraculis ꝓditos:iam in ptem prædæ ſuæ uocatos deos:alios uotis ex urbe ſua euocatos:hoſtium templa nouaſq; ſedes ſpectare:ſeq; ultimum illum diẽ agere:nihil minus timẽtes; quã ſubrutis cuniculo mœnibus arcem iam plenã hoſtium eſſe:in muros ꝓ ſe quiſq; armati diſcurrũt mirẽtes quidnã id eſſet: quod cum tot ꝑ dies nemo ſe ab ſtationibus romanis mouiſſet:tum uelut repentino icti furore improui di currerent ad muros.Inſeritur huic loco fabula.Immolante rege ueientium:uocẽ aruſpicis dicẽtis: qui eius hoſtiæ exta præſecuiſſent:ei uictoriam dari:exauditam ĩ cuniculo mouiſſe romanos milites:ut adapto cuniculo exta raperent:& ad dictatorem ferrent.ſed in rebus tam antiquis:ſi quæ ſimilia ueri ſint: ꝓ ueris accipiantur ſatis habeam:hæc ad hoſtentationẽ ſcænæ gaudentis miraculis aptiora:quã ad fidem: neq; affirmare:neq; refellere eſt operæpretium.Cuniculus delectis militibus eo tempore plenus ĩ æde Iunonis:quæ in ueiẽtana arce erat:armatos repẽte edidit:& pars auerſos in muris inuadunt hoſtes:pars claustra portarũ reuellũt:pars cũ ex tectis ſaxa tegulæq; a mulieribus ac ſeruitiis iacerẽtur:inferũt ignes. Clamor omnia uariis terrentium ac pauentium uocibus:mixto mulierum ac puerorũ ploratu:complet.Momẽto temporis deiectis ex muro undique armatis;patefactiſq; portis:cum alii agmine irruerẽt:alii deſertos ſcanderent muros urbs hoſtibus impletur:oĩbus locis pugnat.Deinde multa iam edita cæde ſeneſcit pugna:& dictator præcones edicere iubet:ut ab inermi abſtineat.Is finis ſanguinis fuit.deinde inermes capti:& ad prædam miles ꝓmiſſu dictatoris diſcurrit.Quæ cũ ante oculos eius aliquãtum ſpe atq; opinione maior maioriſq; pretii reꝝ ferretur:dicitur manus ad cælum tollens precatus eſſe dictator:ut ſicui hominũ deorũq; nimia ſua fortuna populiq; romani uideret:ut eam ĩuidiam lenire ſuo priuato incõmodo: quam minimo publicoq; romani populi liceret.Conuertentem ſe inter hãc uenerationem tradit memoriæ ꝓlapſum cecidiſſe:idq; omen pertimuiſſe.Poſtea euentu rem cõiectantibus uiſum ad dãnationẽ ipſius Camilli:captæ deinde urbis Romæ:qđ poſt paucos accidit annos:cladẽq;.Atq; ille dies cæde hoſtiũ ac direptione urbis opulentiſſimæ ẽ cõſũptus. Poſtero die libera corpora dictator ſub corona uẽdidit:ea ſola pecunia in publicũ redigit: haud ſine ira plebis. Et quod rettulere ſecum prædæ:nec duci:qui ad ſenatũ:malignitatis auctores quærẽdo:rem arbitrii ſui reieciſſet:nec ſenatui:ſed liciniæ familiæ:ex qua filius ad ſenatum rettuliſſet:pater tam popularis ſententiæ auctor fuiſſet:acceptum referebãt. Cũ iam humanæ opes egeſtæ a Veiis eſſent:amoliri tum deũ dona:ipſoſq; deos:ſed colentium magis:quã rapientiũ modo cœpere:nanq; delecti ex omni exercitu iuuenes pure lautis corporibus candida ueſte: quibus deportanda Romam regina Iuno aſſignata erat: uenerabundi templum iniere:primo religioſe admouẽtes manus:quod id ſignum;more uetuſto:niſi certæ gẽtis ſacerdos attrectare nõ eſſet ſolitus:deinde cum quidã ſeu ſpiritu diuino tactus: ſeu iuuenili ioco:uis ne Romã ire Iuno:dixiſſet:ãnuiſſe cæteri Romã cõclamauerũt.inde fabule adiectũ eſt uocem quoq; dicentis uelle auditã.motã certe ſede ſua parui molimenti adminiculis ſequẽtis modo accipimus;leuem ac facilẽ trãſlatu fuiſſe:integrãq; in auentinũ æternã ſedẽ ſuã: quo uota romani dictatoris uocauerãt:platã:ubi tẽplũ ei: poſtea idem:qui uouerat.Camillus dedicauit. Hic Veiorũ occaſus fuit urbis opulẽtiſſimæ Ethruſci nominis:magnitudinẽ ſuã uel ultima clade ĩdicantis:quod decem æſtates hyemeſq; cõtinuas circunſeſſa:cũ plus aliquãto cladiũ ĩtuliſſet quam accepiſſet: poſtremo iam fato quoq; urgente:operibus tamẽ nõ ui expugnata ẽ.Romã:ut nũciatum ẽ;Veios captos: quanq; & ꝓdigia ꝓcurata fuerãt & uatũ reſpõſa:& pythicæ ſortes notæ:& quãtum humanis adiuuari cõſiliis potuerat res: ducẽ.M.Furiũ maximũ imperatorũ oĩum legerãt:tamẽ quia tot ãnis uarie ibi bellatũ erat:multæq; clades acceptæ:uelut ex inſperato ĩmenſum gaudium fuit.& priuſq; ſenatus decerneret:plena oĩa templa romanarũ matrũ gratias diis agentiũ erant.ſenatus quatriduũ quot dieꝝ nullo ante bello ſupplicationes decernit.Aduẽtus quoq; dictatoris oĩbus ordinibus obuiã effuſis celebratior: quã ullius unquã antea fuit:triumphuſq; oẽm conſuetũ honorandi illius diei modum aliquantum exceſſit: maxiẽ cõſpectus ipſe ẽ:curru equis albis iũcto urbem inuectus:parũq; id nõ ciuile modo ſed humanum etiã uiſum:Iouis ſoliſq; equis equiperatũ dictatorem ĩ religionẽ etiam trahebãt:triumphuſq; ob eam unã maxime rem clarior:quã gratior fuit.Tum Iunoni reginæ templũ ĩ auentino locauit dedicauitq; Matutæ matris:atq; his diuinis humaniſq; rebus geſtis dictatura ſe abdicauit.Agi deinde de Apollinis dono cœptum cui ſe decimam uouiſſe prædæ partem cũ diceret Camillus:põtifices ſoluẽdũ religione populũ cẽſerent: haud facile inibat ratio iubẽdi referre prædam populũ: ut ex ea pars debita ĩ ſacrũ ſecerneret.tãdẽ eo qđ leuiſſimũ uidebat decurſũ ẽ:ut qui ſe domũq; religione exoluere uellet:cũ ſibimetipſi prædã æſtimaſſet ſuã:decimæ pretiũ partis ĩ publicũ deferret:ut ex eo donũ aureũ dignũ ãmplitudine tẽpli ac numine dei ex dignitate populi romani fieret.ea quoq; collatio plebis aĩos a Camillo alienauit.Inter hæc pacificatũ legati a uolſcis & equis uenerũt:ĩpetrataq; pax magis ut feſſa tã diutino bello aquieſceret ciuitas:quã qđ digni peterẽt. Veiis captis ſex tribunos militũ cõſulari poteſtate ĩſequẽs ãnus habuit:duos.P.Cornelios: Coſſũ.& Scipionẽ.M.Valeriũ Maximũ itemꝝ:Ceſonẽ Fabiũ Ambuſtũ itemꝝ:L.Furiũ Medullinũ quĩtum. Qu Seruiliũ tertiũ.Corneliis faliſcũ bellũ:Valerio ac Seruilio capenas ſorte euẽit:ab his nõ urbes ui: aut opibus tẽtatæ:ſed ager eſt depopulatus: ꝑdæq; reꝝ agreſtiũ actæ:nulla felix arbor:nihil frugiferꝝ ĩ agro

relictum.Ea clades capenatem populum ſubegit:pax petentibus data.in faliſcis bellum reſtabat. Romæ interim multiplex ſeditio:cuius leniendæ cauſa coloniã ĩ Volſcos:quo triamillia ciuium romanoꝝ ſcriberent:deducendã cenſuerant:triunuiriq; ad id creati terna iugera & ſeptunces uiritim diuiſerãt.Ea largitio ſperni cœpta:quia ſpei maioris auertẽdæ ſolatium obiectum cenſebant.Cur enĩ relegari plebem in Volſcos:cum pulcherrima urbs Veii agerq; ueiẽtanus ĩ cõſpectu ſit uberior ampliorq; romano agro:urbem quoq; urbi Romæ uel ſitu:uel magnificentia publicoꝝ priuatorumq; tectoꝝ ac locoꝝ ꝓponebãt. quin illa quoq; actio mouebatur:quæ poſt captam utique Romã a gallis celebratior fuit: tranſmigrandi Veios.Cæteꝝ ptem plebis:partem ſenatus deſtinabãt habitandos Veios:duaſque urbes cõmunes reipu. ĩcoli a romano populo poſſe . Aduerſus quæ cum optimates ita tenderent:ut morituros a ſe citius dicerent in cõſpectu romani populi:quã quicquã eaꝝ reꝝ rogaret:quippe nũc in una urbe tantum diſſenſionum eſſe:quid in duabus urbibus fore:uictã ne ut quiſquã uictrici patriæ præferret:ſineretque maiorẽ fortunam captis eſſe Veiis quam ĩ columnibus fuerat:poſtremo ſe relinqui a ciuibus in patria poſſe : ut relinquãt patriam atque ciues nullam uim unquam ſubacturam:& Titum Sicinium(is enim ex tribunis plebis rogationis eius lator erat(cõductorẽ Veios ſequãtur:relicto deo Romulo dei filio parẽte & auctore urbis Romæ.Hæc cum fœdis certaminibus agerent(nã ptem tribunoꝝ plebis patres ĩ ſnã ſententiã traxerant(nulla res alia manibus tempare plebem cogebat:quã quod ubi rixe cõmittendæ cauſa clamor ortus eſſet:prĩcipes ſenatus primi turbæ offerẽtes ſe peti feriri atq; occidi iubebãt.Ab hoꝝ ætatibus dignitatibuſq; & honoribus uiolãdis dum abſtinebant:& ad reliquos ſimiles conatus uerecundia iræ obſtabat.Camillus identidẽ oĩbus locis cõcionabat:haud miꝝ id quidẽ eſſe furere ciuitatẽ:quæ dãnata uotiorũ reꝝ potiorẽ curã quã religione ſe exoluẽdi habeat.nihil de collatione dicere ſtipis uerius:quã decimæ:quãdo ea ſe quiſq; priuatim obligauerit:liberatus ſit populus.Eninuero illud ſe tacere ſuã cõſcientiã nõ pati:quod ex ea tantũ prãda:quæ reꝝ mouẽtiũ ſit:decima deſignet:urbis atq; agri capti : quæ & ipſa uoto cõtineat mentionẽ nullã fieri.Cum ea diſceptatio anceps ſenatui uiſa:delegata ad pontifices eſſet : adhibito Camillo:uiſum collegio quod eius ante conceptum uotum Veientium fuiſſet:& poſt uotum ĩ poteſtatẽ populi romani ueniſſet:eius ptem decimam Apollini ſacratã eſſe.ita in æſtimationẽ urbs agerq; uenit,pecunia ex ærario prompta.& tribunis militũ conſularibus:ut auꝝ ex ea cœmeret:negotiũ datum cuius cum copia nõ eſſet:matronæ:cœtibus ad eam rem conſultandã habitis:& cõmuni decreto pollicitæ tribunis militũ:auꝝ & omnia ornamenta ſua in ærarium detulerunt.Grata ea res:ut quæ maxime ſenatui unquã fuit:honorẽq; ob eam munificentiã ferunt matronis habitũ:ut plauſtro ad ſacra:ludoſq; carpentis feſto ꝓceſtoque uterent.Põdere ab ſingulis auro accepto æſtimatoque:ut pecuniæ ſoluerent: craterã aureã fieri placuit:quæ donum Apollini Delphos Portaret.Simul ab religione aĩos remiſerũt:ĩtegrãt ſeditionẽ tribuni plebis:ĩcitat multitudo ĩ oẽs prĩcipes:ante alios ĩ camillũ.Eũ prædã ueiẽtanã publicando ſacrãdoque ad nihilum redegiſſe:abſentes ferociter increpãt:præſentium:cũ ſe ultro iratis offerẽt: uerecũdiã habent.Simul extrahi rem ex eo ãno uiderũt:tribunos plebis latores legis ĩ annũ eoſdẽ reficiunt: & patres hoc idem de ĩterceſſoribus legis ãniſſi .ita tribuni plebis magna ex ꝑte iidem refecti . Comitiis tribunoꝝ militũ patres ſũma ope euicerũt:ut Marcus Furius Camillus crearet.Propter bella ſimulabant parari ducem:ſed rogationi tribunitiæ aduerſarius quærebatur.Cũ camillo creati tribuni militũ cõſulari poteſtate.L.Furius Medulinus ſextũ:Claudius Aemyllius Valerius Publicola.Sp.Poſthumius.P.Cornelius iteꝝ.Principio ãni tribuni plebis nihil mouerũt:donec Marcus Furius Camillus ĩ Faliſcos:cui id bellũ mãdatũ erat:ꝑficiſceret.differẽdo deinde eláguit res:& Camillo:quẽ aduerſariũ maxie metuerãt:gloria ĩ Faliſcis creuit:nã cũ primo mœnibus ſe hoſtes tenerẽt:tutiſſimũ id rati.populatione agroꝝ atq; ĩcendiis uillaꝝ coegit eos egredi urbe:ſed timor longius ꝓgredi ꝓhibuit.Mille fere paſſuũ ab oppido caſtra locãt: nulla re alia fidentes ea ſatis tuta eſſe:quã difficultate aditus aſperis cõfragoſiſq; circa:& partim arctis : ptim arduis uiis.Cæterum Camillus captiuum indicem ex agris ſecutus ducem caſtris multa nocte motis prima luce aliquanto ſuperiobus locis ſe oſtendit.Trifariã romani muniebãt:alius exercitus prælio ĩtentus inſtabat:ibi impedire opus conantes hoſtes fundit fugatq;.tantumq; inde pauoris faliſcis iniectum ẽ: ut effuſa fuga caſtra ſua:quæ ꝓpiora erãt:prælati urbẽ peteret.multi cæſi uulneratiq;:priuſquã pauentes portis ĩcideret:caſtra capta.præda ad quæſtores redacta cũ magna militũ ira:ſed ſeueritate ĩperii uicti eãdem uirtutẽ & oderãt:& mirabant.Obſidio inde urbis:& munitiones:& ĩterdũ ꝑ occaſionẽ impetus oppidanoꝝ ĩ romanas ſtationes:prælia q; parua fieri:& teri tẽpus neutro ĩclinata ſpe:cum frumetum copiæ que aliæ ex ante cõuecto largius obſeſſis:quã obſidẽtibus ſuppeteret:uidebaturq;:æque diuturnus futurus labor ac Veiis fuiſſet:ni fortuna ĩperatori romano:ſimul ac cognitæ rebus bellicis uirtutis ſpecimen maturã uictoriã dediſſet.Mos erat faliſcis eodẽ magiſtro liberoꝝ & comite uti:ſimulq; plures pueri : qd hodie quoq; ĩ Græcia manet:unius curæ demãdabant.principum liberos:ſicut fere fit:qui ſciẽtia uidebatur prælcellere:erudiebat.Is cum ĩ pace iſtituiſſet pueros ante urbẽ luſus exercẽdiq; cauſa ꝓducere : nihil eo more ꝑ belli tẽpus ĩtermiſſo:dũmodo breuioribus:modo lõgioribus ſpatiis trahẽdo eos a porta: luſu ſermonibuſq; uariatis lõgius ſolito:ubi res dedit ꝓgreſſus:ĩter ſtationes eos hoſtiũ caſtraq; inde romana ĩ ꝓtoriũ ad Camillũ ꝓduxit.ibi ſceleſto facinori ſceleſtioré ſermonẽ addidit:Faliſcos ſe ĩ manus tradidiſſe romanis:qd eos pueros:quoꝝ parẽtes capita ibi reꝝ ſint ĩ poteſtate:dediderit.Quæ ubi Camillus audi-

uit:Nõ ad ſimilẽ:inquit:tui:nec populũ:nec imperatorẽ:ſceleſtus ipſe cũ ſceleſto munere uenifti.Nobis cũ faliſcis:quæ pacto ſit humano:ſocietas nõ eſt:quã ĩgenerauit natura utriſq; eſt:eritq;.Sunt & belli ſicut pacis iura:iuſteq; ea non minus:quã fortiter didicimus gerere.Arma habemus nõ aduerſus eã ætatẽ:cui etiã captis urbibus ꝑcitur:ſed aduerſus armatos & ipſos:qui nec læſi:nec laceſſiti a nobis caſtra romana ad Veios oppugnauerũt:eos tu: quãtũ ĩ te fuit:nouo ſcelere uicifti:ego romanis artibus uirtute ope armis ſicut Veios uincam.Denudatum deinde eum manibus poſt tergũ illigatis reducẽdum Faliſcos pueris tradidit: uirgaſq; eis:quibus ꝑditorẽ ageret ĩ urbẽ:uerberẽtes dedit.Ad quod ſpectaculũ cõcurſu populi primo facto:deinde a magiſtratu de re noua uocato ſenatu:tanta mutatio animis eſt iniecta:ut qui modo efferati odio iraq; uicntium exitum pene quã capenatium pacẽ mallẽt:apud eos pacẽ uniuerſa poſceret ciuitas: fides romana:iuſticia ĩperatoris ĩ foro & curia celebrant;conſenſuq; omniũ legati ad Camillum in caſtra atq; inde ꝑmiſſu Camilli Romã ad ſenatũ:qui dederẽt Faliſcos ꝑficiſcunt;.Introducti ad ſenatum ita locuti traduntur.Patres cõſcripti:uictoria:cui nec deus:nec homo quiſquã inuideat:uicti a uobis & ĩperatore ueſtro dedimus nos uobis:rati:quo nihil uictori pulchrius ẽ:melius nos ſub ĩperio ueſtro:quã legibus noſtris uicturos.Euẽtu huius belli duo ſalutaria exẽpla ꝑdita humano generi ſũt.Vos fidẽ ĩ bello:quã præſentem uictoriã maluiſtis.Nos fide ꝑuocati uictoriã ultro detulimus:ſubditione ueſtra ſumus.Mittite:q arma:qui obſides:qui urbẽ patentibus portis accipiant:nec uos fidei noſtræ:nec nos ĩperii ueſtri pœnitebit.Camillo & ab hoſtibus:& a ciuibus gratiæ actæ:faliſcis ĩ ſtipendiũ militũ eius anni:ut populus romanus tributo uacaret pecunia ĩperata.Pace data exercitus Romã reductus.Camillus meliore multo laude: quã cũ triũphãtẽ albi ꝑ urbẽ uexerãt eq;:ĩſignis iuſticia fideq; hoſtibus uictis cũ ĩ urbẽ rediſſet; tacite eius uerecũdiã nõ tulit ſenatus:qn ſine mora uoti liberaret;:crateráq; aureã donũ Apollini legati:q ferrẽt:Lucius Valerius Lu.Sergius:Aulus Málius miſſi lõga una naue haud ꝑcul freto ſiculo a pirratis liparẽtiũ excepi deuehunt; Liparas.Mos erat ciuitatis uelut publico latrocinio partã prædã diuidere. Forte eo anno in ſũmo magiſtratu erat Timaſitheus qdã romanis uir ſimilior quã ſuis:q legatoꝝ nomẽ donũq; & deũ:cui mitteret;:&doni cãm ueritus:ipſe multitudiné quoq;:quæ ſẽp ferme regẽti ẽ ſimilis:relgiõis iuſtæ ĩpleuit: adductoſq; ĩ publicũ hoſpitiũ legatos:cũ ꝑſidio ẽt nauiũ Delphos ꝑſecutus; Romã ĩde ſoſpites reſtituit. hoſpitiũ cũ eo ſenatuſcõſulto ẽ factũ:donaq; publice data.Eodẽ ãno ĩ Eqs uarie bellatũ: adeo ut ĩ incerto fuerit & apud ipſos exercitus:& Romæ uiciſſẽt:uicti ne eſſent.Imperatores romani fuere ex tribunis militũ Aemylius Sp.Poſthumius primò rẽ cõiter geſſerũt. fuſis ĩde acie hoſtibus Aemyliũ ꝑſidio Verruginẽ obtinere placuit:Poſthumiũ fines uaſtare.ibi eũ ĩ cõpoſito agmĩe negligẽtius ab re bene geſta eũtẽ adorti eq;:terrore iiecto:ĩ ꝓximos cõpulere tumulos:pauorq; ĩde Verrugiem ẽt ad ꝑſidiũ alteꝝ ẽ ꝓlatus.Poſthumius ſuis ĩ tutũ receptis cũ cõciõe aduocata terroré icreparet ac fugã:fuſos eé ab ignauiſſimo & fugaciſſimo:hoſte:cõclamat uniuerſus exercitus merito ſe ea audire:& fateri admiſſũ flagitiũ:ſed eoſdẽ correcturos eẽ:neq; diuturnũ id gaudiũ hoſtibus fore:poſcẽtes ut cõfeſtĩ ĩde ad caſtra hoſtiũ duceret:& ea ĩ cõſpectu erãt poſita ĩ plano:nihil pœne recuſabãt:ni ea ãte noctẽ expugnaſſẽt.Collaudatos corpora curare para toſq; eẽ q̃rta uigilia iubet:& hoſtes nocturnã fugã ex tumulo romãoꝝ:ut ab ea uia:q̃ ferebat Verrugiem excluderẽt:fuere obuii:ꝑliũq; ãte lucẽ:ſed luna ꝓnox erat:cõmiſſũ ẽ:& haud ĩcertius diurno ꝑliũ fuit.Sed Clamor Verruginã perlatus:cũ caſtra romana crederẽt oppugnari:tãtũ iniecit pauoris:ut nequicquã retinẽte atq; obſecrãte Aemylio;Tuſculũ palantes fugerent.inde fama Romã perlata eſt Poſthumiũ exercitũq; occiſũ.Qui ubi prima lux metũ ĩſidiaꝝ effuſſe ſequẽtibus ſuſtulit: cum perequitaſſet aciẽ promiſſa repetens:tantum iniecit ardoris:ut non ultra ſuſtinuerint impetum equi.cædes inde fugientium: qualis ubi ira magis:quam uirtute res geritur:ad perniciem hoſtium facta eſt: Triſtemq; ab Tuſculo nunciũm:ne quicquam exterrita ciuitate: litteræ a Poſthumio laureatæ ſequuntur:uictoriam populi romani eſſe:equorum exercitum deletum Tribunorum plebis actiones:quia nondum inuenerant finẽ:& plebs continuare latoribus legis tribunatum: & patres reficere interceſſores legis anniſſi ſunt:ſed plus ſuis comitiis plebs ualuit.quem dolorem ulti patres ſunt:ſenatuſconſulto facto:ut conſules inuiſus plebi magiſtratus crearentur. annum poſt quintum decimum creati conſules. L. Lucretius Flauius: Sergius Sulpicius. Camerinus. Principio huius anni ferociter: quia nemo ex collegio interceſſurus erat: coortis ad perferendam legem tribunis plebis:nec ſegnius ob idipſum conſulibus reſiſtentibus: omniq; ciuitate in unam eam curam conuerſa: Vitelliam coloniam romanam in ſuo agro equi expugnant: colonorum pars maxima incolumis: quia nocte proditione oppidum captum liberam per auerſa urbis fugam dederat: Romam perfugere. L. Lucretio conſuli ea prouincia euenit. is cum exercitu profectus acie hoſtes uicit: uictorq; Romam ad maius aliquanto certamen redit. dies dicta erat tribunis plebis biennii ſuperioris a Virginio &.Qu. Põponio: quos defẽdi patꝝ cõſenſu ad fidẽ ſenatus ꝑtinebat neq; enĩ eos aut uitæ ullo crimine alio: aut geſti magiſtratus quiſquã arguebat:præterquã quod gratificãtes patribus rogationi tribunitiæ interceſſiſſẽt. uicit tamẽ gratiã ſenatus plebis ira:& peſſimo exẽplo ĩnoxii denis milibus grauis æris cõdẽnati ſũt.id ægre paſſi prẽs.Camillus palã ſceleris plebẽ arguere:quæ iã ĩ ſuos uerſa nõ intelligeret ſe prauo iudicio de tribunis ĩterceſſionẽ ſuſtuliſſe: qđ ĩterceſſiõe ſublata tribunitiã ptãtem euertiſſẽt. Nã qđ illi ſparẽt effrenatã licentiã eius magiſtratus prẽs laturos: falli eos:ſi tribunitia uis tribunitio auxilio repelli nequeat:aliud tellũ prẽs inuenturos eſſe: cõſuleſq; ĩcrepabat: qđ fide

publica decipi tribunos eos taciti tuliſſent:qui ſenatus auctoritatem ſecuti eſſent. Hæc palam concionabundus in dies magis augebat iras hominum,ſenatum uero incitare aduerſus legem haud deſiſtebat:ne aliter deſcenderent in forum:cum dies ferendæ legis ueniſſet:quam ut qui meminiſſent:ſibi pro aris focisq; & deum tẽplis ac ſolio in quo nati eſſent:dimicandũ fore. Nam quod ad ſe priuatim attineat:ſi ſuæ gloriæ ſibi inter dimicationem patriæ meminiſſe ſit fas:ſibi amplam quoque eſſe urbem ab ſe captam: frequentari:quottidie ſe frui monumento ſuæ gloriæ:& ãte oculos urbem habere latam ĩ triumpho ſuo: inſiſtere omnes ueſtigiis laudũ ſuarum,Sed nefas ducere deſertam ac relictã a diis immortalibus incoli urbem:& in captiuo ſolo hoſpitari populum romanum:& uictricem patriã uicta mutari.His adhortationibus prĩcipes concitati patres ſenes iuueneſq;:cum ferretur lex:agmine facto:in forum uenerũt:diſſipatiq; per tribus ſuos quiſq; tribules præhenſantes orare cum lachrymis cœpere: ne eam patriam:pro qua fortiſſime feliciſſimeq; ipſi ac patres eorũ dimicaſſent:deſererent:capitolium:ædem Veſtæ:cetera circa templa deorum oſtentantes:ne exulem extorrem populum romanum a ſolo patrio ac diis penatibus ĩ hoſtiũ urbem agerent:eoq; rem adducerẽt:ut melius fuerit non capi Veios:ne Roma deſereretur. Quia non ui agebant:ſed precibus:& inter preces multa deorum mentio erat: religioſum parti maximæ fuit:& legem unam plures tribus antiquarunt:quam iuſſerunt. Adeoq; ea uictoria læta patribus fuit:ut poſtero die referentibus conſulibus ſenatuſconſultum fieret:ut agri uicntani ſeptena iugera plebi diuiderentur: nec patribus familiæ tantum:ſed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur:uellentq; in eam ſpem liberos tollere.Eo munere delinita plebe nihil certatum eſt:quo minus conſularia comitia haberẽtur,creati conſules,L.Valerius Potitus:M.Manlius:cui Capitolino poſtea fuit cognomẽ.Hi conſules magnos ludos fecere:quos.M.Furius dictator uouerat uicnti bello.Eodem anno ædes Iunonis reginæ ab eodem dictatore:eodemq; bello uota dedicatur:celebrataq; dedicationem ingẽti matronarũ ſtudio tradunt.Bellum haud memorabile in Algido cum equis geſtum eſt:fuſis hoſtibus prius:pene quam manus conſererent.Valerio;quod perſeuerantior cædendis in fuga fuit:triumphus:Manlio:ut ouans ingrederetur urbem: decretum eſt.Eodem anno nouum bellum cum uolſinienſibus exortum:quo propter famẽ peſtilentiamq; in agro romano:ex ſiccitate caloribuſq; nimiis ortam:exercitus duci nequiuit,ob quæ uolſinienſes ſalpinatibus adiunctis ſuperbia elati ultro agros romanos in curſauere.bellum ĩde duobus populis indictum.Gaius Iulius cenſor deceſſit:in eius locum Marcus Cornelius ſuffectus. Quæ res poſtea religioni fuit:quia eo luſtro Roma capta eſt:nec deinde unquam in demortui locũ cenſor ſufficitur.Conſulibuſq; morbo implicitis placuit per ĩterregnum renouari auſpicia,Itaq; cum ex ſenatuſconſulto conſules ſe magiſtratu abdicaſſent:interrex creatur Marcus Furius Camillus:qui Publium Cornelium Scipionem:is deinde Lucium Valerium Potitum interregem prodidit.Ab eo creati ſex tribuni militũ conſulari poteſtate :ut etiam:ſi cui eorũ incõmoda ualitudo fuiſſet:copiã magiſtratũ reipublicæ eſſet.Kalẽdis quintilibus magiſtratum occepere.Lucius Lucretius:Ser.Sulpicius:Marcus Aemylius,L.Furius Medullinus ſeptimũ.Agrippa Furius:Claudius Aemilius iterũ.Ex his Lucio Lucretio:& Claudio Aemylio uolſinienſis prouĩcia euenit.Salpinates Agrippæ Furio:& Seruio Sulpicio.Prius cum uolſinienſibus pugnatũ eſt:bellum numero hoſtium ĩgenis certamen haud ſane aſperũ fuit:Fuſa concurſu primo acies in fugam: millia octo armatorũ ab equitibus intercluſa:poſitis armis:in deditionem uenerunt.Eius belli fama effecit:ne ſe pugnæ committerent ſalpinates:mœnibus armati ſe tutabãtur.Romani prædas paſſim & ex ſalpinati agro:& ex uolſinienſi:nullo eã uim arcente:ægerunt:donec uolſinienſibus feſſis bello:ea conditione:ut res populo romano redderent:ſtipendiumq; illius anni exercitui præſtarent:in uiginti annos iduciæ datæ.Eodem anno Marcus Ceditius de plebe nunciauit tribunis:ſe in noua uia:ubi nunc ſacellum ẽ ſupra ædẽ Veſtæ:noctis ſilẽtio audiſſe uocẽ clariorẽ humana:quæ magiſtratibus dici iuberet:gallos aduentare.Id ut fiet propter auctoris humilitatẽ ſpretũ:& quod longĩqua eoq; ignotior gens erat.Neq; deorũ modo monita ingruẽte fato ſpreta:ſed humanã quoq; opẽ:quæ una erat:M.Furiũ ab urbe amouere: qui die dicta ab Lucio Apuleio tribuno plebis ꝓpter prædam ucientanã:filio quoq; adoleſcẽte ꝑ idẽ tempus orbatus:cũ accitis domũ tribulibus cliẽtibuſq; magna ꝑs plebis erat ꝓcunctatus animos eorũ reſponſũ tuliſſet:ſe colaturos quanti damnatus eſſet:abſoluere eũ non poſſe:in exiliũ abiit:ꝓcatus ab diis ĩmortalibus:ſi ĩnoxio ſibi ea iniuria fieret:primo quoque tẽpore deſideriũ ſui ciuitati ĩ gratæ facerẽt.Abſens qndecĩmillibus grauis æris damnat.Expulſo ciue:quo manẽte:ſi quicquã humanorũ ẽ certi:capi Roma non potuerit.Aduentãti fatali urbi clade legati a cluſinis ueniũt:auxiliũ aduerſus gallos petentes.Eã gentẽ tradit fama dulcedĩe frugũ:maxĩeq; uini noua tũ uoluptate captã alpes trãſiſſe:agroſq; ab Ethrtuſcis ãte cultos poſſediſſe:& ĩuexiſſe ĩ Galliã uinũ illiciẽdæ gẽtis cã. Arũte cluſinũ ira corruptæ uxoris ab Lucumone:cui tutor is fuerat:ipſo ꝓpotẽte iuuene:& a quo expeti pœne:niſi externa uis q̃ſita eſſet:neq; rẽt: hũc trãſeũtibus alpes ducẽ auctorẽq; Cluſiũ oppugnãdi fuiſſe.Eq; dẽ haud abnuerĩ Cluſiũ gallos ab Arũte:ſeu quo alio cluſino adductos:ſed eos:q; expugnauerũt Cluſiũ:nõ fuiſſe:q; primi alpes trãſierĩt.Satis cõſtat:ducẽtis qppe ãnis:ãtequã Cluſiũ opugnarẽt:urbẽq; romã caperẽt ĩ Italiã galli trãſcẽderũt.Nec cũ his primũ Ethruſcorũ:ſed multo ãte cũ iis:q; inf appẽninũ alpeſq; ĩcolebãt:ſæpe exercitus gallici pugnauere Tuſcorũ ãte romanorũ impiũ late terra mariq; opes patuere:mari ſupo ĩferoq;:q̃bus Italia ĩſulæ modo cingitur:quantum potuerit:nomina ſunt argumento:quod alterum tuſcum cõmuni uocabulo gentis:

alteꝝ adriacum mare ab Adria tuſcoꝝ colonia uocauere italicæ gentes:græci eadē tyrhenū atq; adriaticum uocāt.In utrunq; mare uergentes icoluere urbibus duodenis terras prius cis appenninum ad infeꝝ mare:poſtea trans appenninū totidē:quod capita originis erāt:colonis miſſis:quæ trāſpadum oīa loca:excepto uenetoꝝ angulo:qui ſinum circuncolunt maris:uſq; ad alpes tenuere.Alpinis quoq; ea tangentibus haud dubie origo eſt maxime rhetiis:quos loca ipſa efferarūt:nequid ex antiquo præter ſonum linguæ: nec eū icorruptum retinerēt.De trāſitu ī Italiā galloꝝ hæc accepimus.Priſco Tarquinio Romæ regnāte:celtaꝝ:quæ pars Galliæ tertia ē:penes bituriges ſumma imperii fuit.Ii regē Celtico dabāt:Ambigatus is fuit uirtute fortunaq; tum ſua:tum publica præpollens:quod īperio eius Gallia adeo frugum hominūq; fertilis fuit:ut abūdans multitudo uix regi uideret poſſe.Hic magno natu ipſe iā exonerare prægrauāte turba regnū cupiēs:Bellueſū & Sigueſū ſororis filios īpigros iuuenes miſſurum ſe eſſe: ī quas dii dediſſent auguriis ſedes : oſtendit : quantum ipſi uellent : numerum hominum excirent : nequa gens arcere aduenientes poſſet.Tum ſigueſo ſortibus dati hercynei ſaltus:Bello ueſo haud paulo lætiorem ī Italiā uiā dii dabāt.Is quod eis ex populis abūdabat:bituriges:aruernos:ſenones:heduos: ambarros: carnutes:aulercos:exciuit.pfectus īgentibus peditum equitumq; copiis ī tricaſpinos uenit.alpes inde oppoſitæ erāt:quas īexpugnabiles uiſas aut equidē miror:nulla dum uia:quod quidē cōtinēs memoria ſit : niſi de Hercule fabulis credere libet ſuperatas.Ibi cū uelut ſeptos mōtium altitudo teneret gallos:circunſpectarēt; qua nam p iuncta cælo iuga in alium orbem terraꝝ trāſirēt:religio etiā tenuit:quod allatum eſt aduenas quærētes agrum ab ſaluioꝝ gēte oppugnari:maſſiliēſes erāt ī nauibus a Phocide pfecti id galli fortunæ ſuæ omen rati adiuuere:ut:quem primū ī terrā egreſſi occupauerāt locū:patentibus ſiluis cōmunirēt:ipſi p taurinos:ſaltuſq; iuliæ alpis trāſcenderunt:fuſiſq; acie tuſcis:haud pcul Ticino flumine: cū:ī quo conſiderant:agꝝ īſubrium appellari audiſſent cognomīe īſubribus pago heduoꝝ:ibi omen ſequentes loci cōdidere urbē:Mediolanum appellarūt.Alia ſubinde manus germanoꝝ Elitouio duce ueſtigia prioꝝ ſecuta:eodē ſaltu fauente Bellueſo cum tranſcēdiſſet alpes:ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſūt:locos tenuere libui cōſidūt:poſt hos ſalluuii:q; ppe antiquā gentē leuos ligures īcolentes circa ticinū amnem petiere Penninum.deinde boii ligureſq; tranſgreſſi:cum iā iter padum atq; alpes oīa tenerētur:pado ratibus traiecto:non Ethruſcos modo:ſed etiā umbros agro pellūt.ītra apenninū tamē ſeſe tenuere. Tum ſenones recētiſſimi aduenaꝝ ab Vfente flumine uſq; ad ateſim fines habuere. Hāc gētem Cluſium Romāq; deīde ueniſſe cōperio.Id paꝝ certum eſt ſolam ne:an ab oībus ciſalpinoꝝ galloꝝ populis adiutā Cluſini nouo bello exterriti cum multitudinē:tum formas hoīum inuſitatas cernerent:& genus armoꝝ: audirētq; ſæpe ab iis cis padum ultraq; ethruſcoꝝ legiones fuſas:quanquā aduerſus romanos nullum eis ius ſocietatis amicitiæue erat:niſi quod ueiētes conſanguineos aduerſus populū romanū nō defendiſſēt: legatos Romā:qui auxiliū ab ſenatu peterēt:miſere. De auxilio nihil impetratū:legati tres .M. Fabii Ambuſti filii miſſi:qui ſenatus & populi romani noīe agerēt cum gallis:ne a quibus nullā iniuriā accepiſſent: ſocios populi romani atq; amicos oppugnarēt:romanis eos quoq; bello:ſi res cogat:tuēdos eſſe:ſed melius uiſum bellū ipſum amoueri:ſi poſſet:& gallos nouā gentē pace potius cognoſci:quā armis.Mitis legatio:ni præferoces legatos galliſq; magis:quē romanis ſimiles habuiſſet.quibus poſteaquā mādata ediderunt:ī cōcilio galloꝝ datꝰ reſpōſum.Etſi nouū nomē audiāt romanoꝝ:tamē credere uiros fortes eſſe:quorū auxilium a cluſinis in re trepida ſit īploratum.& quoniā legatione aduerſus ſe maluerīt:quā armis tueri ſocios:ne ſe quidē pacē:quā illi afferāt:aſpernari:ſi gallis egētibus agro:quā latius poſſideant: quā colāt: cluſini ptem finiū cōcedāt:aliter pacē īpetrari nō poſſe.& reſponſum corā romanis ſe accipere uelle : & ſi negeꝰ ager corā iisdē romanis dimicaturos:ut nūciare domū poſſint quātum galli uirtute cæteros mortales præſtarēt.Quod nā id ius eſſet agꝝ a poſſeſſoribus petere:aut minari arma romanis quærētibus:ec qd ī Ethruria rei gallis eſſet:cū ſe ī armis ius ferre:& oīa fortiū uiroꝝ eſſe ferociter dicerent : accēſis utrīque animis ad arma diſcurriꝰ:& prælium cōſeriꝰ.ibi iā urgentibus romanā urbē fatis legati cōtra ius gentium arma capiunt:nec id clam eſſe potuit:cū ante ſigna Ethruſcoꝝ tres nobiliſſimi fortiſſimiq; romanæ iuuētutis pugnarēt:tantum eminebat peregrina uirtus.quin etiam . Qu.Fabius euectus extra aciem equo:ducem galloꝝ ferociter ī ipſa ſigna Ethruſcoꝝ icurſātem pluſtrās fixum haſta occidit:ſpoliaq; eius legentē galli agnouere:perq; totā aciem romanū legatum eſſe ſignum datum eſt.Omiſſa inde in cluſinos ira receptui canunt minātes romanis.Erāt:qui extēplo Romā eundum cēſerent:uicere ſeniores:ut legati prius mitterentꝰ queſtum iniurias:poſtulatūq; ut:pro iure gentium uiolato:Fabii dederentur.Legati gallorum cum ea:ſicut erant:mandata expoſuiſſent:ſenatui nec factum placebat Fabiorum:& ius poſtulare barbari uidebantur:ſed ne id:quod placebat:decerneret:ī tantæ nobilitatis uiris ambitio obſtabat.itaque ne penes ipſos culpa eſſet cladis forte gallico bello acceptæ:cognitionē de poſtulatis galloꝝ ad populum reiiciunt : ubi tanto plus gratia atque opes ualuere : ut quorum de pœna agebatur : tribuni militum cōſulari poteſtate in ſequentem annum crearentur . quo facto haud ſecus:q; dignum erat:infenſi galli bellum propalam minitantes ad ſuos redeūt.Tribuni militum cum tribus Fabiis creati.Qu.Sulpicius Longus.Qu.Seruilius quartum.P.Seruilius Maluginenſis . Cum tanta moles mali inſtaret:adeo occæcat animos fortuna : ubi uim ſuam ingruentem refringi non uult:ciuitas:quæ aduerſus fidenatem ac ueientem hoſtem alioſq; finitimos populos ultima experiens auxilia:dictatorem multis tēpeſtatibus dixiſſet:ea tūc

intuſtrato atq; iaudito hoſte ab oceano terrarũq; ultimis oris bellũ ciẽte: nihil extraordinarii imperii aut auxilii quæſiuit. Tribuni: quoꝝ temeritate bellũ cõtractũ erat: ſummæ reꝝ præerant: delectumq; nihilo accuratioré quã ad media bella haberi ſolitus erat: extenuãtes etiã famã belli: habebãt. Interim galli poſteaquã accepere ultro honoré habitũ uiolatoribus iuris humani: eluſãq; ſuã legationé eſſe: flagrãtes ira: cuius impatiens eſt gẽs: cõfeſtim ſignis cõuulſis citato agmine iter ingrediunt. ad quoꝝ pretereuntium raptim tumultum: cũ exterritæ urbes ad arma cõcurrerẽt: fugaq; agreſtiũ fieret: Romã ſe ire magno clamore ſignificabãt: quacũq; ibãt equis uiriſq; lõge ac late fuſo agmine immẽſum obtinẽtes loci. Sed antecedẽte fama nunciiſq; cluſinoꝝ: deinceps inde alioꝝ populoꝝ plurimũ terroris Romã celeritas hoſtiũ tulit: quippe quibus uelut tumultuario exercitu raptim ducto: ægre ad undecimũ lapidẽ occurſũ eſt: qua flumen Allia e cruſtuminis mõtibus præalto defluẽs alueo haud multo ĩfra uiã tyberino amni miſcet. Iã oĩa cõtra circaq; hoſtium plena erãt: & nata inuanos tumultus gẽs truci cãtu clamoribuſq; uariis horrendo cuncta cõpleuerat ſono. Ibi tribuni militum nõ loco caſtris antecapto: nõ præmunito uallo: quo receptus eſſet: nõ deoꝝ ſaltem: ſi nõ hoĩum memores: nec auſpicato: nec litato iſtruũt aciẽ deductã ĩ cornua: ne circunueniri a multitudine hoſtiũ poſſẽt: nec tamẽ æquari frontes poterãt: cum extenuẽdo infirmã & uix cohærentẽ mediam aciẽ haberẽt. paulũ erat a dextera editi loci: quẽ ſubſidiariis repleri placuit: eaque res ut initium pauoris ac fugæ: ſic una ſalus fugiẽtibus fuit: nã Brẽnus regulus galloꝝ ĩ paucitate hoſtiũ artẽ maxime timẽs: ratus ad id captum ſuperiorẽ locum: ut ubi galli cum acie legionum recta frõte concurriſſẽt: ſubſidia ĩ auerſos tráſuerſoſq; ĩpetum darẽt: ad ſubſidiarios ſigna cõuertit: ſi eos loco depuliſſet haud dubius facilẽ in æquo cãpi tãtum ſuperãte multitudine uictoriã fore. adeo nõ fortuna modo: ſed ratio etiã cum barbaris ſtabat. In altera acie nihil ſimile romanis nõ apud duces: nõ apud milites erat: pauor fugaq; occupauerat aĩos: & tanta hoĩum obliuio: ut multo maior pars Veios ĩ hoſtium urbẽ cum tyberis arceret: quã recto itinere Romã ad cõiuges ac liberos fugerẽt. Parumꝑ ſubſidiarios tutatus ẽ locus. in reliqua acie ſimul ẽ clamor ꝓximis a latere ultimis ab tergo auditus: ignotum hoſtẽ prius pene: quã uidẽrẽt: nõ modo nõ tentato certamine: ſed ne clamore quidẽ reddito ĩtegri intactique fugerunt. Nec ulla cæde pugnatũ fuit: terga cæſa ſuomet ipſoꝝ certamine in turba ĩpediẽtium fugã circa ripã tyberis: quo armis abiectis totũ ſiniſtrum cornu defugit: magna ſtrages facta ẽ: multoſque ĩperitos nandi aut in ualidos graues loricis aliiſque tegminibus hauſere gurgites: maxima tamẽ pars ĩcolumis Veios ꝓfugit: unde non mõ præſidii quicquã: ſed ne nuncius quidẽ cladis Romã ẽ miſſus. Ab dextero cornu: qđ ꝓcul a flumine & magis ſub monte ſteterat: Romã omnes petiere: & ne clauſis quidẽ portis urbis ĩ arcem cõfugerũt. Gallos quoque ob ſtupefactos miraculũ uictoriæ tã repẽtino tenuit: & ipſi pauore defixi ſteterũt: uelut ignari: quid accidiſſet: deĩde ĩſidias uereri. poſtremo cæſoꝝ ſpolia legere: armorũque cumulos: ut mos eis eſt: coaceruare. Tum demũ: poſteaquã nihil uſq; hoſtile cernebat: uiã ĩgreſſi haud multo ante ſolis occaſũ ad urbẽ Romã ꝓueniunt. Vbi cum ꝓgreſſi equites nõ portas clauſas: nõ ſtationẽ ꝓ portis excubare: non armatos eſſe in muris retuliſſent: aliud priore ſimile miraculum eos ſuſtinuit: noctẽque ueriti & ignotæ ſi tum urbis inter Romã atque amnẽ cõſedere: exploratoribus miſſis circa mœnia aliaſque portas: quæ nã hoſtibus in perdita re cõſilia eſſent. Romani cum pars maior ex acie Veios petiſſet: quã Romã: nemo ſupeſſe quẽquã præter eos: qui Romã refugerãt: crederẽt: cõplorati oẽs pariter uiui mortuique totã ꝓpe urbẽ lamẽtis ĩpleuerũt. Priuatos deinde luctus ſtupefecit publicus pauor: poſteaquã hoſtes adeſſe nunciatũ eſt: mox ululatus cãtuſque diſſonos uagãtibus circa mœnia turmatim barbaris audiebãt: omne inde tempus ſuſpenſos ita tenuit aĩos uſque ad lucẽ alterã: ut identidem iam in urbem futurus uideret ĩpetus: primo aduẽtu quo acceſſerãt ad urbẽ: mãſuros enim ad alliam fuiſſe: niſi hoc cõſilii foret: deinde ſub occaſũ ſolis: quia haud multũ diei ſuperat ante noctem rati ſe iuaſuros: tum in noctẽ dilatũ cõſilium eſſe quo plus pauoris inferrent. Poſtremo lux appropiquans examinare: timorique ꝓpetuo ipſum malũ continens fuit. Tum ſigna infeſta portis illata ſunt: nequaquã tamen ea nocte nec in ſequẽti die ſimilis illi: quæ ad alliã tam pauide fugerat: ciuitas fuit. Nã cum defendi urbẽ poſſe tam parua relicta manu ſpes nulla eſſet: placuit cum cõiugibus ac liberis iuuentutem militarem ſenatuſq; robur ĩ arcem capitoliumq; concedere: armiſq; & frumento collatis ex loco inde munito deos hoĩeſq; & romanũ nomen defendere: flaminẽ ſacerdoteſq; ueſtales ſacra publica a cæde ab incẽdiis ꝓcul auferre: nec ante deſeri cultum eoꝝ: quã non ſupeſſent: qui colerẽt. Si arx capitoliũq; ſedes deoꝝ: ſi ſenatus caput publici conſilii: ſi militaris iuuentus ſupfuerit ĩminenti ruinæ urbis: facilem iacturam eſſe ſeniorum relictæ in urbe utique perituræ turbæ. & quo id æquiore animo de plebe multitudo ferret: ſenes triumphales conſulareſque ſimul ſe cum illis palam dicere obituros: nec his corporibus: quibus non arma ferre: non tueri patriam poſſent: oneraturos inopiam armatorum. Hæc inter ſeniores morti deſtinatos iactata ſolatia. Verſæ inde adhortationes ad agmen iuuenum: quos in capitolium atq; in arcem proſequebantur: commendantes uirtuti eoꝝ iuuentæq; urbis per trecentos ſexagĩta annos omnibus bellis uictricis quæcunque reliqua eſſet fortunam: digredientibus qui ſpem omnem atq; opem ſecum ferebant: ab iis qui captæ urbis non ſupereſſe ſtatuerant exitio. Tum ipſa res ſpecieſque miſerabilis erat: tum muliebris fletus: & concurſatio incerta nunc hos: nũc illos ſequentium rogantiumq; uiros natoſq; cui ſe fato darẽt: nihil: quod humanis ſupeſſet malis: relinquebant: magna pars tamen earum in arcem ſuos proſecutæ ſunt: nec prohibente ullo: nec

uocante:qa qđ utile obſeſſis ad minuendam imbellem multitudinẽ:id pax humanũ erat. Alia maxime plebis turba:quã nec capere tam exiguus collis:nec alere in tãta inopia frumẽti poterat:ex urbe effuſa uelut agmine iam uno petiit ianiculũ.inde pars p agros dilapſi:pars urbes petũt finitimas ſine ullo duce: aut cõſenſu ſuam quiſq; ſpem:ſua conſilia cõmunibus deploratis exequentes.Flamen interim quirinalis uirgineſq; ueſtales omiſſa rex ſuax cura:quæ ſecum ferẽda ſacrox:quæ quia uires ad oĩa ferenda deerant: relinquẽda eſſent cõſultantes:quiſue ea locus fideli aſſeruaturus cuſtodia eſſet:optimũ ducunt condita ĩ doliolis ſacello ꝓximo ædibus flaminis quirinalis ubi nũc deſpui religio eſt:defodere.cætera inter ſe onere partito ferunt:uia:quæ ſublicio põte ducit ad ianiculũ.In eo cliuo eas cũ.L.Albinus de plebe romana homo cõſpexiſſet:plauſtro coniugẽ ac liberos habẽs:inter cæterã turbam:quæ inutilis bello ex urbe excedebat:ſaluo etiã tũ diſcrimine diuinax humanarũq; rex:irreligioſũ ratus ſacerdotes publicos:ſacraq; poro.pedibus ire:ferriq; ſe ac ſuos uehiculo cõſpici:deſcẽdere uxorẽ ac pueros iuſſit:uirgines ſacraq; ĩ plauſtrum impoſuit:& Cære:quo iter erat ſacerdotibus ꝓuexit:Romæ iterim ſatis iam oĩbus:ut ĩ tali re ad tuendã arcẽ cõpoſitis:turba ſenioꝝ domos regreſſa aduentũ hoſtium obſtinato admortem aĩo expectabat. qui eoꝝ curules geſſerant magiſtratus:ut in fortunæ priſtinæ honorũq; aut uirtutis inſignibus morerẽtur:quæ auguſtiſſima ueſtis eſt thenſas ducẽtibus triumphãtibuſue:ea ueſtiti medio ædiũ eburneis ſellis ſedere.Sũt qui.M.Fabio põtifice maximo præfante carmẽ:deuouiſſe eos ſe ꝓ patria quiritibuſque romanis tradant.Galli & quia ĩterpoſita nocte a cõtentione pugnæ remiſerãt aĩos:& quod nec in acie ancipiti uſquã certauerãt ꝓlio:nec cũ ĩpetu:aut ui capiebãt urbẽ:ſine ira:ſine ardore aĩoꝝ ĩgreſſi poſtero die urbẽ patente collina porta ĩ foꝝ ꝓueniũt:circũferentes oculos ad tẽpla deum:arcẽq; ſolam belli ſpeciẽ tenẽtẽ. inde modico relicto præſidio:nequis ĩ diſſipatos ex arce aut capitolio ĩpetus fieret:dilapſi ad prædam uacuis occurſu hoĩum uiis:pars in ꝓxima quæq; tectoꝝ agmine ruunt:pars ultima uelut ea demum intacta & referta præda petunt. Inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti: ne qua fraus hoſtilis uagos exciperet: in foꝝ ac ꝓpinqua foro loca cõglobati redibãt.ubi eos plebis ædificiis obſeratis: patẽtibus atriis principũ:maior ꝓpe cũctatio tenuit aperta quã clauſa inuadẽdi.adeo haud ſecus:quam uenerabũdi intuebant ĩ ædium ueſtibulis ſedentes uiros:præter ornatũ habitũq; humano auguſtioreẽ:maieſtate etiã:q̃ uultus grauitaſq; oris præ ſe ferebat:ſimillimos diis.Ad eos uelut ſimulacra uerſi cum ſtarent. M.Papyrius unus ex his dicitur:gallo barbã ſuam:ut tum omnibus ꝓmiſſa erat:ꝓmulcenti:ſcipiõe eburneo ĩ caput icuſſo irã mouiſſe:atq; ab eo initium cædis ortum:cæteros ĩ ſedibus ſuis trucidatos.Poſt principũ cædem nulli deinde mortaliũ parci:diripi tecta:exhauſtis iniici ignes. Cæteꝝ ſeu nõ oĩbus delẽdi urbem libido erat:ſeu ita placuerat principibus gallorũ:& oſtentari quædã incendia terroris cauſa:ſi cõpelli ad deditionẽ carita te ædiũ ſuaꝝ obſeſſi poſſent:& nõ oĩa cõcremari tecta:ut quodcũq; ſupeſſet urbis:id pignus ad flectẽdos hoſtium aĩos haberent.nequaquam ꝓinde atq; capta urbe prima die aut paſſim:aut late uagatus eſt ignis Romani ex arce plenam hoſtium urbem cernentes:uagoſque ꝓ uias omnes curſus:cũ alia atque alia ꝓte noua aliqua clades oriretur:nõ mentibus ſolum concipere:ſed ne auribus quidem atq; oculis ſatis conſtare poterant.Quocunq; clamor ſonitus hoſtium mulieꝝ puerorumq; ploratus: ſonitus flamæ: & fragor ruentium tectorum auertiſſet:pauentes ad omnia animos oraq; & oculos flectebãt: uelut ad ſpectaculũ a fortuna poſiti occidentis patriæ:nec ullius reꝝ ſuarum relicti præterquam corporum uindices:tanto ante alios miſerandi magis qui unquã obſeſſi ſunt:quod intercluſi a patria obſidebant omnia ſua cernentes ĩ hoſtium poteſtate.Nec trãquilior nox diem tam fœde actum excepit.Lux deinde noctẽ inquietam inſecuta eſt.nec ullum erat tempus:quod a nouæ ſemp cladis alicuius ſpectaculo ceſſaret:nihil tamẽ tot onerati atq; obruti malis flexerũt animos:quin & ſi omnia flamis ac ruinis æquata uidiſſent:quãuis in opem paruumq;:quẽ tenebant collem:libertati relictũ uirtute defenderẽt:& iam cũ eadem quottidie accideret: uelut aſſueti malis ab alienauerãt ab ſenſu rerum ſuarum animos:arma tantum ferrumq; in dextris uelut ſolas reliquias ſpei ſuæ intuentes.Galli quoq; per aliquot dies intecta modo urbis ne quicquã bello geſto: cum inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil ſupeſſe præter armatos hoſtes uiderẽt:ne quicquã tot cladibus territos:nec flexuros ad deditionẽ animos ni uis adhiberetur: experiri ultima & impetum facere in arcem ſtatuunt.Prima luce ſigno dato multitudo omnis in foro inſtruitur: inde clamore ſublato ac teſtudine facta ſubeunt:aduerſus quos romani nihil temere nec trepide ad omnes aditus ſtationibus firmatis: qua ſigna ferri uidebant:ea robore uirorum oppoſito ſcandere ſinunt hoſtem:quo ſucceſſerit magis ĩ arduum eo pelli poſſe per procliue facilius rati:medio fere cliuo reſtitere:atq; inde ex loco ſuperiore:qui ꝓpe ſua ſponte ĩ hoſtem inferebat:impetu facto:ſtrage ac ruina fudere gallos:ut nunquã poſtea nec pars: nec uniuerſi tentauerint tale pugnæ genus.Omiſſa itaq; ſpe per uim atq; arma ſubeundi:obſidionem parant:cuius ad id tempus ĩmemores:& quod in urbe fuerat frumentũ:incendiis urbis abſumpſerant:& ex agris per ipſos dies raptum omne Veios erat.Igitur exercitu diuiſo partim per finitimos populos prædari placuit:partim obſideri arcem:ut obſidentibus frumentum populatores agrorum præberent.proficiſcẽtes gallos ab urbe ad romanã experiẽdã uirtutẽ fortuna ipſa Ardeam:ubi Camillus exulabat:duxit. Qui mœſtior ibi fortuna publica:quã ſua:cũ diis hoĩbuſq; accuſandis ſeneſceret: ĩdignãdo mirãdoq; : ubi uiri eẽnt:q ſecũ Veios Falerioſq; cepiſſẽt:q alia bella fortius ſemp:quã fœlicius geſſiſſẽt: repẽte audit gallox exercitũ aduẽtare:atq; de eo pauidos ardeates cõſultare.Nec ſecus quã diuino ſpiritu tactus:cũ ſe ĩ mediã

cõcionem intulisset:abstinere suetus ante talibus consiliis:ardeates iquit ueteres amici:noui etiam ciues mei:quãdo & uestrꝙ beneficium ita tulit:& fortuna hoc egit mea:nemo uestrum cõdicionis meæ oblitũ me huc ꝓcessisse putet:sed res ac periculũ cõmune cogit:quod quisqꝫ possit ĩ re trepida præsidii ĩ mediũ cõferre.& quãdo ego uobis ꝓ tãtis uestris ĩ me meritis gratiã referã:si nũc cessauero?aut ubi usus erit mei uobis:si ĩ bello nõ fuerit?hac arte ĩ patria steti:& inuictus bello:ĩ pace ab ingratis ciuibus pulsus sum.Vobis autẽ ardeates fortuna oblata est:& ꝓ tantis pristinis populi romani beneficiis quãta ipsi meministis: nec enĩ exprobrãda apud memores sunt gratiæ referendæ:& huic urbi decus ingens belli ex hoste cõmuni pariendi.Quæ effuso agmine aduentat:gens est:cui natura corpora aĩosqꝫ magna magis:quã firma dederit. eo in certamen omne plus terroris: quam uirium ferunt.Arguméto sit clades romana: patentem cepere urbem:ex arce capitolioqꝫ:quod his exigua resistit manu:iam obsidionis tedio uicti abscedunt:uagiqꝫ ꝓ agros palant:cibo uinoqꝫ raptim hausto repleti ubi nox appetit:ꝓpe riuos aquarꝫ sine munimẽto: sine custodiis passim ferarꝫ ritu sternunt:nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti. Si uobis in animo est tueri mœnia uestra:nec pati hæc oĩa Galliã fieri:prima uigilia capite arma frequẽtes:me sequimini ad cædẽ non ad pugnã:nisi uictos somno uelut pecudes trucidendos tradidero:nõ recuso eundem Ardeæ rerum mearꝫ exitum:quẽ Romæ habui.Aequis iniquisqꝫ psuasum erat tantum bello uirꝫ neminẽ usquã ea tempestate esse.Cõcione dimissa:corpora curant ĩtenti:quã mox signũ daretur:quo dato primæ noctis silẽtio ad portas Camillo præsto fuere.Egressi haud ꝓcul urbe:sicut prædictum fuerat:castra gallorꝫ ĩtuta neglectaqꝫ ab omni parte nacti cum ĩgenti clamore inuadunt.nusquã prælium:oĩbus locis cædes est:nuda corpora & soluta somno trucidant.extremos tamẽ pauor cubilibus suis excitos: quo aut unde uis esset ignaros ĩ fugã:& quosdã in hostẽ ipsum ĩprouiso tulit.magna pars in agrꝫ antiatẽ delati:in cursione ab oppidanis ĩ palãtes facta circunueniunt.Similis ĩ agro ueiẽti tuscorꝫ facta strages est: qui urbis iam ꝓpe quadringẽtesimũ annũ uicinæ oppressæ ab hoste inusitato iauditoqꝫ adeo nihil miserti sũt: ut ĩ agrũ romanum eo tẽpore ĩcursiones facerẽt:pleniqꝫ prædæ Veios etiã præsidiũqꝫ & spem ultimã romani nominis ĩ animo habuerint oppugnare.Viderãt eos milites romani uagãtes ꝑ agros:& cõgregatos agmine prædã præ se agẽtes:& castra cernebãt haud ꝓcul Veiis posita:inde primũ miseratio sui :deĩde ĩdignitas atqꝫ ex ea ira animos cepit:Ethruscis etiã:a quibus bellum gallicum ĩ se auertissent:ludibrio esse clades suas:uix tẽperauere animis:quin extẽplo ĩpetum facerent:cõpressique a Ceditio centurione:quam sibimet ipsi ꝑfecerãt:rem ĩ noctẽ sustinuere.tãtum par Camillo defuit auctor:cætera eodem ordine: eodemque fortunæ euentu gesta:quin etiam ducibus captiuis:qui cædi nocturnæ supfuerãt:ad aliam manum tuscorꝫ ad salinas ꝓfecti nocte ĩsequenti eximprouiso maiorem cædẽ ediderunt:publicaque uictoria ouantes Veios redeunt.Romæ interim plerunque obsidio ẽgnis & utrinque silẽtium esse:ad id tantum gallis ĩtentis ne quis hostium euadere ĩter stationes posset:cũ repente iuuenis romanus admiratiõe in se ciues hosteſque conuertit.sacrificium erat statutum in quirinali colle fabiæ genti ad id faciendum. G.Fabius dorsum gabino cinctus sacra manibus gerẽs cum de capitolio descẽdisset:ꝑ medias hostiũ stationes egressus:nihil ad uocẽ cuiusquã terroremue motus ĩ quirinalẽ collẽ ꝓuenit:ibiqꝫ oĩbus solenniter pactis:eadem reuertens similiter cõstãti uultu graduqꝫ satis sperãs ꝓpitios esse deos:quorꝫ cultũ ne mortis quidẽ metu ꝓhibitus deseruisset:ĩ capitolium ad suos rediit:seu attonitis gallis miraculo audaciæ:seu religione etiã motis:cuius haud quaquã negligẽs gens est.Veiis ĩterim nõ animi tantũ in dies sed etiam uires crescebãt:nec romanis solũ eo cõueniẽtibus ex agris:qui aut ꝓlio aduerso:aut clade captæ urbis fugati fuerãt:sed etiã ex latio uolũtarus cofluẽtibus:ut ĩ parte ꝓdæ essent.Maturꝫ iã uidebat repeti patriã: eripiqꝫ ex hostiũ manibus:sed corpori ualido caput deerat.Locus ipse admonebat Camilli:& magna pars militum erat:q ductu auspicioqꝫ eius res ꝓspere gesserãt:& Ceditius negare se cõmissurꝫ:cur sibi aut deorum hominumue quisquã imperium finiret potius:quã ipse memor ordinis sui poscereꝫ ĩperatorem.Cõsensu omniũ placuit ab Ardea Camillum acciri:sed ante cõsulto senatu: qui Romæ esset : adeo regebat oĩa pudor:discriminaqꝫ rerꝫ ꝓpe ꝓditis rebus seruabant.Ingenti piculo transeundum ꝑ hostium custodias erat:ad eam rem Pontius Cominus impiger iuuenis operam pollicitus:incubans cortici secundo tyberi ad urbem defertur:inde:qua ꝓximum fuit:a ripa ꝑ præruptum eoqꝫ neglectum hostium custodia saxũ in capitolium euadit:& ad magistratus ductus mãdata exercitus edit.Accepto inde senatus decreto:ut & comitiis curiatis reuocatus de exilio iussu populi rõani Camillus dictator extemplo diceret.militesqꝫ haberent imperatorem:quem uellent.Eadem digressus nuncius Veios cõtendit:missiqꝫ Ardeam legati ad Camillũ:Veios eum ꝓduxere:seu quod magis credere libet:non prius profectum ab Ardea quam comperit legem latam:quod nec ĩ iussu populi mutari finibus posset:nec nisi dictator dictus auspicia ĩ exercitu habere:lex curiata lata est:dictatorqꝫ absens dictus.Dum hæc ad Veios agebant:interim arx Romæ capitoliũqꝫ ĩ ĩgenti piculo fuit:nã galli seu uestigio notato hũano qua nũcius a Veiis ꝓuenerat:seu sua sponte aĩaduerso:ad Carmẽtis saxũ ascensu æquo nocte sublustri:cũ primo inermẽ:qui tẽptaret uiam ꝓmisissẽt: tradẽtes inde arma:ubi quid iniqui esset:alterni innixi subleuãteſqꝫ inuicẽ:& trahẽtes alii alios ꝓut postularet locus:tanto silentio ĩ sũmũ euasere:ut nõ custodes solũ fallerẽt:sed ne canes quidẽ sollicitum animal ad nocturnos strepitus excitarent:anseres non fefellere:quibus sacris Iunoni ĩ summa inopia cibi tamen abstinebatur : quæ res saluti fuit.Nanqꝫ clangore eorum alarumqꝫ crepitu excitus.M.Manlius:qui

triēnio ante cōſul fuerat:uir bello egregius:armis arreptis ad arma cæteros ciēs uadit:& dum cæteri trepi
dāt:gallum:qui iā ī ſummo cōſtiterat:umbone ictum deturbat:cuius caſus ꝓlapſi cum ꝓximos ſterneret:
trepidantes alios armiſq; omiſſis ſaxa:quibus adhærebāt:manibus amplexos trucidat.iamq; & aliis con
globatis telis miſſilibuſq; ſaxis ꝓturbare hoſtes:ruinaq; tota ꝓlapſa acies ī præceps deferri:ſedatoq; dein
de tumultu:reliquum noctis:quātum ī turbatis mētibus poterat:cum ꝓteritum quoq; periculum ſollici
taret:quieti datum ē.Luce orta:uocatis claſſico ad cōcilium militibus ad tribunos:cum & recte & ꝓperā
facto pretium deberet:Mālius primum ob uirtutē laudatus donatuſq; nō a tribunis ſolum militum: ſed
cōſenſu etiā militari:cui uniuerſi ſelibras farris:& quartarios uini ad ædes eius:quæ ī arce erāt: cōtulerūt:
rē dictu paruā:cæteꝝ inopia fecerat eā argumētum ingens caritatis:cum ſe quiſq; uictu ſuo defraudans:
detractum corpori atq; uſibus neceſſariis ad honorē unius uiri cōferret. Tū uigiles eius loci:quos fefel
lerat aſcēdens hoſtis:citati:& cum ī oēs more militari ſe aīaduerſuꝝ.P.Sulpicius tribunus militum pro
nunciaſſet:cōſentiente clamore militum ī unum uigilam cōiiciētium culpam deterritus a cæteris abſti
nuit:reum haud dubium eius noxæ approbātibus cunctis de ſaxo deiecit.inde intētiores utrinq; cuſto
diæ eſſe:& apud gallos quia uulgatum erat iter Veios Romāque nuncios cōmeare & apud romanos ob
noturni periculi memoriā.Sed ante oīa obſidionis bellique mala fames utrinque exercitum urgebat:gal
los peſtilentia etiā tum loco iacente iter tumulos caſtra habētes:tum ab incendiis torrido & uaporis ple
no:cineréque nō puluerē modo ferente cum quid uenti motum eſſet:quoꝝ intoleratiſſima gens ē hu
morique ac frigori aſſueta:tum æſtu & angore uexata uulgatis ueluti in pecora morbis morerent. Iam
pigritia ſingulos ſepeliēdi ꝓmiſcue aceruatos cumulos hoium urebāt:buſtorumque inde gallicorū noīe
inſignē locum fecere.Inducię deinde cum romanis factæ:& colloquia ꝓmiſſu impatoꝝ habita:ī quibus
cum identidē galli famē obiicerent:eaq; neceſſitate ad deditionē uocarēt:dicit auertendæ eius opinionis
cauſa multis locis panis de capitolio iactus eſſe ī hoſtium ſtationes.Sed iam neq; diſſimulari:neq; ferri ul
tra fames poterat:itaq; dum dictator delectum ꝓ ſe Ardeæ habet:magiſtrum equitum.L.Valeriū a Veiis
abducere exercitum iubet:parat inſtruitq;:quibus haud īpar adoriat hoſtes.Interim capitolinus exercitus
ſtationibus uigiliiſq; feſſus:ſuperatis tamen humanis oībus malis:cum famem unā natura uinci nō ſine
ret:diē de die ꝓſpectās ſiquod auxilium a dictatore appareret:poſtremo ſpe quoq; iā non ſolum cibo defi
ciēte:& cum ſtationibus ꝓcederēt ꝓpe obruentibus infirmum corpus armis:uel dedi uel redimi ſe: qua
cunq; pactione poſſēt:iuſſit:iactantibus nō obſcure gallis:haud magna mercede ſe adduci poſſe ut obſidi
onē relinquant.Tum ſenatus habitus:tribuniſq; militum datum negotium:ut paciſcerent. Inde inter.P.
Sulpicium tribunum militum & Brēnum regulum gallorum colloquio tranſacta res eſt:& mille pondo
auri pretium populi gētibus mox imperaturi factum.Rei fœdiſſimæ ꝓ ſe adiecta indignitas ē:pondera ab
gallis allata iniqua:& tribuno recuſante additus inſolēte gallo ponderi gladius:auditaq; intoleráda roma
nis uox ueh uictis eſſe.Sed diiq; & hoīes ꝓhibuere redēptos uiuere romanos.Nā forte quadā prius:quam
infanda merces ꝓficeret:ꝓ altercationem nondum omni auro appenſo dictator interuenit:auferrique au
rum de medio:& gallos ſubmoueri iubet. Cum illi renittētes pactos dicerent ſeſe:negat eā pactionē ratā
eſſe:quæ poſteaquā ipſe dictator creatus eſſet:iniuſſu ſuo ab inferioris iuris magiſtratu facta eſſet:denun
ciatq; gallis:ut ſe ad prælium expediāt:ſuos in aceruum conīcere ſarcinas:& arma aptare ferroq; non au
ro recuperare patriā iubet:in cōſpectu habentes fana deum:& cōiuges:& liberos:& ſolum patriæ deforme
belli malis:& oīa:quæ defendi repetiq; & ulciſci fas ſit.Inſtruit deinde aciem:ut loci natura patiebat:in ſe
mirutæ ſolo urbis & natura in æquali:& omnia:quæ arte belli ſecunda ſuis eligi præpararíue poterāt: ꝓ
uidit.Galli noua re trepidi arma capiunt:ira magis:quā cōſilio in romanos incurrunt.Iam uerterat fortu
na:iam deoꝝ opes humanaq; cōſilia rē romanā adiuuabāt.Igit primo cōcurſu haud maiore mōmēto fu
ſi ſūt galli:quā ad aliā uicerāt.Iuſtiore altero deinde prælio ad octauū lapidē gabina uia:quo ſe ex fuga cō
tulerāt:eiuſdē ductu auſpicioq; Camilli uincunt: ibi cædes oīa obtinuit:caſtra capiunt:& ne nuncius quī
dē cladis relictus.Dictator recuperata ex hoſtibus patria triūphās ī urbē redit:ītercq; iocos militares:quos
incōditos iaciūt:Romulus ac parēs patriæ cōditorq; alter urbis haud uanis laudibus appellabat. Seruatā
deīde bello patriā:iteꝝ ī pace haud dubie ſeruauit:cū ꝓhibuit migrari Veios:& tribunis rē ītentius agēti
bus poſt īcenſā urbē:& ꝓ ſe īclinata magis plebe ad id cōſiliū.eaq; cauſa fuit nō abdicādæ poſt triūphū di
ctaturæ:ſenatu obſecrante ne rempublicā in incerto relinqueret ſtatu.Omnium primum ut erat diligen
tiſſimus religionum cultor:quæ ad deos immortales pertinebant:rettulit:& ſenatuſcōſultum facit fana
omnia:quod ea hoſtis poſſediſſet:reſtaurarentur:terminarentur:expiarenturq;:expiatioq; eorum ī libris
per duunuiros quærerēt.Tum cæretibus publice hoſpitium fieret:quod ſacra populi romani ac ſacerdo
tes recepiſſent:beneficioq; eius populi non intermiſſus honos deum immortalium eſſet.Ludi capitolini
fierēt:quod Iupiter optimus maximus ſuā ſedē atque arcem populi romani ī re trepida tutatus eſſet:colle
giūq; ad eam rem.M.Furius dictator cōſtitueret:ex iis:qui ī capitolio atq; arce habitarēt.Expiandæ etiam
uocis nocturnæ:quæ nuncia cladis ante bellum gallicum audita:neglectaque eſſet:mentio illata: iuſſūq;
tēplū ī noua uia allocutio fieri.Augꝝ:quod gallis ereptū erat:quod que ex aliis templis intrepidationē in
Iouis cellā collatum.cum ī quæ referri oporteret:cōfuſa memoria eſſet: ſacrum omne iudicatum: & ſub
Iouis ſella poni iuſſum.Iam ante in eo religio ciuitatis apparuerat:qđ cum in publico deeſſet:augꝝ:ex quo

ſumma pactæ mercedis gallis cõfieret: a matronis collatũ acceperãt: ut eaꝝ ſicut uiroꝝ poſt mortẽ ſolẽnis laudatio eſſet. his pactis: quæ ad deos ꝓtinebãt: quæq; ꝑ ſenatũ agi poterãt: tum demũ agitantibus tribunis plebem aſſiduis cõcionibus: ut relictis ruinis in urbẽ paratã Veios trãſmigrarent: ĩ cõcionẽ uniuerſo ſenatu ꝓſequẽte aſcẽdit: atq; ita uerba fecit. Adeo mihi acerbæ ſunt quirites cõtentiones cũ tribunis plebis: ut nec triſtiſſimi exilii ſolatiũ aliud habuerim: quoad Ardeæ uixi: quã qđ ꝓcul ab his certamĩbus eram: & ob eadem hæc nõ ſi me ſenatuſconſulto populiq; iuſſu reuocaretis: rediturus unquam fuerim: nec nunc me ut rediré mea uoluntas mutata: ſed ueſtra fortuna ꝓpulit: quippe ut ĩ ſua ſede maneret patria: id agebaſ: nõ ut ego utiq; in patria eſſem: & nũc quieſceré & taceré libẽter: niſi hæc quoq; ꝑ patria dimicatio eſſet cui deeſſe: quo ad uita ſuppetat: aliis turpe: Camillo etiam nefas é. Quid enĩ repetimus: qđ obſeſſam ex hoſtiũ manibus eripimus: ſi recuperatã ipſi deſerimus? & cũ uictoribus gallis capta tota urbe capitoliũ tamẽ: aque arcé: diiq; & hoĩes romani tenuerĩt: habitauerĩt: uictoribus romanis recuperata urbe: arx quoq; & capitoliũ deſeretur: & plus uaſtitatis huic urbi ſecunda noſtra fortuna faciet: quã aduerſa fecerit? Equidẽ ſi nobis cũ urbe ſimul poſitæ traditæq; ꝑ manus religiones nullæ eſſent: tamẽ tam euidẽs numẽ hac tẽpeſtate rebus affuit romanis: ut omnẽ negligẽtiam diuini cultus exẽptã hominibus putem. Intuemini enĩ hoꝝ deĩceps ánoꝝ uel ſecũdas res uel aduerſas: inuenietis oĩa ꝓſpere eueniſſe ſequẽtibus deos: aduerſa ſpernentibus. lã oĩum primũ ueĩés bellũ ꝑ quot ános quãto labore geſtũ: nõ ante cepit finẽ: quã monitu deoꝝ aqua ex lacu albano emiſſa é. Quid hæc tandẽ urbis noſtræ clades noua: num ante exorta é: quã ſpreta uox cælo emiſſa de aduẽtu galloꝝ? quã gentiũ ius a legatis noſtris uiolatũ? quã a nobis cũ uindicari deberet: eadẽ negligẽtia deoꝝ prætermiſſũ? Igiſ uicti captiq; ac redẽpti tãtũ pœnarũ diis hoĩbuſq; dedimus: ut terraꝝ orbi documẽto eſſemus. Aduerſæ deinde res admonuerũt religionũ C[illegible]ugimus ĩ capitoliũ ad deos: ad ſedẽ Iouis optimi maximi: ſacra in ruina reꝝ noſtraꝝ alia terræ celauimus: alia auecta ĩ finitimas urbes amouimus ab hoſtiũ oculis: deoꝝ cultum deſerti ab diis hoĩbuſq; tamen nõ ĩtermiſimus. reddidere igitur patriam: & uictoriã: & antiquũ belli decus amiſſum: & ĩ hoſtes: qui cæci auaritia ĩ põdere auri fœdus ac fidẽ fefellerũt: uerterũt terroré fugãq; & cædẽ. Hæc culti neglectiq; numinis tanta monumenta in rebus humanis cernẽtes: ecquid ſentitis quirites: quãtum uixdum ex naufragiis prioris culpæ cladiſq; emergẽtes paremus nefas? Vrbẽ auſpicato ĩauguratoq; cõditã habemus: nullus locus ĩ ea nõ religionũ deorũq; eſt plenus: ſacrificiis ſolẽnibus nõ dies magis ſtati: quã loca ſũt: ĩ quibus fiant: hos oẽs deos publicos priuatoſq; quirites deſerturi eſtis? quã par ueſtrũ factum é: quod ĩ obſidione nuper ĩ egregio adoleſcẽte Fabio non minore hoſtium admiratiõe: quã ueſtra cõſpectũ é: cũ inter gallica tæla digreſſus ex arce ſolenne fabiæ gentis in colle quirinali obiit. An gẽtilitia ſacra ne ĩ bello quidem ĩtermitti publica ſacra &. ro. deos etiã ĩ pace deſeri placet? & põtifices flamineſq; negligẽtiores publicaꝝ religionũ eſſe: quã priuatus in ſoléni gẽtis fuerit? Forſitan aliquis dicat: aut ea nos Veiis facturos: aut huc inde miſſuros ſacerdotes noſtros: qui faciant: quoꝝ neutrũ fieri ſaluis cerimoniis poteſt. & ne oĩa generatim ſacra: omneſq; percẽſeam deos: ĩ Iouis epulo nũ alibi: quã ĩ capitolio puluinar ſuſcipi põt? Quid de æternis Veſtæ ignibus ſignoq; quod ĩperii pignus cuſtodia eius tẽpli tenet: loquar? quid de ancylibus ueſtris? Mars Gradiue: tuq; Quirine pater hæc oĩa ĩ ꝓfano deſeri placet ſacra æqualia urbi: quædã uetuſtiora origine urbis? Et uidete quid ĩter nos: & maiores ĩterſit. illi ſacra quædã ĩ mõte albano lauinoque nobis facienda tradiderunt. An ex hoſtiũ urbibus Romã ad nos trãſferri ſacra religioſum fuit: hinc ſine piaculo in hoſtiũ urbẽ Veios tranſferimus? Recordamini: agitedum quotiés ſacra iſtaurentur: quia aliquid ex patrio ritu negligẽtia: caſuue prætermiſſum eſt. Modo quæ res poſt ꝓdigiũ albani lacus: niſi inſtauratio ſacroꝝ auſpiciorũq; renouatio affectæ ueienti bello reipublicæ remedio fuit? At etiã tãquam ueteꝝ religionũ memores & peregrinos deos tranſtulimus Romã & iſtituimus nouos. Iuno regina tranſuecta a Veiis nuper ĩ auẽtino: quã inſigni ob excellẽs matronaꝝ ſtudium celebriq; dedicata eſt die. Allocutio templũ propter cæleſtẽ uocem exauditã ĩ noua uia iuſſimus fieri. capitolinos ludos ſolennibus aliis addidimus: collegiumq; ad id nouũ auctore ſenatu cõdidimus. Quid hoꝝ opus fuit ſuſcipi. ſi una cũ gallis urbẽ romanã relicturi ſumus? ſi nõ uolũtate mãſimus ĩ capitolio per tot mẽſes obſidionis? ſi ab hoſtibus metu retẽti ſumus? de ſacris loquimur & de tẽpliſ: quid tãdẽ de ſacerdotibus? nõ ne in mẽtem uenit: quantũ piaculi cõmittatur? Veſtalibus nempe ꝓilla una ſedes eſt ex qua nihil unquã: præterquã urbs capta mouit: flamini diali noctem unam manere extra urbem nefas eſt hos ueiẽtes pro romanis facturi eſtis ſacerdotes? & ueſtales tuæ te deſerant Veſta? & flamen peregre habitando ĩ ſingulas noctes: tãtum ſibi reiq; p. piaculum contrahet? Quid alia: quæ auſpicato agimus omnia fere intra pomœrium: cui obliuioni: aut cui negligentiæ damus? Comitia curiata: quæ rem militarem continent: comitia centuriata: quibus cõſules tribunoſque militares creatis: ubi auſpicato: niſi ubi aſſolent: fieri poſſunt? Veios ne hæc tranſferemus? an comitiorum cauſa populus tanto incommodo in deſertam hanc ab diis hominibuſque urbem conueniet? Sed res ipſa cogit uaſtam incendiis ruiniſque relinquere urbem: & ad integra omnia Veios migrare: nec hic ædificando inopem plebem uexare: Hanc autem iactari magis cauſam: quã ueram eſſe: ut ego non dicam apparere uobis quirites puto: qui meminiſtis ante galloꝝ aduentum: ſaluis tectis publicis priuatiſque: ſtante incolumi urbe: hanc tandem rem actam eſſe: ut Veios tranſmigraremus. & uidete quantum inter meam ſententiam ueſtramq; interſit tribuni: uos etiã:

si tunc faciendum non fuerit:nunc utique faciendum putatis:ego contra:nec id mirati sitis:prius quã:quale sit:audiueritis.Etiam si tũc migrandum fuisset incolumi tota urbe:nũc has ruinas relinquẽdas non cẽserem.quippe tum causa nobis in urbem captã migrandi:uictoria esset glorioſa nobis ac posteris nostris:nũc hæc migratio nobis misera ac turpis:gallis glorioſa est.non enim reliquisse uictores:sed amisisse uicti patriam uidebimur.Hoc ad alliam fuga:hoc capta urbs:hoc circũsessum capitoliũ necessitatis ipsuisse:ut desereremus penates nostros:exiliũque ac fugã nobis ex eo loco cõscisserimus:quẽ tueri nõ possemus? & galli euertere potuerunt Romã:quam romani restituere non uidebũtur potuisse? Quid restat:nisi ut si iam nouis copiis ueniãt:constat enim uix credibilem multitudinẽ esse:& habitare in capta ab se deserta a uobis hac urbe:uelint:sinatis? Quid si non galli hoc:sed ueteres hostes nostri equi uolsciq; faciãt:ut cõmigrent Romã? uelitis ne illos romanos uos uelentes esse? an malitis hanc solitudinẽ uestrã:quã urbẽ hostium esse? non equidem uideo:quid magis nefas sit:hæc scelera quia piget ædificare:hæc dedecora pati parati estis? Si tota urbe nullum melius ampliusue tectum fieri possit:quam casa illa cõditoris est nostri:non i casis ritu pastorum agrestiũq; habitare est satius inter sacra penatesq; uestros:quã exulatũ publice ire? Maiores nostri conuenæ pastoresq;:cum in his locis nihil præter siluas paludesq; esset:nouã urbẽ tam breui ædificauerũt:nos capitolio arce incolumi stantibus templis deoꝝ ædificare incensam piget? & quod singuli facturi fuimus:si ædes nostræ deflagrassent:hoc in publico incendio uniuersi recusamus facere? Quid tãdem si fraude:si casu Veiis incendium ortũ sit:uentoq; ut fieri potest diffusa flama magnam partem urbis absumat.Fidenas inde aut Gabios:aliamue quam urbẽ quæsituri sumus:quo transmigremus? adeo nihil tenet solum patriæ:nec hæc terra quam matrem appellamus? sed i superficie tigniscq; caritas nobis patriæ pendet? Et quidem fatebor uobis:& si minus iniuriæ uestræ:quã meæ calamitatis meminisse iuuat:cũ abessem:quotienscũq; patria in mentẽ uenerat:hæc omnia occurrebant:colles:campique:& tyberis:& assueta oculis regio:& hoc cælum:sub quo natus educatusq; essem:quæ uos quirites nũc moueant potius caritate sua:ut maneatis in sede uestra:quam postea:cum reliqueritis:ea macerẽt desiderio. Non sine causa dii hominesq; condendæ locum hũc urbi elegerunt:saluberrimos colles flumen opportunum:quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur:quo maritimi commeatus accipiantur: mare uicinum ad commoditates:nec expositum nimia ꝓpinqtate ad pericula classium externaꝝ regionum:Italiæ medium ad incremẽtum urbis natum unice locum,argumẽto est ipsa magnitudo tam nouæ urbis.trecentesimus sexagesimus quitus ãnus urbis qrites agitur:iter tot ueterrimos populos tandiu bella geritis:cũ interea ne singulas loquar urbes:non coniũcti cum equis uolsci tot tam ualida oppida : nõ uniuersa Ethruria tantum terra mariq; pollens:atq; inter duo maria latitudinẽ obtinens Italiæ:bello uobis par est.Quod cum ita sit:quæ malum ratio est expertis alia experiri? cum iam ut uirtus uestra transire alio possit:fortuna certe loci huius transferri non possit.Hic capitolium est:ubi quõdam capite humano inuento responsũ est:eo loco caput rerum summaq; imperii fore.Hic cum augurato libaretur capitoliũ luuẽtas Terminusq; maximo gaudio patrum nostrorum moueri se non passi.hic Vestæ ignes:hic cælo ancylia dimissa:hic omnes propitii manentibus uobis dii.Mouisse eos Camillus tum alia ratione:tum ea:quæ ad religiones pertinebat:maxime dicitur.Sed rem dubiam decreuit uox opportune emissa:quod cum senatus post paulo de his rebus in curia hostilia haberetur:cohortesq; ex præsidiis reuertẽtes forte agmine forũ transirent:centurio i comitio exclamauit signifer statue signum:hic manebimus optime.Quã uoce audita:& senatus accipere se omne ex curia egressus conclamauit:& plebs circunfusa approbauit.Antiquata deinde lege:promiscue urbs ædificari cœpta:tegula publice præbita est:saxi materiæq; cædendæ:unde quisque uellet:ius factũ:prædibus acceptis:eo anno ædificia perfecturos. Festinatio curam exemit uicos dirigendi:dum omisso sui alieniq; discrimine in uacuo ædificant:ea est causa:ut ueteres cloacæ primo per publicum ductæ:nunc priuata passim subeant tecta:formaq; urbis sit occupatæ magis:quam diuisæ similis.

LIBER SEXTVS.

VAE AB CONDITA VRBE ROMA AD CAPTAM VRBEM EANdẽ Romã sub regibus primũ:cõsulibus deinde ac dictatoribus decẽuiriſque ac tribunis consularibus gessere foris bella:domi seditiones quinq; libris exposui: res cum uetustate nimia obscuras:uelut quæ magno ex interuallo loci uix cernuntur:tum quod paruæ & raræ per eadẽ tempora littetæ fuere una custodia fidelis memoriæ rerum gestaꝝ:& quod etiam:si quæ in commentariis pontificum aliisq; publicis priuatisq; erant monumẽtis:incensa urbe plæræq; iteriere. clariora deinceps certioraq; ab secunda origine:uelut ab stirpibus latius feratiusq; renatæ urbis gesta domi:militiæq; exponẽtur.Cæterum primo:quo ad miniculo erecta erat:eodem innixa.M.Furio principe stetit:neq; eum abdicare se dictatura:nisi anno circunacto passi sunt.Comitia i insequentem annum tribunos habere:quorum in magistratu capta urbs esset:nõ placuit:res ad interregnũ rediit. Cũ ciuitas i opere ac labore assiduo reficiẽdæ urbis teneretur:iterum. Qu.Fabio simul primũ magistratu abiit.ab.G.Marco tribuno plebis dicta dies ẽ:

quod legatos ī gallos:ad quos missus erat orator:cōtra ius gētiū pugnasset.cui iudicio eū mors adeo opportuna:ut uoluntaria magna pars crederet:subtraxit.Interregnū tamen iniit.P.Cornelius Scipio ī terrex post eum.M.Furius Camillus ite⁹.Is tribunos militū cōsulari potestate creat.A.Valerium Publicolā ite rum.L.Virginium.P.Cornelium.A.Mālium.L.Aemylium.L.Posthumium:ii ex ī terregno cum ex tēplo magistratum inissent:nulla de re priusquā de religionibus senatum consulere. In primis fœdera ac leges erāt autē eæ duodecim tabulæ & quædā regiæ leges:cōquiri:quæ cōpararēt: iusserunt. alia ex aliis edita etiā ī uulgus.Quæ autē ad sacra ꝑtinebāt:a pōtificibus maxime ut religione obstrictos haberēt multitudinis aīos suppressa.Tum de diebus religiosis agitari cœptum:diē ad.xv.kalēdas sextiles duplici clade insignē:quo die ad cremerē Fabii cæsi:quo deinde ad aliā cum exitio urbis fœde pugnatum:a posteriore clade allīensem appellarunt:insigneq; rei nullius publice priuatimq; agēdæ fecerunt. Quidam qđ postridie idus quintiles nō litasset Sulpicius tribunus militū:neq; ĩuenta pace deū post diem tertiū obiectus hosti exercitus romanus esset:etiam postridie idus rebus diuinis supsederi iussum. inde ut postridie kalendas quoq; ac nonas eadē religio esset:traditum putāt.Nec diu licuit quietis cōsilia erigēdæ ex tam graui casu reipuplicæ secū agitare. hinc uolsci ueteres hostes ad extinguēdum nomē romanū arma ceperant: hinc Ethruriæ principū ex oībus populis cōiuratiōne ad fanum Voltūnæ factā mercatores afferebāt. Nouus quoq; terror accesserat defectione latino⁹ hernicorūq;:qui post pacē ad lacum regillum factā ꝑ annos ꝑ pe cētum nunquā ambigua fide ī amicitia populi romani fuerāt.Itaq; cū tanti undiq; terrores circunstarent:appareretq; oībus nō odio solum apud hostes:sed cōtemptu etiā ĩter socios nomen romanū laborare:placuit eisdē auspiciis defēdi rēpublicā:quibus recuperata esset: dictatorēq; dici.M.Furiū Camillū. Is dictator Claudiū Seruilium Halam magistrum equitum dixit:iustitioq; ī dicto:delectum iunio⁹ habuit: ita ut seniores quoq;:quibus aliquid supesset roboris:ī uerba sua iuratos cēturiaret.Exercitū cōscriptum armatūq; trifariā diuisit:ꝑtem unā ī agro ueiēte Ethruriæ oppositum:alterā ante urbē castra locare iussit: tribunus militū his.A.Mālius:illis:q aduersus Ethruscos mittebātur.L.Aemylius præpositus:tertiā ꝑtē ipse ad uolscos duxit:nec ꝑcul ab Lauinio(Admetium is locus dicitur)castra oppugnare ē adortus. quibus ab cōtentu:qđ ꝑpe oēm delatā a gallis romanā iuuētutē crederēt ad bellum ꝑfectis:tantum Camillus auditus īperator terroris ītulerat:ut uallo se ipsi:uallū cōgestis arboribus sepirēt:nequa ītrare ad muniēta hostis posset.Quod ubi aīaduertit Camillus:ignē inconiectā sepem cōīici iussit:& forte erat uis magna uēti uersa in hostē.Itaq; nō aperuit solum īcendio uiam:sed flāmis ī castra tendētibus uapore etiā ac fumo crepituq; uiridis materiæ flagrātis ita cōsternauit hostes:ut minor moles supantibus uallū in castra uolsco⁹ romanis fuerit:quā trāscēdētibus sepem īcendio absumptā fuerat. Fusis hostibus cæsisq;:cū castra īpetu cepisset dictator prædā militi dedit:quo minus sperata minime largitore duce eo militi grata orē;ꝑsecutus deīde fugiētes:cum oēm uolscum ag⁹ depopulatus esset:ad deditionem uolscos septuagesimo demū anno subegit.Victor ex Volscis ī equos transit:& ipsos bellū molīētes exercitum eo⁹ ad Bolas oppressit:nec castra mō:sed urbē etiam aggressus īpetu primo cepit.Cum ī ea ꝑte:ī qua caput rei romanæ Camillus erat:ea fortuna esset:aliā in ꝑtem terror ingens ingruerat:Ethruria ꝑpe oīs armata Sutrium socios populi romani obsidebat:quo⁹ legati opē rebus affectis orātes cum senatum adissent: decretum tulere ut dictator primo quoq; tempore auxiliū sutrinis ferret.cuius spei morā cum pati fortuna obsesso⁹ nō potuisset:cōfectaq; paucitas oppidano⁹ opere uigiliis uulneribusq;.quæ semp eosdē urgebāt:per pactionē urbe hostibus tradita:inermes cū singulis uestimētis miserabili agmine penates reliquerūt. Eo forte tempore Camillus cū exercitu romano ĩteruenit:cui cū se mœsta turba ad pedes ꝑuoluisset:pricipū que orationē necessitate ultima expressā:fletus mulie⁹ ac puero⁹:qui exilii comites trahebant; excepisset;parcere lamētis sutrinos iussit:ethruscis se luctum lachrymasq; ferre.sarcinas inde deponi: sutrinosq; ibi cōsidere modico præsidio relicto:arma secū militē ferre iubet.Ita expedito exercitu ꝑfectus ad Sutriū id quod rebat:soluta oīa rebus:ut fit secundis:inuenit nullā stationē ante mœnia:patentes portes uictorem uagum prædā ex hostium tectis egerentem.Ite⁹ igit eodē die Sutriū capit:uictores Ethrusci passim trucidant ab nouo hoste:neq; se cōglobādi coeundiq; in unū:aut arma capiēdi datur spatiū:cū ꝑ se q̄sq; tenderet ad portas:siqua forte se ī agros eiicere possent: clausas (id enī primum dictator īperauerat) portas inueniunt.Inde alii arma capere:alii:quos forte armatos tumultus occupauerat:cōuocare suos:ut prælium inirēt.Quod accēsum a desperatione hostiū fuisset:ni præcones ꝑ urbē dimissi:ponī arma: & parci inermi iussissent:nec præter armatos quenquā uiolari.Tum etiā quibus animi in spe ultima obstinati ad certādum fuerāt:posteaquā data spes uitæ est iactari passim arma:inermesq;:qđ tutius fortuna fecerat: se hosti offerre.magna multitudo ī custodias diuisa oppidū ante noctē redditū sutrinis iuiolatum ītegrūq; ab omni clade belli:quia nō ui captum:sed traditum ꝑ cōditiones fuerat.Camillus ī urbem triumphans rediit:triū simul bello⁹ uictor: longe plurimos captiuos ex Ethruscis ante curu⁹ duxit:quibus sub hasta uenundatis tantum æris redactum est:ut:pretio ꝑ auro matronis ꝑsoluto ex eo:quod superat:tres pateræ aureæ factæ sint:quas cū titulo noīs Camilli ante capitolium incensum in louis cella constat ante pedes Iunonis positas fuisse.eo āno in ciuitatē accepti:qui ueientium:capenatiūq;:ac falisco⁹ ꝑ ea bella trās fugerant ad romanos:agerq; iis nouis ciuibus assignatus.reuocati quoq; in urbem senatusconsulto a Veiis:qui ædificandi Romæ pigritia occupatis ibi uacuis tectis Veios secum tulerāt:& primo fremitus fuit

aſpernãtiũ ĩperiũ: dies deinde præſtituta capitaliſq; pœna: quĩ non remigraſſet Romã: ex ferocibus uni uerſis ſingulos metu ſuo quenq; obediẽtes fecit. Et Roma cum frequẽtia creſcere: tum tota ſimul exurgere ædificiis: & rep. impẽſas adiuuãte: & ædilibus uelut publicum exigẽtibus opus: & ipſis priuatis (admonebat enĩ deſiderium uſus) feſtinãtibus ad effectũ operis: intraq; annum noua urbs ſtetit. Exitu ãni comitia tribunoꝝ militũ cõſulari poteſtate habita: creati. T. Quĩtius Cincinatus. Qu. Seruilius Fidenas. Qu. Iulius Tullius. L. Aquilius Coruus. L. Lucretius Tricipitinus: Seruilius Sulpicius Ruffus: exercitũ alteꝝ ĩ Equos nõ ad bellum (uictos nãq; ſe fatebant) ſed ab odio ad puaſtãdos fines: nequid ad noua cõſilia relinquerẽt uirium: duxere: alteꝝ ĩ agꝝ tarquinienſem: ibi oppida ethruſcoꝝ Cortuoſa: & Cõtenebra ui capta dirutaq;. ad Cortuoſam nihil certaminis fuit: ĩprouiſo adorti: primo clamore atq; ĩpetu cepere: direptũ oppidũ atq; incenſum ẽ. Cõtenebra paucos dies oppugnatione ſuſtinuit: labor cõtinuus nõ die: nõ nocte remiſſus ſubegit eos: cũ in ſex ꝑtes diuiſus exercitus romanus ſenis horis ĩ orbẽ ſuccederet prælio: oppidanos eoſdẽ integro ſemp certamini paucitas feſſos obiiceret: ceſſere tandẽ: locuſq; inuadẽdi urbẽ datus ẽ romanis. publicari prædam tribunis placebat: ſed imperium: quam conſilium ſegnius fuit: dum cunctantur: iam militum præda erat: nec niſi ꝑ iuidiã adimi poterat. Eodẽ ãno: ne priuatis tãtum operibus creſceret urbs: capitoliũ quoq; ſaxo quadrato ſubſtructũ eſt: opus uel ĩ hac magnificẽtia urbis conſpiciẽdum. Iam & tribuni plebis: ciuitate ædificãdo occupata: cõciones ſuas frequẽtare legibus agrariis conabatur: oſtentabaẽ ĩ ſpem põptinus ager tũc primũ poſt acciſas a Camillo uolſcoꝝ res poſſeſſionis haud ambiguæ: criminabanẽ multo eũ ĩfeſtiorẽ agrũ ab nobilitate eſſe: quã a uolſcis fuerit: ab illis enĩ tãtũ: quoad uires & arma habuerunt: ĩcurſiones factas: nobiles hoſtes ĩ poſſeſſionẽ agri publici graſſari: nec niſi ante: quã oĩa præripiãt: diuiſus ſit: locum ibi plebi fore. Haud magnopere plebẽ mouerãt: & infrequentẽ ĩ foro ꝑpter ædificandi curã: & eodẽ exhauſtam ĩpenſis: eoq; agri ĩmemoré ad quẽ inſtruẽdũ uires nõ eſſent. In ciuitate plena religionũ: tunc etiã ab recẽti clade ſupſtitioſis prĩcipibus ut renouarẽt auſpicia: res ad ĩterregnũ rediit ĩterreges deĩceps. M. Mãlius Capitolinus: Seruius Sulpicius Camerinus. L. Valerius Potitus. hic demũ tribunoꝝ militũ cõſulari poteſtate comitia habuit. L. Papyriũ. G. Sergiũ. L. Aemyliũ iteꝝ: Liciniũ Menenĩũ. L. Valeriũ Publicolã tertiũ creat. Hi ex ĩterregno magiſtratũ occepere. Eodẽ ãno ædes Martis gallico bello uota dedicata eſt a. T. Quĩtio duũuiro ſacris faciundis. Tribus quattuor ex nouis ciuibus additæ ſtellatina: ſabbatina ꝑmẽtina: arniẽſis: eæq; xxxv. tribuũ numeꝝ expleuere. De agro põptino a. L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequẽtioré iam populũ: mobilioréq; ad cupiditatẽ agri quã fuerat: & de latino hernicoq; bello mẽtio facta ĩ ſenatu maioris belli cura: qđ Ethruria ĩ armis erat: dilata eſt. Res ad Camillũ tribunũ militum cõſulari poteſtate rediit: collegæ additi quinq; Seruilius Cornelius Maluginẽſis: Quintus Seruilius Fidenas ſexto. L. Quĩtius Cincinatus. L. Horatius Puluillus. P. Valerius. Principio ãni auerſæ curæ ſunt hoſtium a bello Ethruſco: quod fugiẽtium ex agro põptino agmen repente illatũ ĩ urbẽ attulit antiates in armis eſſe: latinorũq; populos iuuentutẽ ſummiſiſſe ad id bellũ: eo abnuẽtes publicum fuiſſe cõſilium: quod nõ ꝑhibitos tantũmodo uoluntarios dicerẽt militare: ubi uellẽt. Deſierãt iam ulla cõtemni bella: itaq; ſenatus diis agere gratias: quod Camillus in magiſtratu eſſet: dictatorẽ quippe dicendum eum fuiſſe: ſi priuatus eſſet: & collegæ fateri regimen omniũ reꝝ: ubi quid bellici terroris ĩgruat: in uiro uno eſſe: ſibiq; deſtinatũ in animo eſſe Camillo ſũmittere imperiũ: nec quicquã de maieſtate ſua detractum credere: quod maieſtati eius cõceſſiſſent. Collaudatis a ſenatu tribunis: & ipſe Camillus cõfuſus animo gratias egit. Ingens ĩde ait onus a populo romano ſibi: q ſe dictatorẽ quarto iã creaſſet: magnũ a ſenatu talibus de ſe iudiciis eius ordinis: maximũ tam honorato collegaꝝ obſequio iiungi. Itaq; ſiquid laboris uigiliaꝝq; adiici poſſit: certantẽ ipſum ſecũ anniſſuꝝ: ut tãto conſenſu ciuitatis: opinionẽ: quæ maxima ſit: etiam cõſtantẽ efficiat. Quod ad bellum: atq; antiates attineat: plus ibi minaꝝ: quã periculi eſſe: ſe tamen ut nihil timẽdi: ſic nihil cõtemnẽdi auctorem eſſe. Circũſederi urbem romanã ab iuidia & odio finitimoꝝ: itaq; & ducibus pluribus: & exercitibus adminiſtrandã rẽp. eſſe. Te ĩquit: P. Valeri ſociũ impii conſiliiq; legiones mecum aduerſus antiatẽ hoſtem ducere placet: teq; Seruili altero exercitu ĩſtructo paratoq; ĩ urbe caſtra habere ĩtẽtũ: ſiue Ethruria ſe iterim ut nup: ſiue noua hæc cura latini: atq; hernici mouerint: ꝑ certo habeo ita rem geſtuꝝ ut patre auo: teq; ipſo: ac ſex tribunatibus dignũ ẽ. tertius exercitus ex cauſariis ſenioribuſq; a. L. Quintio ſcribaẽ: qui urbis mœnibuſq; præſidio ſit. L. Horatius arma tela frumentum: quæque belli alia tẽpora poſcent: ꝑuideat. te Seruili Corneli præſidẽ huius publici cõſilii: cuſtodem religionũ comitioꝝ legũ: reꝝ omniũ urbanaꝝ collegã facimus. Cunctis in partes muneris ſui benigne pollicẽtibus opam: Valerius ſocius imperii lectus adiecit: M. Furium ſibi ꝑ dictatore: ſeque ei ꝑ magiſtro equitum futuꝝ: ꝑinde quã opinionẽ de unico impatore: eã ſpem de bello haberent: ſe uero bene ſperare. Patres & de bello: & de pace: uniuerſaq; rep. erecti gaudio fremũt: nec dictatore unquã opus fore reipublicæ: ſi tales uiros ĩ magiſtratu habeat: tam cõcordibus iũctos animis parere atq; imperare iuxta paratos: laudẽq; cõferentes potius ĩ mediũ: quã ex cõmuni ad ſe trahentes. Iuſtitio indicto: delectuq; habito: Furius: ac Valerius ad Satricũ ꝑfecti: quo nõ uolſcoꝝ modo iuuentutẽ antiates ex noua ſobole lectã: ſed ingentẽ latinoꝝ hernicorũq; conciuerãt ex ĩtegerrimis diutina pace populis. Itaq; nouus hoſtis ueteri adiunctus cõmouit aĩos militis romani. Quod ubi aciẽ iam inſtruẽti Camillo cẽturiones renunciaue rũt turbatas militũ mentes eſſe: ſegniter arma capta: cunctabũdoſq; & reſiſtẽtes egreſſos caſtris eſſe: quin

uoces quoq; auditas cū cētenis hostibus singulos pugnaturos: ægre inermem tantā multitudinē ne dum armatā sustineri posse: ī equū īsilit: & ante signa obuersus ī aciem ordines īterequitās: Quæ tristitia mili-tes hæc: quæ insolita cūctatio ē? hostem an me: an uos ignoratis? hostis ē: quid aliud quā ꝑpetua materia uirtutis gloriæq; uestræ? uos cōtra me duce ut Falerios Veioſq; captos: & ī capta patria gallo-ꝝ legiōes cæsas taceā: modo tergeminæ uictoriæ triplicē triumphū de his ipsis uolscis: & equis & ex Ethruria egi-stis. An me quod nō dictator uobis: sed tribunus signū dedi: nō agnoscitis ducē? neq; ego maxīa īperia in uos desidero: & uos ī me nihil præter meipsū ītueri decet: neq; enī dictatura mihi unquā aīos fecit: ut ne auxilium quidē ademit. Idē igit' oēs sumus: & cū eadem oīa ī hoc bellū afferamus: quæ ī priora attulimus euētū eūdē belli expectemus. simul cōcurreritis: qđ q̄sq; didicit: ac cōsueuit: faciet: uos uīcetis: illi fugiēt. Dato inde signo: ex equo desilit: & ꝓximū signifer-ꝝ manu arreptum secū ī hostem rapit: infer miles clami tans signū. quod ubi uidere ipsum Camillū iā ad munera corporis senecta īualida uadentē ī hostes: ꝓcur-runt pariter oēs clamore sublato: sequere īperatorē ꝓ se quisq; clamātes. emissum etiā signū Camilli iussu in hostium aciē ferunt: idque ut repetere-t' cōcitatos anteſignanos. Ibi primum pulsum antiatē: terroréque nō in primā tantum aciē: sed etiā ad subsidiarios ꝓlatum: nec uis tātum militū mouebat excitata præsen-tia ducis: sed qđ uolscor-ꝝ animis nihil terribilius erat: quam ipsius Camilli forte oblata species. ita quo-cunq; se intulisset: uictoriam secum haud dubiā trahebat. maxime id euidēs fuit: cū in leuum cornu ꝓpe iā pulsum: arrepto repente equo: cū scuto pedestri aduectus: cōspectu suo præliū restituit: ostētans uincē-tem cæterā aciē. Iam īclinata res erat: sed turba hostiū & fugā ipediebat: & lōga cæde cōficienda multitu-do tāta fessō militi erat: cū repēte īgentibus ꝓcellis fusus imber certā magis uictoriā: quā præliū diremit. Signo deinde receptui dato: nox īsecuta quietis romanis ꝓfecit bellū: latini nāq; & hernici relictis uolscis domos ꝓfecti sunt: malis cōsilijs pares adepti euentus. Volsci: ubi se desertos ab eis uidere: quor-ꝝ fiducia rebellauerant: relictis castris: mœnibus Satricis se īcludunt: quos primo camillus circundare uallo: & ag-gere: atq; operibus oppugnare ē adortus. Quæ posteaquā nulla eruptione īpediri uidet: minus esse animi ratus ī hostē: quā ut ī eo tā lentæ spei uictoriā expectaret: cohortatus milites ne tanquā Veios oppugnan-tes ī opere lōginquo sese tenerēt: uictoriā ī manibus esse: īgenti militum alacritate mœnia undiq; aggres-sus scalis oppidū cepit. Volsci: abiectis armis: se se dediderunt. Cæter-ꝝ animus ducis rei maiori Antio īmi nebat: id caput uolscor-ꝝ: eā fuisse originē ꝓximi belli: sed quia nisi magno apparatu: tormētis machinisq; tā ualida urbs capi nō poterat: relicto ad exercitū collega: Romā ē ꝓfectus: ut senatum ad excidēdum An tium hortaret'. Inter sermonē eius (credo rē antiatem diuturniorē manere: diis cordi fuisse) legati a Nepe-te ac Sutrio auxilium aduersus ethruscos petentes ueniunt: breuē occasionē esse ferendi auxilii memorā tes. eo uim Camilli ab Antio fortuna auertit: nā cum ea loca oppositā Ethruriæ: & uelut claustra īde por-tæ essent: & illis occupādi ea: cum quid noui molirent' : & romanis recuperādi tuendiq; cura erat. Igitur senatui cum Camillo agi placuit: ut omisso Antio: bellum Ethruscū susciperet. Legiones urbanæ: quibus Quīntius ꝑfuerat: ei decernunt' : quāquā expertū exercitum assuetūq; īperio: qui ī uolscis erat mallet: nihil recusauit: Valeriū tantūmodo īperii sociū depopoſcit: Quīntius & Horatius successores Valerio ī Volscis missi. Profecti ab urbe Sutriū Furius: & Valerius ꝓtem oppidi iā captā ab ethruscis inuenere: ex pte altera īterceptis itineribus ægre oppidanos uim hostiū ab se arcētes: tum romani auxilii aduētus: tū Camilli no men celeberrimū apud hostes socioſq; & ī præsentia rē īclinatā sustinuit: & spatiū ad opē ferēdam dedit. Itaq; diuiso exercitu Camillus collegā in eam ꝓtem circūductis copiis: qua hostes tenebāt: mœnia aggre-di iubet: nō tanta spe scalis capi urbē posse: quā ut auersis eo hostibus: & oppidanis iā pugnādo fessis: laxa-ret' labor: & ipse spatiū intrandi sine certamine mœnia haberet. Quod cū simul utrūq; factū esset: ancepſ que terror Ethruscos circūstaret: & mœnia summa ui oppugnari: & ītra mœnia esse hostem uiderēt: por-ta se: quæ una forte nō obsidebat' : trepidi uno agmine eiecere. Magna cædes fugiētiū & ī urbe: & ꝓ agros est facta. plures a furianis intra mœnia cæsi: ualeriani expeditiores ad ꝑsequēdos fuere: nec ante noctem: quæ cōspectū ademit: finē cædēdi fecere. Sutrio recepto restitutoq; sociis: Nepete exercitus ductus: quod ꝓ deditionē acceptū iam totum ethruscī habebāt. Videbat' plus ī ea recipiēda laboris fore: nō ī eo solum: quod tota hostiū erat: sed etiā qđ ꝑte nepesinor-ꝝ prodēte ciuitate facta erat deditio. mitti tamen ad prin-cipes eor-ꝝ placuit: ut secernerent se ab Ethruscis: & fidē: quā iploraſſent ab romanis: ipsi præstarent. Vnde cum rē ipsā sum allatum esset: nihil suæ potestatis esse: ethruscos mœnia custodiasq; porta-ꝝ tenere: primo populationibus agri terror est oppidanis admotus: deīde posteaquā deditionis: quā societatis fides īlancti-or erat: fascibus sarmētor-ꝝ ex agro collatis: ductus ad mœnia exercitus: cōpletiſq; fossis: scalæ admotæ: & clamore primo īpetu oppidū capit'. Nepesinis inde edictum ut arma ponāt: parciq; iussum inermi. ethru-sci pariter armati atq; inermes cæsi: nepesinor-ꝝ quoq; auctores deditionis securi ꝓcussi: īnoxiæ multitudi ni redditæ res: oppidūq; cum præsidio relictū. Itaq; duabus sociis urbibus ex hoste receptis: uictoré exer-citū tribuni cū magna gloria Romā reduxerūt. Eodē ānō ab latinis hernicisq; res repetitæ: quæ situmque cur ꝓ eos annos militē ex īstituto nō dedissēt. Respōsum frequēti utriusq; gētis cōcilio nec culpā in eo pu blicā: nec consiliū fuisse: qđ suæ iuuentutis aliqui apud Volscos militauerint: eos tamē ipsos praui consilii pœnā habere: nec quenquā ex his reducē esse. Militis aūt nō dati cām terroré assiduū a uolscis fuisse. quā pestē adhærētē lateri suo: tot sup alia aliis bellis exhaurire nequisse. Quæ relata patribus magis tēpus quā

cauſam nō uiſa belli habere. Inſequēti āno. A. Mālio. P. Cornelio. T. & Lucio Quintiis Capitolinis. L. Papyrio Curſore tribunis cōſulari poteſtate: graue bellum foris: grauior domi ſeditio exorta. bellū a uolſcis adiuncta latinoꝝ: atq; hernicoꝝ defectiōe: ſeditio unde minime timeri debuit: a patritiæ gētis uiroꝝ & inclytæ familiæ. M. Mālio Capitolino: q nimius animi: cū alios prīcipes ſpneret: uni inuiderer eximio ſimul honoribus atq; uirtutibus. M. Furio: ægre ferebat ſolū eum in magiſtratibus: ſolum apud exercitus eſſe: tantum iā eminere ut iiſdem auſpiciis creatos nō ꝓ collegis: ſed ꝓ miniſtris habeat: cum iterim ſiquis uere exiſtimare uelit. M. Furio recuꝑari patria ex obſidione hoſtium nō potuerit: niſi a ſe prius capitoliū: atq; arx ſeruata eſſet: & ille iter auꝝ accipiēdum: & ſpem pacis ſolutis animis gallos aggreſſus ſit: ipſe armatos capienteſq; arcem depulerit. illius gloriæ pars uirilis apud oēs milites ſit: qui ſimul uicerunt: ſuæ victoriæ neminē oīum mortalium ſocium eſſe. His opinionibus īflato aīo: ad hoc uitio quoq; īgenii uæhemens & īpotēs: poſteaquā iter patres: nō quātum æquum cenſebat: excellere ſuas opes aīaduerſit: primum oīum ex patribus popularis factus: cum plebeiis magiſtratibus cōſilia cōmunicare: criminādo patres alliciendo ad ſe plebeiam aurā: nō cōſilio ferri: famæq; magnæ malle: quā bonæ eſſe: & nō contentus agrariis legibus: que materia ſemp tribunis plebis ſeditionum fuiſſet: idem moliri cœpit acriores: quippe æris alieni ſtimulos eſſe: qui nō egeſtatē mō atq; ignominiā minent: ſed neruo ac uinculis corpus libeꝝ territēt. & erat æris alieni magna uis: res dānoſiſſima: etiam diuitibus: ædificādo cōtracta. Bellū itaq; uolſcū graue ꝓ ſe oneratū latinoꝝ atq; hernicoꝝ defectiōe in ſpeciē cauſæ iactatā: ut maior poteſtas quæreret: ſed noua cōſilia Mālii magis cōpulere ſenatū ad dictatorē creādum: creatus. A. Cornelius Coſſus magiſtrum equitum dixit. T. Quītium Capitolinum. Dictator &ſi maiorem dimicationē ꝓpoſitam domi: quā foris cernebat: tamē ſeu quia celeritate ad bellum opus erat: ſeu uictoria triumphoq; dictaturæ ipſi uires ſe adituꝝ ratus: delectu habito: ī aguꝝ pōptinum: quo a uolſcis exercitum īduci indictum audierat: ꝑgit. Nō dubito præter ſacietatē tot iam libris aſſidue bella cum uolſcis geſta legētibus: illud quoq; ſuccurſurum: qđ mihi ꝑcenſenti ꝓpiores tēporibus haꝝ reꝝ auctores miraculo fuit: unde totiēs uictis uolſcis & equis ſuffecerit milites. Quod cū ab antiquis tacitū ꝑtermiſſumq; ſit: cuius tandē ego rei præter opinionem: quæ ſua cuiq; cōiectāti eſſe pōt: auctor ſim? Simile ueri ē: aut īteruallis belloꝝ ſicut nunc ī delectibus fit romanis: alia atq; alia ſobole iunioꝝ ad bella īſtaurāda totiēs uſos eſſe: aut nō ex iiſdē ſemp populis exercitus ſumptos: quanquā eadē ſemp gens bellum intulerit: aut īnumerabilē multitudinē liberoꝝ capitum ī eis fuiſſe locis: quæ nūc uix: ſeminario exiguo militū relicto: ſeruitia romana ab ſolitudine uendicāt. Ingēs certe: qđ īter oēs auctores cōueniat: quāquā nup Camilli ductu atq; auſpicio occiſæ res erāt: uolſcoꝝ exercitus fuit: ad hoc latini hernicīq; acceſſerāt & circienſium quidā: & coloni etiā a Velitris. Romanus dictator caſtris eo die poſitis: poſtero cum auſpicato ꝓdiſſet: hoſtiaq; cæſa pacē deū adoraſſet: lætus ad milites iā arma ad ꝓpoſitum pugnæ ſignum: ſicut edictum erat: luce prima capiētes ꝓceſſit. Noſtra uictoria ē milites: īquit ſiqui dii uateſq; eoꝝ ī futuꝝ uidēt. itaq; ut decet certe ſpei plenos: & cū ī paribus manus cōſerturos: pilis ante pedes poſitis: gladiis tantū dextras armemus: nec ꝓcurri quidē ab acie uelim: ſed obnixos uox ſtabili gradu īpetum hoſtium excipere: ubi illi uana iniecerint miſſilia: & effuſi ſtantibus uobis ſe intulerīt: tum micent gladii: & ueniat in mentem unicuiq; deos eſſe: qui romanum adiuuent: deos qui ſecundis auibus ī prælium miſerint. Tu quinti equitem intentum ad primū initium moti certaminis teneas: ubi hærere iam aciē colato pede uideris: tum terrorem equeſtrē occupatis alio pauore inſer: in uectus ordines pugnantium diſſipa. Sic pedes ſic eques: ut præceperat: pugnat: nec dux legiones: nec feſellit fortuna ducem. Multitudo hoſtiū nulli rei præterquā numero fręta oculis utrāq; metiēs aciem temere prælium iniit: temere omiſit: clamore tātum miſſilibuſq; telis & primo īpetu ferox gladios & collatū pedem & uultū hoſtis ardore animi micantē ferre nō potuit. Impulſa frons prima & trepidatio ſubſidiis illata: & ſuum terrorem ītulit eques: rupti inde multis locis ordines: motaq; oīa: & fluctuanti ſimilis acies erat. Deinde poſteaquā cedentibus primis iā ad ſe quiſq; ꝓcurrā cædem cernebat: terga uertūt: ſtare romanus: & donec armati cōſertiq; abibāt: peditum labor ī ꝑſequēdo fuit. Poſteaquā iactari arma paſſim fugaq; per agros ſpargi aciem hoſtium animaduerſum eſt: tum equitum turmæ emiſſæ ſigno dato: ne in ſingulorum morando cæde ſpatium ad euadendum interim multitudini darent: ſatis eſſe miſſilibus ac terrore īpediri curſum: obequitandoq; agmen teneri: dum aſſequi pedes: & iuſta cæde cōficere hoſtem poſſet: fugæ ſequēdiq; nō ante noctem finis fuit. Capta quoq; ac direpta eodem die caſtra uolſcoꝝ: prædaq; omnis præter libera corpora militi cōceſſa eſt: pars maxima captiuoꝝ ex latinis: atq; hernicis fuit: nec hominum de plebe: ut credi poſſet: mercede militaſſe: ſed principes quidā iuuētutis inuenti: manifeſta fides publica ope uolſcos hoſtes adiutos. Circienſium quoq; quidam cogniti: & coloni a Velitris: Romāmq; omnes miſſi percunctātibus primoribus patrum: eademq; dictatori defectionem ſui quiſq; populi haud perplexe īdicauere. Dictator exercitum ī ſtatiuis tenebat minime dubius bellum cum his populis patres iuſſuros: cum maior domi exorta moles coegit acciri Romā eum gliſcēte indies ſeditione: quā ſolito magis metuendam auctor faciebat. non enim iam orationes modo. M. Manlii: ſed facta popularia in ſpeciē tumultuoſa eadem: qua mente fierent: intuenda erant. Centurionem nobilem militaribus factis iudicatū pecuniæ cum duci uidiſſet: medio foro cum caterua ſua accurrit: & manum iniecit: uociferatuſq; de ſuppbia patrū: ac crudelitate fœneratorum: & miſeriis plebis uirtutibus eius fortunaq;: tum uero ego: inquit:

nequicquã hac dextra capitolium arcemq; ſeruauerim: ſi ciué cõmilitonéq; meum tãquam gallis victoribus captum ĩ ſeruitutem ac uincula duci uideam. Inde rem creditori palam populo ſoluit: liberumq; & ære liberatũ emittit: deoſq; atq; homines obteſtantem ut. M. Manlio liberatori ſuo parenti plebis romanæ gratiã referant. Acceptus extemplo ĩ tumultuoſam turbam & ipſe tumultum augebat: cicatrices acceptas uetenti gallico aliiſq; deinceps bellis oſtentãs: ſe militanté: ſe reſtituentem euerſos penates: multipliciati iam ſorte exoluta mergétibus ſe p ſortem uſuris obrutum fœnore eſſe: uidere lucem: forum: ciuiũ ora: M. Manlii opera omnia parentum beneficia ab illo ſe habere: illi ſe deuouere corporis uitæq; ac ſanguinis quod ſupſit: quodcũq; ſibi cum patria penatibus publicis ac priuatis iuris fuerit: id cum uno homine eſſe. His uocibus iſtincta plebes cum iam unius hominis eſſet: addita alia cõmotioris ad omnia turbanda conſilii res. Fundũ inuenienti caput patrimonii ſubiecit præconi: nequé ueſtrũ: inquit: quirites donec quic quã ĩ re mea ſuperit: indicatũ addictũq; duci patiar. Id uero ita accédit aíos: ut p omne fas ac nefas ſecuturi uindicé libertatis uiderent. Ad hoc domi cõcionantis ĩ modũ ſermões pleni criminũ ĩ patres: iter quos cũ omiſſo diſcrimíe uera an uana iaceret: theſauros gallici auri occultari a patribus iecit: nec iam poſſidẽ dis publicis agris cõtétos eſſe: niſi pecuniã quoq; publicã auertãt. ea res ſi palã fiat: exolui plebẽ ære alieno poſſe. Quæ ubi obiecta res é: eninuero ĩdignum facinus uideri: cum conferendum ad redimendam ciuitaté a gallis aur̃ fuerit tributo collationé factã: idem aur̃. ex hoſtibus captũ ĩ paucor̃ prædã ceſſiſſe. itaque exequebãtur quærẽdo: ubi tãtæ rei furtum occultaret: differéteq; & tẽpore ſuo ſe indicatur̃ dicente: cæteris omiſſis: eo uerſæ erãt oíum curæ: apparebatq; nec ueri indicii gratiã mediã: nec falſi offenſionem fore. Itaq; ſuſpẽſis rebus dictator accitus ab exercitu ĩ urbẽ uenit: poſtero die ſenatu habito: cũ ſatis periclitatus uoluntates hoíum diſcedere ſenatum ab ſe uetuiſſet: ſtipatus ea multitudine: ſella in comitio poſita: uiatoré ad. M. Mãlium miſit: qui dictatoris iuſſu uocatus: cum ſignum ſuis dediſſet adeſſe certamen: agmine ingenti ad tribunal uenit. hinc ſenatus: hinc plebs ſuũ quiſq; ĩtuétes ducé uelut in acie cõſtiterãt. Tũc dictator ſilentio facto: utinã: inquit: mihi patribuſq; romanis ita de cæteris rebus cum plebe conueniat: quemadmodũ quod ad te attinet: eãq; rem: quã de te ſum quæſiturus: cõuenturũ ſatis cõfido. Spem factam a te ciuitati uideo fide incolumi ex theſauris gallicis: quos primores patrum occultent creditum ſolui poſſe. cui ego tantũ rei abeſt: ut impediméto ſim: ut cõtra te. M. Manlii adhorter: liberes fœnore plebem romanã: & iſtos ĩcumbétes theſauris publicis ex præda clandeſtina euoluas. qđ niſi facis ſiue ut & ipſe ĩ pte prædæ ſis: ſiue quia uanũ indiciũ eſt: in uincla te duci iubebo: nec diutius patiar a te multitudiné fallaci ſpe cõcitari. Ad ea Mãlius nec ſe fefelliſſe aít: nõ aduerſus uolſcos totiens hoſtes: quotiés patribus expediat: nec aduerſus latinos hernicoſq;: quos falſis criminibus ĩ arma agãt: ſed aduerſus ſe & plebẽ romanã dictatoré creatum eſſe: iam omiſſo bello: quod ſimulatũ ſit: ĩ ſe ĩpetum fieri. Iam dictatoré ꝓfiteri patrociniũ fœneratorũ aduerſus plebem: iam ſibi ex fauore multitudinis crimé & pernitiem quæri. Offendit: inquit: te. A. Corneli uoſq; patres cõſcripti circũfuſa turba lateri meo: quin eam deducitis a me ſinguli ueſtris beneficiis? ĩtercedédo eximédo de neruo ciues ueſtros: ꝓhibédo iudicatos additoſq; duci: ex eo quod affluit opibus ueſtris ſuſtinẽdo neceſſitates alior̃? Sed qd ego uos de ueſtro ĩpendatis hortor? ſortem aliquã ferte de capite: deducite: qđ uſuris ꝓmuneratum eſt: iam nihilo mea turba: quã ullius conſpectior erit. At enĩ quid ita ſolus ego ciuiũ curã ago? nihilo magis: quod reſpõdeã: habeo: quã ſi quæras quid ita ſolus capitolium arcéq; ſeruauerim: & tum uniuerſis: quã potui: opẽ tuli: & nũc ſingulis feram. Nam quod ad theſauros gallicos attinet: rem ſuapte natura facilem: difficilem ĩterrogatio facit. cur enim quæritis: quod ſcitis? cur quod ĩ ſinu ueſtro eſt: excuti iubetis: potius quã ponatis? niſi aliqua fraus ſubeſt quo magis argui præſtigias iubetis ueſtras: eo plus uereor: ne abſtuleritis obſeruãtibus etiã oculos. Itaq; nõ ego uobis ut indicem prædas ueſtras: ſed uos id cogẽdi eſtis: ut ĩ mediũ ꝓferatis. Cũ mittere ambages dictator iuberet: & aut ꝓgere uer̃ indicium cogeret: aut fateri facinus ĩ ſimulati falſo crimine ſenatus: oblataq; uani furti inuidiæ. negantem arbitrio inimicor̃ ſe locutur̃ in uincula duci iuſſit. Arreptus a uiatore Iupiter inquit optime maxime lunoq; regina: ac Minerua cæteriq; dii deæq;: qui capitoliũ arcéq; ĩcolitis: ſiccine ueſtrum militem ac præſidem ſinitis uexari ab inimicis? hæc dextra: qua gallos fudi a delubris ueſtris: iã ĩ uinculis & cathænis erit? Nullius nec oculi: nec aures ĩdignitaté ferebãt: ſed inuicta ſibi quædã patientiſſima iuſti imperii ciuitas fecerat: nec ad uerſus dictatoriã uim aut tribuni plebis: aut ipſa plebs attollere oculos: aut hiſcere audebãt. Cõiecto ĩ carcere Mãlio: ſatis conſtat magnã ptem plebis ueſtẽ mutaſſe: multos mortales capillum ac barbã ꝓmiſiſſe: obuerſatãq; ueſtibulo carceris mœſtã turbam. dictator de uolſcis triumphauit: iuidiæq; magis triumphus: quã gloriæ fuit: quippe domi nõ militiæ partũ eum: actũq; de ciue nõ de hoſte fremebãt: unum defuiſſe tantũ ſuperbiæ: quod nõ. M. Manlius ante currũ ſit ductus. Iamq; haud ꝓcul ſeditione res erat: cuius leniédæ cauſa: poſtulãte nullo: largitor uolũtarius repéte ſenatus factus: Satricum coloniã duomillia ciuium romanor̃ deduci iuſſit: bina iugera & ſemiſſes agri aſſignati. Quod cum paruum & paucis datũ: & mercedé eſſe ꝓdendi. M. Mãlii ĩterpretarent: remedio irritat ſeditio: & magis ĩſignis & ſordibus & facie reor̃ turba manliana erat. Amotus poſt triumphũ abdicatiõe dictaturæ terror & linguã & animos liberauerat hoíum: audiebant itaq; propalam uoces exprobrãtium multitudini: quod defenſores ſuos ſemp ĩ præcipitem locũ fauore tollat: deinde ĩ ipſo diſcrimine periculi deſtituat: ſic. Sp. Caſſium in agros plebem uocantem: ſic. Sp. Melium ab ore ciuiũ famem ſuis

impensis propulsantem oppressos: sic. M. Mālium mersam & obrutā fœnore partē ciuitatis ī libertatē ac lucē extrahentē ꝑditum inimicis. saginare plebē populares suos ut iugulētur. hoccine patiendū fuisse: si ad nutū dictatoris nō respōderit uir cōsularis? fingeret mentitū ante: atq; ideo nō habuisse qđ tum respōderet: cui seruo unquā mendacii pœnā uincula fuisse? Nō obuersatam esse memoriā noctis illius: quæ pene ultima atq; æterna nomini romano fuerit: nō speciē agminis gallo⁹ ꝑ tarpeiam rupē scandentis: non ipsius. M. Mālii: qualē eum armatū plenū sudoris ac sanguinis: ipso pene Ioue erepto ex hostiū manibus: uidissent. celebris ne farris gratiam seruatori patriæ relatā? & quē ꝑpe cælestem cognomine certe capitolino Ioui parē fecerit: eum pati uinctū ī carcere ī tenebris obnoxiā carnificis arbitrio ducere aīam? adeo ī uno oibus satis auxilii fuisse nullā opē ī tā multis uni eē? Iā ne nocte qdē turba eo loco dilabebat: refracturosq; carcerē minabātur: cū remisso id quod erepturi erāt: ex senatusconsulto Mālius uinculis liberat. quo facto nō seditio finita: sed dux seditioni datus est. Per eosdē dies latinis & hernicis simul colonis circi ensibus & a Velitris purgantibus se uolsci crimīe belli: captiuosq; repetētibus ut suis legibus ī eos aīaduerterent: tristia responsa reddita: tristiora colonis: quo ciues romani patriæ oppugnandæ nefanda consilia iniissent. Non negatū itaq; tantū de captiuis: sed in quo ab sociis tamē temperauerant: denuntiatū senatus uerbis facesserent propere ex urbe ab ore atq; oculis populi romani: ne nihil eos legatiōis ius externo nō ciui cōparatum tegeret. Recrudescente māliana seditione: sub exitu anni comitia habita: creati tribuni militū cōsulari potestate Sergius Cornelius Maluginēsis secundū: Publius Valerius Potitus ite⁹. M. Furius Camillus. Qu. Seruius Sulpicius Ruffus ite⁹: Claudius Papyrius Crassus: Titus Quītius Cincinatus secūdū. Cuius Principio anni & patribus: & plebi ꝑopportune externa pax data: plebi. qđ non auocata delectu spem cepit: dū tam potentē haberet ducē fœnoris expugnādi: patribus ne quo externo terrore auocarentē animi ab sanandis domesticis malis. Igitur cū pars utraq; acrior aliquāto coorta esset: iam ī ꝑpīquo certamen aderat: & Manlius: aduocata domū plebe: cū prīcipibus nouādar⁹ re⁹ ītердiu noctuq; cōsilia agitat: plenior aliquāto animo⁹ irarūq; quā antea fuerat. iram accendit ignominia recēs ī aīo ad cōtumeliā inexpto: spiritus dabat: quod nec ausus esset: idem ī se dictator: qđ ī. Sp. Melio Cincinatus Quītius feciſſet: & uinculo⁹ suo⁹ inuidiā nō dictator modo abdicādo dictaturā fugisset: sed ne senatus quidem sustinere potuisset. His simul īflatus exacerbatusq; iam ꝑ se accensos incitabat plebis aīos. Quosq; tandem ignorabitis uires uestras: quas natura ne bælluas quidem ignorare uoluit? numerare saltem: quot ipsi scitis: quot aduersarios habeatis: si singuli singulos aggressuri essetis: tamen acrius crederem uos ꝑ libertate: quam illos ꝑ dominatione certaturos: quot enim clientes circa singulos fuistis patronos: tot nūc aduersus unū hostes eritis. ostendite modo bellum: pacē habebitis. uideāt uos paratos ad uim: ius ipsi remittēt. audendū est aliquid uniuersis: aut oīa singulis patiēda. Quousq; me circūspectabitis? ego quidē nulli uestrum dero: ne fortuna mea desit: uidete. Ipse uindex uester: ubi uisum inimicis est: nullus repente fui: & uidistis in uincula duci uniuersi eū: qui a singulis uobis uicula depulerā. quid sperem: si plus in me audeāt inimici? an exitum Cassii Meliiq; expectē? benefacitis: qđ abominamini: dii ꝑhibebūt hæc: sed nunquā ꝑpter me de cælo descēdent: uobis dēt mentē: oportet: ut ꝑhibeatis: sicut mihi dederunt armato togatoq;: ut uos a barbaris hostibus a supbis defenderē ciuibus. Tam paruus animus tanti populi est: ut sem ꝑ uobis auxiliū aduersus inimicos satis sit: nec ullū: nisi q̄tenus īperari uobis sinatis: certamē aduersus pres noritis? nec hoc natura uobis īsitum ē: sed usu possidemini. Cur enī aduersus externos tantum animo⁹ geritis: ut imperare illis æquum cēseatis? quia cōsueuistis cū eis ꝑ imperio certare aduersus hos tētare magis: quā tueri libertatē: tamē qualescūq; duces habuistis: qualescūq; ipsi fuistis: oīa adhuc: quātacūq; petistis: obtinuistis seu ui: seu fortuna uestra. tēpus est etiā maiora conari: experimini modo & uestrā felicitatē: & me: ut spero: fœliciter expertum. minore negotio: qui īperet: patribus īponetis. quā qui resisterēt īperātibus: imposuistis. Solo æquādæ sunt dictaturæ cōsulatusq;: ut caput attolere romana plebs possit. Proinde adeste: ꝑhibete ius de pecuniis dici: ego me patronum ꝑfiteor plebis: qđ mihi cura mea: & fides nomen induit. uos: si quo insigni magis īperii honorisue noīe uestrū appellabitis ducē: eo utemini potētiore ad obtinēda ea: quæ uultis. Inde de regno agendi ortū initiū dicitur: sed nec cū quibus: nec quē ad finē cōsilia puenerint: satis planū tradit. At ī parte altera senatus de secessione ī domū priuatā plebis forte etiā ī arce positam: & īminenti mole libertatis agitat: magna pars uociferātur Seruilio Hala opus esse: qui nō ī uincula duci iubendo irritet publicum hostem: sed unius iactura ciuis finiat intestinū bellū. decurritur ad leuiorem uerbis sententiam uim tamē eandē habentem: ut uideāt magistratus: nequid ex ꝑnicios cōsiliis. M. Mālii resp. detrimenti capiat. Tūc tribuni cōsulari potestate tribuniq; plebis: nā & quia eundē & suæ potestatis: quē libertatis oīum finē cernebāt: patrum auctoritati se dediderāt: hi tum oēs: quid opus facto sit: consultant. Cum præter uim & cædem nihil cuiquam occurreret: eam autem ingentis dimicationis fore appareret: tū &. M. Menenius: & Quītus Publius tribuni plebis quid patrum & plebis certamen facimus: quod ciuitatis esse aduersus unum pestiferum ciuem debet? quid cum plebe aggredimur eum: quem per ipsam plebem tutius aggredi est? ut suis ipse oneratus uiribus ruat. diem dicere ei nobis in animo est: nihil minus populare: quā regnū est: simul multitudo illa non secum certari uiderint: & ex aduocatis iudices facti erunt: & accusatores de plebe patritiū reum intuebunt: & regni crimē in medio: nulli magis quā libertati fauebunt suæ. Approbantibus cunctis: diem Manlio dicūt: quod ubi est factum: primo cōmota

plebs est:utiq; posteaquã sordidatum reum uiderunt:nec cum eo nõ modo patr; quẽquã:sed ne cognatos quidẽ aut affines:postremo ne fratres quidẽ.A.&.T.Mãlios:quod ad eum diẽ nunquã usu uenisset:ut ĩ tanto discrimine nõ & ꝓximi uestem mutarent:Appio Claudio ĩ uincula ducto.G. Claudium inimicũ claudiãq; oẽm gẽtem sordidatam fuisse:cõsensu opprimi populare uir;:quod primus a patribus ad plebẽ defecisset.Cũ dies uenit:quæ præter cœtus multitudinis:seditiosasq; uoces:& largitionẽ:& fallax indiciũ ptinẽtia ꝓprie ad regni crimẽ:ab accusatoribus obiecta sunt reo:apud neminẽ auctorẽ inuenio:nec dubito haud parua fuisse:cum dãnandi mora plebi nõ ĩ causa:sed ĩ loco fuerit.Illud notandum uidet : ut sciãt hoies:quæ & quãta decora fœda cupiditas regni nõ ingrata solum:sed inuisa etiã reddiderit. Hoies ꝓpe cccc.ꝓduxisse dicit:quibus sine fœnore expẽsas pecunias tulisset:quor; bona uenire:quos duci addictos ꝓhibuisset.ad hæc decora quoq; belli nõ cõmemorasse tãtum:sed ꝓtulisse etiam cõspiciẽda spolia hostium cæsor; ad.xxx.dona ĩperator; ad.xl.in quibus ĩsignes duas murales coronas;ciuicas octo . ad hoc seruatos ex hostibus ciues ꝓduxit:iter quos.G.Seruilium magistr; equitum absentem noĩatum : & cum ea quoq;:quæ bello gesta essent:ꝓ fastigio rer; oratione etiã magnifica facta dictis æquãdo memorasset:nudasse pectus insigne cicatricibus bello acceptis:& identidem capitolium spectans louem:deosq; alios deuocasse ad auxilium fortunar; suar;:precatũq; esse:ut quã mentẽ sibi capitolinã arcem ꝓtegẽti ad salutẽ populi romani dedissent:eam populo romano ĩ suo discrimĩe darẽt:& orasse singulos uniuersosq;:ut capitolium atq; arcem ĩtuentes:ut ad deos ĩmortales uersi de se iudicarẽt.In cãpo martio cum centuriatim populus citaret;:& reus ad capitolium manus tẽdens ab hoĩbus ad deos preces auertisset: apparuit tribunis:nisi hoĩum quoq; oculos liberassent tanti memoria decoris:nunquã fore ĩ ꝓoccupatis beneficio animis uero crimini locum.Ita ꝓducta die ĩ petelinum lucum extra portã frumẽtariã:unde cõspectus ĩ capitolium nõ esset:cõcilium populi indictum est:ibi crimen ualuit:& obstinatis animis triste iudicium inuisumq; etiã iudicibus factũ . Sũt qui duunuiros qui de ꝓduellione ĩquirerẽt creatos auctores sint. Damnatum tribuni de saxo tarpeio deiecerunt:locusq; idẽ in uno hoie & eximiæ gloriæ monumentum:& pœnæ ultimæ fuit.Adiectæ mortuo notæ sũt publica una:quæ cũ domus eius fuisset:ubi nũc ædes:atq; officina Monetæ est:latum ad populum est:ne quis patritius ĩ acre aut capitolio habitaret:gentilicia altera quod gentis mãliæ decreto cautum est:nequis.M.Mãlius uocaret.Hũc exitum habuit uir:nisi ĩ libera ciuitate natus esset memorabilis.Populum breui:posteaq; periculum ab eo nullum erat:per se ipsas recordãtem uirtutes:desideriũ eius tenuit.pestilẽtia etiã breui cõsecuta:nullis occurrẽtibus tãtæ cladis causis: ex mãliano supplicio magnæ parti uideri orta.uiolatum capitoliũ esse sanguine seruatoris:nec diis cordi fuisse pœnã eius oblatã ꝓpe oculis suis:a quo sua tẽpla erepta e manibus hostium essent.Pestilẽtiã:inopiã frugum:& uulgatã utriusq; mali famã anno insequẽte multiplex bellũ excepit.L.Valerio.iiii.A.Mãlio.iii. Seruio Sulpicio.iii.L.Lucretio:L.Aemylio.iii.M.Trebonio tribunis militũ cõsulari potestate:hostes noui:præter uolscos uelut sorte quadã ꝓpe ĩ æternum exercẽdo romano militi datos:Circeosq; & Velitras colonias iãdiu moliẽtes defectionẽ & suspectũ Latium:lauinii etiã:quæ fidelissima urbs fuerat:subito exorti.Id patres rati cõtemptu accidere:quod ueliternis ciuibus suis tãdiu ĩpunita defectio esset:decreuerũt ut primo quoq; tẽpore ad populum deferret de bello eis idicẽdo.ad quã militiã:quo patior plebes esset : quinq; uiros põptino agro diuidẽdo:& triunuiros Nepetæ coloniæ deducẽdæ creauerunt.Tum:ut bellũ iuberẽt.latum ad populum ẽ:& nequicquã dissuadẽtibus tribunis plebis oẽs tribus bellum iusserunt.Apparatum eo anno bellũ est:exercitus ꝓpter pestilẽtiã nõ eductus.ea cunctatio colonis spatium dederat deprecãdi senatũ:& magna hoĩum pars eo:ut legatio supplex Romã mitteret;:inclinabat:nisi priuato:ut fit: periculo publicum ĩplicitum esset:auctoresq; defectionis ab romanis metu ne soli crimini subiecti piacula iræ romanor; dederẽt;:auertissent colonias a cõsiliis pacis:neq; in senatum solum ꝓ eos legatio ĩpedita est:sed magna pars plebis incitata:ut prædatum ĩ agrũ romanũ exirent.hæc noua iniuria exturbauit oẽm spem pacis.De prænestinor; quoq; defectione eo ãno primum fama exorta:arguentibusq; eos tusculanis: &gabinis & labicanis:quor; ĩ fines ĩcursatum erat:ita placide ab senatu respõsum ẽ:ut minus credi de criminibus;quia nollẽt ea uera esse:appareret.In sequẽti anno.Sp.&.L.Papyrius duo noui tribuni militũ cõsulari potestate Velitras legiones duxere:quattuor collegiis Sergio Cornelio Malugĩnẽsi.iii.Qu.Seruilio G.Sulpicio.L.Aemylio quattuor tribunis ad præsidium urbis:& siqui ex Ethruria noui motus nunciarẽtur:omnia enim inde suspecta erãt:relictis.Ad Velitras aduersus maiora auxilia prænestinor; quã ipsam colonorum multitudinem secundo prælio pugnatum est;ita ut propiquitas urbis hosti & causa maturioris fugæ:& unum ex fuga receptaculum esset. Oppidi oppugnatione tribuni abstinuere:quia & anceps erat;nec in perniciem coloniæ pugnandum censẽbant.litteræ ad senatum Romam cum uictoriæ nũciis: acrioresq; in prænestinum : quam in ueliternum hostem missæ.Itaq; & senatusconsulto populiq; iussu bellum prænestinis indictum:qui cõiuncti uolscis anno insequẽte Satricum coloniã populi romani ptinaciter a colonis defensam ui expugnauerunt:fœdeq; in captis exercuere uictoriam.Eam rem ægre passi romani.M.Furinm Camillum.iii.tribunum militum creauere:additi collegæ.A.&.L.Posthumii Regilienses:ac.L.Furius cum.L.Lucretio:&.M.Fabio Ambusto.Volscum bellum.M.Furio extra ordinem decretum:adiutor ex tribunis sorte.L.Furius datur:non tam e republica:quam ut collegæ materia ad omnem laudem esset:& publice rem temeritate eius prolapsam restituit:& priuatim quod ex errore gratiã potius

eius sibi:quã gloriã suã petiit.Exactæ iam ætatis Camillus erat:comitiisq; iurare parato ĩ uerba excusandæ ualitudinis solitæ cõsensus populi restiterat:sed uegetũ ingenium ĩ uiuido pectore uigebat:uirebatq; ĩ egris sẽsibus:& ciuiles iam res haud magnopere obeũtẽ bella excitabãt.Quattuor legionibus quaternũ milliũ scriptis exercitu ĩdicto ad portã esquilinã ĩ posterã diẽ ad Satricũ ꝓfectus:ibi eũ expugnatores coloniæ haud quaquã ꝓpulsi:fidẽtes militũ numero:quo aliquãtũ præstabãt:opperiebant.Posteaquã appropinquare romanos seserunt:extemplo ĩ aciẽ ꝑcedunt:nihil moraturi:quin ꝓiculum sũmæ rei facerent: ita paucitati hostiũ nihil artes ĩperatoris unici:quibus solis cõfideret:ꝓfuturas esse.Idẽ ardor & ĩ romano exercitu erat:& ĩ altero duce:nec præsentis dimicatiõis fortunã ulla res:præterquã unius uiri cõsiliũ atq; ĩperiũ:morabat:qui occasionẽ iuuãdæ ratione uirium trahẽdo bello quærebat.eo magis hostis instare: nec iam ꝓ castris tantũ suis explicare aciem:sed ꝓcedere in mediũ campi:& uallo ꝓpe hostiũ signa iferẽdo supbam fiduciam ostentare.Id ægre patiebat romanus miles:multo ægrius alter ex tribunis militum .L.Furius ferox tum ætate & ĩgenio:tum multitudinis ex ĩcertissimo sumẽtis aios spe iflatus. Hic ꝓ se iã milites incitatos ĩsup instigat eleuãdo:qua una poterat ætate auctoritatẽ collegæ:iuuenibus bella data dictitãs:& cum corporibus uigere & defloresĉere aios.cunctatorem ex acerrimo bellatorẽ factum:& qui adueniens castra urbesq; primo ĩpetu cape sit solitus:eũ residẽ ĩtra uallum tẽpus terere quid accessuræ suis decessurumue hostium uiribus sperãtem:quam occasionẽ:quod tẽpus:quẽ insidiis ĩstruẽtem locum:fugere ac torpere senis cõsilia.Sed Camillo tum uitæ satis:tum gloriæ esse.quid attinere cum mortali corpore uno:ciuitatis:quã ĩmortalem esse deceat:pati conseneĉere uires. His sermonibus tota in se auertit castra:& cum oĩbus locis poscereẽ pugna:sustinere:ĩquit:M.Furi nõ possumus militum ĩpetum:& hostis:cuius aios cunctando auximus:iam minime tolerãda supbia ĩsultat:cede unus oĩbus & patere te uinci cõsilio:ut maturius bello uincas.Ad ea Camillus quæ bella suo unius auspicio gesta ad eã diem essent: negare ĩ eis neq; se:neq; populum romanum aut cõsilii sui:aut fortunæ pœnituisse:nunc scire se collegã habere ĩperioq; parem uigore ætatis præstãtem.itaq; se quod ad exercitum attineat regere cõsueuisse nõ regi:collegæ ĩperium se non posse ĩpedire:diis bene iuuãtibus ageret:qnod e rep.duceret:ætati suæ se etiã uenia petere ne ĩ prima acie esset: quæ senis munia ĩ bello sint:iis se non defuturum.Id a diis ĩmortalibus precari nequi casus suũ cõsilium laudabile efficiat.Nec ab hoĩbus salutaris sentẽtia: nec a diis tã piæ preces auditæ sunt:primã aciẽ auctor pugnæ instruit:subsidia Camillus firmat:ualidãq; stationem ꝓ castris opponit:ipse edito loco spectator intẽtus in euẽtu alieni consilii cõstitit.Simul primo concursu concrepuere arma:hostis dolo non metu pedem rettulit.lenis a tergo cliuus erat iter aciem & castra:& qđ multitudo suppeditabat:aliquot ualidas cohortes i castris armatas instructasq; reliquerant:quo iter cõmissũ iam certamen:ubi uallo appropinquasset hostis:erumperẽt .Romanus cedentem hostem effuse sequendo in locum iniquum ꝓtractus opportunus huic eruptioni fuit:uersus itaq; ĩ uictoriã terror: & nouo hoste: & supina ualle romanam inclinauit aciem.Instant uolsci recentes:qui e castris impetum fecerãt:integrãt: & illi pugnam:qui simulata cesserant fuga.Iam nõ recipiebat se romanus miles:sed ĩmemor præsentis ferociæ:ueterisq; decoris terga passim dabat:atq; effuso cursu castra repetebat. Cũ Camillus sublatus a circũstantibus in equum:& raptim subsidiis oppositis:hæc est:inquit:milites pugna:quam poposcitis:quis homo:quis deus ẽ :quem accusare possitis:uestra illa temeritas:uestra ignauia hæc est.secuti: alium ducẽ sequimini nũc Camillum:& quod ductu meo soletis:uincite.Quid uallũ & castra spectatis:neminẽ uestrum illa nisi uictoriẽ receptura sunt.Pudor primo tenuit effusos:inde ut circunagi signa obuertiq; aciẽ uiderunt ĩ hostem:& dux præterquã tot insignis triumphis etiã ætate uenerabilis: inter prima signa:ubi plurimus labor periculũq; erat:se offerebat:ĩcrepare singuli se quisq; & alios & adhortatio inuicẽ totã alacri clamore ꝓpasit aciem.Neq; alter tribunus rei defuit:sed missus a collega restituẽte peditũ aciẽ ad equites nõ castigando ad quam rem leuiorem auctorem eum culpæ societas fecerat:sed ab imperio totus ad preces uersus orare singulos uniuersosq; : ut se reum fortunæ eius diei crimine eximerent:abnuente ac ꝓhibẽte collega temeritatis me omnium potius socium:quam unius prudentiæ dedi.Camillus in utraq; uestra fortuna suam gloriam uidet:ego:ni restituitur pugna:quod miserrimum est:fortunam cum omnibus:infamiam solus sentiam.Optimum uisum est in fluctuantem aciem tradi equos:& pedestri pugna in uadere hostes:eunt insignes armis animisq;:qua premi parte maxime peditum copias uident: nihil neq; apud duces:neq; apud milites remittitur a sũmo certamine animi.Sensit ergo euentus uirtutis enixe opẽ & uolsci:qua mõ simulato metu cesserãt:eunt ĩ ueram fugã effusi.Magna pars & ĩ ipso certamine:& post in fuga cæsi . cæteri ĩ castris:quæ capta eodem impetu sunt:plures tamen capti:quam occisi:ubi in recensendis captiuis cum tusculani aliquot noscitarentur : secreti ab aliis ad tribunos adducuntur:percunctãtibusq; fassi publico consilio militasse.Cuius tam uicini belli metu Camillus motus extemplo se Romã captiuos ductuq; ait:ne patres ignari sint Tusculanos ab societate descisse:castris exercituiq; iterim:si uideat:præsit collega.documento unus dies fuerat:ne sua consilia melioribus præferret:nec tamẽ aut ipsi: aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam eius uidebatur:qua data:in tã præcipitem casum respublica esset,& tum ĩ exercitu:tum Romæ constans omnium fama erat:cum uaria fortuna in Volscis gesta res esset:aduersæ pugnæ fugæq; in.L.Furio culpam:secũdæ decus omne penes.M. Furium esse.Introductis ĩ senatum captiuis:cũ bello persequendos tusculanos patres censuissent: Camil-

loq; id bellum mãdaſſent:adiutorem ſibi ad eã rem unum petit:pmiſſoq; ut ex collegis optaret: quẽ uellet:contra ſpem omnium.L.Furium optauit.Qua moderatione animi tum collegæ leuauit infamiam:tũ ſibi gloriam ingentem peperit.Nec fuit cum tuſculanis bellum:pace cõſtãti uim romanam arcuerũt:quã armis non poterãt.Intrantibus fines romanis:non demigratum ex propinquis itineris locis : non cultus agro; intermiſſus:patentibus urbis portis togati obuiã frequentes ĩperatoribus ꝓceſſere : cõmeatus exercitui comiter ĩ caſtra ex urbe:& ex agris deuehitur.Tum Camillus caſtris ante portas poſitis:eadem ne forma pacis:quæ ĩ agris oſtentaretur:etiam intra mœnia eſſet:ſcire cupiens:ingreſſus urbem:ubi patẽtes ianuas & tabernis apertis ꝓpoſita omnia in medio uidit:intentoſq; opifices ſuo quẽq; operi:& ludos litera; ſtrepere diſcentiũ uocibus:ac repletas ſemitas ĩter uulgus : aliud puero; & mulie; huc atq; illuc euntium:qua quẽq; ſuo; uſuum cauſa ferret:nihil uſquam non pauidis modo:ſed ne mirãtibus quidem ſimile circũſpiciebat:omnia inquirens oculis:ubi nam bellum fuiſſet:adeo nec amotæ rei uſquã:nec oblatæ ad tempus ueſtigium ullum erat:ſed ita oĩa conſtanti tranquilla pace ut eo uix fama belli perlata uideri poſſet.Victus igitur patientia hoſtium ſenatum eo; uocari iuſſit.Soli adhuc:inquit:tuſculani uera arma uera ſq; uires:quibus ab ira romano; ueſtra tutaremini:ĩueniſtis.ite Romã ad ſenatum: exiſtimabũt patres utrum plus ante pœnæ: an nunc ueniæ meriti ſitis:non præripiam gratiam publici beneficii: deprecãdi poteſtatẽ a me habueritis: ꝑcibus euentum ueſtris ſenatus:quem uidebiť:dabit.Poſteaquam Romam tuſculani uenerunt:ſenatuſq; pauloante fidelium ſocio; mœſtus in ueſtibulo curiæ ẽ conſpectus : moti extemplo patres uocari eos iam tũ hoſpitaliter magis:quam hoſtiliter iuſſere . Dictator tuſculanus ita uerba fecit.Quibus bellum indixiſtis intuliſtiſq; patres conſcripti:ſicut nunc uidetis nos ſtantes ĩ ueſtibulo curiæ ueſtræ:ita armati paratiq; obuiam imperatoribus legionibuſq; ueſtris ꝓceſſimus . hic noſter:hic plebis noſtræ habitus fuit:eritq; ſemp:niſi quãdo a uobis ꝓq; uobis arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus ueſtris:& exercitibus:qđ oculis magis:quã auribus credideŕt:& ubi nihil hoſtile erat: neq; ipſi quidem fecerunt:pacem:quam nos præſtitimus:eam a uobis petimus:bellum eo : ſicubi ẽ:auertatis:precamur.In nos quid arma polleant ueſtra:ſi patiando experiundum eſt: inermes experiemur. hæc mens noſtra ẽ:dii ĩmortales faciant tã felix:quã pia.Quod ad crimina attinet:quibus moti bellũ ĩdixiſtis: &ſi reuicta rebus uerbis confutare nihil attinet:tamen etiam:ſi uera ſint:uel fateri nobis ea:cum tam euidenter pœnituerit:tutum cenſemus.peccetur in uos:dum digni ſitis:quibus ita ſatiſſiat . Tantú ferè uerbo; ab tuſculanis factum:pacem ĩ ꝑſentia:nec ita multo poſt ciuitatẽ etiã impetrauerunt.ab Tuſculo legiones reductæ. Camillus conſilio & uirtute in uolſco bello : felicitate in tuſculana expeditione: utrobique ſingulari aduerſus collegam patientia & moderatione inſignis magiſtratu abiit.Creatis militaribus tribunis inſequẽtem annum.L.&.P.Valerio Lucio.v.Publio.iii.&.G.Sergio.iii.Licinio Menenio .ii. P.Papyrio:Seruio Cornelio Maluginenſe:cenſoribus quoq; eguit annus:maxime ꝓpter incertam famam æris alieni:aggrauantibus ſummũ etiã inuidiæ eius tribunis plebis:cum ab iis eleuareť:q bus fide magis: quã fortuna debentium laborare creditum uideri expediebat.Creati Cenſores.Cl.Sulpicius Camerinus: Sp.q; Poſthumius Regilienſis:cœptaq; iam res morte Poſthumii:quia collegam ſuffici religio erat:interpellata eſt.Igitur cum Sulpicius abdicaſſet ſe magiſtratu:cenſores alii uitio creati non geſſerunt magiſtratũ.tertios creari uelut diis nõ accipiẽtibus in eum annum cenſuram religioſum fuit.Eam uero ludificati onem plebis tribuni ferendam negabant:fugere ſenatum teſtes tabulas publicas cenſus cuiuſq;:quia nolint conſpici ſummam æris alieni:quæ indicatura ſit demerſam partem a parte ciuitatis:cum interim ob æratam plebem obiectari aliis atq; aliis hoſtibus:paſſim iam ſine ullo diſcrimine bella quæri . ab Antio Satricum inde Tuſculum legiones ductas.latinis hernicis prænestinis iam intentari arma ciuium magis : quam hoſtium odio:ut in armis terant plebem nec reſpirare in urbe:aut per otium libertatis meminiſſe ſinant:aut conſiſtere in concione:ubi aliquãdo audiant uocem tribunitiam deleuãdo fœnore & fine alia rum iniuriarum agentem.Quod ſi ſit animus plebi memor patrum libertatis:ſe nec addici ciuem romanum ob creditam pecuniam paſſuros neq; delectum haberi:donec inſpecto ære alieno initaq; ratione minuẽdi eius:ſciat unuſquiſq;:quid ſui:quid alieni ſit:ſuperſit ſibi libe; corpus : an id quoq; neruo debeať. Merces ſeditionis propoſita confeſtim ſeditionem excitauit:nam & addicebantur multi:& ad prænestini famam belli nouas legiones ſcribendas patres cenſuerant:quæ utraq; ſimul auxilio tribunitio:& conſenſu plebis ĩpediri cœpta:nã neq; duci additos tribuni ſinebant: neq; iuniores noĩa dabãt.Cũ patribus minor præſens cura creditæ pecuniæ iuris exequẽdi q̃ delectus eſſet:quippe iam a prænesťe ꝓfectos hoſtes ĩ agro ſabino cõſediſſe nũciabať.ĩterim tribunos plebis fama ea ipſa irritauerat magis ad ſuſceptum certamẽ: quam deterruerat:neq; aliud ad ſeditionem extinguendam in urbe quam prope illatum mœnibus ipſis bellũ ualuit.Nã cũ eſſet prænestinis nunciatũ nullum exercitum cõſcriptum Romæ:nullũ ducẽ certum eſſe:patres ac plebẽ in ſemetipſos uerſos:occaſionem rati duces eorum raptim:agmine facto: peruaſtatis protinus agris:ad portã colliná ſigna ĩtulere Ingens in urbe trepidatio fuit: conclamatũ ad arma: cõcurſumq; in muros atq; portas ẽ:tandẽq; ab ſeditione ad bellũ uerſi dictatorem .T. Quintiũ Cicinatũ creauere:is magiſtrũ equitũ.A.Sẽproniũ Atratinũ dixit. Quod ubi auditum ẽ(tãtus eius magiſtratus terror erat(ſimul hoſtes a mœnibus receſſere:& iuniores romani ad edictũ ſine retractatõe cõuenere.Dũ

Romæ cõscribiť exercitus:castra interim hostium aut ꝑcul allia flumine posita inde aggr late populãtes fatalem se urbi romanæ locum cepisse inter se iactabãt:similẽ pauoré inde:ac fugam fore ac bello gallico fuerat.Etenim si diem cõtactum religione insignẽq; nomine eius loci timeãt romani:quãto magis allien si die alliã ipsam monumẽtum tantæ cladis reformidaturos?ſpecies ꝑfecto his sibi truces gallorꝝ:sonosq; uocis in oculis atq; auribus fore.Has inaniũ reꝝ inanes ipsas uoluentes cogitationes fortunæ loci delega uerãt spes suas. Romani cõtra:ubicũq; esset latinus hostis:satis scire eum esse:quẽ ad regillũ lacum deuictum centum annorꝝ pace obnoxia tenuerint locum insignem memoria cladis irritať se potius ad delendã memoriã dedecoris:quã ut timoré faciat:nequa terra sit nefasta uictoriæ suæ.quin ipsi sibi galli:si offeráť:illo loco se ita pugnaturos:ut Romæ pugnauerint ĩ repetenda patria:ut postero die ad Gabios tũc: cum effecerint.nequis hostis:qui mœnia romana ĩtrasset:nunciũ secundæ aduersæq; fortunæ domũ perferret.His utriq; animis ad alliam uẽtum ẽ.Dictator romanus:posteaquã icõspectu hostes erãt ĩstructi ĩtentiq;:uides ne tu:inquit:A.Semproni fortuna illos frætos ad alliã cõstitisse?nec illis dii ĩmortales certioris quicquã fiduciæ maiorisue:quod sit auxilii:dederint?at tu frætus armis animisq; cõcitatis equis iuade mediam aciẽ:ego cum legionibus ĩ turbatos trepidantesq; inferã signa.Adeste dii testes fœderis:& expetite pœnas debitas simul uobis uiolatis:nobisq; p uestrũ numen deceptis.Non equitem:nõ peditem sustinuere prænestini primo ĩpetu ac clamore dissipati ordines sunt:deinde posteaquã nullo loco cõstabat acies:terga uertunt:cõsternatiq; & præter castra etiã sua pauore ꝑlati non prius se ab effuso cursu sistunt: quã ĩ cõspectu prænestæ fuit.ibi ex fuga dissipati locũ:quẽ tumultuario opere cõmunirent:capiunt:ne si ĩtra mœnia se recepissẽt:extẽplo urereť ager:depopulatisq; oĩbus:obsidio urbi ĩferreť.Sed posteaquã direptis ad alliam castris uictor romanus aderat:id quoq; munimẽtum relictũ:& uix mœnia tuta rati oppido se Prænestæ ĩcludũt.Octo præterea oppida erãt sub dicione p̃nestinorꝝ:ad ea circunlatum bellum : deinceps haud magno certamine captis Velitras exercitus ductus:eæ quoque expugnatæ.tum ad caput belli Prænestæ uentum: id non ui:sed per deditionem receptũ est.T.Quintius semel acie uictor:binis castris hostium:nouem oppidis ui captis:Prænestæ in deditionem accepto Romam reuertit : triũphansq; signũ Prænestæ deuectum Iouis imperatoris in capitolium tulit : dedicatum est inter cellam Iouis & Mineruæ: tabulaq; sub eo fixa:monumentum rerum gestarꝝ his ferme incisa litteris fuit.Iupiter atq; dii omnes hæc dederunt:ut.T.Quintius dictator oppida nouẽ caperet:die xx.quam creatus erat: dictatura se abdicauit. Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate:quibus æquatus patritiorꝝ plebeiorumq; numerus:ex patribus creati.P.& G.Manlii cum.L.Iulio:plebes.G.Sextilium.M.Albinũ.L.Antistiũ dedit.Manliis : quod genere Plebeios gratia Iulium anteibant:Volsci prouincia sine sorte:sine cõparatione extra ordinem data:cuius & ipsos postmodo:& patres:qui dederant: pœnituit.Inexplorato pabulatũ cohortes misere:quibus uelut circunuentis (cum id falso nunciatum esset)dum præsidio ut esset:citati ferũ tur:nec auctore quidem asseruato:qui eos hostis latinus ꝑ milite romano frustratus erat:ipsi ĩ insidias præcipitauere.Ibi dũ iniquo loco sola uirtute militum resistẽtes cæduntť cæduntq;:castra interim romana iacentia ĩ cãpo ab altera ꝑte hostes inuasere.Ab ducibus utrobiq; ꝑditæ temeritate atq; ĩscitia res : quicqd supfuit fortunæ populi romani:id militũ etiã sine rectore stabilis uirtus tutata est.Quæ ubi Romam fũt relata:primum dictatoré dici placebat:deinde posteaquã quietæ res ex Volscis afferebanť:& apparuit nescire eos uictoria :& tẽpore uti:reuocati etiã inde exercitus ac duces:otiũq; inde quãtum a uolscis fuisset: id modo extremo ãno tumultuatũ:quod p̃nestini cõcitatis latinorꝝ populis rebellarũt.Eodem ãno etiam ipsis querẽtibus penuriã hoĩum noui coloni ascripti:rebusq; haud ꝑsperis bello:domestica quies:quã tribunorum militum ex plebe gratia maiestasq; inter suos obtinuit:solatium fuit. Insequẽtis anni principia statim seditione ingenti arsere : tribunis militum consulari potestate.Sp.Furio.Qu. Seruilio.ii. Licinio Menenio.iii.P.Cloelio.M.Horatio.L.Geganio. Erat aũt & materia & causa seditionis æs alienũ:cuius noscẽdi gratia.Sp.Seruilius Priscus.Qu.Cloelius Siculus censores facti:ne ré agerent bello ĩpediti sunt.nãq; trepidi nuncii primo:fuga deide ex agris legiones uolscorꝝ ĩgressas fines: popularicq; passim romanũ aggr attulere.In qua trepidatione tantum abfuit:ut ciuilia certamina terror externus cohiberet:ut cõtra eo ĩsolentior tribunitia potestas ĩpediẽdo delectui esset:donec cõditiones ĩpositæ patribus:nequis:quoad bellatum esset:tributũ daret:aut ius de pecunia credita diceret.eo laxamento plebis sumpto:mora delectui nõ est facta.Legionibus nouis scriptis placuit duos exercitus ĩ agrum uolscũ legionibus diuisis duci.Sp. Furius.M.Horatius dextrorsus maritimã oram atq; Antium.Qu.Seruilius:&.M.Geganius leua ad montes Ecetrã ꝑgũt.Neutra ꝑte hostis fuit obuius:populatioq; nõ illi uagæ similis:quã uolscus latrocinii more discordia hostiũ frætus : & uirtutem metuẽs p trepidationẽ rapti fecerat:sed ab iusto exercitu iusta ira facta:spatio quoq; tpis grauior.qppe a uolscis timẽtibus ne iterĩ exercitus ab Roma exiret:ĩcursiones ĩ extrema finiũ factæ erãt:roano cõtra ét ĩ hostico cõmorãdi cã erat:ut hostẽ ad certamẽ alliceret.Itaq; oĩbus passim tectis agrorꝝ uicisq; ét qbusdã exustis:nõ arbore frugifera:nõ satis ĩ spẽ frugũ relictis oĩ:quæ extra mœnia fuit:hoĩum pecudũq; ꝑda abacta:Romã utriq; reducti exercitus ꝑuo iteruallo ad respirãdũ debitoribus dato.Posteaq; qetæ res ab hostibus erãt:celebrari deĩtegro iurisdicio:& tãtũ abesse spes ueteris leuãdi fœnoris:ut tributo nouũ fœnus cõtraheret ĩ murꝝ a censoribus locatũ saxo q̃drato faciũdũ:cui succumbere oneri coacta plebes;quia quem delectum impedirent:nõ habebãt tribuni plebis:tribunos etiã

militares patritios oīs coacta prīcipū opibus fecit: L. Aemyliū: P. Valeriū. iiii. G. Veturiū: Seruiū Sulpicium. L. & G. Quītios Cincinatos. Iisdē opibus obtinuere ut aduersus latinos uolscosq; qui cōiunctis legionibus ad Satricū castra habebāt: nullo ipediēte: oībus iunioribus sacramento adactis: tres exercitus scriberent: unū ad præsidiū urbis: alterū: qui siqui alibi motus extitisset: ad subita bella mitti posset: tertium longe ualidissimū. P. Valerius: & Lucius Aemylius ad Satricū duxere. ubi cū aciē īstructam hostium loco æquo inuenissent: extēplo pugnatū: & ut nondū satis clarā uictoriā: sic ꝑsperæ rei pugnā imber īgentibus ꝑcellis fusus diremit. Postero die iterata pugna: & aliquādiu æqua uirtute fortunaq; latinæ maxime legiones lōga societate militiā romanā edoctæ restabāt. eques immissus ordines turbauit: turbatis signa peditū illata: quantūq; romana se inuexit acies: tantū hostes gradu demoti: & ut semel īclinauit pugna: iā itolerabilis romana uis erat. fusi hostes cū Satricū: quod duobus millibus inde aberat: nō castra peterēt: ab equite maxime cæsi: castra capta direptaq; ab Satrico nocte: quæ prælio ꝑxima fuit fugæ: simili agmine petūt Antium: & cum romanus exercitus ꝑpe ī uestigiis sequeret: plus tamē timor: quā ira celeritatis habuit. prius itaq; mœnia ītrauere hostes: quā romanus extrema agminis capere: aut morari posset. Inde aliquot dies uastādo agro assumpti: nec romanis satis instructis apparatu bellico ad mœnia aggredienda: nec illis ad subeundum pugnæ casum. Seditio tū inter antiates latinosq; coorta: cū antiates uicti malis: subactiq; bello: in quo & nati erāt & cōsenuerant: deditionem spectarent: latinos ex diutina pace noua defectio recentibus adhuc animis ferociores ad pseuerendū in bello faceret: finis certaminis fuit: posteaquā utriusq; apparuit nihil ꝑ alteros stare: quo minus incepta ꝑsequerent. Latini ꝑfecti ab societate pacis: ut rebantur: inhoneste sese uindicauerunt. Antiates: incōmodis arbitris salutarium cōsiliorū remotis: urbem agrosque romanis dedunt. Ita & rabies latinorū: quia nec romanos bello lædere: nec uolscos ī agris retinere potuerant: eo erupit: ut Satricū urbem: quæ receptaculum primū eis aduersæ pugnæ fuerat: igni concremarēt. nec aliud tectum eius supfuit urbis: cum faces pariter sacris profanisq; iniicerent: quam matris Matutæ templum. inde eos nō sua religio: nec uerecundia deū arcuisse dicitur: sed uox horrēda edita templo cum tristibus minis: ni nefādos ignes ꝑcul delubris admouissent. Incēsos ea rabie īpetus Tusculū tulit: ob irā qđ deserto cōmuni cōsilio latinorū: nō ī societatē modo romanā: sed etiā ī ciuitatē se dedissent: patētibus portis: cū īprouiso incidissent: primo clamore oppidū præter arcem captū est ī arcem oppidani refugere cum cōiugibus ac liberis: nuncioq; Romā: qui certiorē de suo casu senatum facerent: misere. Haud segnius: quā fide populi romani dignū fuit: exercitus Tusculū ductus: L. Quintius: & Seruilius Sulpicius tribuni militū duxere: clausas portas Tusculi latinosq; simul obsidentiū atq; obsessorū aīo hinc mœnia tueri uident: illinc arcē oppugnare: terrere una ac pauere. Aduentus romanorū mutauerat utriusq; partis aīos: tusculanos ex ingenti metu ī summā alacritatē: latinos ex ꝑpe certa fiducia mox capiēdæ arcis: quoniam oppido potirēt: in exiguā de se ipsis spem uerterat. Tollit ex arce clamor ab tusculanis: excipit aliquanto maior ab exercitu romano. utrīq; urgent latini: nec īpetus tusculanorū decurrētiū ex superiore loco sustinēt: nec romanos subeuntes mœnia moliētesq; obiices portarū arcere possunt. scalis prius mœnia capta: inde effracta claustra portarū: & cū anceps hostis: & a fronte & a tergo urgeret: nec ad pugnā ulla uis: nec ad fugam loci quicquā supesset: ī medio cæsi ad unū oēs. Recuperato ab hostibus Tusculo: exercitus Romā est reductus. Quāto magis ꝑsperis eo anno bellis tranquilla oīa foris erāt: tanto ī urbe uis ꝑ patrum in dies miseriæq; plebis crescebāt: cum eo ipso: quod necesse erat solui: facultas soluēdi impediret. Itaq; cum ex re iam nihil dari posset fama: & corpore iudicati: atq; addicti creditoribus satisfaciebāt: pœnaq; inuicē fidei cesserat. Adeo ergo obnoxios summiserāt aīos nō infimi solū: sed prīcipes etiā plebis: ut non modo ad tribunatū militū ītēr ꝑ patritios petēdum: qđ tanta ui: ut liceret: tetēderāt: sed ne ad plebeios quidē magistratus capessēdos: petēdosq; ulli uiro acri experiētiq; animus esset: possessionēq; honoris usurpati mō a plebe ꝑ paucos ānos recuperasse ī perpetuū patres uiderēt. Ne id nimiū lætum parti alteri esset: parua: ut plærūq; solet: rē ingentē moliundi causa īteruenit. M. Fabii Ambusti potētis uiri: tū inter sui corporis hoīes: tum etiā ad plebē: quod haudquaquā inter id genus cōtemptor eius habebat: filiæ duæ nuptæ Ser. Sulpicio maior: minor. G. Licinio Stoloni erat illustri qdē uiro: sed tamē plebeio: eaq; ipsa affinitas haud spreta gratiā Fabio ad uulgus quæsierat. Forte ita incidit: ut ī Ser. Sulpicii tribuni militū domo sorores Fabiæ cum ītēr se: ut fit: sermonibus tēpus tereret: lictor Sulpicii: cū is de foro se domū reciperet: forē: ut mos ē: uirga ꝑcuteret: cū ad id moris eius īsueta expauisset minor Fabia: risui sorori fuit mirāti ignorare id sororē. Cæterū is risus stimulos puis mobili rebus aīo muliebri subdidit: frequētia quoq; ꝑsequētiū rogātiūq; nun qd uellet: credo fortunatū matrimoniū ei sororis uisū: suiq; ipsā malo arbitrio: quo a ꝑximis quisq; minime anteīri uult: pœnituisse: Cōfusā eā ex recēti morsu animi cū pater forte uidisset: ꝑcunctatus satin salue? auertentē cām doloris: quippe nec satis piā aduersus sororē: nec admodū ī uirū honorificā elicuit comiter sciscitādo: ut fatereť: eam esse cām doloris: quod iuncta esset impari: nupta ī domo: quam nec honos: nec gratia ītrare posset: consolans inde filiam Ambustus bonum animum habere iussit: eosdem ꝑpediem domi uisuram honores: quos apud sororem uiderat. Inde cōsilia inire cum genero cœpit: adhibito. L. Sextio strenuo adolescēte: & cuius spei nihil præter genus patritium deesset. Occasio uidebat rerum nouandarum propter ingentem uim æris alieni: cuius leuamen mali plebes nisi suis in summo imperio locatis nullū speraret: accingēdum ad eam cogitationē esse conādo agēdoq; lā eo gradū feciſſe ple-

beios:unde si porro annitant pueníre ad ſumma:& patribus æquari tam honore:quã uirtute poſſent. in præſentia tribunos plebis fieri placuit:quo ĩ magiſtratu ſibimetipſi uiam ad cæteros honores aperirent. creati tribuni.G.Licinius:&.L.Sextius ꝓmulgauere leges oés aduerſus opes patritioꝝ & ꝓ cõmodis plebis:unã de ære alieno:ut deducto eo de capite:quod uſuris ꝓnumeratum eſſet:id quod ſupeſſet:triennio æquis portionibus ꝓſolueret:alterã de modo agroꝝ:neq; plus quingẽta iugera agri poſſideret:tertiã: ne tribunoꝝ militũ comitia fierent cõſulumq; utiq; alter ex plebe crearet. cuncta ingentia:& quæ ſine certamine maximo obtineri nõ poſſent. Oĩum igit ſimul reꝝ:quaꝝ ĩmodica cupido ĩter mortales eſt: agri pecuniæ honorum diſcrimine propoſito:conterriti patres cum trepidaſſent publicis priuatiſque conſiliis: nullo remedio alio præter expertam multis iam ante certaminibus interceſſionem:collegas aduerſus tribunitias rogationes comparauerunt: qui ubi tribus ad ſuffragium ineundum citari a Licinio Sextioque uiderunt:ſtipati patrum præſidiis:nec recitari rogationes: nec ſolenne quicquam aliud aſciſcendum plebi fieri paſſi ſunt. Iam fruſtra ſæpe conſilio aduocato:cum ꝓ antiquatis rogationes eſſent: bene habet:inquit:Sextius:quãdoquidem interceſſionẽ pollere placet:iſto ipſo telo tutabimur plebẽ.agi tedum comitia indicite patres tribunis militũ creandis:faxo ne iuuet uox iſta uero:qua nunc cõcinentes collegas noſtros tam læti auditis.Haud irritæ cecidere minæ:comitia præter ædiliũ tribunorũq; plebis nulla ſunt habita:Licinius Sextius tribuni plebis refecti: nullos curules magiſtratus creari paſſi ſũt: eaq; magiſtratuũ ſolitudo:& plebe reficiẽte duos tribunos:& his comitia tribunoꝝ militũ tollẽtibus ꝓ quinquẽniũ urbẽ tenuit:Alia bella optime ꝙuerũt:ueliterni coloni geſtientes otio:quod nullus exercitus romanus eſſet:& agꝝ romanũ aliquotiens ĩcurſauere:& Tuſculũ oppugnare adorti ſunt:eaq; res tuſculanis ueteribus ſociis:nouis ciuibus opem orãtibus:uerecũdia maxime nõ patres modo:ſed etiam plebem mouit:remittẽtibus tribunis plebis comitia ꝓ interregẽ ſũt habita:creatiq; tribuni militũ.L.Furius.A. Mãlius:Ser.Sulpicius:Seruius Cornelius:A.&.G.Valerii haudquaquã tã obediẽté ĩ delectu:quã ĩ comitiis plebẽ habuere:ĩgentiq; cõtentione exercitu ſcripto ꝓfecti:non ab Tuſculo modo ſubmouere hoſtẽ:ſed ĩtra ſuametipſum mœnia cõpulere:obſidebanturq; haud paulo ui maiore Velitræ:quam Tuſculũ obſeſſum fuerat:nec tamẽ ab eis:a quibus obſideri cœptæ erant:expugnari potuere:ante noui creati ſunt tribuni militũ.Qu.Seruilius.G.Veturius:M.Aulus &.M.Cornelius: Qu.Quĩtius.M.Fabius: nihil ab his quidẽ tribunis ad Velitras factum memorabile.In maiore diſcrimine res domi uertebãtur:nam præter Sextium Liciniũq; latores legum iam octauo tribunos plebis refectos: Fabius quoq; tribunus militũ Stolonis ſocer:quaꝝ legum auctor fuerat:eaꝝ ſuaſorem ſe haud dubiũ ferebat:& cũ octo ex collegio tribunorũ plebis primo interceſſores legum fuiſſent:quinq; ſoli erãt. Et ut ferme ſolet:qa a ſuis deſiſtunt capti & ſtupentes animi:uocibus alienis id modo: qđ domi ꝓceptum erat:ĩterceſſioni ſuæ prætendebãt: Velitris ĩ exercitu plebis magnã ꝓtem eſſe:in aduentum militum comitia diferri debere:ut uniuerſa plebs de ſuis cõmodis ſuffragiũ ferret.Sextius Liciniuſq; cum parte collegaꝝ: & uno ex tribunis militũ Fabio artifices iam tot annoꝝ uſu tractãdi animos plebis :primores patrũ ꝓductos ĩterrogãdo de ſingulis: quæ ferebãt ad populũ:fatigabãt:auderẽt nc poſtulare ut cũ bina iugera agri plebi diuideréť:ipſis plus quĩgẽta iugera habere liceret:ut ſinguli prope trecẽtoꝝ ciuiũ poſſiderẽt agros:plebeio homini uix ad tectum neceſſariũ aut locũ ſepulturæ ſuus pateret ager:an placeret fœnore circũuẽtã plebẽ:ni potius: quã ſortẽ creditam ſoluat:corpus ĩ neruũ ac ſupplicia dare:& gregatim quottidie de foro addictos duci: & repleri uinctis nobiles domos:& ubicũq; patritius habitet: ibi carcerẽ priuatũ eſſe:Hæc ĩdigna miſerãdaq; auditu cũ apud timẽtes ſibimetipſis maiore audiẽtium ĩdignatione:quã ſua ĩcrepuiſſent:atqui nec agros occupãdi modum fœnore trucidãdi plebẽ alium patribus unquã fore affirmabãt:niſi alteꝝ ex plebe conſulem cuſtodem ſuæ libertatis plebs feciſſet:cõtemni iam tribunos plebis:quippe quæ poteſtas iam ſuã ipſa uim frangat ĩtercedendo:nõ poſſe æquo iure agi:ubi ĩperiũ penes illos:penes ſe auxiliũ tantum ſit: niſi ĩperio cõmunicato:nunquã ĩ ꝑte plebẽ pari reipublicæ fore:nec eſſe quod quiſquã ſatis putet:ſi plebeioꝝ ratio comitiis cõſularibus habeať:niſi alteꝝ cõſulẽ utiq; ex plebe fieri neceſſe ſit:neminẽ fore.An iã memoria exiſſe cum tribunos militũ idcirco potius quã cõſules creari placuiſſet: ut & plebeiis pateret ſummus honos.iiii.&.xl.annis neminẽ ex plebe tribunũ militũ creatum eſſe:qui crederẽt duobus ne in locis ſua uolũtate ĩpartituros plebi honorẽ:qui octona loca tribunis militũ creandis occupare ſoliti ſint:& ad conſulatũ uiam fieri paſſuros:qui tribunatum ſeptũ tandiu habuerint:lege obtinendũ eſſe: quod comitiis ꝓ gratiã nequeat:& ſe ſeponendũ extra certamẽ alteꝝ conſulatum:ad quem plebi ſit aditus:quoniã ĩ certamine relictus præmiũ ſemꝑ potẽtioris futuꝝ ſit.Nec iam poſſe dici id:quod iam antea iactare ſoliti ſint:nõ eſſe ĩ plebeiis idoneos uiros ad curules magiſtratus:nunquid enim ſecordius:aut ſegnius reſpubli ea adminiſtrari põt:poſt.P.Licinii Calui tribunatũ: q primus ex plebe creatus ſit:quã ꝓ eos ãnos geſta ſit: quibus præter patritios nemo tribunus militũ fuerit:quin contra patritios aliquot damnatos poſt tribunatum:neminem plebeium.Quæſtores quoq;:ſicut tribunos militum paucis ante annis ex plebe cœptos creari:nec ullius eoꝝ populum romanum pœnituiſſe.Conſulatum ſupereſſe plebeiis:eam eſſe arcem libertatis:id columẽ: ſi eo ꝑuentũ ſit:tum populum romanum uere exactos ex urbe reges:& ſtabilẽ libertatem ſuam exiſtimatuꝝ.Quippe ex illa die in plebem uentura oĩa:quibus patritii excellant: imperium: atq; honorem:gloriam belli:genus:nobilitatem:magna ipſis fruenda:maiora liberis relĩquenda. Huius

generis orationes: ubi accipi uidere: nouã rogationem ꝓmulgãt: ut ꝓ diuini iuris sacris faciundis decẽuiri creentur: ita ut pars ex plebe: pars ex patribus fiat: oĩumq; eaꝝ rogationum comitia in aduentũ eius exercitus differũt: q Velitras obsidebat. Prius circunactus ẽ ãnus: quã a Velitris reduceréf legiões. Ita suspẽsa de legibus res ad nouos tribunos militũ dilata: ná plebis tribunos eosdẽ duos utiq; : quia legũ latores erãt: plebes reficiebat. Tribuni militũ creati. T. Quĩtius: Ser. Cornelius: Ser. Sulpicius: Sp. Seruilius. L. Papyrius. L. Veturius Prícipio statim ãni ad ultimã dimicationẽ de legibus uentũ: & cũ tribus uocaréf: nec ĩterc̃essio collegaꝝ latoribus obstaret: trepidi patres ad duo ultima auxilia sũmũ ĩperiũ: sũmũq; ad ciuẽ decurrũt: dictatorẽ dici placet. Dicif. M. Furius Camillus: qui magistrum equitũ. L. Aemylium cooptat. Legum quoq; latores aduersus tantum apparatum aduersarioꝝ: & ipsi causam plebis ingentibus animis armant: cõsilioq; plebis indicto: tribus ad suffragium uocant: cum dictator stipatus agmine patritioꝝ plenus iræ minarũq; cõsedisset: atq; agereꝰ res solito primũ certamine ĩter se tribunoꝝ plebis ferentium legem: ĩtercedentiumq;: & quãto iure potentior ĩterc̃essio erat: tãtum uinceret fauore legum ipsaꝝ: latorũque: & uti rogationes primæ tribus dicerẽt. Tum Camillus quãdoquidẽ: inquit: quirites iã uos tribunitia libido potestas regit. & ĩterc̃essionẽ secessione quondã plebis ptam uobis: eadem ui facitis irritã: quã pepe ristis: nõ reip. magis uniuersæ: quam uestra causa dictator ĩterc̃essioni adero : euersumq; uestrũ auxilium imperio tutabor. Itaq; si. G. Licinius : &. L. Sextius interc̃essioni collegarum cedunt: nihil patritium magistratũ ĩferam cõsilio plebis. Si aduersus interc̃essionẽ tanquã captæ ciuitati leges imponere tendẽt: uim tribunitiã a se ipsa dissolui nõ patiar. Aduersus ea cũ cõtẽptim tribuni plebis rẽ nihilo segnius pagerẽt: tũ ꝓcitus ira Camillus: lictores: q de medio plebẽ emouerẽt: misit: & addidit minas: si pgerẽt : sacramẽto oẽs iuniores adactuꝝ: exercitũq; extẽplo ex urbe eductuꝝ. Terrorẽ ĩgẽtẽ ĩcusserat plebi: ducibus plebis accẽdit magis certamie aĩos: quã minuit: sed re neutro ĩclinata magĩratu se abdicauit: seu qa uitio creatus erat ut scripsere qdã: seu qa tribuni plebis tulerunt ad plebẽ: idq; plebs sciuit: ut si. M. Furius ꝓ dictatore quid egisset: quĩgentũmillium æris mulcta esset. Sed auspiciis magis: quã noui exempli rogatione deterritum: tum ipsius uiri facit ĩgenium: tum quod ei suffectus est extemplo. P. Mãlius dictator: quẽ quid creari attinebat ad id certamẽ: quo. M. Furius uictus esset? & qđ eundem. M. Furiũ dictatorẽ ĩsequẽs annus habuit: haud sine pudore certe fractũ priore anno ĩ se ĩperiũ repetituꝝ: simul quod eo tpe: quo ꝓmulgatum de mulcta eius tradit: aut & huic rogationi: qua se ĩ ordinẽ cogi uidebat: obsistere potuit: aut ne illas quidẽ ꝓpter quas: & hæc lata erat: ĩpedire: & quod usq; ad memoriã nostrã tribunitiis cõsularibusq; certatum uiribus est: dictaturæ semp altius fastigium fuit. Inter priorẽ dictaturã abdicatã: nouãq; a Mãlio initã: ab tribunis uelut ꝓ ĩterregnum cõcilio plebis habito: apparuit quæ ex ꝓmulgatis plebi: quæ latoribus gratiora essent: nam de fœnore atq; agro rogationes iubebãt: de plebeio cõsulatu antiquabãt: & pfecta utraq; res esset: ni tribuni se in oĩa simul cõsulere plebẽ dixissent. P. Mãlius deinde dictator rem ĩ cãm plebis ĩclinauit. G. Licinio: qui tribunus militum fuerat: magistro equitum de plebe dicto. Id ægre passos patres accipio: dictatorẽ ꝓpĩqua cognatione Licinii se apud patres excusare solitũ: simul negãtem magistri equitum maius: quã tribuni cõsularis imperiũ esse. Licinius Sextiusque cũ tribunoꝝ plebis creãdoꝝ indicta comitia essent: ita se gerere: ut negãdo iã sibi uelle cõtinuare honorẽ: acerrime accenderent ad id: qđ dissimulãdo petebãt: plebẽ: nonum se annũ iã uelut in aciem aduersus optimates maximo priuatim periculo: nullo publico emolumento stare: cõsenuisse iam secum: & rogationes ꝓmulgatas: & uim oẽm tribunitiæ potestatis: primo ĩterc̃essione collegaꝝ ĩ leges suas pugnatum esse: deinde ab legatione iuuẽtutis ad ueliternũ bellum: postremo dictatorium fulmen in se intentatum : iam nec collegas : nec bellum : nec dictatorem obstare: quippe qui etiam omen plebeio consuli magistro equitum ex plebe dicendo dederit: seipsam plebem & commoda morari sua: liberam urbem ac forum a creditoribus: liberos agros ab iniustis possessoribus: extemplo: si uelit habere posse: quæ munera quando tãdem satis grato animo æstimaturos: si inter accipiendas de suis cõmodis rogationes spem honoris latoribus earum incidant? non esse modestiæ populi romani id postulare: ut ipse fœnore leuetur: & in agrum iniuria possessum a potentibus inducatur: per quos ea consecutus sit: senes tribunitios non sine honore tantum: sed etiam sine spe honoris reliquat. Proinde ipsi primum statuerent apud animos quid uellent : deinde comitiis tribunitiis declararent uoluntatem: si coniunctim ferre ab se promulgatas rogationes uellent: esse: quod eosdem reficerent tribunos plebis. perlaturos enim : quæ promulgauerint: sin quod cuique priuatim opus sit: id modo accipi uelint : opus esse nihil inuidiosa continuatione honoris : nec se tribunatum : nec illos ea : quæ promulgata sint habituros. Aduersus tam obstinatam orationem tribunorum cum præ indignitate rerum stupor silentiumque inde cæteros patrum defixisset: Ap. Claudius Crassus nepos decenuiri dicitur odio magis iraque: quam spe ad dissuadendum processisse: & locutus in hanc sentẽtiam esse. Neque nouum : neq; inopinatum mihi sit quirites: siquod unum familiæ nostræ semper obiectum est ab seditiosis tribunis: id nunc ego quoq; audiam: claudiæ gentis iam inde ab initio nil antiquius in rep. patrum maiestate fuisse : semper plebis commodis aduersatos esse. quoꝝ alterum neq; nego: neq; inficias eo: nos: ex quo asciti sumus simul in ciuitatem & patres: enixe operam dedisse : ut per nos aucta potius : quam imminuta maiestas earum gentium : inter quas nos esse uoluistis: dici uere posset. Illud alterum ꝓ me maioribusq; meis cõtendere ausim quirites: nisi quæ ꝓ uniuersa rep. fiant: ea plebi tanquã aliam ĩcolenti urbem aduersa qs

putet:nihil nos neq; priuatos:neq; ī magistratibus:qđ incōmodum plebi esset:scientes fecisse: nec ullum factū dictumue nostr; cōtra utilitatē uestrā:& si quædā cōtra uoluntatē fuerint:uere referri posse. An hoc si claudiæ familiæ nō sim:nec ex patritio sanguine ortus:sed unus quiritium quilibet:qui modo me duobus īgenuis ortū & uiuere ī libera ciuitate sciam:reticere possum. L. illū Sextium: &. G. Licinīū ꝓpetuos: si diis placet:tribunos:tantū licentiæ nouē annis:quibus regnāt:sumpsisse:ut uobis negēt potestatē liberā suffragii nō in comitiis:nō in legibus iubēdis ꝓmissuros esse:sub cōditione:īquit:nos reficietis decimū tribunos. quid é aliud dicere:qđ petunt alii nos adeo fastidimus:ut sine mercede magna nō accipiamus. sed quæ tandē ista merces est:qua uos semꝑ tribunos plebis habeamus:ut rogationes:inquit:nostras:seu placēt:seu displicēt:seu utiles:seu iutiles sunt:oēs cōiunctim accipiatis. Obsecro uos Tarquinii tribuni plebis putate me ex media cōcione unū ciuē succlamare:bona uenia uestra liceat ex his rogantibus legere: quas salubres nobis censemus esse:antiquare alias. non:inquit:licebit tu de fœnore:atq; agris:quod ad uos oēs ꝓtinet:iubeas:& hoc portēti nō fiat ī urbe romana:uti illum. L. Sextiū:atq; hūc. G. Licinium cōsules:qđ īdignaris:qđ abominaris:uideas:aut oīa accipe:aut nihil fero. ut siquis ei:quē urgebat fames: uenenū ponat cum cibo:& aut abstinere eo:quod uitale sit:iubeat:aut mortifer; uitali admisceat. Ergo:si esset libera hæc ciuitas:nō frequētes succlamassent. Abi hīc cū tribunatibus & rogationibus tuis:quid si tu nō tuleris:qđ cōmodum est populo accipere:nemo erit:qui fuerat illud:Siquis patritius:siquis:quod illi uolunt inuidiosius esse:Claudius diceret:aut oīa accipe aut nihil fero:quis uestrū quirites ferret:nunquā ne uos res potius:quā auctores ꝑspectabitis:sed oīa sēꝑ quæ magistratus ille:dicet secūdis auribus: quæ ab nostr; aliquo dicēt:aduersis accipietis:At hercule sermo é minime ciuilis. Quid rogatio:q̄lis é:quā a uobis īdignāt ātiquatā:sermoni qrites simillima. Cōsules:īquit:rogo ne uobis:quos uelitis:facere liceat. an aliter rogat: q utiq; alter; ex plebe fieri cōsulem iubet:nec duos patritios creādi potestatē uobis ꝓmittit:Si hodie bella sint:quale ethruscū fuit:cū Porsena ianiculum insedit:quale gallicū modo:cū præter capitoliū atq; arcē oīa hæc hostīū erāt:& cōsulatū cū hoc. M. Furio:& quolibet alio ex patribus. L. ille Sextius peteret: posse tis ne ferre Sextiū haud ꝓ dubio cōsulē eē:Camillū de repulsa dimicare:Hoccine é ī cōe honores uocare: ut duos plebeos fieri cōsules liceat:duos patritios nō liceat:& alter; ex plebe creari necesse sit: utrūq; ex pribus ꝓterire liceat:Quæ nā ista societas:quænā cōsortio é:pax; é:si cuius pars tua adhuc nulla fuit:ī ptē eius uenis:nisi ꝓtem petēdo totū traxeris:timeo:inquit:ne si duos licebit creari patritios: neminē creetis plebeū. Quid é aliud dicere:quia īdignos uestra uoluntate creaturi nō estis:necessitatē uobis creādi:quos non uultis īponam:quid sequit:nisi ut ne beneficiū quidē debeat populo:si cū duobus patritiis unus peti erit plebeius:& lege se nō suffragio creatum dicat: Quomodo extorqueāt:nō quomodo petāt honores: quærunt:& ita īmaxima sunt adepturi:ut nihil ne ꝓ minimis quidē debeāt:& occasionibus potius:quam uirtute petere honores malunt. Est aliquis:qui se īspici:qui æstimari fastidiat:qui certos sibi uni honores īter dimicātes cōpetitores æquū censeat esse:qui se arbitrio uestro eximat:q uestra necessaria suffragia ꝓ uolūtariis:& serua ꝓ liberis faciat:omitto Licinīū:Sextiūq; quor; annos in ꝓpetua potestate tanquā regū in capitolio numeratis. Quis est hodie ī ciuitate tā humilis:cui nō uia ad cōsulatū facilior ꝓ istius legis occasionē:quā nobis ac liberis nostris fiat:siquidē nos ne cū uolueritis quidē creare:interdū poteritis: istos etiā si nolueritis:necesse sit. De īdignitate satis dictū est:& enim dignitas ad hoīem ptinet. Quid de religionibus atq; auspiciis:quæ ꝓpria deor; īmortalium cōtemptio atq; iniuria est:loquar. Auspiciis hanc urbem cōditam esse:auspiciis bello & pace:domi militiæq; oīa geri:quis est:qui ignoret:penes quos igit sūt auspicia more maior; :nempe penes patres. nā plebeius quidē magistratus nullus auspicato creat: nobis adeo ꝓpria sūt auspicia:ut nō solū:quos populus creat: patritios magistratus nō aliter:quā auspicato creet: sed nos quoq; ipsi sine suffragio populi auspicato īterregē ꝓdamus:& priuatim auspicia hēamus:quæ isti ne i magistratibus qdē habeāt. Quid igit aliud:quā tollit ex ciuitate auspicia:q plebeios cōsules creādo:a patribus:qui soli ea habere possunt:aufert:Eludant nunc licet religiones:quid enim est:si pulli non pascē tur:si ex cauea tardius exierint:si occinerit auis:parua sunt hæc. sed parua ista non cōtemnendo maiores nostri maximā hāc rem fecerunt. nunc nos tāquam iam nihil pace deorum opus sit: oēs ceremonias polluimus. uulgo ergo pōtifices augures sacrificuli reges creent:cuilibet apicem dialem:dūmodo homo sit: imponamus:tradamus ancylia penetralia deos deorūq; curam:quibus nefas est:nō leges auspicato ferantur:non magistratus creentur:nec cēturiatis:nec curiatis comitiis patres auctores fiāt:Sex. & Licinius tāquā Romulus:ac Tatius ī urbe romana regnēt:quia pecunias alienas:quia agros dono dāt. tāta dulcedo é ex alienis fortunis prædādi:nec ī mētē uenit altera lege solitudines uastas ī agris fieri pellēdo finibus dominos:altera fidē abrogari:cū qua oīs humana societas tollit. Oīum re; causa uobis antiquandas cēseo istas rogationes:quod faxitis:deos uelim fortunare. Oratio. Ap. ad id modo ualuit:ut tempus rogationū iubenda; ꝓferret. refecti decimū iidē tribuni Sex. & Licinius:decēuiris sacr; ex parte de plebe creādis ptulere. creati quinq; patrum quinq; plebis:graduq; eo iam uia facta ad cōsulatum uidebatur. Hac uictoria cōtenta plebes cessit patribus:ut in præsentia consulum mentione omissa tribuni militum crearētur creati. A. &. M. Corneli:iterum. M. Geganius. P. Manlius. L. Veturius. P. Valerius. vi. cum præter Velitrarum obsidionem tardi magis rem exitus:quam dubii:quietæ externæ res romanis essent:fama repēs belli gallici allata perpulit ciuitatem:ut. M. Furius dictator quintum diceretur. Is. T. Quintium Penum

magistrũ equitũ dixit. Bellatum cum gallis eo anno circa anienem flumen auctor est. Cl. inclytãq; ĩ ponte pugnã: qua. T. Málius gallũ: cũ quo ꝓuocatus manus cõseruit: ĩ cõspectu duoꝝ exercituũ cæsum torque spoliauit: tum pugnatã. Pluribus auctoribus magis adducor: ut credã decẽ haud minus post ános ea acta: hoc aũt áno ĩ albano agro cum gallis dictatore. M. Furio signa collata: nec dubia: nec difficilis romanis: quáquã ĩgentẽ galli terroré memoria pristinæ cladis attulerãt: uictoria fuit. multa millia barbaroꝝ ĩ acie: multa captis castris cæsa. palati alii Appuliã maxime petẽtes cũ fuga se lõginqua: tum quod passim eos simul pauor terrorq; distulerat: ab hoste se se tutati sũt. Dictatori cõsensu patrũ plebisq; triumphus decretus. Vix dum pfunctum eũ bello atrocior domi seditio excepit: & ꝓ ingẽtia certamina dictator senatusq; uictus: ut rogationes tribunitiæ acciperent: & comitia cõsulum aduersa nobilitate habita: quibus. L. Sex. de plebe primus cõsul factus. & ĩ his quidẽ finis certaminũ fuit: quia patritii se auctores futuros negabãt: ꝓpe secessionẽ plebis res terribilesq; minas alias ciuiliũ certaminum uenit: cum tamen ꝓ dictatoré cõditi onibus sedatæ discordiæ sunt: cõcessumq; ab nobilitate plebi de cõsule plebeio: a plebe nobilitati de prætore uno: qui ius ĩ urbe diceret ex patribus creando. Ita ab diutina ira tandem ĩ cõcordiã redactis ordinibus: cũ dignã eam rem senatus censeret esse: meritoq; id si quãdo unquã alias deũ ĩmortaliũ causa libẽter facturos fore: ut Ludi maximi fierẽt: & dies unus ad triduũ adiiceret: recusãtibus id munus ædilibus plebis: cõclamatum a patritiis est iuuenibus se id honoris deoꝝ ĩmortaliũ causa libenter acturos: ut ædiles fierent. quibus cum uniuersis gratiæ actæ essent: factum senatus cõsultum: ut duos uiros ædiles ex patribus dictator populũ rogaret: patres auctores omnibus eius anni comitiis fierent.

LIBER SEPTIMVS.

NNVS HIC ERIT INSIGNIS NOVI NOMINIS CONSVLATV: INSIGNIS nouis duobus magistratibus prætura & curuli ædilitate: hos sibi patritii quæsiuere honores ꝓ cõcesso plebi altero cõsulatu. Plebes cõsulatum. L. Sextio: cuius lege partus erat: dedit: patres præturã. Sp. Furio. M. filio Camillo: ædilitatem Gn. Quintio Capitolino: &. P. Cornelio Scipioni suaꝝ gentium uiris: gratia cãpestri ceperunt. L. Sextio collega ex patribus datus. L. Aemylius Mamercus. Prĩcipio anni & de gallis: quos primo palatos ꝓ Appuliã congregari iã fama erat: & hernicoꝝ defectione agitata mentio. Cũ de industria oĩa: nequid ꝓ plebeiũ cõsulé ageret: ꝓferrent: silentiũ oĩum reꝝ ac iustitio simile otium fuit: nisi qđ nõ patiẽtibus tacitũ tribunis: ꝓ cõsule uno plebeio tres patritios magistratus curulibus sellis ꝑtextatos: tanquã cõsules sedẽtes nobilitas sibi sumpsisset: prætoré quidẽ etiã iura reddẽté: & collegam cõsulibus atq; iisdem auspiciis creatum. Verecundia inde ĩposita est senatui ex patribus iubẽdi ædiles curules creari: primo: ut alternis ánis ex plebe fierẽt: cõuenerat: postea ꝓmiscuũ fuit. Inde. L. Genutio: & Quĩtio Seruilio cõsulibus: & ab seditiõe: & a bello quietis rebus: nequãdo a metu ac ꝑiculis uacarẽt pestilentia ingens orta. censorem ædilem curulem tres tribunos plebis mortuos ferũt. pro portione & ex multitudine alia multa funera fuisse: maximeq; eã pestilentiam insignẽ mors quammatura tam acerba. M. Furii fecit: fuit enim uere uir unicus ĩ omni fortuna princeps pace belloq;: priusquam exulatũ iret: clarior ĩ exilio uel desiderio ciuitatis: quæ capta absentis iplorauit opẽ: uel felicitate: qua restitutus ĩ patriã: secum patriã ipse restituit. Par deinde ꝓ quinq; &. xxx. annos (tot enĩ postea uixit) titulo tantæ gloriæ fuit: dignusq; habitus: qué secundum a Romulo cõditorem urbis romanæ ferrent. Et hoc & ĩ sequẽti anno. T. Sulpicio Poetico. C. Licinio Stolone cõsulibus pestilẽtia fuit eo nihil dignũ memoria actũ: nisi quod pacis deum exposcẽdæ causa tertio tum post cõditam urbẽ lectisternium fuit. Et cum uis morbi nec humanis cõsiliis: nec ope diuina leuaretur: uictis supstitione animis: ludi quoq; scænici noua res bellicoso populo: ná circi modo spectaculũ fuerat: ĩter alia cælestis iræ placamina instituti dicunt. Cæteꝝ par ua quoq; ut ferme prícipia oĩa: & ea ipsa peregrina res fuit: sine carmine ullo: sine imitandoꝝ carminum actu: ludiones ex Ethruria acciti ad tibicinis modos saltantes: haud indecoros motus more tusco dabãt. Imitari deinde eos iuuentus simul incõditis ĩter se iocularia fundẽtes uersibus cœpere: nec absoni a uoce motus erãt. Accepta itaq; res sæpiusq; usurpãdo excitata uernaculis artificibus: quia hister tusco uerbo ludio uocabat: nomẽ histrionibus inditum: qui nõ sicut ante fescennino uersu similem in compositũ temere ac rudem alternis iacebant: sed impletas modis satyras descripto iam ad tibicinem cantu motuque congruenti peragebant. Liuius post aliquot annos: qui ab satyris ausus est: primus argumento fabulam facere: idem scilicet: id quod omnes tum erant: suorum carminum actor dicitur: cum sæpius reuocatus uocem obtudisset: uenia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset: canticum egisse aliquanto magis uigente motu: quia nihil uocis usus impediebat: inde ad manum cantari histrionibus cœptum: deuerbiaq; tantum ipsorum uoci relicta. Postea quam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res auocabatur: & ludus in artem paulatim uerterat: iuuentus histrionibus fabellarũ actu relicto: ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactitare cœpit: unde exodia: quæ exodia postea appellata: consertaque fabellis potissimum attelanis sunt: quod genus ludorum ab oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet: ut actores attellanaꝝ nec

tribu moueant:& ſtipendia tanquã expertes artis ludicræ faciant.Inter alia q̃ parua principia rerum ludorum quoq; prima origo ponẽda uiſa eſt:ut appareret:quã ab ſano initio res ĩ hãc uix opulentis regnis tolerabilẽ inſaniã uenerit.Nec tamẽ ludoꝝ primum initium ꝑcurandis religionibus datum:aut religione aĩos:aut corpora morbis leuauit.quin etiam cum medios forte ludos circus tyberi ſupfuſo irrigatus ĩpediſſet:id uero uelut auerſis iã diis aſpernãtibuſq; placamina iræ terroré ingentem fecit.Itaq;.G.Genutio L.Aemylio Mamerco ſecũdũ cõſulibus:cũ piaculoꝝ magis cõquiſitio animos:quã corpora morbi afficerent:repetitum ex ſenioꝝ memoria dicit:peſtilẽtiã quondã clauo ab dictatore fixo ſedatã.Ea religiõe adductus ſenatus dictatorẽ claui figẽdi cauſa iuſſit.dictus.L.Mãlius Imperioſus:is.T.Pinariũ magiſtrũ equitum dixit.Lex uetuſta ex priſcis litteris uerbiſq; ſcripta:ut qui prætor maximus ſit:idibus ſeptẽbribus clauũ pangat.Fixus fuit dextero lateri ædis Iouis optimi maximi ea qua ꝑte Mineruæ templum eſt eum clauum:quia raræ ꝑ ea tpa litteræ erãt:notã numeri annoꝝ fuiſſe ferũt.eoq; Mineruæ tẽplo dicatã legẽ: qa numerus Mineruæ inuentum ſit.Volſciniis quoq; clauos ĩdices numeri annoꝝ fixos in templo Nortiæ ethruſcæ deæ cõparere diligens talium monumẽtoꝝ auctor Cintius affirmat.M.Horatius conſul ex lege templũ Iouis optimi maximi dedicauit anno poſt reges exactos.a cõſulibus poſtea ad dictatores: quia maius ĩperium erat:ſolẽne claui figendi trãſlatum eſt.Intermiſſo deinde more:digna etiã ꝑ ſe uiſa eſt res ꝓpter quã dictator crearetur.qua de cauſa creatus.L.Mãlius ꝑinde ac rei gerendæ ac non ſoluẽdæ religionis gratia creatus eſſet:bellum hernicum affectãs delectu acerbo iuuentutem agitauit:tandemq; oĩbus in eum tribunis plebis coortis:ſeu ui:ſeu uerecundia uictus dictatura abiit.neq; eo minus prĩcipio ĩſequẽtis anni.Qu.Seruilio Hala.L.Genutio cõſulibus dies Mãlio dicit̃ a.M.Põponio tribuno plebis.Acerbitas in delectu non damno modo ciuium:ſed etiam laceratione corpoꝝ lata:partim uirgis cæſis:qui ad noĩa nõ reſpõdiſſent:partim in uincula ductis inuiſa erat.& ante omnia iuiſum ipſum ĩgenium atrox: cognomẽque Imperioſi graue liberæ ciuitati ab oſtẽtatione ſæuiciæ aſcitum:quã nõ magis in alienis quã ꝓximis: ac ĩ ſanguine ipſo ſuo exerceret:criminiq; ei tribunus ĩter cætera dabat:quod filiũ iuuenẽ nullius probri coopertum extorrem urbe domo penatibus foro luce congreſſu æqualium ꝓhibitũ:in opus ſeruile ꝓpe ĩ carcerem atq; ĩ ergaſtulum dederit:ubi ſummo loco natus dictatorius iuuenis quottidiana miſeria diſceret uere ĩperioſo patre ſe natum eſſe.at quã ob noxam?quod infacundior ſit & lĩgua ĩpromptus: quod naturæ dãnum utrũ nutriendum patri:ſi quicquã in eo humani eſſet:an caſtigandum ac uexatione inſigne faciendum fuiſſe?ne mutas quidem beſtias minus alere ac fouere:ſi quid ex ꝓgenie ſua paꝝ ꝓſperum ſit.At hercule.L.Mãlium malum malo augere filii:& tarditatem ingenii inſuper premere: & ſiquid in eo exiguum naturalis uigoris ſit:id extinguere uita agreſti & ruſtico cultu inter pecudes habendo.Omnium potius his criminationibus:quã ipſius iuuenis irritatus eſt animus:quin cõtra ſe quoq; parenti cauſam in uidiæ atq; criminũ eſſe ægre paſſus:ut oẽs dii homineſq; ſcirẽt ſe parenti opem latam:quã inimicis eius malle:capit conſiliũ rudis q̃dẽ atq; agreſtis animi:& quãquã nõ ciuilis exempli tamẽ pietate laudabile.In ſciẽtibus cunctis cultro ſuccinctus mane in urbem atq; a porta domum cõfeſtim ad.M.Pomponium pergit tribunum:ianitori opus eſſe ſibi domino eius cõuento extemplo ait:nunciaret.T.Manlium Lucii filium eſſe.mox introductus & enim ꝑcitum ira in patrem ſpes erat:aut criminis aliquid noui:aut cõſilii ad rem agendam deferre ſalute accepta redditaq;:eſſe ait:quæ cum eo agere arbitris remotis uelit, ꝓcul ĩde oĩbus abire iuſſis:cultrum ſtringit:& ſuper lectum ſtans ferro intento:niſi:in quæ ipſe concepiſſet uerba iuraret:ſe patris eius accuſandi cauſa cõcilium plebis nunquã habituꝝ:ſe eum extẽplo tranſfixurum minatur.Pauidus tribunus:quippe qui ferrum ante oculos micare:ſe ſolum inermem:& illũ præualidum iuuenem:& quod haud minus timendum erat ſtolide ferocem uiribus ſuis cerneret:adiurat:i quæ adactus eſt uerba.& præ ſe deinde tulit ea ui ſubactum ſe incepto deſtitiſſe:nec ꝑinde ut maluiſſet plebs ſibi ſuffragii ferendi de tam crudeli & ſuperbo reo poteſtatem fieri:ita ægre habuit filium id ꝑ parẽte auſum:eoque id laudabilius erat:quod animum eius tãta acerbitas patria nihil a pietate auertiſſet. Itaq; non patri modo remiſſæ cauſæ dictio eſt:ſed ipſi etiam adoleſcenti ea res honori fuit.& cum eo anno primum placuiſſet tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri:nam & antea:ſicut nunc quos ruffulos uocant:imperatores ipſi faciebant:ſecundum in ſex locis tenuit:nullis domi militiæq; ad conciliandam gratiam meritis:ut qui rure & ꝓcul cœtu hominum iuuentam egiſſet.Eodem anno ſeu motu terræ:ſeu qua ui alia:forum medium ferme ſpecu uaſto collapſum in immenſam altitudinem dicitur:nec eam uoraginem coniectu terræ:cum pro ſe quiſq; gereret:expleri potuiſſe:priuſquam deum monitu quæri cœptum:quo plurimum populus romanus poſſet:id enim illi loco dicandum uates canebant:ſi remp. romanam ꝑpetuam eſſe uellent:tum.M.Curtium iuuenem bello egregium caſtigaſſe ferunt dubitantes:an ullum magis romanum bonum:quam arma uirtuſq; eſſet?Silentio facto templa deoꝝ immortalium quæ foro ĩminent capitoliumque intuentem:& manus nunc in cælum:nunc in patentes terræ hiatus ad deos manes porrigentem ſe deuouiſſe:equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem armatum ſe in ſpecum ĩmiſſiſſe:donaque ac fruges ſuper eum a multitudine uiroꝝ ac mulieꝝ congeſtas:lacumque Curtium nõ ab antiquo illo.T.Tatii milite Curtio Metio:ſed ab hoc appellatum:cura non deeſſet:ſiqua ad uerum uia inquirentem ferret:nunc famæ reꝝ ſtandum eſt:ubi certam derogat uetuſtas fidem: & lacus nomen ab hac recentiore inſignitius fabula eſt:poſt tanti prodigii procurationem.Eodẽ anno de hernicis cõſultus

ſenatus:cum fœciales ad res repetẽdas nequicquã miſiſſet:primo quoq; die ferrẽdum ad populum de bello indicendo hernicis cenſuit:populuſq; id bellum frequẽs iuſſit.L.Genutio cõſuli ea ꝓuincia ſorte euenit.In expectatione ciuitas erat:quod primus ille de plebe cõſul bellum ſuis auſpiciis geſturus eſſet:pinde ut eueniret res ita cõmunicatos honores ꝓſpere aut ſecus cõſulto habitura.Forte ita tulit caſus:ut Genutius ad hoſtes magno conatu ꝓfectus in inſidias præcipitaretur:legionibuſq; nec opinato pauore fuſis:cõſul circũuentus ab inſciis:quem interfeciſſent:occideret.Quod ubi ẽ Romã nunciatum : nequaquã tãtũ publica calamitate mœſti patres:quãtum feroces infelici cõſulis plebeii ductu:fremunt oĩbus locis:irent: crearent conſules ex plebe:tranſferrent auſpicia:quo nefas eſſet:potuiſſe patres plebiſcito pelli honoribus ſuis:nõ etiã in deos ĩmortales in auſpicatã legem ualuiſſe:uindicaſſe ipſos ſuum numen:ſua auſpicia:quæ ut primum contacta ſunt: ab eo a quo nec fas: nec ius fuerit : deletum cum duce exercitum documento fuiſſe:nec deinde turbato gẽtiũ iure comitia haberent. His uocibus curia & foꝝ ꝓſonat.Ap. Claudiũ qa diſſuaſerat legem maiore nunc auctoritate euentũ repræhenſi ab ſe cõſilii incuſante dictatorem cõſenſu patritioꝝ Seruilius cõſul dicit:delectuſq; & iuſtitium indictum.Priuſquã dictator legioneſq; nouæ ĩ Hernicos uenirent:ductu.G.Sulpicii legati res ꝓ occaſionẽ geſta egregie ẽ.In hernicos morte cõſulis contemptim ad caſtra romana cũ haud dubia expugnandi ſpe ſuccedẽtes:hortante legato & plenis iræ ac indignitatis militum animis eruptio ẽ facta.multum ab ſpe adeundi ualli res hernicis abfuit:adeo turbatis inde ordinibus abſceſſere.Dictatoris deinde aduẽtu nouus ueteri exercitus iungitur:& copiæ duplicantur : & ꝓ concione dictator laudibus legati militumq;:quoꝝ uirtute caſtra defẽſa erãt:ſimul audiẽtibus laudes meritas tollit aĩos:ſimul cæteros ad æmuláadas uirtutes acuit.Neq; ſegnius ad hoſtes bellũ apparat:qui & parti ante decoris memores : neq; ignari auctarum uirium hoſtis ſuas quoq; uires augent . omne hernicum nomen:omnis militaris ætas accitur.quadragenariæ octo cohortes lecta robora uiroꝝ ſcribuntur. Hũc eximiũ florem iuuẽtutis:eo etiã qđ ut duplex acciperent ſtipẽdium:decreuerãt:ſpei animorũq; ipleuere.ĩmunes quoq; opeꝝ militarium erãt:ut ĩ unum pugnæ laborẽ reſeruati plus ſibi:quã ꝓ uirili pte an nitendum ſcirẽt:extra ordinẽ etiã in acie locati:quo cõſpectior uirtus eſſet.Duummilliũ planities caſtra romana ab hernicis dirimebat:ibi pari ferme utrinq; ſpatio ĩ medio pugnatum ẽ.primo ſtetit ambigua ſpe pugna: nequicquã ſæpe conatis equitibus romanis ĩpetu turbare hoſtium aciem.poſteaquã equeſtris pugna effectu:quã conatibus uanior erat:cõſulto prius dictatore equites ꝓmiſſu deinde eius:relictis eqs : clamoꝛe ingẽti ꝓuolant ante ſigna:& nouã integrant pugnã:neq; ſuſtineri poterãt:ni extraordinariæ cohortes pari corpoꝝ aĩorumq; robore ſe obieciſſent.Tunc inter primores duoꝝ populoꝝ res geritur:qcquid hinc aut illinc cõmunis mars bello aufert:multiplex quã ꝓ numero dãnum ẽ:uulgus aliud armatorũ uelut delegata primoribus pugna euentũ ſuũ ĩ uirtute aliena ponit.multi utrĩq; cadũt:plures uulnera accipiũt . Tandẽ equitẽ alius alium ĩcrepantes quid deinde reſtaret quærẽdo:ſi neq; ex equis pepuliſſent hoſtem:neq; pedites quicq̃ mometi facerẽt:quã tertiã expectarẽt pugnã?quid ante ſigna feroces ꝓſiluiſſent.& alieno pugnarent loco?His ĩter ſe uocibus cõcitati:clamore renouato: inferũt pedẽ:& primũ gradu mouerũt hoſtem:deinde pepulerunt:poſtremo iam haud dubie auertunt.neq; tã uires pares: quæ ſuperauerit res:facile dictu ẽ:niſi quod ꝓpetua fortuna utriuſq; populi:& extollere aĩos:& minuere potuit. Vſque ad caſtra fugiẽtes hernicos romanus ſequitur: caſtroꝝ oppugnatione:quia ſerum erat diei abſtinuere:diu nõ plitatum tenuerat dictatorem:ne ante meridiem ſignum dare poſſet:eo ĩ noctem tractum erat certamẽ.Poſtera die deſerta fuga caſtra hernicoꝝ:& ſaucii relicti quidam iuenti:agmen quoque fugiẽtium ab ſignis cũ præter mœnia eoꝝ infrequentia ſigna conſpecta eſſent:fuſum ac ꝓ agros trepida fuga palatum eſt.nec romanis incruenta uictoria fuit:quarta pars militũ amiſſa:& ubi haud minus iacturæ fuit:aliquot equites romani cecidere.Inſequenti ãno cũ.L.Sulpicius:&.G.Licinius Caluus cõſules ĩ Hernicos exercitum duxiſſent:neque iuentis ĩ agro hoſtibus Ferentinũ urbem eoꝝ ui cepiſſent: reuertentibus inde eis tyburtes clauſere portas.ea ultima fuit cauſa:cũ multæ ante querimoniæ ultro citroque iactatæ eſſent:cur ꝓ fœciales rebus repetitis bellum tyburti populo indicerẽt.Dictatorẽ.T.Quintium Penum eo anno fuiſſe ſatis cõſtat:& magiſtrum equitũ Sergium Corneliũ Maluginenſem.Macer Licinius comitioꝝ habendoꝝ cauſa & ab Licinio conſule dictum ſcribit:quia collega comitia bello præferre feſtinante ut cõtinuaret conſulatum:obuiam eundum prauæ cupiditati fuerit.Quæſita ea propriæ familiæ laus leuioꝛe auctoꝛe Liciniũ facit:cũ mẽtioné huius rei ĩ uetuſtioribus ãnalibus nullã inueniã . magis ut belli gallici cauſa dictatorẽ creatũ arbitrer inclinat animus.eo certe ãno galli ad tertiũ lapidẽ ſalaria uia trans pontem anienis caſtra habuere.Dictator cũ tumultus gallici cauſa iuſtitium edixiſſet:oẽs iunio res ſacraméto adegit:ingentiq; exercitu ab urbe ꝓfectus ĩ citeriore ripa anienis caſtra poſuit.Pons in medio erat:neutris erũpẽtibus ne timoris indicium eſſet:prælia de occupãdo põte crebra erãt:nec qui potirẽt:incertis uiribus ſatis diſcerni poterat:tunc eximia corporis magnitudine ĩ uacuum pontẽ gallus proceſſit:& quãtum maxima uoce potuit:quẽ nunc:inquit:Roma fortiſſimũ uiꝝ habet:ꝓcedat agedum ad pugnã:ut noſter duoꝝ euẽtus oſtendat:utra gens bello ſit melior. Diu ĩter primos tum iuuenum romanoꝝ ſilentiũ fuit:cum & abnuere certamen uererent:& præcipuam ſortem periculi petere nollent. Tum T.Manlius.L.filius:qui patrẽ a uexatione tribunitia uindicauerat:ex ſtatione ad dictatorẽ pergit.Iniuſſu tuo:inquit:imperator extra ordinẽ nunquã pugnauerim:nõ ſi certam uictoriam uideã.Si tu ꝓmittis:uolo

ego illi belluæ ostẽdere quãdo adeo ferox præsultat hostiũ signis: me ex ea familia ortum: quæ gallorum agmen ex rupe tarpeia deiecit. Tũ dictator macte uirtute: inquit: hac pietate ĩ patrẽ patriãq;. T. Máli esto: pge: & nomen romanũ inuictũ iuuantibus diis præsta. Armãt inde iuuenẽ æquales pedestre scutũ capit: hispano cingitur gladio ad ꝓpioré habili pugnã: armatũ adornatũq; aduersus gallum stolide lætũ: & quoniam id quoq; memoria dignũ uisum antiquis é: linguã etiã ab irrisu exerentem ꝓducũt. Recipiunt inde se ad stationẽ & duo ĩ medio armati spectaculi magis more: quã lege belli destituunt: nequaquam usu ac specie æstimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium: uersicolori ueste: pictisque & auro celatis refulgẽs armis. media ĩ altero militaris statura: modicaq; ĩ armis habilibus magis: quã decoris species. Nõ cantus: nõ exultatio armorũq; agitatio uana: sed pectus aiosum iræq; tacitæ plenum: oém ferociam in discrimẽ ipsum certaminis distulerat. Vbi cõstitere inter duas acies: tot circa mortaliũ animis spe metuq; pendẽtibus: gallus uelut moles supne iminens: proiecto leua scuto: in aduenientis arma hostis uanum cæsim cũ ingenti sonitu ensem deiecit. Romanus mucrone surrecto: cum scuto scutum imum ꝑculisset: totoq; corpore interior periculo uulneris factus: insinuasset se inter corpus armaq;: uno alteroq; subinde ictu uentrẽ atq; inguina hausit: & ĩ spatium igens ruentẽ porrexit hostẽ: iacẽs inde corpus ab omni alia uexatione intactũ uno torq; spoliauit: quẽ respsum cruore collo circũdedit suo. Defixerat pauor cũ admiratione gallos. Romani alacres ab statione obuiã militi suo ꝓgressi laudentes gratulãtesq; ad dictatorem ꝓducunt: ĩ carminũ ꝓpemodũ incõdita quædã militariter ioculãtes: Torquati cognomẽ additũ: celebratũ deinde: posteris etiã familiæq; honori fuit. Dictator coronã aureã addit donũ: mirisq; ꝓ cõcione eam pugnã laudibus tulit. Et hercule tãti ea ad uniuersi belli euentũ mométi dimicatio fuit: ut gallor̃ exercitus ꝓxima nocte relictis trepide castris ĩ tyburtẽ agrum: atq; inde societate belli facta cõmeatuq; benigne ab tyburtibus adiutus: mox ĩ Cãpaniã trãsierit. Ea fuit causa: cur ꝓximo ãno. G. Petilius Balbus cõsul cũ col legæ eius. M. Fabio Ambusto Hernici ꝓuincia euenisset: aduersus tyburtes iussu populi exercitum duceret. Ad quor̃ auxiliũ cũ galli ex Cãpania rediissent: fœde populationes ĩ lauicano tusculanoq; & albano agro haud dubie tyburtibus ducibus sunt factæ. Et cũ aduersus tyburtẽ hostẽ duce cõsule cõtenta respublica esset: gallicus tumultus dictatorem creari coegit. Creatus. Qu. Seruilius Hala. T. Quintiũ magistrũ equitũ dixit: & ex auctoritate patr̃: si ꝑspere id bellũ euenisset: ludos magnos uouit. Dictator ad cõtinẽdos ꝓprio bello tyburtes cõsulari exercitu iusso manere: oés iuniores nullo detrectante militiã sacramẽto adegit. Pugnatũ haud ꝑcul porta collina é totius uiribus urbis ĩ cõspectu parẽtum cõiugumq; ac liber̃: quæ magna etiã absentibus hortamẽta animi: tũ subiecta oculis simul uerecũdia misericordiaq; militẽ accendebãt. Magna utrinq; edita cæde auertũt tandẽ acies gallor̃: fuga Tybur sicut arcẽ belli gallici petunt. palati a cõsule Petilio haud ꝑcul Tibure excepti: egressis ad opẽ ferendã tyburtibus simul cũ his intra portas cõpellunt. Egregie tum ab dictatore: tum ab cõsule gesta é res. Et consul alter Fabius præliis primũ paruis: postremo una insigni pugna cũ hostes totis adorti copiis essent: hernicos deuincit. Dictator cõsulibus ĩ senatu & apud populũ magnifice collaudatis: & suar̃ quoq; rer̃ illis remisso honore: dictatura se abdicauit. Petilius de gallis tyburtibusq; geminũ triumphum egit. Fabio satis uisum ut ouans urbẽ iniret. Irridere Petilii triũphum tyburtes: ubi enim eũ secũ acie cõflixisse? spectatores paucos fugæ trepidationisq; gallor̃ extra portas eggressos: posteaquã in se quoq; fieri impetũ uiderit & sine discrimine obuios cædi recepisse se in urbem. eã rem triumpho dignã uisã romanis: ne nimis mir̃ magnũq; censerẽt: tumultũ exciere ĩ hostium portis: maiorẽ ipsos trepidationẽ ante mœnia sua uisuros. Itaq; ĩ sequenti anno. M. Popilio Lenate. Gn. Mãlio cõsulibus primo silẽtio noctis ab Tybure agmine ifesto ꝓfecti ad urbẽ Romã uenerũt. Terroré repẽte ex somno excitatis subita res & nocturnus pauor præbuit: ad hoc multor̃ iscitia: qui aut unde hostes aduenissent. Cõclamatũ tamẽ celeriter ad arma é: & portæ statiõibus muriq; præsidiis firmati. Et ubi prima lux mediocrẽ multitudinẽ ante mœnia: neq; alium quã tyburtẽ hostẽ ostẽdit: duabus portis egressi cõsules utriq; aciẽ subeuntiũ iam muros aggrediunt. apparuitq; occasione magis: quã uirtute frætos uenisse: adeo uix primũ ĩpetum romanor̃ sustinuere. Quin etiam bono fuisse romanis aduentũ eor̃ cõstabat. orientẽq; iam seditionẽ ĩter patres & plebem metu tã propinqui belli cõpressã. Alius aduẽtus hostiũ fuit ꝓximo bello agris: quã urbi terribilior: populabũdi tarquiẽses fines romanos maxime: quã ex ꝑte Ethruriã adiacẽt: pgrauere: rebusq; nequicquã repetitis noui cõsules. G. Fabius: & G. Plautius iussu populi bellũ indixere: Fabioq; ea ꝓuincia: Plautio Hernici euenere. gallici quoq; belli fama increscebat. Sed ĩter multos terrores solatio fuit: pax latinis petentibus data: & magna uis militũ ab iis fœdere uetusto: quod multis intermiserãt annis: accepta. Quo præsidio cũ sulta res romana esset: leuius fuit quod gallos mox Prænestẽ uenisse: atq; inde circa Pedũ cõsedisse auditum é. Dictatorẽ dici. G. Sulpiciũ placuit. consul ad id accitus. G. Plautius dixit. magister equitũ dictatori additus. M. Valerius. Ii robora militũ ex duobus cõsularibus exercitibus electa aduersus gallos duxerũt. Lentius id aliquantũ bellum: quã pti utriq; placebat: fuit. Cũ primo galli tantũ auidi certaminis fuissent: deinde romanus miles ruendo ĩ arma ac dimicationẽ aliquãtum gallicã ferociam uinceret. dictatori neutriq; placebat: quando nulla coget res: fortunæ se cõmittere aduersus hostẽ: quẽ tẽpus deteriorẽ ĩ dies & locus alienus faceret: sine præparato cõmeatu: sine firmo muniméto morantẽ. ad hoc iis animis corporibusq;: quor̃ omnis ĩ impetu uis esset: parua eadem langueſceret mora. His cõsiliis dictator bellum trahebat: grauẽq; ediderat pœnam: siqs

iniussus in hostē pugnasset. Milites ægre id patientes primo ī stationibus uigiliisq; īter se dictatorē sermonibus carpere: inter dū patres cōmuniter increpare: quod nō iussissent p cōsules geri bellum: electum esse eximium īperatorē: unicum ducem: qui nihil agēti sibi de cælo deuolaturā in sinum uictoriā censeat. Eadē deinde hæc interdiu ꝑpalam ac ferociora his iactare: se in iussu īperatoris aut dimicaturos: aut agmine Romā ituros: imiscericq; iam militibus centuriones: nec ī circulis modo fremere: sed iā ī principiis ac prætorio ī unū sermones cōfundi: atq; in cōcionis magnitudinē crescere turbā: & uociferari ex oībus locis: ut extemplo ad dictatorē īret: uerba ꝑ exercitu faceret. Ser. Tullius: ut uirtute eius dignū esset. Septimū primipilū iam Tullus ducebat: neq; erat ī exercitu: qui quidē pedestria stipendia feciſſet: uir factis nobilior. Is præcedēs militū agmen ad tribunal ꝑgit: mirātiq; Sulpicio non turbam magis: quam turbæ principem Tulliū imperiis obediētissimum militē. Scilicet dictator: inquit: cōdemnatum se uniuersus exercitus a te ignauiæ ratus & ꝑpe ignominiæ causa destitutū sine armis orauit me: ut suam cām apud te agerem. Equidem sicubi loco cessum: si terga data hosti si signa fœde amissa obiici nobis possent: tamē hæc a te īpetrari æquū censerē: nt nos uirtute culpā nostrā corrigere: & abolere flagitii memoriā noua gloria patereris. Etiā ad alliā fusæ legiones eādem: quā p pauorē amiserāt patriam: ꝑfectæ postea ab Veiis uirtute recuperauere. Nobis deum benignitate felicitate tua populiq; romani & res & gloria ē ītegra: quāquam de gloria uix dicere ausim: si nos & hostes haud secus: quā fœminas abditas intra uallum oībus cōtumeliis eludunt: & tu īperator noster: quod ægrius patimur: exercitum tuū sine armis: sine animis: sine manibus iudicas esse: & priusquā expertus nos esses: de nobis ita desperasti: ut te mācoꝝ ac debiliū ducem iudicares eē. quid enim aliud esse causæ credamus? cur ueteranus dux fortissimus bello: cōpressis: quod aiūt manibus sedes? utcunq; enim res habeat: te de nostra uirtute dubitasse uideri: quam nos de tua uerius ē. Sin autem nō tuū istud: sed publicū ē cōsiliū & cōsēsus aliquis patrū: nō gallicū bellū nos ab urbe a penatibus nostris ablegatos tenet: quæso: ut quæ dicā: nō a militibus īperatori dicta censeas: sed a plebe patribus: quæ sicut uos uestra habeatis cōsilia: sic se sua habiturā dicat. Quis tandē succenseat milites nos esse nō seruos uestros? ad bellū nō in exilium missos? Siquis det signū: ī aciem educat: ut uiris ac romanis dignū sit pugnaturos: si nihil armis opus sit otiū Romæ potius: quā ī castris acturos. hæc dicta sint patribus. Te īperator milites tui oramus: ut nobis pugnādi copiā facias: tum uincere cupimus: tum duce te uincere: tibi laureā īsignē deferre: tecum triumphātes urbē inire: tuum sequētes currū louis optimi maximi templū gratātes ouantesq; adire. Orationē Tullii exceperunt preces multitudinis: & undiq; ut signū daret: ut capere arma iuberet: clamabant. Dictator quāquā rem bonā exemplo aut ꝑbabili actam censebat: tamē factuꝝ: quod milites uellēt: se recepit: Tulliūq; secreto: quæ nam res hæc sit: aut quo acta more ꝑcunctaē. Tullius magnope a dictatore petere: ne se oblitū disciplinæ militaris: ne sui: neue īperatoriæ maiestatis crederet: multitudini concitatæ: quæ ferme auctoribus similis esset: non subtraxisse se ducem: ne quis alius qualē mota creare multitudo soleret: existeret: nam se quidē nihil non arbitrio īperatoris actuꝝ. Illi quoq; tamen uidēdum magnopere esse: ut exercitum ī potestate haberet: differri nō posse: adeo cōcitatos aios: ipsos sibi locū ac tēpus pugnādi sumpturos: si ab imperatore nō deā. Dum hæc loquunt: iumenta forte pascētia extra uallum gallo abigēti duo milites romani ademerūt: ī eos saxa cōiecta a gallis: deinde ab Romana statione clamor ortus ac ꝑcursum utrīq; ē. lamq; haud ꝑcul iusto prælio res erāt: ni celeriter direptum certamen per cēturiones esset. Affirmata certe eo casu Tullii apud dictatorē fides ē. nec recipiēte iā dilationē re ī posteꝝ diē edicit acie pugnaturos. Dictator tamē ut q magis animis: quā uiribus frætus ad certamē descēderet: oīa circūspicere atq; agitare cœpit: ut arte aliqua terrorē hostibus īcuteret: solerti aio rem nouā excogitat: qua deinde multi nostri atq; externi īperatores nostra quoq; quidā ætate usi sunt. mulis strata detrahi iubet: biniscq; tantū cētunculis relictis agasones ptim captiuis: ptim ægroꝝ armis ornatos īponit: his fere mille effectis cētum admisset equites: & nocte super castra ī mōtes euadere ac siluis se occultare iubet: neq; īde ante mouere: quā ab se acciperēt signū. ipse: ubi illuxit: ī radicibus mōtiū extēdere aciem cœpit sedulo: ut aduersus mōtes cōsisteret hostis. Instructo iā uani terroris apparatu: qui quidē terror plus pene ueris uiribus ꝑfuit: primo credere duces galloꝝ nō descēsuros ī æquū romanos: deinde ubi digressos repēte uiderūt: & ipsī certaminis auidi ī prælium ruunt: priusq; pugna cœpit: quā signū ab ducibus datur. Acrius inuasere galli dexteꝝ cornu: neq; sustineri potuisset: ni forte eo loco dictator fuisset: Sex. Tullīū nomine īcrepās rogitansq; siccine pugnaturos milites spopōdisset? ubi illi clamores sint arma poscētium? ubi minæ iniussu imperatoris prælium inituros? en ipsū īperatorē clara uoce uocare ad prælium & ire armatū ante prima signa. ecquis sequereē eoꝝ: qui modo ducturi fuerint? ī castris feroces ī acie pauidi. Vera audiebāt: itaq; tantos pudor stimulos admouit: ut ruerent in hostium tela: alienatis a memoria periculi animis. Hic primo īpetus prope uecors turbauit hostes: eques deinde emissus turbatos auertit. Ipse dictator posteaquam labātem una ꝑte uidit aciē: signa ī leuum cornu cōfert: quo turbā hostium congregari cernebat: & iis: qui ī monte erāt: signum: quod cōuenerat: dedit. Vbi inde quoq; nouus clamor ortus. & tendere obliquo mōte ad castra gallos uisi sunt: tum metu ne excluderēt: omissa ē pugna: cursuq; effuso ad castra ferebant: ubi cum occurrisset eis. M. Valerius magister equitum: qui profligato dextero cornu obequitabat hostium munimentis: ad mōtes siluasq; uertunt fugam: plurimiq; ibi a fallaci equitum specie: agasonibusq; excepti sunt: & eorum: quos pauor pertulerat in siluas: atrox cædes post sedatum prælium fuit.

Nec alius post.M.Furiũ quã.G.Sulpicius iustiorẽ de gallis egit triumphũ.Auri quoq; ex gallicis spoliis satis magnũ pondus saxo quadrato septum ĩ capitolio sacrauit.Eodẽ anno & a cõsulibus uario euentu bellatum :ná hernici a.G.Plautio deuicti subactiq; sũt.Fabius collega eius ĩcaute atq; ĩcõsulte aduersus tarquinienses pugnauit:nec ĩ acie tantũ ibi cladis acceptũ:quã quod.ccc.vii.milites romanos captos tarquinienses ĩmolauerũt.qua fœditate supplicii aliquãto ignominia populi romani insignior fuit. Accessit ad eã cladem & uastatio romani agri : quã priuernates:ueliterni deinde ĩcursione repẽtina fecerunt. Eodem anno duæ tribus põptina & publicia additæ.Ludi uotiui:quos.M.Furius dictator uouerat facti:& de ambitu a.G.Petilio tribuno plebis:auctoribus patribus:tũ primũ ad populũ latum est:eaq; rogatiõe nouo⁊ maxie hoium ambitionẽ: qui nũdinas & cõciliabula obire soliti erant cõpressam credebant. Haud æque pribus læta isequẽti áno.G.Martio.G.Málio cõsulibus de unciario fœnore a Martio Duilio.L.Menenio tribunis plebis rogatio est plata:& plebs aliquãto eã cupidius sciuit accepitq;.Ad bella noua priore anno destinata:falisci quoq; hostes exorti duplici crimine:quod cũ tarquiniẽsibus iuuentus eo⁊ militauerat: & eos:qui Falerios ꝑfugerant:cum male pugnatum é:repetentibus fœcialibus romanis nõ reddidérãt.Ea ꝑuincia.G.Manlio obuenit.Martius exercitum ĩ agrum priuernatem integrũ pace lõginqua induxit:militẽq; præda ipleuit:ad copiã re⁊ addidit munificẽtiam:qđ nihil ĩ publicũ secernendo augẽti rem priuãtã militi fauit.Priuernates cũ ante mœnia sua castris ꝑmunitis cõsedissent:uocatis ad cõcionẽ militibus:castra nũc:ĩquit:uobis hostiũ urbẽq; prædæ do: si mihi pollicemini uos fortiter ĩ aciẽ operã nauaturos:nec prædæ magis:quã pugnæ paratos esse.Signum poscũt ĩgenti clamore:celsiq; & spe haud dubia feroces in præliũ uadũt: ibi ante signa.Sex.Tullius:de quo ante dictũ é:exclamat:aspice ĩperator:inqt: quẽadmodũ exercitus tuus tibi ꝑmissa præstet:piloq; posito:strictoq; gladio ĩ hostẽ ipetũ facit:sequunt Tulliũ antesignani oẽs:primoq; ĩpetu auertere hostẽ fusum:inde ad oppidũ ꝑsecuti:cũ iam scalas mœnibus admouerent:ĩ deditionẽ urbẽ acceperunt:triumphus de priuernatibus actus.Ab altero cõsule nihil memorabile gestum:nisi qđ legem nouo exẽplo ad Sutrium ĩ castris tributim deuicesima eo⁊:qui manumitterent:tulit.patres quia ea lege haud paruum uectigal inopi ærario additum esset:auctores fuerũt.Cæte⁊ tribuni plebis nõ tam lege: quã exẽplo moti:nequis postea populũ seuocaret:capite sensẽrũt:nihil enĩ nõ ꝑ milites iuratos ĩ cõsulis uerba:quãuis ꝑniciosum populo:si id liceret:fieri posse.Eodẽ anno.G.Licinius Stolo a.M.Popilio Lenate sua lege decẽmillibus æris ẽ damnatus:quod mille iuge⁊ agrũ cum filio possideret: emãcipãdoq; filium fraudẽ legi fecisset.ꝑhibitũ deinceps ꝑ tribunos plebis leges ĩ castris ferri.Noui consules inde.M.Fabius Ambustus.ii.&.M.Popilius Lenas.ii.duo bella habuere.facile alte⁊ cum tyburtibus qđ Lenas gessit: qui hoste in urbẽ cõpulso agros uastauit.Falisci tarquiniensesq; alterum cõsulem prima pugna fuderunt.Inde terror maximus fuit:quod sacerdotes eo⁊ facibus ardẽtibus anguibusq; prælatis incessu furiali militẽ romanũ ĩsueta turbauerunt specie:& tunc quidẽ uelut lymphati & attoniti munimẽtis suis trepido agmine inciderunt.Deide ubi cõsul legatiq; ac tribuni puero⁊ ritu uana miracula pauẽtes irridebãt ĩcrepabãtq;:uertit animos repẽte pudor:& ĩ ea ipsa:quæ fugerãt:uelut cæci ruebãt.discusso itaq; uano apparatu hostium:cũ in ipsos armatos se intulissent:auerterunt totam aciem: castrisq; etiã eo die potiti:præda ĩgẽti parta uictores reuerterunt:militaribus iocis cũ apparatum hostium:tum suum increpantes pauorem.Cõcitatur deinde omne nomen ethruscum & tarquiniensibus falisciscq; ducibus ad Salinas pueniunt.Aduersus eum terroré dictator.G.Martius Rutilius primus de plebe dictus magistrum equitũ:itẽ de plebe.G.Plautiũ dixit.Id uero patribus ĩdignũ uideri etiã dictaturã ĩ ꝑmiscuo esse:omniq; ope ipediebãt:nequid dictatori ad id bellum decerneret parareturue.eo prẽptius cũcta ferente dictatore populus iussit.Profectus ab urbe utraq; ꝑte tyberis ratibus exercitu:quocũq; fama hostiũ ducebat: traiecto:multos populatores agro⁊ uagos palãtesq; oppressit:castra quoq; nec opinato aggressus cepit:&.iiii. millibus hostiũ captis:cæteris aut cæsis:aut agro romano fugatis:sine auctoritate patrũ populi iussu triũphauit.Quia nec ꝑ dictatorẽ plebeium:nec per Popilium cõsulem comitia cõsularia haberi uolebant : & alter cõsul Fabius bello retinebat:res ad ĩterregnũ redit.Interreges deĩceps.Qu.Seruilius Hala.M.Fabius Gn.Málius.G.Fabius.G.Sulpicius.L.Aemylius.Qu.Seruilius.M.Fabius Ambustus . In secũdo ĩterregno orta cõtẽtio é:qđ duo patritii cõsules creabant:ĩtercedẽtibusq; tribunis ĩterrex Fabius aiebat in.xii. tabulis legẽ esse:ut quodcũq; postremũ populus iussisset:id ius ratũq; esset:iussum populi & suffragia esse.Cũ ĩtercedẽdo tribuni nihil aliud:quã ut differrẽt comitia:ualuissẽt:duo patritii cõsules creati sũt:G.Sulpicius Potitus tertiũ:M. Valerius Publicola:eodẽq; die magistratũ inierũt.Quadrigẽtesimo anno:quã urbs romana cõdita erat:quĩto tricesimo:quã a gallis recepta:ablato post nonũ annũ a plebe consulatu patritii consules ambo ex interregno magistratum inierunt:G.Potitus tertium.M.Valerius Publicola.Empulium eo anno ex tyburtibus haud memorando certamine captum:siue duo⁊ cõsulum auspicio bellum ibi gestum est:ut scripsere quidam:seu per idem tempus tarquiniensium quoq; sunt uastati agri a Sulpicio consule:quo Valerius aduersus tyburtes legiones duxit.Domi maius certamen cõsulibus cum plebe ac tribunis erat. Fidei iam suæ non solum uirtutis ducebant:ut accepissent duo patritii consulatum:ita ambobus patritiis mandare : quin aut toto cedendum esset : si plebeius iam magistratus fiat consulatus: aut possidendũ totum : quam possessionem ĩtegram a patribus accepissent . Contra plebs fremit quid se uiuere:quid in parte ciuium censeri: siquod duorum hominum uirtute.L.Sextii ac.G.Licinii ꝑtum sit:id

obtinere uniuersi non possint: uel reges: uel decenuiros: uel si quod tristius sit imperii nomen: patiendum esse potius: quam ambos patritios consules uideant: nec inuicem pareatur atq; imperetur: sed pars altera in æterno ipio locata: plebem nusquá alio natam: quam ad seruiendum putet. non desunt tribuni auctores turbæ: sed inter concitatos per se omnes uix duces eminent. Aliquotiens frustra i campum descensũ cum esset: multiq; p seditiones acti comitiales dies: postremo uicta pseuerẽtia cõsulũ plebes. eo dolor erupit: ut tribunos actum esse de libertate uociferátes: relinquendũq; non cãpum iam solum: sed etiam urbẽ captam atq; oppressam regno patritioꝝ mœsta plebs sequeret. Cõsules relicti a parte populi p infrequẽtiam comitia nihilo segnius pficiunt. creati cõsules ambo patritii. M. Fabius Ambustus tertiũ. T. Quintius. In quibus dá ánalibus p. T. Quintio. M. Popilium cõsulem inuenio. Duo bella eo anno pspere gesta: cum tyburtibusq; ad deditionẽ pugnatũ: Sassula ex his urbs capta: cæteraq; oppida eandem fortunam habuissent: ni uniuersa gens positis armis in fidẽ cõsulis uenisset. triũphatũ de tyburtibus: alioquin mitis uictoria fuit. In tarquinienses acerbe sæuitum multis mortalibus in acie cæsis: ex igenti captiuorum numero. ccc. xlviii. delecti nobilissimus quisq; : qui Romam mitteretur : uulgus aliud trucidatum. nec populus in eos : qui missi. Romam erant: mitior fuit : medio in foro omnes uirgis cæsi ac securi percussi. id pro immolatis in foro tarquiniensium romanis pœnæ hostibus redditum. Res bello bene gestæ: ut samnites quoq; amicitiã peterẽt: effecerunt. legatis eorum comiter ab senatu responsum: fœdere i societatem accepti. Nõ eadem domi: quæ militiæ fortuna erat plebi romanæ: nam & si unciario fœnore facto leuata usura erat: sorte ipsa ob ruebant inopes: nexũq; inibát. eo nec patritios ambos cõsules: nec comitiorum curá publicaue studia præ priuatis icõmodis plebs ad animũ admittebat. Cõsulatus uterq; apud patritios manet. cõsules creati. G. Sulpicius Potitus quartum. M. Valerius Publicola iteꝝ. In bellũ ethruscũ intentam ciuitatem: quia cæritem populum misericordia cõsanguinitatis tarquiniẽsibus adiunctum fama ferebat: legati latini ad uolscos cõuertere: nunciantes exercitum cõscriptũ armatũq; iam suis finibus iminere: inde populabũdos i agrũ romanũ uéturos esse. Cénsuit igitur senatus neutrá negligẽdá rem esse: utroq; legiones scribi: cõsulesq; sortiri puincias iussi. Inclinauit deinde pars maior curæ i ethruscum bellum: posteaquá litteris Sulpicii cõsulis: cui Tarquinii puincia euenerat: cognitum est depopulatum agrũ circa salinas romanas prædæq; ptem i cæritum fines auectá: & haud dubie iuuentutem eius populi inter prædatores fuisse. Itaq; Valerium cõsulem Volscis oppositum: castraq; ad finẽ tusculanum habentem reuocatum inde senatus dictatorẽ dicere iussit. T. Málium Lucii filium dixit. Is cum sibi magistrum equitũ A. Cornelium Cossum dixisset: cõsulari exercitu cõtentus ex auctoritate patrum ac populi iussu cæritibus bellum indixit. Tum primum cærites tanquá i uerbis hostium uis maior ad bellum significandum: quá i suis factis: qui p populationẽ romanos lacessierant: esset: uerus belli terror inuasit: & quã non suarũ uirium ea dimicatio esset: cernebát: pœnitebatq; populationis: & tarquinienses execrabant defectionis auctores: nec arma aut bellum quisquá apparare: sed p se quisq; legatos mitti iubebat ad petendam erroris uniá. Legati senatum cum adissent: ab senatu reiecti ad populum rogauerunt deos: quoꝝ sacra bello gallico accepta rite pcurassent: ut romanos florẽtes ea sui misericordia caperet: quæ se rebus afflictis quõdam populi romani cepisset: cõuersiq; ad delubra Vestæ hospitium flaminum uestalium que ab se caste ac religiose cultũ inuocabát: ea ne meritos crederet quisquá hostes repẽte sine cã factos: aut siqd hostiliter fecissẽt: cõsilio id magis quá furore lapsos fecisse: ut sua uetera beneficia locata psertim apud tã gratos nouis corrumperẽt maleficiis: florẽtẽq; populum romanum ac felicissimum bello sibi desumerẽt hostem: cuius afflicti amicitiã cepissent: ne appellarẽt cõsilium: quæ uis ac necessitas appellanda esset: transeuntes agmine infesto p agrum suum tarquinienses: cum præter uiam nihil petissent: traxisse quosdam agrestiũ populationis eius: quæ sibi crimini detur comites. eos seu dedi placeat: dedere se pararos esse: seu supplicio affici daturos pœnas. Cære sacrarium populi romani: diuersorium sacerdotum: ac receptaculum romanorũ sacroꝝ: intactum inuiolatumq; crimine belli hospitio Vestæ cultisq; diis darẽt. Mouit populũ non tã causa præsens: quã uetus meritum: ut maleficii: quam beneficii potius imemores essent: itaq; pax populo cæriti data: inducias q; in centum annos factas in senatu cõsulto referri placuit. In faliscos eodem noxios crimine uis belli conuersa est: sed hostes nusquá inuenti. Cum populatione pagrati fines essent: ab oppugnatione urbiũ temperatum: legionibusq; Romá reductis: reliquum áni muris turribusq; reficiendis cõsumptum: & ædes Appolinis dedicata est. Extremo anno comitia cõsularia certamẽ patrũ ac plebis diremit: tribunis negãtibus passuros comitia haberi: nisi secundum liciniam legem haberent: dictatore obstinato tollere potius totũ e rep. cõsulatũ: quá pmiscuũ patribus ac plebi facere. Prolatádis igit comitiis: cũ dictator magistratu abisset: res ad iterregnũ rediit. Infestá inde patribus plebẽ iterreges cũ accepissent: ad undecimũ interregem seditionibus certatum est. Legis liciniæ patrociniũ tribuni iactabant: ppior dolor plebi fœnoris ingraueiscẽtis erat: curæq; priuatæ i certaminibus publicis erumpebant: quorum tedio patres. L. Cornelium Scipionem interregem concordiæ causa obseruare legem liciniã comitiis consularibus iussere: P. Valerio Publicolæ datus a plebe collega. G. Martius Rutilius. Inclinatis semel i cõcordiá animis noui cõsules funebrem quoq; rem: quæ destinere unanimos uidebatur: leuare aggressi: solutionẽ alieni æris in publicã curã uerterũt: quinq; uiris creatis: quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. Ii meriti æquitate curaq; sunt: ut per omniũ annalium monumenta celebres nominibus essent: fuere aũt

G.Duillius.P.Decius Mus:M.Papyrius:Qu.Publius:&.T.Aemylius:qui rem difficillimã tractatu & plerũq; parti utriq;:semp certe alteri grauem:tum alia moderatione:tum ipendio magis publico: quam iactura sustinuerunt.tarda enim noia & impeditiora inertia debitorum quam facultatibus:aut æratiũ mẽsis cũ ære in foro positis dissoluit:ut populo prius caueret: aut æstimatio æquis rebꝫ pretiis liberauit:ut non modo sine iniuria:sed etiam sine querimoniis partis utriusq; exhausta uis igens æris alieni sit.Terror inde uanus belli ethrusci cum cõiurasse duodecim populos fama esset:dictatorem dici coegit. dictus in castris(eo enim ad consules missum senatusconsultũ est)G.Iulius:cui magister equitũ adiectus.L. Aemylius.Cæteꝫ foris tráquilla omnia fuere tentatum domi per dictatorem:ut ambo patritii consules crearẽtur:rem ad interregnum perduxit.duo interreges.G.Sulpicius:&.M.Fabius interpositi obtinuere: qđ dictator frustra tetenderat.mitiore iam plebe ob recẽs meritũ æris alieni ut ambo patritii cõsules crearẽt. creati ipse.G.Sulpicius Potitus:q prior iterregno abiit:&.T.Quintius Penus.quidã Cesonem cognomen Quintio adiiciunt.Ad bellum ambo profecti:falisco Quintius:Sulpicius tarquiniense:nusquã acie cõgresso hoste: cum agris magis:quam hominibus urendo populandoq; gesserunt bella.cuius lentæ tabis senio uicta utriusq; pertinacia populi est:ut primum a consulibus:deinde pmissu eorum ab senatu inducias peterent:in quadraginta annos impetrauerunt.Ita posita duorum belloꝝ:quæ iminebant:cura:dum aliqua ab armis quies esset:quia solutio æris alieni multarum rerum mutauerat dominos:censum agi placuit:cæteꝫ cũ censoribus creandis indicta comitia essent:professus se petere censuram.G.Martius Rutilius:qui primus dictator de plebe fuerat:concordiã ordinũ turbauit:quod uidebatur quidem tẽpore alieno feciſſe:quia ambo tum forte patritii cõsules erant:qui rationem eius se habituros negabãt.sed & ipse constantia inceptum obtinuit:& tribuni omni ui recuperando ius consularibus comitiis amissum adiuuerunt:& tum ipsius uiri maiestas nullius honoris suffragium non æquabat:cum per eundem:qui ad dictaturã aperuisset uiam:censurã quoq; in partem uocari plebs uolebat.Nec uariatum comitiis est: quin cũ Manlio Næuio censor Martius crearet.Dictatorẽ quoq; hic annus habuit Marcum Fabiũ nullo terrore belli:sed ne licinia lex comitiis cõsularibus obseruaret. magister equitũ dictatori additus Quintus Seruilius. Nec tamen dictatura Potentiorẽ eum cõsensum patrũ cõsularibus comitiis fecit:quã censoriis fuerat:M.Popilius Lenas a plebe cõsul:a patribus.L.Cornelius Scipio datus.Fortuna quoq; illustriorem plebeium cõsulem fecit:nã cum ingẽtem gallorꝫ exercitum ĩ agro latino castra posuisse nũciatum esset: Scipione graui morbo implicito:gallicum bellum Popilio extra ordinem datum. Is impigre exercitu scripto:cum oẽs extra portam capenam ad Martis ædem cõuenire armatos iuniores iussisset:signaq; eodem quæstores ex ærario deferre:quattuor expletis legionibus:qđ supfuit militum.P.Valerio Publicolæ prætori tradidit:auctor patribus scribẽdi alterius exercitus:quod ad incertos belli euẽtus subsidium reipublicæ esset.Ipse iam satis oĩbus instructis cõparatisq; ad hostem pergit:cuius: ut prius nosceret uires: quam periculo ultimo tẽtaret:in tumulo:quem ꝓximum castris gallorꝫ capere potuit:uallũ ducere cœpit. Gẽs ferox:& ingenii auidi ad pugnã:cum ꝓcul uisis romanorꝫ signis ut extemplo prælium initura explicuisset acie:posteaquã neq; ĩ æquum dimitti agmen uidit:& tum loci altitudine:tum uallo etiã integi romanos:perculsos pauore rata simul opportuniores quod intenti tum maxime operi essent:truci clamore aggreditur.Ab romanis nec opus intermissum:triarii erant:qui muniebant:& ab hastatis principibusq;:qui ꝓ munitionibus intenti armatiq; steterãt.prælio initũ.præter uirtutem locus quoque superior adiuuit: ut pila omnia hastæque non tanquã ex equo missa uana:qđ plerunque fit:caderent:sed omnia librata põderibus figerent:oneratiq; telis galli:quibus aut corpora transfixa:aut ꝓgrauata ihærẽtibus gerebãt scuta:cũ cursu pene in aduersum subissent:primo incerti restitere:deinde cum ipsa cunctatio & ĩ his animos minuisset:& auxisset hosti:impulsi retro ruere:alii super alios stragẽq; inter se cæde ipsa fœdiorem dare: adeo præcipiti turba obtriti plures:quam ferro necati.Necdum certa romanis uictoria erat:alia in campum digressis supererat moles: nanq; multitudo gallorꝫ sensum oẽm talis damni exuperans:uelut noua rursus ex oriẽte acie:ĩtegrum militẽ aduersus uictorem hostẽ ciebat:stetitq; suppresso impetu romanus: & quia iterum fessis subeunda dimicatio erat:& quod consul dũ inter primores incautus agitat:leuo humero machera ꝓpe traiecto cesserat parũper ex acie.lãq; omissa cunctando uictoria erat:cũ consul uulnere alligato reuectus ad prima signa:quid stas:inquit:miles:non cũ latino sabinoq; hoste res est: quem uictũ armis sociũ ex hoste facias:in beluas strinximus ferꝫ:hauriẽdus haud dandus est sanguis. ꝓpulistis a castris:supina ualle præcipites egistis:stratis corporibus hostium supstatis:complete eadem strage cãpos: qua montes replestis.nolite spectare dũ stantes nos fugiant:inferande sũt signa:& uadẽdum in hostẽ.His adhortationibus itaꝫ coorti pellũt loco primos manipulos gallorꝫ:cuneis deinde in medium agmen perrumpunt.Inde barbari dissipati:quibus nec certa imperia:nec duces essent:uertunt impetum in suos:fusiq; per campos & præter castra etiam sua fuga prælati:quod æditissimum inter æquales tumulos occurrebat oculis:arcem albanam petunt.Consul non ultra castra insecutus:quia & uulnus degrauabat & subiicere exercitum pugna fessum nouo labori nolebat:a persequendo hoste continuit tumulis ab hoste occupatis.Præda omni castrorum militi data:uictorem exercitum opulentumq; gallicis spoliis Romã reduxit:moram triumpho uulnus cõsulis attulit.eadẽq; causa dictatoris desiderium fecit senatui:ut esset: qui ægris cõsulibus comitia haberet.Dictator.L.Furius Camillus dictus addito magistro equitũ.P.Cornelio

Scipione reddidit patribus possessionem pristinam cõsulatus,ipse ob id meritum ingenti patrum studio creatus cõsul collegam.Ap.Claudium Crassum dixit.Priusquã inirent noui cõsules magistratum: triumphus a Popilio de gallis actus magno fauore plebis:mussitantesq; inter se rogitabant:num quẽ plebeii cõsulis pœniteret:simul dictatorem increpabant:qui liciniæ legis spretæ mercedem:consulatũ priuata cupiditate:quã publica iniuria fœdiorem cepisset:ut se ipse consulem dictator crearet. Annus hic multis uariisq; motibus fuit insignis.Galli ex albanis mõtibus:quia hyemis uim pati nequierãt:per campos maritimaq; loca uagi populabant. Mare infestũ classibus græcoꝝ erat:oraq; littoris antiatis laureſq; tractus & tyberis hostia:ut prædones maritimi cũ terrestribus congressi ancipiti prælio semel decertarent:dubiiq; discesserint in castra galli;græci retro ad naues uictos se:an uictores putarẽt.Inter hos maximus longe extitit terror:cõcilia populoꝝ latinoꝝ ad lucum ferentinæ habita:respõsumq; haud ambiguum imperantibus milites.romanis datum:ab sisterent imperare iis:quoꝝ auxilio egerẽt:latinos pro sua libertate potius:quã ꝑ alieno imperio laturos arma.Inter duo simul bella externa defectione etiam socioꝝ senatus anxius:cũ cerneret metu tenendos:quos fides non tenuisset:extendere oẽs imperii uires cõsules delectu habendo iussit:ciuili quippe standum exercitu esse:quãdo socialis cœtus desereret.Vndiq; nõ urbana tantum:sed etiam agresti iuuentute decem legiones scriptæ dicuntur:quaternũmilium & ducentoꝝ peditũ equitumq; trecentoꝝ.quem nunc nouum exercitum:siqua externa uis ingruat:hæ uires populi romani: quas uix terrarum capit orbis:contractæ in unum haud facile efficiant.adeo in quæ laboramus:sola creuimus diuitias luxuriãq;.Inter cætera tristia eius anni consul alter Appius Claudius in ipso belli apparatu moritur:redierantq; res ad Camillum:cui unico consuli uel ob aliam dignationem haud subiiciendam dictaturæ: uel ob omen faustum ad gallicum tumultum cognominis:dictatorem arrogari haud satis decorum uisum est patribus. Consul duabus legionibus urbi præpositis: octo cum Lucio Pinario prætore diuisis memor paternæ uirtutis gallicum sibi bellum extra sortem sumit. prætorem maritimam oram tutari:græcosq; arcere littoribus iussit:& cum in agrum pomptinum descendisset:quia neq; i campis congredi nulla cogente re uolebat:& ꝑhibendo populationibus: quos rapto uiuere necessitas cogebat:satis domari credebat hostem:locum idoneum statiuis delegit.Vbi cum stationibus quieti tempus tererent:gallus processit magnitudine atq; armis insignis:quatiensq; scutum hasta cum silẽtium fecisset: prouocat ꝑ interpretem unum ex romanis:qui secum ferro decernat.Marcus erat Valerius tribunus militum adolescens:qui haud indigniorem eodem decore se:quam.T.Manlium ratus:prius sciscitatus consulis uoluntatem in medium armatus processit.Minus insigne certamen humanum numine interposito deorum factum:nam conferenti iam manum romano coruus repente in galea consedit i hostem uersus: quod primo ut augurium cælo missum lætus accepit tribunus:precatus deinde si diuus:si diua esset: qui sibi præpetem misisset:uolens propitiusq; adesset.dictu mirabile:tenuit non solum ales captam semel sedem: sed quotiensc̃uq; certamen initũ est:leuans se alis os oculosq; hostis rostro & unguibus appetit:donec territum prodigii talis uisu oculisq; simul ac mente turbatum Valerius obtrũcat.coruus e conspectu elatus orientem petit.Hactenus quietæ utrinq; stationes fuere:posteaquam spoliare corpus cæsi hostis tribunus cœpit;nec galli se statione tenuerunt:& romanoꝝ cursus ad uictorem etiam ocior fuit:ibi circa iacentis galli corpus contracto certamine pugna atrox concitat.Iam nõ manipulis ꝓximarum stationum: sed legionibus utrinq; effusis res geritur.Camillus lætum militem uictoria tribuni:lætum tam præsentibus ac secundis diis ire in prælium iubet:ostentansq; insignem spoliis tribunum:hunc imitare miles aiebat:& circa iacẽtem ducem sterne gallorum cateruas.Dii hominesq; illi affuere pugnæ: depugnatũ haud quaquam certamine ambiguo cum gallis est:adeo duorum militum euentum:iter quos pugnatum erat: utraq; acies animis ꝓceperat.Inter primos:quorum cõcursus alios excitauerat: atrox prælium fuit: alia multitudo;priusquã ad coniectum teli ueniret:terga uertit:primo per Volscos falernũq; agrum dissipati sunt:inde Appuliã ac mare inferũ petierũt.Cõsul:cõcione aduocata:laudatum tribunũ decẽ bobus aureaque corona donat:ipse iussus ab senatu bellũ maritimũ curare cũ prætore iunxit castra.Ibi quia res trahi segnicia græcoꝝ nõ cõmittẽtium se i aciem uidebant:dictatorem comitioꝝ causa.T.Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit:dictator magistro equitum.A.Cornelio Cosso dicto consularia comitia habuit:æmulumq; decoris sui absentem.M.Valerium Coruinum:id enĩ illi deinde cognominis fuit: summo fauore populi tris & uiginti natum annos consulem renunciauit.collega Coruino de plebe.M. Popilius Lenas.iiii.cõsul.futurus datus est.Cũ græcis a Camillo nulla memorabilis gesta res:nec illi terra: nec romanus bellator mari erat.Postremo:cum littoribus arcerentur:aqua etiam præter alia necessaria usui deficiente:Italiam reliquere.Cuius populi ea:cuiusq; gentis classis fuerit:nihil certi est:maxie Siciliæ fuisse tyrannos crediderim;nam ulterior Græcia ea tempestate intestino fessa bello iam macedonum opes horrebat.Exercitibus dimissis:cum & foris pax & domi concordia ordinum otium esset;ne nimis lætæ res essent:pestilentia ciuitatem adorta:coegit senatum imperare duunuiris ut libros sibyllinos ispicerẽt: eorumq; monitu lectisternium fuit.Eodẽ anno Satricum ab antiatibus colonia deducta:restitutaq; urbs: quam latini diruerant:& cum carthaginensibus legatis Romæ fœdus ictum;cum amicitiã & societatem petentes uenissent.Idem otium domi foriscq; mansit.T.Manlio Torquato secundum.G.Plautio consulibus: semiunciarium:tantum ex unciario factum fœnus:& in pensiones æquas triẽnii ita:ut quarta ꝑsens

esset:solutio æris alieni dispensata é:& sic quoq; pte plebis affecta:fides tamen publica priuatis difficultatibus potior ad curá senatui fuit.leuatæ maxime res:quia tributo ac delectu supersessum.Tertio áno post Satricum restitutú a uolscis.M.Valerius Coruinus secúdú cósul cum.G.Petilio factus:cum ex Latio nunciatú esset legatos ab Antio circuire populos latinoz ad concitandú bellum:priusquá plus hostium fieret uolscis arma iferre iussus ad Satricú exercitu ifesto pgit:quo cú antiates aliiq; uolsci præparatis iá ante:siquid ab Roma moueret:copiis occurrissent:nulla mora iter ifensos diutino odio dimicádi facta est. uolsci ferocior ad rebellandú:quam ad bellandum gens certamine uicti:fuga effusa:Satrici mœnia petút: & ne in muris quidé satis firma specú corona militum cincta iam scalis caperet urbs:ad quattuormillia præter multitudiné imbellé sese dedidere.oppidú dirutú atq; icensum:ab æde tátú matris Matutæ abstinuere igné.Præda omnis militi data:extra prædam quattuormillia deditoz habita:eos uictos consul ante currum triumphans egit:uenditis deinde magná pecuniá in ærariú redegit.Sunt:qui hác multitudiné captiuá seruoz fuisse scribát.id magis uerisimile é:quá deditos ueniisse.Hos cósules secuti sút.M. Fabius Dorsuo.Ser.Sulpicius Camerinus.Auruncum deinde bellum ab repétina populatione cœptú: metuq; ne id factum populi unius cósilium ois nois latini esset:dictator uelut aduersus armatum iam Latium. Lelius Furius creatus magistrum equitum.G.Manlium Capitolinum dixit:& cum quod per magnos tumultus fieri solitum erat:iusticio indicto delectus sine uacationibus habitus esset:legiones:quátum maturari potuit:in auruncos ductæ.ibi prædonum magis:quá hostiú animi inuenti.prima itaq; acie debellatum é. Dictator tamen:quia & ultro bellú intulerant:& sine detrectatione se certamini offerebát:deoz quoque opes adhibendos ratus:inter ipsam dimicationé ædé lunoni Monetæ uouit:cuius dánatus uoti:cum uictor Romá reuertisset:dictatura se abdicauit.Senatus duunuiros ad eandé ædem pro amplitudine populi romani faciéda creari iussit:locus i arce destinatus:quæ area ædiú.M.Málii Capitolini fuerat. Consules dictatoris exercitu ad bellum uolscú usi:Soram ex hostibus incautos adorti ceperunt.Anno:Posteaquam uota erat ædes Monetæ:dedicat.G.Martio Rutilio.iii.T.Málio Torq̃to.ii. cósulibus. Prodigiú extéplo dedicationé secutú simile uetusto mótis albani ꝓdigio:náq; & lapidibus pluit:& nox interdiu uisa intendi:libriq; ispectis:cú plena religione ciuitas esset:senatui placuit dictatoré feriaz cóstituendaz causa dici.dictus.P.Valerius Publicola magister equitú ei. Qu.Fabius Ambustus datus é:nó tribus tantú supplicatú ire placuit:sed finitimos etiá populos:ordoq; iis:quo quisq; die supplicarent:statutus.Iudicia eo áno populi tristia in fœneratores facta:quibus ab ædilibus dicta dies esset:tradunt. Et res haud ulla insigni ad memoriá causa ad iterregnú rediit.ex interregno:ut id actú uideri posset:ambo patritii cósules creati sunt.M.Valerius Coruinus tertiú.A.Cornelius Cossus.Maiora iam hinc bella & uiribus hostiú:& longiquitate uel regionum:uel tempoz spatio:quibus bellatú est:dicent.Náq; eo anno aduersus samnites gentem opibus armisq; ualidá mota arma.Sánitium bellú ancipiti marte gestum.Pyrrhus hostis.Pyrrhú pœni secuti:quanta rez moles?quotiens i extrema periculoz uentú:ut in hanc magnitudiné:quæ uix sustinetur:erigi iperium posset?Belli aút causa cú samnitibus romanis:cú societate amicitiaq; iúcti essent: extrinsecus uenit:nó orta iter ipsos é. Sánites sidicinis iniusta arma:quia uiribus plus poterát:cú intulissét: coacti inopes ad opulentioz auxilium cófugere cápanis sese cóiungunt.Cápani magis nomen ad præsidiú socioz:quá uires cum attulissent:fluentes luxu ab duratis usu armoz in sidicinio pulsi agro in se deinde molem oém belli uerterunt.Náq; samnites:omissis sidicinis:ipsam arcé finitimoz campanos adorti: unde æque facilis uictoria:prædæ atq; gloriæ plus esset:Tifata iminentes Capuæ colles cum præsidio firmo occupassent:descendunt inde quadrato agmine i planiciem:quæ Capuá Tifataq; interiacet:ibi rursus acie dimicatum:aduersoq; prælio cápani itra mœnia pulsi:cum:robore iuuentutis suæ occiso: nulla spes esset propinqua: coacti sunt ab romanis petere auxiliú.legati introducti i senatum maxime in hanc sentétiá locuti sunt.Populus nos campanus legatos ad uos patres cóscripti misit amicitiá in ꝓpetuú: auxiliú ꝓsens a uobis petitú:quá si secúdis nostris rebus petissemus:sicut cœpta celerius:ita infirmiore uinculo cótracta esset.tunc enim ut qui ex æquo nó uenisse in amicitiam meminissemus:amici forsitan pariter ac nunc:subiecti atq; obnoxii uobis minus essemus:nunc misericordia uestra conciliati:auxilioq; in dubiis rebus defensi:beneficium quoque acceptum colamus oportet:ne ingrati atque omni ope diuina humanaq; indigni uideamur.Neque hercule quod samnites priores amici sociiq; uobis facti sunt: ad id ualere arbitror:ne nos i amicitiam suscipiamur: sed ut uetustæ & gradu honoris nos præstent.neq; enim fœdere samnitium:nequa noua iungeretis fœdera:cautum est.Fuit quidem apud uos semper iusta causa amicitiæ:uelle eum uobis amicum esse:qui uos appeteret.Campani & si fortuna præsens magnifice loq prohibet:non urbis amplitudine: non agri ubertate ulli populo præterquam uobis cedentes: haud paruta:ut arbitror:accessio bonis rebus uestris in amicitiam uenimus uestram:equis uolsciq; æternis hostibus huius urbis quandocunque se mouerint:ab tergo erimus:& quod uos pro salute nostra priores feceritis:id nos pro imperio uestro:& gloria semper faciemus.Subactis iis gétibus:quæ inter nos uosq; sunt: quod propediem futuz spondet & uirtus & fortuna uestra:continens imperium usque ad nos habebitis. Acerbum & miserum est:quod fateri nos fortuna nostra cogit:eo uentum est patres cóscripti:ut aut amicorum aut inimicoz campani simus.si defenditis uestri:si deseritis samnitium erimus. Capuam ergo: & Campaniam omnem uestris an samnitium uiribus accedere malitis:deliberate. Omnibus quidé romani

ueſtram miſericordiam:ueſtrumq; auxilium æquũ eſt petere:iis tamẽ maxĩe qui etiam implorãtibus aliis auxiliuũ ꝺum ſupra uires ſuas præſtant:omnes in hãc neceſſitatẽ uenerunt: quanquã pugnauimus uerbo pro ſidicinis:re pro nobis:cũ uideremus finitimũ populũ nefarrio latrocinio ſamnitiũ peti: & ubi confla graſſent ſidicini ad nos traiectuꝝ illud incendiũ eſſe. Nec enim nũc quia dolẽt iniuriã acceptã ſamnites: ſed quia gaudẽt ſibi oblatã eſſe cãm:oppugnatũ nos ueniũt. An ſi ultio iræ hæc: & nõ occaſio cupiditatis explendæ eſſet:paꝝ fuit:qđ ſemel in ſidicino agro iteꝝ in cãpania ipſa legiones noſtras cecidere: quæ eſt iſta tam infeſta ira:quã per duas acies fuſus ſanguis explere nõ potuerit: adde huic populationẽ agrorum prædas hoſtium atq; pecudũ actas:incẽdia uillaꝝ ac ruinas:oĩa ferro ignicq; uaſtata. Hiſcine ira expleri non potuit: Sed cupiditas expléda é:ea ad oppugnãdã Capuã rapit:aut delere urbẽ pulcherrimã aut ipſi poſſide re uolunt. Sed uos potius romãi beneficio ueſtro occupate eam:quã illos habere per maleficiũ ſinatis. Nõ locor apud recuſantẽ iuſta bella populũ:ſed tamẽ:ſi oſtẽderitis auxilia ueſtra:ne bello quidẽ arbitror uo bis opus fore:uſq; ad nos contẽptus ſamnitiũ ꝑuenit:ſupra nõ aſcẽdit:itaq; umbra ueſtri auxilii romãi te gi poſſumus:qcquid deinde habuerimus:quicquid ipſi ferimus:ueſtrũ id omne exiſtimaturi. Vobis ara bitur ager cãpanus:uobis Capua urbs frequẽtabitur:cõditoꝝ parentũ deoꝝ ĩmortaliũ numero nobis eri tis. nulla colonia ueſtra erit:quæ nos obſequio erga uos fideq; ſuperet. Annuite patres cõſcripti nutũ nu menq; ueſtrũ inuictum cãpanis: & iubete ſperare incolumẽ Capuam futurã. Qua frequẽtia omniũ gene rum multitudinis proſequẽte creditis nos illinc profectos: quã oĩa uotoꝝ & lachrymaꝝ plena reliquiſſe: ĩ qua nũc expectatõe ſenatũ:populũq; cãpanum:cõiuges:liberoſq; noſtros eſſe: ſtare omnẽ multitudinem ad portas uiam hinc ferentẽ ꝓſpectantes certũ habeo:quid illis nos.p.c. ſollicitis ac pendẽtibus animis re nũciare iubeatis. alterũ reſpõſum ſaluté uictoriã lucem ac libertatẽ:alteꝝ ominari horreo:quæ ferat. Pro inde ut aut de ueſtris futuris ſociis atq; amicis:aut nuſquã ullis futuris nobis cõſulite. Sũmotis deinde le gatis:cum cõſultus ſenatus eſſet:& ſi magnæ parti urbs maxĩa opulentiſſimaq; Italiæ :uberrimus ager ma riq; ꝓpinquus ad uarietates annonæ horreũ populi romani fore uidebatur:tamẽ tãta utilitate fides anti quior fuit:reſponditq; ita ex auctoritate ſenatus conſul. Auxilio uos cãpani dignos cenſet ſenatus: ſed ita uobiſcũ amicitiã inſtitui par eſt:nequa uetuſtior amicitia ac ſocietas uioletur. Samnites nobiſcum fœdere iuncti ſunt. Itaq; arma deos priuſquã hoĩes uiolatura aduerſus ſamnites uobis negamus:legatos: ſicut fas iuſq; eſt:ad ſocios atq; amicos precatũ mittemus:nequa uobis uis fiat. Ad ea princeps legationis(ſic enim domo mandatũ attulerat)quãdoquidẽ:inquit: noſtra tueri aduerſus uim atq; iniuriã iuſta ui non uultis: ueſtra certe defendetis:itaq; populum campanum:urbẽq; Capuã:agros:delubra deum: humanaq; omnia in ueſtram.p.c.populiq; romani dicionẽ dedimus:quicquid deinde patiemur:dedititii ueſtri paſſuri. Sub hæc dicta omnes manus ad cõſules tendẽtes pleni lachrymaꝝ in ueſtibulo curiæ ꝓcubuerunt. Commoti patres uice fortunaꝝ humanaꝝ:ſi ille præpotẽs populus luxuria potẽtiaq; clarus: a quo pauloante auxi liũ finitimi petiſſent:adeo infractos gereret aĩos:ut ſe ipſe: ſuaq; oĩa poteſtatis alienæ faceret. tum iam fi des agi uiſa deditos nõ prodi:neq; factuꝝ æqua populũ ſamnitium cẽſebant: ſi agrum urbẽq; per deditio nẽ factã populi romãi oppugnarẽt. Legatos itaq; extẽplo mitti ad ſanites placuit:data mãdata ut preces campanoꝝ reſponſũ ſenatus amicitiæ ſamnitium memoris:deditionẽ poſtremo factã ſamnitibus expone rent peterẽt pro ſocietate amicitiaq;:ut deditiis ſuis parcerent:neq; in eũ agrũ:qui populi romani factus eẽt:hoſtilia arma inferrẽt. Si leniter agẽdo paꝝ ꝓficerẽt: denũciaret ſamnitibus populi romãi ſenatuſq; uerbꝭ:ut Capua urbe cãpanoq; agro abſtinerẽt. Hæc legatis agẽtibus ĩ cõcilio ſamnitiũ adeo eſt ferociter reſpõſũ:ut nõ ſolũ geſturos ſe eé dicerẽt id bellũ:ſed magiſtratus eoꝝ e curia egreſſi ſtãtibus legatis præfec tos cohortiũ uocarẽt:iiſq; clara uoce ĩperarẽt:ut prædatũ in agrũ cãpanũ extẽplo ꝓficiſcerẽtur. Hac legati one Romã relata:poſitis oĩum aliaꝝ reꝝ curis:patres fœcialibus ad res repetẽdas miſſis:belloq;:quia nõ redderent:ſolẽni more in dicto:decreuerũt:ut prĩo quoq; tpe de ea re ad populũ ferret:iuſſuq; populi cõ ſules ambo cũ duobus ab urbe exercitibus ꝓfecti Valerius in Cãpaniã:Cornelius in Samniũ:ille ad mõtem caluũ:hic ad Satriculã caſtra ponũt. Priori Valerio ſamnitium legiones: eo nanq; oẽm belli molẽ ĩclina turam cenſebãt:occurrũt. ſimul ĩ cãpanos ſtimulabat ira tã prõptos nũc ad ferẽda: nũc ad accerſenda ad uerſus ſe auxilia. Vt uero caſtra rõana uiderũt:ferociter ꝓ ſe quiſq; ſignũ duces poſcere: affirmare eadem fortũa romanũ cãpano latuꝝ opẽ:qua cãpanus ſidicino tulerit. Valerius leuibus certamĩbus tentãdi ho ſtis cã haud ita multos moratus dies ſignũ pugnæ ꝓpoſuit:paucis ſuos adhortatus. Ne nouũ bellum eos: nouuſq; hoſtis terreret:quicquid ab urbe longius proferrent arma:magis magiſq; in imbelles gentes eos prodire. Ne ſidicinoꝝ cãpanorũq; cladibus ſamnitium æſtimarent uirtutẽ:qualeſcunq; inter ſe certauerĩt neceſſe fuiſſe alteram partẽ uinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluẽtibus rebus mo liciaq; ſua:quam ui hoſtium uictos eſſe. Quid autem eſſe duo proſpera in tot ſæculis bella ſamnitiũ ad uerſus tot decora populi romani:qui triumphos pene plures :quam annos ab urbe condita numeret: qui omnia circa ſe ſabinos: Ethruriam :latinos: hernicos :uolſcos: auruncos domita armis habeat: qui gal los tot prælĩis cæſos : poſtremo in mare ac naues fuga compulerit: Cum gloria belli ac uirtute ſua quenque frætos ire in aciem debere : tum etiam intueri cuius ductu auſpicioque ineunda pugna ſit: utrum qui audiendus ꝺumtaxat magnificus adhortator ſit uerbis tantum ferox operum militari um expers : an qui & ipſe tela tractare : procedere ante ſigna : uerſari media in mole pugnæ ſciat.

Facta mea non dicta uos milites: inquit: sequi uolo: nec disciplinam modo: sed exemplum etiam a me petere. Non factionibus modo: nec p cõciones usitates nobilibus: sed hac dextra mihi tres cõsulatus sum mãq; laudem peperi. Fuit: cum hoc dici poterat: patritius enim eras: & a liberatoribus patriæ ortus: & eodem anno familia ista consulatũ: quo urbs hæc cõsulem habuit. Nũc iam nobis patribus uobisq; plebeiis ꝑmiscuus cõsulatus patet: nec generis ut ante: sed uirtutis est præmium. Proinde summũ quodq; spectate milites decus. Non si mihi nouum hoc Coruini cognomen diis auctoribus hoies dedistis: Publicolæ uetustum familiæ: nostræ cognomen memoria excessit. Semper ego plebem romanam: militiæ domiq; priuatus in magistratibus paruis magnisq; æque tribunus ac consul eodem tenore per omnes deiceps cõsulatus colo atq; colui. Nunc quod instat: diis bene iuuantibus nouum atq; integrum de samnitibus triumphum mecum petite. Nõ alias militi familiarior dux fuit: omnia inter infimos militum haud grauate munia obeundo: in ludo præterea militari cum uelocitatis uiriumq; iter se æquales certamina ineunt: comiter facilis uincere ac uinci uultu eodem: nec quéquá aspernari parem: qui se offerret factis: benignus ꝑ re dictis: haud minus libertatis alienæ: quã suæ dignitatis memor: & quo nihil popularius é: quibus artibus petierat magistratus: iisdem gerebat. Itaq; uniuersus exercitus icredibili alacritate adhortationẽ pro secutus ducis castris egredit: præliũ: ut quod maxime unquá pari spe: utrinq; æquis uiribus cum fiducia sui sine cõtemptu hostium cõmissum é. Samnitibus ferociam augebant nouæ res gestæ: & paucos ante dies geminata uictoria. Romanis contra quadringẽtorum annorum decora: & conditæ urbi æqualis uictoria. utrisq; tamen nouus hostis curam addebat. pugna indicio fuit: quos gesserint animos. náq; ita conflixerunt: ut aliquádiu in neutram partem inclinaret acies. Tum consul trepidationem iniiciendam ratus quádo ui pelli nõ poterant: equitibus immissis turbare prima signa hostium conatur: quos ubi nequicquá tumultuãtes in spatio exiguo uoluere turmas uidit: nec posse aperire in hostes uiam: reuectus ad antesignanos legionum: cum desiluisset ex equo: nostrũ: inquit: peditum illud milites est opus: agitedum ut me uideritis: quacũq; incessero in aciem hostium ferro uiam faciẽtem: sic ꝑ se quisq; obuios sternite. illa nunc oĩa: qua nunc erectæ micãt hastæ: patefacta strage uasta cernetis. Hæc dicta dederat: cũ equites consulis iussu discurrunt in cornua: legionibusq; ĩ mediã aciem aperiunt uiã. Primus oĩum cõsul inuadit hostem: & cum quo forte contulit gradum obtrũcat. hoc spectaculo accensi dextra leuaq; ante se quisq; memorandum prælium ciet. stant obnixi samnites: quáquá plura accipiũt: quá inferunt uulnera. Aliquádiu iam pugnatum erat: atrox cædes circa signa samnitiũ: fuga a nulla dũ parte erat: adeo morte sola uinci destinauerant animis. Itaq; romani cũ effluere iam lassitudine uires sentirent: & diei haud multum supesse: accensi ira concitant se ĩ hostẽ. Tũ primũ referri pedẽ: atq; ĩclinari rẽ ĩ fugã apparuit: tũ capi: occidi sãnis: nec supfuissẽt multi: ni nox uictoriã magis: quá prælium diremisset. Et romani fatebant nunquã cum pertinaciore hoste cõflictũ: & samnites cũ quæreret: quænã prima causa tam obstinatos mouisset ĩ fugã: oculos sibi romanos ardere uisos aiebãt: uesanosq; uultus & furẽtia ora: inde plus quã ex alia ulla re terroris ortum: quẽ terrorẽ nõ pugnæ solum euentu: sed nocturna ꝑfectione confessi sunt. Postero die uacuis hostiũ castris rõanus potit: quo se oĩs cãpanos multitudo gratulabũda effudit. Cæteq; hoc gaudiũ magna ꝑpe clade in Samnio fœdatum est: nam ab Satricula ꝑfectus Cornelius cõsul exercitũ icaute in saltum caua ualle peruium circaq; insessum ab hoste induxit: nec priusquá recipi tuto signa non poterant: ĩminentem capiti hostem uidit. Dum id moræ samnitibus é: quo ad totum ĩ uallem infimã dimitteret agmen. P. Decius tribunus militum cõspicit unum æditum ĩ saltu collẽ ĩminentem hostium castris aditu arduum ĩpedito agmini: expeditis haud difficilẽ: itaq; cõsuli territo animi uidesne tu: inquit: A. Corneli cacumen illud supra hostem? arx illa ẽ spei salutisq; nostræ: si eam (quoniã cæci reliquere sãnites) impigre capimus: nec tu mihi plusquá unus legionis prĩcipes hastatos dederis: cũ quibus ubi euasero in sũmum: perge hinc omni liber metu: teq; & exercitum serua: neq; n. moueri hostis subiectus nobis ad oẽs ictus sine sũ pnicie poterit. nos deinde aut fortuna populi romani: aut nostra uirtus expediet. Collaudatus a cõsule accepto præsidio: uadit occultus p saltum: nec prius ab hoste ẽ uisus: quam loco: quẽ petebat: appropĩquauit. Inde admiratione pauẽtibus cũctis: cũ oĩum ĩ se uertisset oculos: & spatiũ cõsuli dedit ad seducẽdi agmẽ inæquiorem locum: & ipse in summo cõstitit uertice. Samnites dum huc illuc signa uertunt: utriusq; rei omissa occasione neq; consequi cõsulem: nisi per eandem uallẽ: in qua paulo ante subiectũ eum telis suis habuerant: possunt: nec erigere agmen ĩ captum super se ab Decio tumulum: sed cum ira in hos magis: qui fortunam gerendæ rei eripuerant: tum propinquitas loci atq; ipsa paucitas incitat: & nunc circundare undiq; collem armatis uolunt: ut a consule Decium intercludant: nunc uiam patefacere: ut digressos ĩ uallẽ adorianť. incertos quid agerẽt: nox oppressit. Deciũ primũ spes tenuit cũ subeũtibus ĩ aduersũ collem ex superiore loco se pugnatuos: deinde admiratio incessit: quod nec pugnã inirẽt: nec: si ab eo cõsilio iniquitate loci deterrerent: opere se uallocq; circũdarent. Tum cẽturionibus ad se uocatis: quænã illa insciția belli ac pigricia é? aut quonam modo isti ex sidicinis campanisq; uictoriã pepererũt? huc atq; illuc signa moueri: ac modo in unum cõferri: modo educi uidetis: opus quidẽ incipit nemo: cũ iã cicũdati uallo potuerimus esse. Tũ uero nos similes istoꝝ simus: si diutius hic moremur: quã cõmodum sit: agitedũ ite mecũ: ut dũ lucis aliquid supest: qbus locis præsidia ponãt: qua pateant hinc exitus exploremus. Hæc omnia sagulo gregali amictus; cẽturionibus item manipularium habitu militum ductis; ne ducem circui-

re hostes notarent:plustrauit. Vigiliis deinde dispositis:cæteris oibus tesseram dari iubet:ubi secundæ uigiliæ buccinæ datum signum esset:armati cum silentio ad se cõuenirent. Quo ubi:sicut edictũ erat:taciti cõuenerunt:hoc silentium milites:inquit:omisso militari assensu in me audiendo seruandũ est. Vbi sententiam meã uobis peregero:tum quibus eadem placebũt:in dexteram partem taciti transibitis:quæ pars maior erit:eo stabitur cõsilio. Non fuga delatos:nec inertia relictos hic uos circunuenit hostis:uirtute cepistis locũ:uirtute hinc oportet euadatis. ueniendo huc exercitum egregium populi romani seruastis:erũpendo hinc uosmetipsos seruate:digni estis:qui pauci pluribus opem tuleritis:ipsi nullius auxilio egeritis. Cũ eo hoste res est:qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per secordiam usus non sit:hunc tam opportunũ collem iminentẽ capiti suo non ante uiderit:quam captum a nobis:nos tam paucos tot ipsi millibus hoĩum:nec ascẽsu arcuerit:nec tenẽtes locũ:cũ diei tantũ supesset:uallo circũdederit: quẽ uidentẽ ac uigilãtẽ sic eluseritis:sopitũ:oportet:fallatis:imo necesse ẽ.ĩ eo enĩ loco res sũt nr̃æ:ut ego uobis magis necessitatis uestræ ĩdex:quã cõsilii auctor sim:neq; enĩ maneatis an habeatis hĩc deliberari põt;: cũ p̃ter arma & aĩos armoq; memores; nihil uobis fortuna reliq fecerit:fame & siti moriẽdũ sit:si plus quã uiros ac romanos decet ferq; timeamus. Ergo una ẽ salus erũpere hĩc atq; abire. aut id ĩterdiu aut nocte faciamus:oportet. Ecce hoc aliud minus dubiũ:quippe si lux expectetur:quæ spes est non uallo perpetuo fossaq; nos septuq; hostẽ:qui nũc corporibus suis subiectis undiq; cinxerit:ut uidetis collem:atqui si nox opportuna est eruptioni:sicut est:hæc ꝓfecto noctis aptissima hora est. Signo secundæ uigiliæ conuenistis:quod tempus mortales somno altissimo premit:per corpora sopita uadetis:uel silentio incautos fallẽtes:uel sentientibus clamore subito pauorẽ iniecturi. me modo sequimini:quem secuti estis:ego eandẽ: quæ duxit huc:sequar fortunã. Quibus hæc salutaria uidentur:agitedum in dexteram partem: pedibus transite. Omnes transierunt:uadentemq; per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. Iam euaserant media castra:cum superscandens uigilum strata somno corpora miles offenso scuto præbuit sonitũ: quo excitatus uigil cum proximũ mouisset:erectiq; alios concitarent:ignari ciues an hostes præsidium erũperent:an consul castra cepisset. Decius:quoniã non fallerẽt:clamorem tollere iussis militibus torpidos sõno insuper pauore exanimat:quo impediti nec arma ĩpigre capere:nec obsistere:nec insequi poterãt. Inter trepidationem tumultũq; samnitium præsidium romanum obuiis custodibus cæsis ad castra cõsulis peruadit. Aliquantulum supererat noctis:iãq; in tuto uidebantur esse:macti uirtute:inquit:milites romani: & enim uestrum iter ac reditum omnia sæcula laudibus ferrent:sed ad conspiciendam tantã uirtutem luce ac die opus est:nec uos digni estis:quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox tegat: hic lucem quieti opperiamur. Dictis obtemperatũ:atq; ubi primũ illuxit:præmisso nuncio ad cõsulem in castra ingẽti gaudio cõcitant:& tessera data:incolumes reuerti:qui sua corpora ꝓ salute oĩum haud dubio periculo obiecissent:ꝓ se quisq; obuiam effusi laudãt:gratulãtur:singulos uniuersosq; seruatores suos uocãt:diis laudes gratiasq; agũt:Decium in cælũ ferũt. Hic Decii castrensis triũphus fuit incedentis ꝓ media castra cum armato præsidio:coniectis in eũ oĩum oculis:& omni honore tribunum consuli æquãtibus. Vbi ad prætoriũ uentũ est:consul classico ad cõcionem uocat:orsusq; meritas Decii laudes:ĩterfante ipso Decio:distulit cõcionẽ: qui auctor oĩa post habẽdi:dum occasio ĩ manibus esset:ꝓpulit cõsulẽ: ut hostes & nocturno pauore attonitos:& circa collem castellatim dissipatos aggrederetur:credere etiã aliquos ad se sequendũ emissos ꝓ saltum uagari. Iussæ legiones arma capere:egressæq; castris cũ ꝓ exploratores notioriã saltus esset:uia patẽtiore ad hostẽ ducunt:quem ĩcautum ĩprouiso adortæ:cũ palati passim samnitium milites plæriq; inermes nec coire in unũ:nec arma capere:nec recipere ĩtra uallũ se possent: pauentẽ primum intra castra compellunt:deinde castra ipsa turbatis stationibus capiunt:ꝓfert circa collẽ clamor: fugatq; ex suis quenq; præsidiis. ita magna pars absenti hosti cessit. Quos intra uallũ egerat pauor: fuere autem ad.xxx.millia omnes cæsi: castra direpta. Ita rebus gestis: consul: aduocata concione: P. Decii non cœptas solum ante: sed cumulatas noua uirtute laudes peragit: & præter militaria alia dona: aurea corona eum: & centum bobus eximioque uno albo opimo auratis cornibus donauit. Milites: qui in præsidio simul fuerant duplici frumento in perpetuum: in præsentia singulis bobus binisque tunicis donati. Secundum consulis donationem: legiones gramineam coronam obsidionalem: clamore donum approbantes: Decio imponunt. altera corona eiusdem honoris index a præsidio suo imposita est. His decoratus insignibus bouem eximium Marti immolauit: centum boues militibus dono dedit: qui secum in expeditione fuerant: omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem indicem omnium assensus gerebantur. Tertia pugna ad Suessulam commissa est: quia fugatus a. M. Valerio samnitium exercitus: omni robore iuuentutis domo accito certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab Suessula nuncii trepidi Capuam: inde equites citati ad Valerium consulem opem oratum ueniunt. Confestim signa mora relictis impedimentis castrorum ualido ꝓsidio raptim agitur agmen: nec procul ab hoste locum exiguum: ut quibus præter equos cæterorum iumentorum calonumq; turba abesset: castris capit. Samnitium exercitus uelut aut ulla mora pugnæ futura esset: aciem instruit: deinde posteaquam nemo obuius ibat: infestis signis ad castra hostium succedit. ibi ut militem in uallo uidit: missique ab omni parte exploratum quam in exiguum orbem contracta castra essent: paucitatem inde hostium colligentes: rettulerunt fremere omnis acies: complendas esse fossas scindendumque uallum: & in

castra irrumpẽdum:transactũq; ea temeritate bellum foret:ni duces cõtinuisset ipetum militum. Cæterum quia multitudo sua cõmeatibus grauis:& prius sedẽdo ad Suessulã:& tum certaminis mora haud ꝑcul ab rerum omnium inopia esset:placuit dum iclusus maneret hostis frumentatum per agros militem duci:interim & romano:qui expeditus quantũ humeris inter arma geri posset: fruméti secum attulisset: defutura oía.Cõsul palatos ꝑ agros cum uidisset hostes:stationes ifrequẽtes relictas:paucis milites adhortatus ad castra oppugnãda ducit:quæ cũ primo clamore atq; ipetu cepisset:pluribus hostiũ ĩ tẽtoriis suis: quã ĩ portis uallocq; cæsis:signa captiua in unũ locum cõferri iussit:relictisq; duabus legionibus custodiæ & præsidii causa graui edicto monitis:ut donec ipse reuertisset:præda abstinerent: ꝑfectus agmine istructo:cum præmissus eques uelut indagine dissipatos samnites ageret:cædem ingẽtem fecit:nã neq; signo coire iter se:neq; utrum castra peterẽt:an longiorẽ intenderent fugam:territis constare poterat:tantumq; fugæ ac formidinis fuit:ut ad.xl.millia scutorũ nequaquã tot cæsis:& signa militaria cum iis:quæ ĩ castris capta erant ad.clxx.ad consulẽ deferrent.Tum in castra hostium reditum:ibiq; omnis præda militi data. Huius certaminis fortuna & falisços cum in induciis essent:fœdus petere ab senatu coegit:& latinos iam exercitibus cõparatis ab romano in pelignum uertit bellum.Neq; ita rei gestæ fama Italiæ se finibus tenuit:sed carthaginenses quoq; legatos gratulatum Romã misere cum coronæ aureæ dono:quæ ĩ capitolio in Iouis sella poneret:fuit põdo.xxv.Cõsules ambo de samnitibus triumpharũt:sequente Decio insigni cum laude donisq;:cũ incondito militari ioco:haud minus tribuni celebre nomẽ: quã cõsulum esset. Cãpanoꝝ deinde suessanorũq; auditæ legationes:præcantibus datũ ut præsidium eo ĩ hyberna mitteret: quo samnitium excursiones arcerẽtur.Iam tum minime salubris militari disciplinæ Capua: instrumento omniũ uoluptatũ delinitos militum aios auertit a memoria patriæ inibanturq; cõsilia ĩ hybernis eodem scelere adimandæ campanis Capuæ:per qđ illi eam antiquis cultoribus ademissent:neq; ĩmerito suũ ipsorum exemplum in eos uersurum.Cur autem potius campani agrum Italiæ uberrimum dignam agro urbẽ:qui nec se:nec sua tutari possint:quã uictor exercitus haberet:qui suo sudore & sanguine inde samnites depulisset? An æquum esse dedititios suos illa felicitate atq; amœnitate ꝑfrui:se militando fessos ĩ pestiléti atq; arido circa urbem solo luctari:aut in urbe insidentẽ labem crescẽtis ĩ dies fœnoris pati? Hæc agitata occultis cõiurationibus:nec dum uulgata ĩ oẽs cõsilia inuenit nouus cõsul Claudius Martius Rutilius:cui Campania sorte ꝓuincia euenerat:Quinto Seruilio collega ad urbẽ relicto.Itaq; cũ oía:sicut gesta erant:per tribunos cõperta:& ætate haberet & usu doctus:quippe qui iam quartum consul esset:dictatorq; & cẽsor fuisset:optimũ ratus differẽdo spem quãdocũq; uellet: cõsilii exequendi militarem ipetum frustrare:rumorem dissipat in hisdem oppidis: & anno post præsidia hybernatura:diuisa enim erant per Campaniæ urbes:manauerãtq; a Capua consilia in exercitum omnẽ.Eo laxamento cogitationibus dato: quieuit in præsentia seditio:cõsul educto in æstiua milite:dum quietos samnites habebat:exercitum purgare missionibus turbulẽtoꝝ hoĩum instituit:aliis emerita dicendo stipendia esse:alios graues iam ætate esse aut uiribus paꝝ ualidos:quidã ĩ comeatus mittebãtur. Singuli primo:deíde & cohortes quædã quia ꝑcul ab domo & rebus suis hybernassent:per speciẽ militarium usuum magna pars ablegati: quam multitudinem cõsul alter Romæ:prætorque alias ex aliis fingendo moras retinebat. Et primo quidẽ ignari ludificationis:minime inuiti domos reuisebãt: posteaquam neq; reuerti ad signa primos: nec ferme aliũ: quam qui in Campania hybernassent:præcipueque ex iis seditionis auctores mitti uiderunt:primum admiratio:deinde haud dubius timor incessit animos:consilia sua emanasse:iam quæstiones:iam iudicia:iã occulta singulorum supplicia:impotensq; & crudele consilium:ac patrum in se regnum passuros. Hæc:q in castris erant:occultis sermonibus serunt:neruos cõiurationis eiectos arte consulis cernentes. Cohors una:cum haud ꝑcul Anxur esset:ad Lautulas saltu angusto ĩter mare ac mõtes consedit: ad excipiendos quos consul aliis atq; aliis:ut ante dictum é:causis mittebat.Iam ualida admodum numero manus erat: nec quicquam ad iusti exercitus formam præter ducem deerat:incomposíti itaq; prædantes in agrum albanum perueniunt:& sub iugo Albæ longæ castra uallo cingunt:perfecto deinde opere reliquum diei de imperatore sumẽdo sententiis decertant:nulli ex præsentibus satis fidentes:quem autem ab domo posse acciri? quẽ patrũ aut plebis esse:qui aut se tanto periculo sciens offerat:aut cui ex iniuria insanientis exercitus causa recte cõmittatur? Postero die cũ eadem deliberatio teneret:ex prædatoribus uagis quidã compertum attulerunt:T.Quintium in tusculano agrum colere urbis honorumq; immemorem.Patritiæ hic uir gentis erat:cui cum militiæ magna cum gloria actæ finem pes alter ex uulnere claudus feciſſet: ruri agere uitam ꝑcul ambitione ac foro cõstituit. Nomíe audito:extẽplo agnouere uiꝝ:& quod bene uerteret:acciri iusserũt.sed paꝝ spei erat uolũtate quicquã facturum:uim adhíbere ac metum placuit.Itaq; silentio noctis cum tectum uillæ:qui ad id missi erant:intrassent:somno graui Quintium oppressum nihil medium aut imperium atq; honorem:aut ubi restaret:mortem:ni sequeretur:denunciantes in castra pertraxerunt.Imperator extemplo aduenies appellatus: insigniaq; honoris exterrito subitæ rei miraculo deferunt: & ad urbem ducere iubent.Suo magis inde impetu: quam consilio ducis:conuulsis signis:infesto agmine ad lapidem octauum uiæ:quæ nunc appia est: perueniunt:issentq; confestim ad urbem:ni uenire contra exercitum:dictatoremq; aduersus se.M.Valerium Coruinum dictum audissent: & magistrũ equitũ.L.Aemyliũ Mamercum.Vbi primo in conspectu uentum est:arma signaq; agnouere: extemplo

oĩbus memoria patriæ iras ꝑmulſit.nondum erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem:nec præter externa nouerant bella:ultimaq; rabies ſeceſſio ab ſuis habebatur.Itaq; iam duces:iam milites utrinq; congreſſus quærere ad colloquia.Quintius:quẽ armoꝝ etiam ꝑ patria ſatietas teneret nedum aduerſus patriã: Coruinus omnes caritate ciues præcipue milites:& áte alios ſuum exercitum cõplexus: ad colloquiũ ꝓceſſit. cognitio ei extemplo haud minor ab aduerſariis uerecũdia:quam ab ſuis ſilentium datum. Deos: inquit: ĩmortales milites ueſtros publicos meoſq; ab urbe ꝓficiſcẽs ita adoraui:ueniãq; ſupplex popoſci: ut mihi de uobis concordiæ partã gloriam:non uictoriam darent:ſatis fuit eritq;:unde belli decus pariatur : hinc pax petenda eſt:quod deos ĩmortales inter nuncupanda uota expoposci.eius me compotẽ uoti uos facere poteſtis:ſi meminiſſe uultis:nõ uos in Samnio:nec in Volſcis:ſed in romano ſolo caſtra habere: ſi illos colles:qnos cernitis:patriæ ueſtræ eſſe:ſi hunc exercitum ciuium ueſtroꝝ:ſi me conſulem ueſtrum:cuius ductu auſpicioq; priore anno bis legiones ſamnitium fudiſtis:bis caſtra ui cepiſtis.Ego ſum.M.Valerius Coruinus milites: cuius uos nobilitatẽ beneficiis erga uos nõ iniuriis ſenſiſtis:nullius ſupbæ ĩ uos legis : nullius crudelis ſenatuſconſulti auctor:ĩ oĩbus meis imperiis in me ſeuerior:quam ĩ uos.Ac ſicui gens:ſicui ſua uirtus:ſicui etiam maieſtas:ſicui honores ſubdere ſpiritus potuerunt : iis eram natus:id ſpecimen mei dederam:ea ætate conſulatum adeptus eram:ut potuerim tris & uiginti annos natus conſul patribus quoq; ferox eſſe nõ ſolum plebi.Quod meum factum dictumue cõſulis grauius: quam tribuni audiſtis? eodem tenore duos inſequentes cõſulatus geſſi:eodem hæc imperioſa dictatura geret: ut neq; ĩ hos meos & patriæ meæ milites mitior:quam in uos horreo dicere hoſtes.Ergo uos prius in me ſtrinxeritis ferrum: quam in uos ego:iſtinc clamor prius ĩcipiet atq; impetus:ſi dimicandum eſt.inducite in animũ : qđ nõ induxerunt patres auiq; ueſtri:non illi: qui ĩ ſacrum montem ſeceſſerunt:non hi qui poſtea auẽtinum inſederunt.expectate dum uobis ſingulis:ut olim Corialano matres coniugeſq; crinibus paſſis obuiæ ab urbe ueniant tum uolſcorum legiones:quia romanum habebant ducem:quieuerunt:uos romanus exercitus non deſtiteritis ĩpio bello? T. Quĩti quocũq; iſtic loco ſeu uolens:ſeu iuitus conſtitiſti:ſi dimicandum erit:tũ tu ĩ nouiſſimos te recipito:fugeris etiã honeſtius:tergũq; ciui dederis : quã pugnaueris cõtra patriam:nunc ad pacificandum bene atq; honeſte inter primos ſtabis:& colloquii huius ſalutaris ĩterpres fueris:poſtulate æqua & ferte:quãquam uel iniquis ſtandum potius:quam impias inter nos conſeramus manus.T.Quintius plenus lachrymarum ad ſuos uerſus me quoq; inquit:milites:ſiquis uſus mei eſt:meliorem pacis:quam belli habetis ducem. non enim illa modo uolſcus aut ſamnis:ſed romanus uerba fecit:ueſter cõſul:ueſter imperator milites:cuius auſpicia ꝑ uobis expetit:nolite aduerſus uos uelle experiri. Qui pugnarent uobiſcum infeſtius & alios duces ſenatus habuit:qui maxime ſuis militibus placeret:cui plurimum uos imperatori ueſtro crederetis : eum elegit.pacem etiam:qui uĩcere poſſunt:uolunt:qd uos uelle opportet? quin omiſſis ira:& ſpe fallacibus auctoribus noſipſos:noſtraq; omnia cognitæ pmittimus fidei? Approbãtibus clamore multis.T.Quintius ante ſigna ꝓgreſſus:in poteſtate dictatoris milites fore dixit:orauit ut cauſam miſeroꝝ ciuium ſuſciperet:ſuſceptamq; eadem fide:qua remp. adminiſtrare ſolitus eſſet:tueretur.ſibi ſe priuatim nihil cauere:nolle alibi:quam in innocentia ſpem habere:militibus cauendũ quod apud patres ſemel plebi iteꝝ legionibus cautum ſit:ne fraudi ſeceſſio eſſet.Quintio collaudato:cæteris bonum animum habere iuſſis:dictator equo citato ad urbẽ reuectus : auctoribus patribus tulit ad populum ĩ loco petillini:ne cui militum fraudi ſeceſſio eſſet.orauit etiam bona uenia quirites:ne quis eam rem ioco ſerioue cuiquam exprobraret. Lex quoq; ſacrata militaris lata ẽ:ne cuius militis ſcripti nomen niſi ipſo uolente deleretur:additumq; legi nequis ubi tribunus militum fuiſſet:poſtea ordinũ ductor eſſet.Id ꝓpter.P.Salonium poſtulatum eſt a coniuratis:qui alternis ꝓpe annis & tribunus militũ & primus centurio erat:quẽ nunc primipilũ appellãt.huic infenſi milites erãt:quod ſemp aduerſatus nouis conſiliis fuiſſet:& ne particepes eoꝝ eſſet:qui ab Lautulis fugiſſent.Itaq; cum hoc unũ ꝓpter Saloniũ ab ſenatu non impetraret:tum Salonius obteſtatus patres conſcriptos ne ſuum honorem pluris:quã concordiã ciuitatis æſtimarẽt:ꝓpulit ut id quoq; ferret.Aeque ĩpotens poſtulatum fuit ut de ſtipẽdio equitũ (merebant autem triplex ea tempeſtate)æra demerentur:quod aduerſati cõiurationi fuiſſent.Præter hæc inuenio apud quoſdã.L.Genutiũ tribunũ plebis tuliſſe ad populũ ne fœnerare liceret.Item aliis plebiſcitis cautũ nequis eundẽ magiſtratũ intra decẽ annos caperet:neu duos magiſtratus uno ãno gereret:utiq; liceret cõſules ambos plebeios creari:quæ ſi omnia conceſſa ſunt plebi:apparet haud paruas uires defecti onem habuiſſe.Aliis annalibus ꝓditum ẽ neq; dictatorem Valeriũ dictum:ſed per cõſulem oẽm rẽ actã: neq; antequã Romã ueniret:ſed Romæ eam multitudinem coniuratoꝝ ad arma conſternatã eſſe:nec in T.Quintii uillã:ſed in ædes.G.Manlii nocte ĩpetũ factũ: eũq; a cõiuratis cõpræhẽſum ut dux fieret:inde ad quartum lapidẽ ꝓfectos loco munito cõſediſſe:nec ab ducibus mẽtionẽ cõcordiæ ortã:ſed repẽte cũ ĩ aciem armati exercitus ꝓceſſiſſent:ſalutationẽ factã:& pmixtos dextras iũgere ac cõplecti inter ſe lachrymãtes milites cœpiſſe:coactoſq; cõſules cũ uiderẽt auerſos a dimicatione militũ aĩos: rettuliſſe ad patres de concordia reconcilianda.adeo nihil præterquam ſeditionem fuiſſe:eamq; compoſitam inter antiquos reꝝ auctores conſtat. Et huius fama ſeditionis:& ſuſceptũ cum ſamnitibus graue bellum:aliquot populos a romana ſocietate auertit:& præter latinorum infidum iandiu fœdus priuernates etiam Norbam:atque Setiam finitimas colonias romanas incurſione ſubita depopulati ſunt.

AM CONSVLES ERANT.G.PLAVTIVS SECVNDVM.L.AEMYLIVS Mamercus:cū ſetini norbanicq; Romā nūcii defectionis priuernatium cū querimoniis acceptæ cladis uenerunt.uolſcorum itē exercitum duce antiati populo conſediſſe ad Satricū allatū ē. utrūq; bellū Plautio ſorte uenit. Prius ad Priuernum ꝑfectus extēplo acie conflixit:haud magno certamine deuicti hoſtes: oppidū captū:redditūq; priuernatibus:præſidio ualido ꝑpoſito:agri partes duæ ademptæ.Inde uictor exercitus Satricū cōtra antiates ductus:ibi magna utrinq; cæde atrox prælīū fuit:& cū tēpeſtas eos neutro īclinata ſpe dimicātes diremiſſet:romani nihil eo certamine tā ambiguo feſſi ī poſteꝝ diē prælium parāt. Volſcis recenſentibus quos uiros ī acie amiſiſſent: haudquaquā idem animus ad iterandū periculū fuit: nocte ꝑ uictis Antiū agmine trepido ſauciis ac parte impedimētoꝝ relicta abierunt.Armoꝝ magna uis tū iter cæſa corpora hoſtiū:tum caſtris inuenta ē:ea Luæ matri dare ſe cōſul dixit:fineſq; hoſtium uſq; ad orā maritimā ē depopulatus.Alteri cōſuli Aemylio ingreſſo ad ſabellum agrū nō caſtra ſānitium:nō legiones uſquā oppoſitæ:ferro igniq; uaſtātem agros legati ſānitium pacē orantes adeunt:a quo reiecti ad ſenatum poteſtate facta dicēdi:poſitis ferocibus animis:pacē ſibi ab romanis belliq; ius aduerſus ſidicinos petierunt:quæ ſe eo iuſtius petere qđ ī amicitiam populi romani ſecundis ſuis rebus:nō aduerſus ut campani ueniſſent:& aduerſus ſidicinos ſumerēt arma ſuos ſemꝑ hoſtes:populi romani nunquā amicos: qui nec ut ſānites ī pace amicitiā:nec ut cāpani auxiliū in bello petiſſent:nec ī fide populi romani:nec in ditione eſſent.Cū depoſtulatis ſānitium.T.Aemylius prætor ſenatum cōſuluiſſet:reddendūq; his fœdus patres cenſuiſſent:prætor ſānitibus reſpondit.Nec quo minus ꝑpetua amicitia eſſet ꝑ populū romanū ſtetiſſe:nec cōtradici quin quoniā ipſos belli culpa ſua cōtracti tedium cœperit:amicitia deintegro reconcilieť.Quod ad ſidicinos attinet:nihil ītercedi quo minus ſamniti populo pacis belliq; libeꝝ arbitriū ſit. Fœdere ićto:cū domū reuertiſſent:extēplo inde exercitus romanus ductus annuo ſtipēdio & trium mēſium fruméto accepto:quod pepigerat cōſul:ut tēpus īduciis daret:quoad legati rediſſēt.Samnites copiis iiſdem:quibus uſi aduerſus romanū bellū fuerāt:cōtra ſidicinos ꝑfecti haud ī dubia ſpe erāt maturæ hoſtium urbis potiundæ.Tum ab ſidicinis deditio prius ad romanos cœpta fieri eſt:deinde poſteaquā prēs ut ſeram eam ultimaq; tandem neceſſitate expreſſam aſpernabātur:ad latiuos iā ſua ſponte ī arma motos facta eſt.nec cāpani quidem adeo iniuriæ ſamnitiū:quam beneficii romanoꝝ memoria præſentior erat: his ſe armis abſtinuere.Ex his tot populis ingēs exercitus duce latino fines ſamnitiū īgreſſus plus populationibus:quā prælīis cladiū fecit.& quāquā ſuperiores certaminibus latini erāt:haud inuiti:ne ſæpius dimicādum foret:agro hoſtium exceſſere.Id ſpatium ſamnitibus datū eſt Romā legatos mittēdi: qui cum adiſſent ſenatum:cōqueſti eadem ſe fœderatos pati:quæ hoſtes eſſent paſſi:precibus infimis petiere:ut ſātis ducerēt romani uictoriā:quā ſamnitibus ex campano ſidicinoq; hoſte eripuiſſent:ne uinci etiam ſe ab ignauiſſimis populis ſinerent.latinos cāpanoſq;:ſi ſub ditione populi romani eſſent:ꝑ imperio arcerent ſamniti agro:ſin imperiū abnuerēt: armis coercerēt.Aduerſus hæc reſpōſum anceps datū:quia fateri pigebat ī poteſtate ſua latinos iā nō eſſe:timebātq; ne arguēdo abalienarēt.Cāpanoꝝ aliā cōdicionē eē:qui nō fœdere:ſed ꝑ deditionē in fidē ueniſſent:itaq; campanos ſeu uelint:ſeu nolint quieturos:ī fœdere latino nihil eſſe:quod bellare: cum quibus ipſi uelint:ꝑhibeanť.Quod reſpōſum ſicut dubios ſamnites:quidnā factuꝝ romanū cēſerēt:dimiſit:ita cāpanos metu abalienauit:latinos uelut nihil iā nō cōcedētibus romanis ferociores fecit.Ita ꝑ ſpeciem aduerſus ſamnites belli parandi crebra cōcilia īdicētes:oībus cōſultationibus ītер ſe prīcipes occulte romanū coquebāt bellū:huic quoq; aduerſus ſeruatores ſuos bello cāpanus aderat.Sed quāquā oīa de induſtria celabanť:priuſq;:quā mouerenť romani:tolli ab tergo ſamnitē hoſtē uolebant:tamē ꝑ quoſdam priuatis hoſpiciis neceſſitudinibuſq; coniunctos indicia cōiurationis eius Romā emanarūt:iuſſiſq; ante tēpus cōſulibus abdicare ſe magiſtratu:quo maturius noui cōſules aduerſus tā tam molē belli crearenť.Religio inceſſit ab eis:quoꝝ īminutum imperiū eſſet: comitia haberi:itaq; ītер regnū initum:duo interreges fuerūt.M.Valerius.M.Fabius creauere cōſules.T.Mālium Torquatum tertium.P.Decium Murem.Eo anno Alexandrū Epiri regem in Italiā claſſe appuliſſe cōſtat. quod bellū: ſi prima ſatis ꝑſpera fuiſſent:haud dubie ad romanos pueniſſet.Eadem ætas reꝝ magni Alexandri eſt: quē ſorore huius ortū ī alio tractu orbis inuictum bellis iuuenem fortuna morbo extinxit.Cæteꝝ romani: &ſi defectio ſociorum nominiſq; latini haud dubia erat:tamen tanquā de ſamnitibus non de ſe curā agerent:decem principes latinorum Romam euocauerunt:quibus imperarent:quæ uellent. Prætores tum duos latini habebāt.L.Annium Setinum:&.L.Numitium Cercīēſem ambo ex coloniis romanis:ꝑ quos præter Signiam: Velitraſque: & ipſas colonias romanas uolſci etiam exciti ad arma erant: eos nominatim euocari placuit. Haud cuiquam dubium erat: ſuper qua re accirentur: itaque concilio prius habito: prætores quam Romam proficiſcerentur: euocatos ſe ab ſenatu docent romano: & quæ actum iri ſecum credant: quidnam ad ea reſponderi placeat: referunt. Cum aliud alii cenſerent: tum Annius: quanquam ipſe ego rettuli:quid reſpōderi placeret:tamen magis ad ſummam rerum

nostrarum pertinere arbitror: quid agendum nobis: quam quid loquandum sit: facile erit explicatis cō-
siliis accōmodare rebus uerba: Nā si etiā nūc sub umbra fœderis æqui seruitutē pati possumus: qd abest:
quin ꝓditis sidicinis nō romanoꝝ solum: sed samnitiū quoq; dicto ꝑeamus? reſpōdeamusq; romanis nos:
ubi innuerint: posituros arma? Sin autem tandē libertatis desiderium mordet aīos: si fœdus ē: si societas
æquatio iuris ē: si cōsanguineos nos romanoꝝ esse: qđ olim pudebat: nunc gloriari licet: si socialis ullus
exercitus iis ē: quo adiuncto duplicēt uires suas: quē secernere cōsules ab se bellis, ꝓriis sumēdis ponēdis-
que nolint: cur nō oīa æquant? cur non alter a latinis cōsul dat? ubi pars uiriū: ibi & īperii pars ē. Est qui-
dē nobis hoc p se haud nimis amplū: quippe cōcedētibus Romā caput Latio eē: sed ut amplū uideri pos-
set: diuturna patientia fecimus. At siquādo unquā cōsociēdi īperii usurpādæ libertatis tempus optatis: en
hoc tēpus adest & uirtute uestra: & benignitate deū uobis datū. Tentatis patiētiam negando militē: quis
dubitat exarsisse eos: cū plus ducētoꝝ annoꝝ morem soluerimus? ꝓtulerunt tamē hūc dolorem. bellum
nostro noīe cū pelignis gessimus: qui ne nostroꝝ quidē finiū p nos tuendoꝝ ius antea dabāt: nihil inter-
cesserunt. Sidicinos ī fidem receptos: cāpanos ad nos ab se descisse: exercitus nos parare aduersus samnites
fœderatos suos audierūt: nec mouerūt se ab urbe. unde hæc illis tāta modestia: nisi cōscientia uiriū & no-
straꝝ & suaꝝ? Idoneos auctores habeo querētibus de nobis samnitibus ita reſponsum ab senatu romano
esse: ut facile appareret: ne ipsos quidē iam postulare ut Latium sub romano īperio sit, usurpate modo po
stulādo: & quod illi uobis taciti cōcedūt. Siquē hoc metus dicere ꝓhibet: en ipse audiēte nō populo roma
no modo senatuq;: sed loue ipso: qui capitoliū incolit: ꝓfiteor me dictuꝝ: ut si nos ī fœdere ac societate
esse uelint: cōsulem alterꝝ ab nobis senatusq; ꝑtem accipiāt. Hæc ferociter nō suadēti solum: sed pollicēti
clamore & assensu oēs ꝓmiserūt ut ageret: diceretq; quæ e repu. nominis latini fideq; sua uiderent. Vbi ē
Romā uentū: in capitolio ei senatus datus ē: ibi cū. T. Mālius cōsul egisset cum eis ex auctoritate patꝝ: ne
sānitibus fœderatis bellum īferrēt. Annius tanquā uictor armis capitoliū cepisset: nō legatus iure gentiū
loquereť: tempus erat: iquit: T. Māli: uosq; prēs cōscripti tandē iam uos nobiscum nihil ꝓ īperio agere: cū
florētissimum deū benignitate nunc Latiū armis uirisq; samnitibus bello uictis sidicinis cāpanisq; sociis:
nūc etiā uolscis adiunctis uideretis: colonias quoq; uestras latinū romano ꝑtulisse īperiū: sed quoniā uos:
regno impotēti finē ut īponatis: non inducitis ī animum: nos quāquā armis possumus asserere Latium ī
libertatē: cōsāguinitati tamē hoc dabimus: ut cōditiones pacis feramus æquas utrisq;: quoniā uires quoq;
æquari diis immortalibus placuit: cōsulē alterꝝ Roma: alterꝝ ex Latio creari oportet: senatus ꝑtem æquā
ex utraq; ꝑte esse: unum populū: unam rem. pu. fieri: & ut imperii eadē sedes sit: idēq; oībus nomen: quoni
am ab alterutraq; ꝑte cōcedi necesse ē: quod utrisq;: bene uertat: sit hæc sane patria potior: & romani oēs
uocemur. Forte ita accidit: ut parē ferociæ huius & romani cōsulem. T. Mālium haberēt: qui adeo nō te-
nuit irā: ut si tanta demētia patres cōscriptos cœpisset: ut ab setino hoīe leges acciperēt: gladio cinctū ī se-
natum se esse uentuꝝ palam diceret: & quēcunq; ī curia latinum uidisset: sua manu īterēptuꝝ. & cōuer-
sus ad simulacrū Iouis audi Iupiter hæc ſcelera: īquit: audite ius fasq;: peregrinos cōsules: & peregrinū sena
tum in tuo Iupiter augurato tēplo captus: atq; ipse oppressus uisurus es? hæccine fœdera Tullus romanus
rex cum albanis patribus uestris latini? hæc. L. Tarquinius uobiscū postea fœdera fecit? Nō uenit in men-
tem pugna apud regillū lacum? adeo & cladium uestraꝝ ueteꝝ & beneficiorum nostroꝝ erga uos obliti
estis? Cum cōsulis uocē subsecuta patrum īdignatio esset: ꝓditur memoriæ aduersus crebram īploratio-
nem deū: quos testes fœderꝝ sæpius inuocabant cōsules: uocē annii ſpernentis numina Iouis romani audi
tam. certe cū cōmotus ira se ab uestibulo templi citato gradu ꝓriperet: lapsus per gradus capite grauiter
offenso impactus imo ita ē saxo ut sopireť. exanimatum auctores quoniā non oēs sunt: mihi quoq; in in-
certo relictum sit: sicut inter fœderꝝ ruptoꝝ testationem ingenti fragore cæli procellam effusam: nam &
uera esse: & apte ad repræsentendam irā deum ficta possunt. Torquatus missus ab senatu ad dimittendos
legatos: cum iacentē Annium uidisset: exclamat: ita ut populo patribusq; audita uox pariter sit: bene ha-
bet: dii pium mouete bellum: est cæleste numen: es magne Iupiter: haud frustra te patrem deum hoīumq;
hac sede sacrauimus. Quid cessatis quirites: uosq; patres cōsulti arma capere diis ducibus? sic stratas legio
nes latinorum dabo: quemadmodum legatum iacentem uideris. Assensu populi excepta uox consulis tā-
tum ardoris animis fecit: ut legatos ꝓficiscētes cura magistratuum magis: qui iussu consulis ꝓsequeban-
tur: quam ius gentium ab ira impetuque hominum tegeret. Consensit & senatus bellum: consuleſq; duo-
bus scriptis exercitibus per marsos: pelignosq; profecti: adiuncto samnitium exercitu: ad Capuam: quo
iam latini sociiq; conuenerant: castra locant. Ibi inquiete utriq; consuli eadem dicitur uisa species uiri ma
ioris quā humano habitu augustioriq; dicētis: ex una acie īperatorem: ex altera exercitum diis manibus
matriq; Terræ deberi: utrius exercitus īperator legiones hostiū supq; eas se deuouisset: eius populi ꝑtisq;
uictoriā fore. Hos ubi nocturnos uisus iter se cōsules cōtulerūt: placuit ad aueruncādā deū irā uictimas
cædi: simul ut si ex eis eadē: quæ sōno uisa fuerāt: portēderēť: alteruter cōsulū fata īpleret. Vbi reſpōsa aru
spicum insidenti iam aīo tacitæ religioni cōgruerūt: tum adhibitis legatis tribunisq;: & imperiis deum ꝓ-
palam expositis: ne mors uoluntāria cōsulis exercitum in acie terreret: cōparant inter se: ut ab utra parte
cedere romanus exercitus cœpisset: inde se cōsul deuoueret pro populo romano quiritibusq;. Agitatum
etiā in cōcilio ē: ut si quando unquā seuero ullum īperio bellum administratum esset: tunc uti disciplina

militaris ad priſcos redigeret mores. Curam acuebat: quod aduerſus latinos bellandum erat: lingua mo-
ribus armorum genere: inſtitutis ante oĩa militaribus cõgruẽtes milites militibus centurionibus cẽturi-
ones: tribuni tribunis compares collegæq; iiſdem præſidiis ſæpe iiſdem manipulis ꝑmixti fuerãt. Per hæc
nequo errore milites caperent: edicunt cõſules nequis extra ordinem in hoſtem pugnaret. Forte inter cæ
teros turmaꝝ præfectos: qui exploratũ in omnes partes dimiſſi erant. T. Manlius cõſulis filius ſup caſtra
hoſtium cum ſuis turmalibus euaſit: ut uix teli iactu ab ſtatione ꝓxima abeſſet: ibi tuſculani erãt equites:
præerat Genutius Metius uir tum genere inter ſuos: tum factis clarus. Is: ubi romanos equites inſignemq;
inter eos præcedentem cõſulis filium: nam omnes inter ſe utiq; illuſtres uiri nouerant: cognouit: una ne:
ait: turma romani cum latinis ſociiſq; bellum geſturi eſtis? quid interea cõſules: quid duo exercitus conſu
lares agent? Aderunt & tẽpore Mãlius: inquit: & cũ illis aderit Iupiter ipſe fœderum a uobis uiolatoꝝ te-
ſtis: qui plus põt polletq; Si ad regillum lacum ad ſatietatem ueſtram pugnauimus: hic quoq; efficiemus
profecto: ne nimis acies uobis: & collata ſigna nobiſcum cordi ſint. Ad ea Genutius paululũ ab ſuis equo
ꝓuectus uis ne igitur: dum dies iſta uenit: qua magno conatu exercitus moueatis: interea tu ipſe congredi
mecum: ut noſtro duoꝝ iam hinc euentu cernatur quãtum eques latinus romano præſtet? Mouet ferocẽ
animũ iuuenis ſeu ira: ſeu detrectãdi certaminis pudor: ſeu inexperabilis uis fati: oblitus itaq; ĩperii patrii
conſulũq; edicti præceps ad id certamen agit: quo uinceret an uinceret: haud multum intereſſet. Equiti-
bus cæteris uelut ad ſpectaculum ſummotis ſpatio: quod uacui interiacebat campi: aduerſos concitant
equos: & cum infeſtis cuſpidibus concurriſſent: Manlii cuſpis ſuper galleam hoſtis Metii trans ceruicem
equi elapſa ẽ. Circunactis deinde equis: cum prior ad iterandum ictum Manlius conſurrexiſſet: ſpiculum
inter aures equi fixit: ad cuius uulneris ſenſum cum equus prioribus pedibus erectis magna ui caput qua
teret: excuſſit equitem: quem cuſpide parmaq; innixum attollẽtem ſe a graui caſu: Mãlius a iugulo ita: ut
ꝓ coſtas ferrum emineret: terræ affixit: ſpoliiſq; lectis ad ſuos reuectus cũ ouante gaudio turma in caſtra:
atq; deinde ad prætoriũ ad patrem tẽdit ignarus fati futuri: quæ laus an pœna merita eſſet. Vt me omnes:
ĩquit: pater: tuo ſãguine ortũ uere ferrẽt: ꝓuocatus equeſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo porto. Quod
ubi audiuit cõſul: extemplo filiũ auerſatus cõcioné claſſico aduocari iuſſit: quæ ubi frequẽs cõuenit: quã-
doquidẽ: inquit: tu. T. Mãli: neq; imperium cõſulare: neq; maieſtaté patriã ueritus aduerſus edictum no-
ſtrum extra ordinem in hoſte pugnaſti: & quantũ ĩ te fuit: diſciplinam militaré: qua ſtetit ad hanc diem ro
mana res: ſoluiſti: meq; in eam neceſſitatem adduxiſti: ut aut reip. mihi: aut mei meorũq; obliuiſcendũ ſit:
nos potius noſtro debito plectemur: quã res pu. tanto ſuo damno noſtra peccata luat. triſte exemplũ: ſed ĩ
poſteꝝ ſalubre iuuẽtuti erimus. Me quidẽ cũ ĩgenita caritas libeꝝ: tum ſpecimen iſtud uirtutis deceptũ
una imagine decoris in te mouet: ſed cũ aut morte tua ſanctiẽda ſint conſulum ĩperia: aut ĩpunitate ĩ per
petuum abroganda: nec te quidem: ſiquid ĩ te noſtri ſanguinis ẽ: recuſare cenſeam: quin diſciplinã milita-
rem culpa tua ꝓlapſam pœna reſtituas. Lictor deliga ad palum. Exanimati omnes tam atroci ĩperio: nec
alietr: quam in ſe quiſq; diſtrictam cernentes ſecurim metu magis: quam modeſtia quieuere. Itaque ue-
lut emerſo ab admiratione animo cum ſilentio defixi ſtetiſſent: repente poſteaquam ceruice cæſa fuſus ẽ
cruor tum libero conqueſtu coortæ uoces ſunt: ut neq; lamentis: neq; execrationibus parceretur: ſpoliiſq;
contectum iuuenis corpus: quantum militaribus ſtudiis funus ullum cõcelebrari põt: ſtructo extra uallũ
rogo concremaret. Manliana imperia non in præſentia modo horrenda: ſed exempli etiam triſtis in poſte
rum eſſent: fecit tamen atrocitas pœnæ obediẽtem duci militem: præterquam quod uigiliæ cuſtodiæq;
& ordo ſtationum intentioris ubiq; curæ erãt: & in ultimo etiam certamine: cum deſcenſum in aciem ẽ:
ea ſeueritas ꝓfuit. fuit enim ciuili maxime bello pugna ſimilis: adeo nihil apud latinos diſſonũ ab roma-
na re. pu. præter animos erat: Clypeis antea romanis uſi ſunt: deinde poſteaquam ſtipendiarii facti ſcuta ꝓ
clypeis fecere: & quod antea phalanges ſimiles macedonicis: hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit
eſſe: poſtremo ĩ plures ordines iſtruebantur. Ordo enĩ ſexagenos milites: duos centuriones uexillarium
unum habebat. Prima acies haſtati erant: manipuli quindecim diſtãtes inter ſe modicum ſpatium. mani-
pulus leuis uicenos milites: aliam turbam ſcutatorum habebat. leues autem: qui haſtam tantum geſſaque
gererent: uocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat. Ro-
buſtior inde ætas totidem manipulorum quibus principatibus ẽ nomen: hos ſequebãtur ſcutati omnes
inſignis maxime armis: hoc. xxx. manipulorum agmen antepilanos appellabant: quia ſub ſignis iam alii
quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat: earum unamquanque
primum pilum uocabant: tribus ex uexillis conſtabat: uexillum. clxxxiii. homines erant. Primum uexillũ
triarios ducebat ueteranum militem ſpectatæ uirtutis: ſecundum rorarios minus roboris ætate factiſque:
tertium accenſos minimæ fiduciæ manum: eo & in poſtremam aciem reiiciebant. Vbi his ordinibus ex-
ercitus inſtructus eſſet: haſtati omnium primi pugnam ĩibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent:
pede preſſo eos retro cedentes in interualla ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat:
haſtati ſequebant. triarii ſub uexillis conſidebant: ſiniſtro crure porrecto: ſcuta ĩnixa humeris: haſtas ſub
erecta cuſpide in terra fixas: haud ſecus: quã uallo ſcepta inhorreret acies: tenentes. Si apud principes quo-
que haud ſatis proſpere eſſet pugnatum: a prima acie ad triarios ſenſim referebantur. inde rem ad triarios
rediſſe: cum laboratur: ꝓuerbio increbruit. Triarii conſurgentes ubi in interualla ordinũ ſuoꝝ principes

& haſtatos recepiſſent:extemplo cõpreſſis ordinibus uelut claudebant uias:unoq; cõtinente agmine iam nulla ſpe poſt relicta in hoſtem incidebant.Id erat formidoſiſſimum hoſti:cũ uelut uictos inſecuti nouã repẽte aciem exurgẽtem auctam numero cernebant.Scribebantur hæ quattuor fere legiones quiniſmilli bus peditũ:equitibus ĩ ſingulas legiones trecentis:alteꝝ tantũ ex latino delectu adiiciebaẽ:q ea tẽpeſtate hoſtes erant romanis:eodẽq; ordine iſtruxerant aciẽ.Tũ nec uexilla cũ uexillis tantum: uniuerſi haſtati cum haſtatis:principes cũ principibus:ſed centurio quoque cũ centurione ſi ordines turbati nõ eſſent:cõ currendũ ſibi eſſe ſciebat.Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant:romanus corpore haud quaquã ſatis ualidus:cæteꝝ ſtrenuus uir perituſque militiæ:latinus uiribus ingens bellatorque primus:notiſ ſimi inter ſe:quia ſemp pares ordines duxerũt.Romano haud ſatis fidenti uiribus iam Romæ pmiſſum erat ab cõſulibus:ut ſubcenturionẽ ſibi:quem uellet:legeret:qui tutaretur eũ ab uno deſtinato hoſte:iſq; iuuenis in acie oblatus ex centurione latino uictoriã tulit.Pugnatũ eſt haud procul a radicibus ueſuuii montis:qua uia ad Veſerim ferebat.Romani conſules:priuſquam educerẽt in aciem:ĩmmolauerunt.Decio caput iocinoris a familiari parte cæſum aruſpex dicitur oſtendiſſe: alioquin acceptam diis hoſtiã eẽ: Mãlium egregie litaſſe.Atqui bene habet:inquit decius:ſi a collega litatum ẽ. Inſtructis:ſicut ante dictũ eſt:ordinibus ꝓceſſere in aciẽ:Manlius dextero:Decius leuo cornu præerat. Primo utrinque æquis uiribus eodem ardore animorum gerebatur res:deinde ab leuo cornu haſtati romani nõ ferentes impreſſionem latinoꝝ ſe ad principes recepere.In hac trepidatione Decius cõſul.M.Valerium magna uoce inclamat:Deoꝝ:inquit:ope Valeri opus eſt:agedum pontifex publicus populi romani præi uerba:quibus me pro legionibus deuoueam.Pontifex eum togam prætextam ſumere iuſſit:& uelato capite manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubiectũ pedibus ſtantem ſic dicere:Iane:Iupiter:Mars pater Quirine:Bellona:Lares:diui nouenſiles: dii indigetes:diui quoꝝ eſt poteſtas noſtroꝝ hoſtiumq;:diiq; manes uos precor:ueneror:ueniam peto feroq;:uti populo romano quiritium uim uictoriamque ꝓſperetis: hoſteſq; populi romani quiritium terrore formidine morteq; afficiatis.Sicut uerbis nuncupaui: ita ꝓ rep. quiritiũ exercitu legionibus auxiliis populi romani quiritiũ:legiones auxiliaq; hoſtium mecum diis manibus deuoueo. Hæc ita pcatus lictores ire ad.T.Manliũ iubet:maturæq; collegæ ſe deuotum pro exercitu nunciare. ipſe incinctus cinctu gabino armatus in equum inſiluit: ac ſe in medios hoſtes immiſit. Conſpectus ab utraque acie aliquanto auguſtior humano uiſu ſicut cælo miſſus: piaculum omnis deorum iræ: qui peſtem ab ſuis auerſam in hoſtes ferret. Ita omnis terror pauorque cum illo latus: ſigna primo latinorum turbauit:deinde in totã penitus aciem ꝓuaſit.Euidentiſſimum id fuit:quod quacunq; equo inuectus ẽ:ibi haud ſecus:quã peſtifero ſydere icti pauebãt. Vbi uero corruit obrutus telis:inde iam haud dubie cõſternatæ cohortes latinoꝝ fugam ac uaſtitatem late fecerunt.Simul & romani:exolutis religione animis:uelut tum primum ſigno dato coorti pugnã integram ediderunt:nam & rorarii ꝓcurrebãt ĩter antepilanos:addiderãtq; uires haſtatis ac principibus:& triarii genu dextero innixi nutum conſulis ad cõſurgẽdum expectabãt;ꝓcedẽte deinde certamine cum aliis ptibus multitudo ſupererat latinoꝝ. Manlius conſul:audito euentu collegæ:cum ut ius faſq; erat:lachrymis nõ minus:quã laudibus ꝓſecutus tam memorabilẽ morteꝫ eſſet:pauliſper addubitauit:an cõſurgendi triariis tempus eſſet:deinde melius ratus ĩtegros eos ad ultimũ diſcrimen ſeruari:accenſos a nouiſſima acie ante ſigna procedere iubet.Qui ubi ſubiere: extẽplo latini tanquã idem aduerſarii feciſſent:triarios ſuos excitauerunt:qui aliquãdiu pugna atroci cum & ſemetipſi fatigaſſent:& haſtas aut præfregiſſẽt aut hebetaſſẽt:pellerẽt ui tamen hoſtẽ: debellatum iam rati puentũq; ad extremã aciem:tum cõſul triariis cõſurgite nunc:inquit:integri aduerſus feſſos:memores patriæ parentumq; & cõiugum ac liberoꝝ:memores conſulis ꝓ ueſtra uictoria morte occubantis. Vbi triarii conſurrexerunt ĩtegri refulgentibus armis:noua ex improuiſo orta acies receptis in interualla ordinum antepilanis:clamore ſublato:principia latinoꝝ perturbãt:haſtatiſq; ora fodiẽtes:primo robore uiroꝝ cæſo ꝓ alios manipulos uelut inermes ꝓpe intacti euaſere:tantaq; cæde prupere cuneos:ut uix quartam ptem relinquerent hoſtium.ſamnites quoq; ſub radicibus montis ꝓcul inſtructi præbuere terroré latinis.Cæteꝝ inter omne ciues ſocioſq; pcipua eius laus belli penes conſules fuit:quorum alter oẽs minas periculaq; ab deis ſuperis inferiſq; in ſe unum uertit:alter ea uirtute:eoq; concilio in prælio fuit:ut facile cõuenerit ĩter romanos latinoſq;:qui eius pugnæ memoriã poſteris tradiderũt:utrius ptis.T.Manlius dux fuiſſet:eius futurã haud dubie fuiſſe uictoriã.Latini ex fuga ſe Minturnas contulerunt.Caſtra ſecundum ꝓlium capta:multiq; mortales:ibi uiui oppreſſi maxime campani. Decii corpus ne eo die inuenireẽ:nox quærẽtes oppreſſit:poſtero die inuentum ĩter maximã hoſtiũ ſtragẽ coopertum telis:funuſq; compar morti celebrante collega factum.Illud adiiciendum uideẽ licere cõſuli dictatorique & prætori cum legiones hoſtium deuoueat:nõ utiq; ſe:ſed quẽ uelit ex legione romana ſcriptum ciuem: deuouere:ſi is homo:qui deuotus eſt:moritur ꝓbe factum uideri:ni moriẽ:tum ſignũ ſeptem pedes altũ aut maius in terram defodi:& piaculum hoſtia cædi:ubi illud ſignum deſoſſum erit:eo magiſtratum romanum deſcendere fas nõ ẽ.Sin autem ſeſe deuouere uolet ſicuti Decius deuouit:ni moriẽ:neq; ſuũ:neq; publicum diuinum pure faciet.Qui ſeſe deuouerit:Vulcano arma ſiue cui alii diuo uouere uolet:ſiue hoſtia:ſiue quo alio uolet:ius eſto.Telo ſup qđ ſtans conſul precatus ẽ:hoſtem potiri fas nõ ẽ: ſi potiaẽ Marti ſuo luet auribus piaculum fieri.Hæc & ſi omnis diuini humaniq; moris memoria aboleuit:noua pere-

grinaq; oĩa priſcis ac patriis præferendo:haud ab re duxi uerbis quoq; ipſis:ut tradita nuncupataq; ſunt: referre.Romanis poſt prælium demum factum ſamnites ueniſſe ſubſidio expectato euentu pugnæ apud quoſdam auctores inuenio.Latinis quoq; ab Lauinio auxilium dum deliberando terunt tempus uictis demum ferri cœptum.& cum iam portis prima ſigna:& pars agminis eſſet egreſſa:nuncio allato de clade latinoꝝ cũ cõuerſis ſignis retro in urbem rediret:prætorem eoꝝ nomine Milionium dixiſſe ferunt:pro paulula uia magnã mercedem romanis eẽ ſoluẽdam.Qui latinoꝝ pugnæ ſuperfuerant multis itineribus diſſipati:cum ſe in unum cõglobaſſent:Veſcia urbs eis receptaculũ fuit.Ibi in conciliis Numitius imperator eoꝝ affirmando cõmunem fore martem belli:utrãq; aciem pari cæde ꝓſtrauiſſe:uictoriæq; nomen tantum penes romanos eſſe; & cæteram ꝓ uictis fortunam illos gerere.Funeſta duo conſulum prætoria alteꝝ parricidio filii:alterum cõſulis deuoti cæde.trucidatum exercitum omné: cæſos haſtatos pricipeſque ſtragem & ante ſigna & poſt ſigna factam.triarios poſtremo rem reſtituiſſe.Latinoꝝ & ſi pariter acciſæ copiæ ſint:tamen ſuppleméto uel Latium ꝓpius eſſe uel Volſcos: quã Romã.Itaque ſi uideaẽ eis ſe ex latinis & ex uolſcis populis iuuentute ꝓpere excita:reditu; ĩfeſto exercitu Capuam eſſe: romanoſque nihil tum minus:quã prælium expectantes nec opinato aduentu ꝓculſuꝝ.Fallacibus litteris circa Latiũ nomenque Volſcum miſſis:quia:qui nõ interfuerunt pugnæ:ad credendum temere faciliores erant: tumultuarius undique exercitus raptim conſcriptus conuenit.Huic agmini Torquatus conſul ad Trifanũ (inter Sinueſſam Minturnaſq; is locus é)occurrit priuſquã caſtris locus capereẽ:ſarcinis utrinque ĩ aceruum cõiectis:pugnatũ debellatumque é:adeo eni acciſæ res ſunt:ut cõſuli uictoré exercitum ad populãdos agros eoꝝ ducenti dederẽt ſe omnes latini:deditionéque eã cãpani ſequereẽ.Latium Capuaque agro mulctati:latinus ager priuernati addito agro:& falernus:qui populi cãpani fuerat:uſque ad Vulturnum flumen plebi romanæ diuiduneẽ:bina in Latio iugera ita ut dodranté ex priuernati cõplerẽt data: terna ĩ Falerno quadrantibus etiã ꝓ longĩquitate adiectis.Extra pœnam fuere latinorum.laurentes capanorũq; equites:quia non deſciuerant. Cum laurentibus renouari fœdus iuſſum: renouaturq; ex eo quot annis poſt dié decimũ latinaꝝ.Equitibus cãpanis ciuitas data:monumẽtũq; ut eſſet:æneã tabulã in æde Caſtoris Romæ fixerũt:uectigal quoq; eis campanus populus iuſſus pẽdere in ſingulos quot ãnos.fuere autem mille & ſexcẽti denarii nũmi quadrageni quini.Ita bello geſto:pecuniis pœnaq; ꝓ cuiuſq; merito ꝓſolutis:T.Manlius Romã rediit:cui ueniẽti ſeniores tantũ obuiã exiſſe cõſtat:iuuẽtutem & tunc & omni uita deinde auerſatã eum execratãq;.Antiates ĩ agrum hoſtiẽſem ardeaté ſolonium incurſiones fecerunt.Mãlius conſul:quia ipſe ꝓ ualitudiné id bellum exequi nequierat:dictatoré.L.Papyriũ Craſſum:qui tũ forte erat prætor:dixit:ab eo magiſter equitum.L.Papyrius Curſor dictus.Nihil memorabile aduerſus antiates ab dictatore geſtũ eſt:cum aliquot menſes ſtatiua in agro antiatẽ habuiſſet.Anno inſigni uictoria de tot acta potentibus populis:ad hoc cõſulum alterius nobili morte:alterius ſicut truci ita claro ad memoriã imperio ſucceſſere cõſules.T.Aemylius Mamercus:&.P.philo:neq; ĩ ſimilé materiam reꝝ: & ipſi aut ſuaꝝ reꝝ:aut ꝓtium ĩ rep. magis:quã patriæ memores:latinos ob iram agri amiſſi rebellãtes ĩ cãpis fenectanis fuderunt:caſtriſq; exuerũt.Ibi publio:cuius ductu auſpicioq; res geſtæ erãt:in deditioné accipiente latinos populos:quoꝝ ibi iuuentus cæſa erat:Aemylius ad pedum exercitum duxit.Pedanos tuebaẽ Tybius prænestinus ueliternuſq; populus:uenerãt & ab Lanuuio Antioq; auxilia.Vbi cũ præliis quidem ſuperior romanus eſſet ad urbem ipſam Pedum:caſtraq; ſocioꝝ populoꝝ:quæ urbi adiuncta erant:dũ integer labor reſtaret:bello ĩfecto repente omiſſo:cõſul quia collegæ decretum triumphũ audiuit:ipſe quoque triumphi ante uictoriã flagitator Romã rediit.Qua cupiditate offenſis patribus negantibuſq; niſi Pedo capto:aut dedito triumphũ.hinc alienatus ab ſenatu Aemylius ſeditioſum ſimilé tribunatibus: deinde conſulatum geſſit:Nã neq;:quoad fuit cõſul:criminari apud populũ patres deſtitit: collega haudquaquã aduerſante:quia & ipſe de plebe erat:materiã auteé præbebat criminibus ager in latino falernoq; agro maligne plebi diuiſus:& poſteaquã ſenatus finire ĩperium cõſulibus cupiẽs dictatorem aduerſus rebellãtes latinos dici iuſſit:Aemylius:cuius tum faſces erant:collegam dictatoré dixit:ab eo magiſter equitum Iunius Brutus dictus.Dictatura popularis & orationibus ĩ patres criminoſis fuit:& quod tres leges ſecundiſſimas plebi aduerſas nobilitati tulit:unã ut plebiſcita oẽs quirites tenerẽt:alterã ut legum:quæ comitiis cẽturiatis ferreneẽ:ante initum ſuffragium patres auctores fierẽt:tertiam ut alter utiq; ex plebe cũ eo uentũ ſit.ut utrunq; plebeiũ fieri liceret:cenſor creareẽ.Plus eo anno domi acceptũ cladis a cõſulibus ac dictatore:quã ex uictoria eoꝝ belliciſq; rebus foris auctum ĩperium patres credebãt.Anno inſequẽti.L. Furio Camillo:G.Menio cõſulibus:quo inſignitius omiſſa res Aemylio ſuperioris anni cõſuli exprobrareẽ:Pedũ armis uiribuſq; & omni ui expugnãdum ac delendũ ſenatus fremit:coactiq; noui cõſules oĩbus eã ré ꝓuerti ꝓficiſcũt.Iã Latio is ſtatus erat reꝝ:ut neq; bellũ:neq; pacé pati poſſẽt. ad bellũ opes deerãt: pacé ob agri adépti doloré aſpnabaneẽ:mediis cõſiliis ſtãdũ uidebaẽ ut oppidis ſe tenerẽt:ne laceſſitus romanus cãm belli haberet:& ſi cuius oppidi obſidio nũciata eẽt:undiq; ex oĩbus populis auxiliũ obſeſſis ferreeẽ.Neq; tamé niſi admodũ a paucis populis pedani adiuti ſunt:tyburtes ꝓneſtiniq;:quoꝝ ager ꝓpior erat:Pedum peruenere.Aricinos:lanuuinoſq;:& ueliternos antiatibus uolſcis ſe coniungentes ad Saturæ flumen Menius improuiſo adortus fudit.Camillus ad Pedum cum tyburtibus maxime ualido exercitu maiore mole quanquam æque ꝓſpero euentu pugnat.Tumultũ maxime repentina inter præliũ eruptio

oppidanoꝝ fecit:in quos parte exercitus conuersa Camillus non compulit solum eos intra moenia; sed eodem etiam die cum ipsos auxiliaque eorum perculisset: oppidum scalis cepit. Placuit inde iam maiore conatu aiocꝫ ab unius expugnatione urbis ad ꝑdomandum Latium uictorem circūducere exercitum. nec quieuere antequā expugnando aut in deditionem accipiēdo singulas urbes Latium omne subegere. Præsidiis inde dispositis ꝑ recepta oppida Romam ad destinatum omniū consensu triumphū decessere. additus triumpho honos:ut statuæ equestres eis rara illa ætate res in foro ponerent. priusquā comitia in insequentē annū consules rogarēt:Camillus de latinis populis ad senatum rettulit:atꝫ ita disseruit. Patres conscripti qđ bello armisꝫ in Latio agendū fuit:id iam deū benignitate ac uirtute militum ad finē uenit. cæsi ad Pedum Asturamꝫ sūt exercitus hostiū: oppida latina oīa & Antiū ex uolscis aut ui capta: aut recepta ī deditionē ꝑsidiis tenēt uestris. Reliqua cōsultatio ē: quoniā rebellādo sæpius nos sollicitāt: quonāmodo ꝑpetua pace quietos obtineamus dii īmortales ita uos potētes huius cōsilii fecerunt: ut sit Latium:deinde an nō sit:in uestra manu posuerint. Itaꝫ pacem uobis:quod ad latinos attinet: parare in ꝑpetuum uel sæuiendo:uel ignoscendo potestis. Vultis crudeliter cōsulere in deditos uictosꝫ licet delere omne Latiū:uastas inde solitudines facere:unde sociali egregio exercitu ꝑ multa bella magnaꝫ sæpe usi estis. Vultis exēplo maioꝝ augere rē romanā uictos ī ciuitatē accipiēdo: materia crescēdi ꝑ summā gloriā suppeditat. Certe id firmissimum longe īperium ē:quo obediētes gaudēt. Sed maturato opus ē:quicquid statuere placet. tot populos īter spem metūꝫ suspensos animi habetis:& uestrā itaꝫ de eis curā quamprimū absolui:& illoꝝ aios dum expectatione stupēt:seu pœna:seu beneficio præoccupari oportet. Nostrū enim fuit efficere:ut oīum reꝝ uobis ad cōsulendum potestas esset. uestrū est decernere:quid optimū uobis reiꝫ publicæ sit. Prīcipes senatus relationē cōsulis de summa reꝝ laudare:sed cū alioꝝ causa alia eēt: ita expediri posse cōsilium dicere:ut ꝑ merito cuiusꝫ statuerent: si de singulis noīatim referrent populis. Relatū igit de singulis decretūꝫ lanuuinis ciuitas data sacraꝫ sua reddita: cū eo ut ædes locusꝫ Sospitæ Iunonis cōmunis lanuuinis municipibus cū populo rōano esset. Aricini nomētaniꝫ & pedani eodē iure: quo lanuuini ī ciuitatē adepti. Tusculanis seruata ciuitas:quā habebāt:crimēꝫ rebellionis a publica fraude ī paucos auctores uersum. In ueliternos ueteres ciues romanos:qđ totiēs rebellassent:grauiter sæuitū. & muri deiecti. & senatus inde abductus:iussiꝫ trans tyberim habitare:ut eius:qui cis tyberim deprehēsus esset:usꝫ ad mille passuū clarigatio esset:nec priusquā ære ꝑsoluto:is:qui cepisset:extra uincula captū haberet. In agrū senatoꝝ coloni missi:quibus ascripti speciem ant quæ frequētiæ Velitræ receperunt. Et Antium noua colonia missa:cū eo ut antiatibus ꝑmitterēt:si & ipsi ascribi coloni uellēt. naues inde lōgæ abactæ īterdictūꝫ mare antiati populo ē:& ciuitas data. Tyburtes:prænestiniꝫ agro mulctati:neꝫ ob recens tantū rebellionis cōmune cū aliis latinis crimen:sed quod tedio īperii romani cum gallis gente efferata arma quondā cōsociassent. Cæteris latinis populis cōnubia:cōmerciaꝫ:& cōsilia inter se ademerunt. Campanis equitibus honoris causa:quia cū latinis rebellare noluissent:fundanisꝫ & formianis:quod per fines eoꝝ tuta pacataꝫ semp fuisset uia:ciuitas sine suffragio data. Cumanos sueſſulanosꝫ eiusdem iuris cōdicionisꝫ cuius Capuam esse placuit. Naues antiatium partim ī naualia Romæ subductæ:ptim incensæ:rostrisꝫ eaꝝ suggestum ī foro extructum adornari placuit:rostraꝫ id templū appellatum. G. Sulpicio Lōgo. P. Elio Peto cōsulibus cū oīa non opes magis romanæ:quā beneficiis parta gratia bona pace obtineret:inter sidicinos auruncosꝫ bellum ortū. Aurunci a. T. Mālio cōsule in deditionē accepti nihil deinde mouerāt:eo petēdi auxilii ab romanis causa iustior fuit. sed priusquā cōsules ab urbe (iusserat enim senatus defendi aurūcos) exercitū adducerēt:fama afferēt auruncos oppidum deseruisse:ꝑfugosꝫ cū cōiugibus ac liberis Suessam cōmunisse:quæ nūc Aurunca appellata:mœnia antiqua eoꝝ urbēꝫ a sidicinis deletā. Ob ea infensus cōsulibus senatus:quoꝝ cōctatione ꝑditi socii essent: dictatorē dici iussit. dictus est Claudius Regilliensis magistrū equitum. G. Claudium Hortatorem dixit. Religio inde iniecta de dictatore:& cum augures uitio creatum uideri dixissent:dictator magistercꝫ equitū se magistratu abdicarūt. Eo anno Minutia uestalis suspecta primo ꝑpter mundiorem iusto cultum insimulata:deinde apud pontifices ab indice seruo:cū decreto eoꝝ iussa esset sacris abstinere:familiāꝫ ī potestate habere: facto iudicio uiua sub terrā ad portam collinā dextera uia strata defossa:scelerato campo ab incesto id ei loco nomē factum. Eodē anno. Qu. Publius Philo prætor primū de plebe:aduersante Sulpicio cōsule:qui negabat rationem eius se habiturum:est factus:senatuꝫ cum in summis imperiis id nō obtinuisset minus ī prætura intendēte. Insequens annus. L. Papyrio Crasso Cesone Duilio cōsulibus ausonum magis nouo:quam magno bello fuit insignis. Ea gens Cales urbem incolebat:sidicinis finitimis arma coniunxerat:unoꝫ prælio haud sane memorabili duorum populorum exercitus fusus: propinquitate urbium ad fugam pronior:& in ipsa fuga tutior fuit: nec tamen omissa eius belli cura patribus: quia totiens iam sidicini aut ipsi mouerant bellum:aut mouentibus auxilium tulerant: aut causa armorum fuerant. Itaꝫ omni ope annixi sunt:ut maximum ea tempestate imperatorem. M. Valerium Coruinum consulem quartum facerent:collega additus Coruino. M. Attilius Regulus:& ne forte casu erraret:petitum a consulibus ut extra sortem Coruini ea ꝓuincia esset. Exercitu uictore a supioribus consulibus accepto ad Cales:unde bellum ortū erat:ꝓfectus: cū hostes ab superioris etiā certaminis memoria pauidos clamore atꝫ īpetu primo fudisset:mœnia ipsa oppugnare ē aggressus:& militū quidē is erat ardor:ut iam inde cū scalis succe-

dere ad muros uellent:euaſuroſq; cõtenderẽt.Coruinus:quia id arduum factu erat:labore mílitũ potius: quã ꝑiculo ꝑagere inceptũ uoluit.itaq; & aggeré:& uineas egit:turreſq; muro admouit: quarꝝ uſum forte oblata opportunitas præuertit.nanq;.M.Fabius captiuus romanus:cũ ꝑ negligentiam cuſtodũ feſto die uinculis ruptis per murꝝ iter opera romanorꝝ a religata ad pinnã muri reſte ſuſpenſus manibus ſe demiſit ſet:ꝑpulit imperatorẽ ut uino epulíſq; ſopitos hoſtes aggrederet. nec maiore certamine capti cum urbe auſones ſunt:quã acie fuſi erant.præda capta ígens é:præſidioq; ípoſito Calibus:reductæ Romam legiones.conſul ex ſenatuſconſulto triumphauit:& ne Attilius expers gloriæ eſſet:iuſſi ambo cõſules aduerſus ſidicinos ducere exercitum:dictatorem ante ex ſenatuſconſulto comitiorꝝ habendorꝝ cauſa dixerunt.L. Aemyliũ Mamercum:is magiſtrũ equitũ.Qu.Publium Philoné dixit.Dictatore comitia habente:conſules creati ſunt.T.Veturius:Sp.Poſthumius.Et ſi belli pars cũ ſidicinis reſtabat:tamen ut beneficio præuenirent:deſideriũ plebis de colonia deducenda Cales rettulerũt:factoque ſenatuſcõſulto ut duomillia qngenti hoíes conſcriberent:tres uiros coloniæ deducendæ:agroque diuidundo creauerunt Ceſoné Duilíũ T.Quintium.M.Fabium:nam deinde cõſules a ueteribus exercitu accepto:ingreſſi hoſtium fines populando uſque ad mœnia atque urbem ꝑuenerunt.Ibi quia ingẽti exercitu cõparato ſidicini & ipſi ꝑ extrema ſpe dimicaturi enixe uidebant:& Samniũ fama erat cõciri ad bellum:dictator a conſulibus ex auctoritate ſenatus dictus.P.Cornelius Ruffinus:magiſter equitum.M.Antonius.Religio deinde inceſſit uitio hos creatos:magiſtratuque ſe abdicauerunt:& quia peſtilẽtia inſecuta eſt uelut oíbus eo uitio cõtactis auſpiciis:res ad interregnũ rediit.ab íterregno inito ꝑ quintũ demum interregẽ.M.Valerium Coruinũ creati cõſules.L.Cornelius iterꝝ:&.G.Domitius. Trãquillis rebus fama gallici belli ꝑ tumultu ualuit:ut dictatorẽ dici placeret: dictus.M.Papyrius Craſſus:& magiſter eqtum.P.Valerius Publicola; a quibus cum delectus ítentius:quam aduerſus finitima bella haberẽt:exploratores miſſi attulerũt quieta omnia apud gallos eſſe.Samniũ quoq; iam alterꝝ annũ turbari nouis cõſiliis ſuſpectum erat:eo ex agro ſidicino exercitus romanus nõ eſt deductus.Cæterꝝ ſamnites bellũ Alexandri epirenſis in lucanos traxit:qui duo populi aduerſus regẽ excurſioné a Pæſto facientem ſignis collatis pugnauerunt. eo certamine ſuperior Alexander:incertũ qua fide culturus:ſi ꝑinde cætera ꝑceſſiſſent:pacem cũ romanis fecit.Eodé anno cenſus actus:nouicq; ciues cenſi:tribus propter eos additæ Metia ; & Scaptia:céſores addiderunt. Qu.Philo.Sp. Poſthumius.Romani facti accerrani lege ab.L.Papyrio prætore lata:qua ciuitas ſine ſuffragio data. Hæc eo anno domi militiæq; geſta.Fœdus ſequés ánus ſeu intéperie cæli:ſeu humana fraude fuit:M. Claudio Marcello.T.Valerio cõſulibus:Flaccum:potitũq; uarie in ánalibus cognomen cõſulibus ſuenio:cæterum in eo parui refert:quid ueri ſit:illud ꝑuelim:nec oés auctores ſunt:ꝑditum falſo eſſe:uenenis abſumptos: quorꝝ mors infamem annũ peſtilentia fecerit:ſicut ꝑditur:tamé res:ne cui auctorꝝ abrogauerim fidé:exponẽda é.Cũ primores ciuitatis ſimilibus morbis eodem ferme oés euentu morerent: ancilla quædã ad Qu.Fabium Maximũ ædilem curulẽ indicaturã ſe cauſam publicæ peſtis ꝑfeſſa é:ſi ab eo ſibi fides data eſſet:haud futurꝝ noxæ indiciũ.Fabius cõfeſtim rem ad cõſules:cõſules ad ſenatũ referũt:cõſenſuq; ordinis fides ídici data. Tum patefactũ muliebri fraude ciuitatẽ premi:matronaſq; ea uenena coquere:& ſi ſe ſequi extemplo uelint:manifeſto depræhẽdi poſſe.Secuti indicé & coquẽtes quaſdã medicaméta:& recõdita alia íueneruht quibus í forꝝ delatis:&.xx.matronis:apud quas depræhẽſa erãt:ꝑ uiatorẽ accitis : duæ ex eis Cornelia ac Seruilia patrıtiæ utraq; gentis cũ ea medicaméta ſalubria eſſe cõtenderẽt:ab confutante indice bibere iuſſæ:ut ſe falſum cõmentum arguerẽt:ſpatio ad colloquẽdum ſumpto cũ ſũmoto populo í cõſpectu oíum rem ad cæteras rettuliſſent:haud abnuentibus & illis bibere:epoto medicaméto ſuamet ipſæ fraude oés interierũt.cõpræhenſæ extemplo eaꝝ comites magnũ numerꝝ matronarꝝ indicauerunt:ex quibus a.clxx.dãnatæ.Neq; de ueneficiis ante eã diẽ Romæ quæſitum é: ꝑdigii ea res loco habita:captiſq; magis métibus:quã cõſceleratis ſimilis uiſa.Itaq; memoria ex ánalibus repetita í ſeceſſionibus quondã plebis clauum ab dictatore fixum:alienataſq; diſcordia métes hoíum eo piaculo cõpotes ſui feciſſe:dictatorẽ claui figendi cauſa creari placuit.creatus.G.Quintilius magiſtrũ equitũ.L.Valeriũ dixit:qui fixo clauo magiſtratu ſe abdicarunt.Creati cõſules.L.Papyrius Craſſus iterꝝ.L.Plautius Venox:cuius príncipio ánı legati ex Volſcis ſidicini & lucani Romã uenerũt:orantes ut í fidem acciperent:ſi a ſamnitium armis defenſi eſſent:ſe ſub íperio populi romani fideliter atq; obediéter futuros.Miſſi tum ab ſenatu legati:denunciatũq; ſamnitibus:ut eorꝝ populorꝝ finibus uim abſtinerẽt:ualuitq; ea legatio non tam quia pacẽ uolebãt ſamnites:quã quia nondum parati erant ad bellũ.Eodé anno priuernas bellum initũ: cuius ſocii fundani dux etiam fundanus fuit Vitrubius Vaccus uir nõ domi ſolũ:ſed etiã Romæ clarus ; ædes fuere í palatio eius:quæ Vacci prata diruto ædificio publicatoq; ſolo appellata.Aduerſus hũc uaſtantem effuſe ſetinum:norbanũq;:& coranum agrũ:L.Papyrius ꝑfectus haud ꝑcul caſtris eius cõſedit. Vitrubio nec ut uallo ſe teneret aduerſus ualidiorẽ hoſtem ſana cõſtare mens:nec ut lõgius a caſtris dimicaret animus ſuppetere uix tota extra portam caſtrorꝝ explicata acie:fugã magis retro:quã prælium:aut hoſtẽ expectante milite:ſine cõſilio:ſine audacia depugnat:& ut leui mométo nec ambigue ẽ uictus:ita breuitate ipſa loci faciliq; receptu in tã propinqua caſtra:haud ægre militem a multa cæde eſt tutatus:nec fere quiſquam in ipſo certamine:pauci in turba fugæ extremæ:cum in caſtra ruerent:cæſi:primiſq; tenebris Priuernum inde petitum agmine trepido:ut muris potius:quamuallo ſeſe tutarentur. a Priuerno Plautius

alter cõsul:puastatis passim agris:prædaq; abacta:in agrum fundanũ exercitum inducit:ingredienti fines senatus fundanoꝝ occurrit:negãt se ꝑ Vitrubio sectãq; eius secutis precatum uenisse:sed ꝑ fundano populo:quẽ extra culpã belli esse ipsum Vitrubiũ indicasse:cum receptaculum fugæ Priuernum habuerit nõ patriã Fundanos.Priuerni igit hostes populi romani quærẽdos ꝑsequẽdosq; esse qui simul a fundanis ac romanis utriusq; patriæ ĩmemores defecerũt.Fundanis pacẽ esse:& aĩos romanos:& gratã memoriam acceptæ ciuitatis:orare se cõsulem:ut bellum ab ĩnoxio populo abstineat:agros:urbem:corpora ipsoꝝ:cõ iugumq;:ac liberoꝝ suoꝝ ĩ potestate populi romani esse futuraq;.Collaudatis fundanis:cõsul litterisque Romã missis:ĩ officõ fundanos eẽ:ad Priuernũ flexit iter.prius aĩaduersum ĩ eos q capita cõiuratiõis fuerãt a cõsule:scribit Claudius ad.cccl.ex cõiuratis uinctos Romã missos:eamq; deditionẽ a senatu nõ acceptam qđ egenum atq; humilium pœna defungi uelle fundanum populũ censuerint. Priuernum duobus cõsularibus exercitibus cũ obsideret:alter cõsul comitioꝝ causa Romã reuocatus.Carceres eo ãno ĩ circo primum statuti.Nondum pfunctos cura priuernatis bellitumultus gallici fama atrox inuasit haud ferme unquã neglecta patribus.Extẽplo igit cõsules noui.L.Aemylius Mamercus:&.G.Plautius eo ipso die kal.quintilibus:quo magistratus inierũt:cõparare ĩter se ꝑuicias iussi:Mamercus:cui gallicum bellũ euenerat:scribere exercitum sine ulla uacationis uenia:quin opificum quoq; uulgus & sellularii minime militiæ idoneum genus exciti dicunt.Veioq; ingens exercitus cõtractus ut inde obuiã gallis iret.longius discedi: ne alio itinere hostis falleret:ad urbem incedens non placuit.Paucos deinde post dies satis explorata tẽporis eius quiete a gallis Priuernũ oĩs cõuersa uis.Duplex inde fama ẽ:alii ui captam urbẽ Vitrubi umq; uiuũ ĩ potestatem uenisse:alii priusq; ultima adhiberet uis ipsum se ĩ deditionem cõsulis caduceũ præferentis ꝑmisisse auctores sunt:Vitrubiũq; ab suis traditum.Senatus de Vitrubio priuernatibusque cõsultus cõsulem Plautium:dirutis Priuerni muris: præsidioq; ualido ĩposito:ad triumphum accesit:Vitrubium in carcerem asseruari iussit:quoad cõsul redisset:tum uerberatum necari:ædes eius:quæ essent ĩ palatio:diruendas: bona Semonilano censuerũt consecranda:quodq; æris ex eis redactũ est:ex eo ahenei orbes facti:positi ĩ sacello Semonilani aduersus ædem Quirini.De senatu priuernate ita decretũ ut qui senator Priuerni post defectionẽ ab romanis mãsisset:trans tyberim eadem lege:qua ueliterni habitaret. His ita decretis usq; ad triumphum Plautii silentium de priuernatibus fuit:post triumphũ consul necato Vitrubio sociisq; eius noxiæ apud satiatos iam suppliciis nocẽtium tutã mẽtionem de priuernatibus ratus:quoniã defectionis auctores:inquit:meritas pœnas & ab diis ĩmortalibus:& a uobis habẽt patres cõscripti:quid placet de ĩnoxia multitudine fieri?equidẽ & si meæ partes exquirẽdæ magis sentẽtiæ:quã dãdæ sunt:tamẽ cũ uideam priuernates uicinos samnitibus esse unde nũc nobis ĩcertissima pax est:quã minimũ ĩrarum inter nos illosq; relinqui uelim.Cũ ipsa ꝑ se res anceps esset:ꝑut cuiusq; ingeniũ erat atrocius mitiusue suadẽtibus:tum ĩcertiora oĩa unus ex priuernatibus legatis fecit magis cõdicionis : in qua natus esset:quã præsentis necessitatis memor:qui ĩterrogatus a quodã tristioris sententiæ auctore: quam pœnam meritos priuernates cẽseret:eam:inquit:quã merent:qui se libertate dignos censent.Cuius cũ feroci responso infestiores factos uideret cõsul:eos:qui ante priuernatiũ causam ĩpugnabãt:ut ipse benigna ĩterrogatione mitius responsũ eliceret:quid si pœnã:inquit:remittimus uobis:qualem nos pacẽ uobiscũ habituros speremus?Si bonam dederitis:inquit:& fidelẽ & ꝑpetuam:si malã aut diuturnã.Tum uero minari nec id ambigue priuernatem quidã:& illis uocibus ad rebellãdum ĩcitari pacatos populos.Pars melior senatus ad meliora responsa trahere:& dicere uiri & liberi uocẽ auditam:an credi posse ullum populũ aut hoĩem deniq; in ea cõdicione:cuius eũ pœniteat:diutius:quã necesse sit:mansuꝝ?ibi pacem esse fidã: ubi uoluntarii pacati sint:neq; eo loco:ubi seruitutẽ esse uelint:fidẽ sperãdã esse.In hanc sententiã maxĩe cõsul ipse ĩclinauit aĩos:identidem ad principes sententiaꝝ cõsulares uti exaudiri posset a pluribus dicendo eos demum:qui nihil præterquã de libertate cogitant dignos esse:qui romani fiant. Itaq; & in senatu cãm obtinuere:& ex auctoritate patrum latum ad populum est:ut priuernatibus ciuitas daret.Eodẽ ãno Anxur trecenti ĩ coloniam missi sunt:bina iugera agri acceperunt.Secutus ẽ annus nulla re belli domiue insignis.P.Plautio Proculo.P.Cornelio Scapula cõsulibus:præterquã qđ Fregellas(signioꝝ is ager:deinde uolscoꝝ fuerat)colonia deducta:& populo uisceratio data a.M.Flauio ĩ funere matris.Erant:qui ꝑ speciẽ honorãdæ parẽtis meritam mercedẽ populo solutã ĩterpretarent:quod eũ die dicta ab ædilibus crimine strupatæ matris familiæ absoluisset.Data uisceratio ĩ præteritam iudicii gratiã honoris etiam causa fuit: tribunatuq; plebei ꝓximis comitiis absens petẽtibus præferẽt.Palæpolis fuit haud ꝑcul inde : ubi nunc Neapolis sita est:duabus urbibus populus idem habitat:Cumis erant oriundi: cumani Chalcide euboca originẽ trahunt.Classe:qua aduecti ab domo fuerant:multum in ora maris eius:quod accolunt:potuere. Primo in insulas Aenariam & Pithecusas egressi:deinde ĩ cõtinentẽ ausi sedes transferre.Hæc ciuitas tum suis uiribus:tum samnitium ĩfida aduersus romanos societate fræta:siue pestilẽtia:quæ romanã urbẽ adorta nũciabat:fidẽs:multa hostilia aduersus romanos agrum campanum falernũq; incolentes fecit . Igitur.L.Cornelio Lentulo.P.Philone iterum consulibus fœcialibus Palæpolin ad res repentendas missis : cum relatum esset a græcis gente lingua magis strenua:quam factis ferox responsum: ex auctoritate patrum populus palæpolitanis bellum fieri iussit.Inter consules prouiciis comparatis:bello græci persequẽdi Publio euenerũt.Cornelius altero exercitu samnitibus:si qua se mouerẽt: oppositus : fama autem erat

defectioni campanoꝝ imminentes admoturos castra: ibi optimum uisum Cornelio statiua habere. Ab utroq; cõsule exiguam spem pacis cum samnitibus eẽ certior fit senatus. Publius duomillia nolanorum militum & quattuor samnitium: magis nolanis cogẽtibus: quã uolũtate græcoꝝ recepta Palæpolin miserat. Romæ cõpertum est delectũ indictum a magistratibus: uniuersum samnium erectum: ac uicinos populos priuernatem fundanũq; & formianum haud ambigue sollicitari. Ob hæc: cũ legatos mitti placuisset: prius ad samnites: quã bellum fieret: responsum reddit a samnitibus ferox. ultro incusabãt iniurias romanoꝝ: neq; eò negligentius ea: quæ ipsis obiicerent: purgabãt. Haud ullo publico cõsilio auxilioue iuuari græcos: nec fundanũ formianumue a se sollicitatos: quippe minime pœnitere se uirium suaꝝ: si bellum placeat: cæteꝝ nõ posse dissimulare. Aegre pati ciuitate samnitiũ: quod Fregellas ex uolscis captas dirutasque ab se restituerit romanus populus: coloniãq; i samnitium agro iposuerit: quã coloni eoꝝ Fregellas appellent. eam se cõtumeliam iniuriamq; nisi ab iis: qui fecerint: demat: ipsos omni ui depulsuros esse. Cum romanus legatus ad disceptãdum eos ad cõmunes socios atq; amicos uocaret: quid pplexe agimus: iquit: nostra certamina romani nõ uerba legatoꝝ nec hoium quisquã disceptator: sed campus campanus: i quo concurrendum est: & arma & cõmunis mars belli decernet. Proinde inter Capuam Sueſſulãq; castra castris cõferamus: & samnis romanusne impio Italiam regat: decernamus. Legati romanoꝝ tum se nõ quo hostis uocasset: sed quo impatores sui duxissent: ituros esse responderunt. Iã Publius inter Palæpolin Neapolinq; loco opportune capto dirimerat hostibus societatẽ auxilii mutui: qua: ut quisq; locus premeret: inter se usi fuerãt. Itaq; cum & comitioꝝ dies instaret: & Publium iminentem hostium muris auocari ab spe capiendæ in dies urbis haud e republica esset: actum cum tribunis ẽ: ad populum ferrent: ut cum. P. Philo consulatu abisset: pconsul rem gereret: quoad debellatum cum græcis esset. L. Cornelio: quia nec eum quidem i Samnium iam ingressum reuocari ab impetu belli placebat: litteræ missæ ut dictatorem comitioꝝ causa diceret. dixit. M. Claudium Marcellum: ab eo magister equitum dictus. Sp. Posthumius. Nec tamen ab dictatore comitia sunt habita: quia uitione creatus esset: in disquisitionem uenit. consulti augures uitiosum uideri dictatorẽ pronunciauerunt. Eam rem tribuni suspectam infamẽq; criminando fecerunt: nam neq; facile fuisse id uitium nosci cũ consul oriente nocte silentio diceret dictatorẽ: neque ab cõsule cuiquã publice priuatimq; de ea re scriptũ esset: nec quẽquã mortaliũ extare: qui se uidisse: aut audiuisse quid dicat: quod auspiciũ dirimeret: neq; augures diuinare Romæ sedẽtes potuisse: qd i castris cõsuli uitii euenisset. cui nõ apparere quod plebeius dictator sit dictus: id uitium auguribus uisum? Hæc aliaq; ab tribunis ne qcquã iactata: tamẽ ad iterregnũ res redit: dilatisq; alia atq; alia causa comitiis: quartusdecimus demum iterrex Lucius Aemylius cõsules creat. G. Petilium: Lutium Papyrium Mugilanum Cursorẽ in aliis annalibus inuenio. Eodẽ anno Alexandriã in Aegypto ꝓditum cõditam: Alexandrumq; Epiri regem ab exule lucano iterfectum sortes dodonæi louis euentu affirmasse. Accito ab tarentinis in Italiã data dictio erat: caueret acherusiã aquã Pandosiãq; urbẽ: ibi fatis eius terminum dari: eoq; ocius trãsmisit i Italiã ut quãmaxie ꝓcul abesset urbe Pãdosia i Epiro & acherõte amni: quẽ ex Molosside defluentem i stagna inferna accipit thesprotius sinus. Cæteꝝ ut ferme fugiẽdo i media fata ruit: cum sæpe brutias lucanasq; legiones fudisset: Heracleam tarentinoꝝ coloniã Consentiam ex lucanis Sipontũq; brutioꝝ coloniã ac Erniã: alias inde messapioꝝ & lucanoꝝ cepisset urbes: & trecẽtas familias illustres in Epirum: quas obsidũ numero haberet: misisset: haud ꝓcul Pandosia urbe iminente lucanis ac brutiis finibus tristumulos aliquãtũ iter se distãtes isedit. exq; bus excursiões i oẽmptẽ agri hostilis faceret: & ducẽtos ferme lucanoꝝ exules circa se ꝓ fidis habebat: ut plæraq; eius generis ingenia sunt cum fortuna mutabilẽ gerẽtes fidem: imbres continui campis omnibus inundantes cum intercluſissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio: duo præsidia: quæ sine rege erãt: improuiso hostiũ aduentu opprimunt: deletisq; eis ad ipsius obsidionẽ oẽs conuersi. inde ab lucanis exulibus ad suos nuncii missi sunt: pactoq; reditu ꝓmissũ est regem aut uiuũ aut mortuum in potestatem daturos. Cæteꝝ cum delectis ipse egregium facinus ausus ꝑ medios erumpit hostes: & ducem lucanoꝝ cõminus cõgressum obtruncat: contrahensq; suos ex fuga palatos ꝓuenit ad amnẽ ruinis recentibus pontis: quem uis aquæ abstulerat indicantem iter. quem cũ incerto uado trãsiret agmen: fessus metu ac labore miles increpans nomen abominandum fluminis iure acheros uocaris iquit. Quod ubi ad aures accidit regis: adiecit extemplo animũ fatis suis: substititq; dubius an transiret. Tum Sotinius minister ex regiis pueris: quid i tanto discrimine periculi cunctaretur: iterrogans: indicat lucanos insidiis quærere locum. qd ubi respexit rex: procul grege facto uenientes stringit gladium: & ꝑ medium amnem transmittit equum. lamq; in uadum egressum eminus ueruto lucanus exultans fugit. lapsum inde cum inhærente telo corpus examine detulit amnis in hostium præsidia. Ibi fœda laceratio corporis facta: nanq; præciso medio partem Cõsentiã misere pars ipsis retenta ad ludibrium: quæ cũ iaculis saxisq; ꝓcul incesseret: mulier una ultra humanarum irarum fidem sæuienti turbæ immixta ut parumper sustinerent precata: flens ait uirum sibi liberosq; captos apud hostes esse: sperare corpore regio utcunq; mulctato se suos redempturam. Is finis laceration fuit: sepultumq; Consentiæ: quod membrorum reliquum fuit: cura mulieris unius: ossaq; metapontum ad hostes remissa: inde Epirum deuecta ad Cleopatram uxorem: sororemq; Olympiadem: quarum mater magni Alexãdri altera: soror altera fuit. Hæc de Alexandri epirensis tristi euentu: quãquam romano bello fortuna eum abstinuit: tamen quia in

Italia bella gessit:paucis dixisse satis sit.Eodē anno lectisterniū Romæ quinto post conditā urbem iisdē quibus ante placandis habitum est diis.Noui deinde cōsules iussu populi cum mississent: qui indicerent samnitibus bellum: ipsi maiore conatu: quam aduersus græcos cuncta parabant: & alia noua nihil tum animo tale agitantibus accesserunt auxilia: lucani atq; appuli:quibus gentibus nihil ad eam diem cum romano populo fuerat:in fidem uenerunt arma uiroſq; ad bellum pollicentes.fœdere ergo in amicitiam accepti.Eodem tempore etiam in Samnio res prospere gesta:tria oppida in potestatem uenerunt: Alifē: Callifē:Rufrium:alifusq; ager primo aduentu consulum longe lateq; est peruastatus. Hoc bello tam ꝓspere commisso: bello quoq; alteri:quo græci obsidebantur:iam finis aderat:nam præterquam quod interseptis munimentis hostium pars parti abscissa esset:fœdiora aliquanto intra muros iis:quibus hostis territabat:patiebātur:& uelut capti a suismetipsis præsidiis indigna iam liberis quoq; ac cōiugibus:& quæ captaꝝ urbium extrema sunt:patiebant.Itaq; cum & a Tarento:& a samnitibus fama esset noua auxilia uēturā:samnitium plusquā uellent intra mœnia esse rebant:tarentinoꝝ iuuētutem græci græcos haud minus ꝓ quos samniti nolanoq;:quam ut romanis hostibus resisterent:expectabant.Postremo leuissimū malo deditio ad romanos uisa.Charilaus & Nymphius principes ciuitatis cōmunicatio iter se consilio partes ad rem gerendā diuisere:ut alter ad imperatorem romanoꝝ trāsfugeret:alter substiteret ad præbendam opportunam consilio urbem.Charilaus fuit:qui ad.P.Philonem uenit:& quod bonum faustum felixq; palæpolitanis populoq; romano esset:tradere se ait mœnia statuisse .eo facto utrum ab se prodita an seruata patria uideatur:in fide romana positum esse:sibi priuatim nec paciſci quicquam nec petere:publice petere:quam paciſci magis:ut:si succesſisset inceptum:cogitaret populus romanus potius cum quā to studio periculoq; reditum in amicitiam suā esset:quam qua stultitia & temeritate de officio decessū. Collaudatus ab imperatore triamillia militum ad occupandam eam partem urbis:quam samnites insidebant:accepit:præsidio ei.L.Quintius tribunus militum præpositus.Eodem tempore & Nymphius prætorē samnitium arte aggressus ꝑpulerat:ut quoniam oīs romanus exercitus aut circa Palæpolin:aut ī Samnio esset:sineret se classe circunuehi ad romanū agrum:nō oram modo maris:sed ipsi urbi ꝓpinqua loca depopulatuꝝ.sed ut falleret nocte ꝓficiscendum esse:extemploq; naues deducendas:Quod quo maturius fieret:oīs iuuētus samnitium præter necessarium urbis præsidium ad littus missa.Vbi dum Nymphius in tenebris:& multitudine semetipsa ipediente:sedulo aliis alia imperia turbans terit tēpus: Charilaus ex cōposito ab sociis ī urbem receptus:cū summa urbis romano milite implesset:tolli clamorem iussit: ad quem græci:signo accepto a pricipibus quieuere.Nolani ꝑ auersam ꝑtem urbis uia Nolam ferente effugiūt:samnitibus exclusis ab urbe: ut expeditior ī ꝑsentia fuga:ita fœdior posteaquā periculo euaserūt: uisa:quippe qui inermes nulla reꝝ suaꝝ non relicta inter hostes:ludibrium non externis modo:sed etiam popularibus:spoliati atq; egentes domos rediere.Haud ignarus opinionis alterius:qua hæc ꝓditio a samnitibus facta traditur:cum auctoribus hoc dedi:quibus dignius credi est.Tum fœdus neapolitanum (eo enī deinde summa rei græcoꝝ uenit)similius uero facit ipsos in amicitiā redisse.Publio triumphus decretus:quod satis credebat obsidione domitos hostes in fidem uenisse.Duo singularia hæc ei uiro primum contigere:prorogatio imperii nō ante ī ullo facta:& acto honore triumphus. Aliud subinde bellum cum alterius oræ græcis exortū:nāq; cū tarentini rem palæpolitanā uana spe auxilii aliquādiu sustinuissent:posteaquā romanos urbe potitos accepere:uelut destituti ac nō qui ipsi destituissent increpare palæpolitanos:ira atq; inuidia in romanos fuere:eo etiam quod lucanos & appulos(nāq; utraq; eo anno societas cœpta est)in fidem populi romani uenisse allatum est.quippe ꝓpe modum puentum ad se esse:iamq; ī eo rē esse:ut romani aut hostes:aut domini habendi sint discrimen ꝓfecto reꝝ suaꝝ in bello samnitium euentuq; eius uerti:eā solam gentē restare:nec eam ipsam satis ualidam:quando lucanus defecerit:quem reuocari adhuc ipelliq; ad abolandā societatē romanā posse:siqua ars serendis discordiis adhibeatur.Hæc cōsilia cū apud cupidos reꝝ nouādaꝝ ualuissent:ex iuuentute quidam lucanoꝝ pretio acciti:clari magis inter populares quam honesti:iter se mulctati ipsi uirgis cum corpora nuda intulissent in ciuium cœtum: uociferati sunt se: quod castra romana ingredi ausi essent: a consule uirgis cæsos ac prope securi percussos esse.Deformis suapte natura res cū speciem iniuriæ magis:quam doli præseferret.Cōcitati homines cogunt clamore suo magistratus senatum uocare:& alii circunstantes concilium bellum in romanos poscunt:alii ad concitandam in arma multitudinē agrestium discurrunt:tumultuq; etiam sanos consternante aīos decernitur:ut societas cū samnitibus renouaret:legatiq; ad eam rem mittant. Repentina res quia quam cām nullam:tā ne fidem quidem habebat.coacti a samnitibus obsides dare:& præsidia in loca munita accipere:cæci fraude & ira nihil recusarunt.Dilucere deinde breui fraus cœpit:posteaquā criminū falsoꝝ auctores Tarentum cōmigrauere:sed amissa omni de se potestate:nihil ultra:quā ut pœniteret frustra restabat.Eo anno plebi romanæ uelut aliud initium libertatis factum est:quod necti desierūt.mutatum autem ius ob unius fœneratoris simul libidinem.simul crudelitatem insignem.L.Papyrius is fuit: cui cum senatusconsulto Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset:quem ætas formaq; ad misericordiā elicere poterāt:ad libidinem & contumeliam animum accenderunt:& florem ætatis eius fructū aduētitium crediti ratus:primo perlicere adolescentem sermone incesto est conatus: deinde posteaquam aspernabantur flagitium aures:minis territare atq; idētidem admonere fortunæ:postremo cum ingenui-

tatis magis:quã præsentis condicionis memorem uideret:nudari iubet uerberaq; afferri. Quibus lacera-
tus iuuenis cũ se ĩ publicũ ꝓripuisset libidinem crudelitatéq; cõquerés sœneratoris:ingens uis hoiũm cũ
ætatis miseratione atq; indignitate iniuriæ accensa:tum suæ condicionis liberũq; suoꝝ respectu:ĩ forum
atq; inde agmine facto ad curiam cõcurrit:& cũ cõsules tumultu repentino coacti senatũ uocarent:ĩtro-
euntibus ĩ curiã patribus laceratum iuuenis tergũ ꝓcumbentes ad singuloꝝ pedes ostendebãt. Victũ eo
die ob impotentẽ iniuriã unius ingens uinculũ fidei:iussiq; cõsules ferre ad populum:nequis:nisi qui no-
xiam meruisset:donec pœnã lueret:ĩ cõpedibus aut in neruo teneret:pecuniæ creditæ:bona debitoris nõ
corpus obnoxiũ esset.itaq; nexi soluti:cautũq; ĩ posteꝝ ne necterent. Eodem anno cũ satis per seipsum
samnitium bellum:& defectio repens lucanoꝝ:auctoresq; defectionis tarẽtini sollicitos haberent patres:
accessit:ut & uestinus populus samnitibus sese coniũgeret. Quæ res sicut eo anno sermonibus magis pas
sim hominum iactata:quam in publico ullo concilio est:ita in sequẽtis anni cõsulibus. L. Furio Camillo
iteꝝ:Iunio Bruto Scæuæ nulla prior potiorq; uisa é:de qua ad senatũ referrẽt:& quãquã noua res erat:ta-
men tanta cura patres incessit:ut pariter eã susceptam neglectamq; timerent:ne aut ĩpunitas eoꝝ lasciuia
supbiaq; aut bello pœnæ expetitæ metu ꝓpinquo atq; ira cõcirẽt finitimos populos. Et erat genus omne
abunde bello samnitibus par marsi:pelignique:& marucini:quos si uestinus attingeret:oẽs habendos ho
stes. Vicit tamen pars:quæ in præsentia uideri potuit maioris animi:quã consilii:sed euentus docuit sor-
tes fortunã iuuare. Bellum ex auctoritate patrum populus aduersus uestinos iussit: prouincia ea Bruto:
Samnium Camillo sorte euenit.exercitus utroque ducti:& cura tuendoꝝ finium hostes ꝓhibiti coniun-
gere arma. Cæteꝝ alteꝝ cõsulẽ. L. Furium:cui maior moles reꝝ imposita erat:morbo graui ĩplicitũ for-
tuna bello subtraxit:iussuq; dictatorẽ dicere rei gerendæ causa lõge clarissimum bello ea tempestate di-
xit. L. Papyriũ Cursorem:a quo. Qu. Fabius Maximus Rutilianus magister equitũ est dictus: par nobile
rebus in eo magistratu gestis:discordia tamẽ:qua ꝓpe ad ultimũ dimicationis uentũ est:nobilius. Ab al-
tero cõsule ĩ uestinis multiplex bẽ ũ nec usquã uario euentu gestũ est:nã & ꝓuastauit agros:& populando
atq; urendo tecta hostium sataq; in aciem inuitos extraxit:& ita prælio uno accidit uestinoꝝ res haud-
quaquam tamen in cruento milite suo:ut nõ in castra solũ refugerẽt hostes:sed iam ne uallo quidẽ ac fos-
sis fræti dilaberent in oppida situ urbium mœnibusq; se defensuri. Postremo oppida quoq; ui expugnare
adortus:primo Cutinam ingẽti ardore militũ aut uulneꝝ ira:quod haud fere quisquã integer prælio ex-
cesserat:scalis cepit:deinde Cingiliam. Vtriusq; urbis prædam militibus:quod eos neq; portæ: neq; muri
hostiũ arcuerãt:cõcessit. In Samnium ĩcertis itum auspiciis est:cuius rei uitium nõ in belli euentũ: quod
ꝓspere gestum est:sed in rabiẽ atq; iras imperatoꝝ uertit. Nãq; Papyrius dictator a pullario monitus: cũ
ad auspicũ petendum Romam ꝓficisceret:magistro equitũ denunciauit ut sese loco teneret:neu absẽ-
te se cũ hoste manum consereret. Fabius cum post ꝓfectionẽ dictatoris per exploratores cõperisset:perin-
de omnia soluta apud hostes ac si nemo romanus in Samnio esset:seuferox adolescens indignitate accen-
sus:quod oĩa in dictatore uiderent reposita esse:seu occasione bene gerẽdæ rei inductus:exercitu ĩstructo
paratoq;:ꝓfectus ad Imbriniũ(ita uocãt locũ)acie cum samnitibus conflixit. Ea fortuna pugnæ fuit:ut ni
hil relictum sit:quo:si affuisset dictator:res melius geri potuerit:nõ dux militi:nõ duci miles defuit:eques
etiam auctore. L. Cominio tribuno:qui aliquotiens ĩpetu capto ꝓrumpere nõ poterat hostium agmen:de
traxit frenos equis:atq; ita concitatos calcaribus ꝓmisit ut sustinere eos nulla uis posset:per arma. per ui-
ros late stragem dedere.secutus pedes impetum equitum turbatis hostibus intulit signa.uigintimillia ho-
stium cæsa eo die traduntur. Auctores habeo bis cum hoste signa collata dictatore absente:bis rem egre-
gie gestam.apud antiquissimos scriptores una hæc pugna inuenitur:in quibusdam ãnalibus tota res præ-
termissa est. Magister equitum ut ex tanta cæde multis potitus spoliis: cõgesta in ingentem aceruum ho-
stilia arma subdito igne concremauit:seu uotum id deorum cuipiam fuit:seu credere libet Fabio aucto-
ri eo factum:ne suæ gloriæ fructum dictator caperet:nomẽq; ibi scriberet:aut spolia in triumpho ferret:
Litteræ quoq; de re prospere gesta ad senatum non ad dictatorem missæ:argumentum fuere minime cũ
eo communicantis laudem. Ita certe dictator id factum accepit:ut lætis aliis uictoria parta præ se ferret.
iram tristitiamq;: missoq; repente senatu:se ex curia proripuit. Tum uero non samnitium magis legio-
nes:quam maiestatem dictatoriam & disciplinam militarem a magistro equitum uictam & euersam di-
ctitans:si illi impune spretum imperium fuisset. Itaq; plenus minarum iræq; profectus in castra cum ma-
ximis itineribus isset:non tamen præuenire famã aduentus sui potuit:præcurrerãt enĩ ab urbe:qui nũcia-
rẽt dictatorẽ auidũ pœnæ uenire:alternis pene uerbis. T. Mãlii facta laudantẽ. Fabius extẽplo:cõcione ad-
uocata:obtestatus milites ẽ:ut qua uirtute rẽp.ab ĩfestissimis hostibus defendissent:eadẽ se: cuius ductu
auspicioq; uicissent:ab ĩpotenti crudelitate dictatoris tutarent. Venire amẽtem iuidia:iratũ uirtuti alienæ
fœlicitatiq;:furere qđ se absente:resp.gesta egregie eẽt:malle:si mutare fortunã posset:apud samnites:quã
romanos uictoriã esse:imperiũ dictitare spretũ:tanquã nõ eadẽ mẽte pugnari uetuerit:qua pugnatũ do-
leat:& tũc inuidia ĩpedire uirtutẽ alienã uoluisse:cupidissimisq; ablatuꝝ arma fuisse militibus: ne se ab-
sente moueri possent:& nũc id furere id ægre pati:quod sine. L. Papyrio nõ inermes:nõ mãci milites fue-
rint:quod se. Qu. Fabius magistrum equitum duxerit ac non accensum dictatoris. Quid illũ facturum
fuisse:si quod belli casus ferunt: marsq; cõmunis:aduersa pugna euenisset? qui sibi deuictis hostibus: rep.

bene gesta ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit: supplicium magistro equitum & tunc victo ri minetur. Neq; illum magistro equitum infestiorem quã centurionibus: quam militibus esse: si posset in omnes sæuiturũ fuisse: quia id nequeat in unum sæuire: & iam inuidiam tanquã ignem summa petere in caput consilii in ducem incurrere. Si se simul cum gloria rei gestæ extinxisset: tunc uictorem uelut in capto exercitu dominanté quicquid licuerit in magistro equitum: in militibus ausurum. Proinde adessent in sua causa oĩum libertati, si consensum exercitus eundem: qui in prælio fuerit: intuenda uictoria uideat: & salutem unius oĩbus curæ esse: inclinatuq; ad clæmẽtioré sententiã aĩum, postremo se uitã fortunasq; suas illoq; fidei uirtutiq; pmittere. Clamore tota cõcione ortus uti bonũ aĩum haberet: neminé illi uim allatu rum saluis legionibus romanis. Haud multo post dictator aduenit: classicoq; extemplo ad cõciõné áduocauit. Tum silentio facto: præco Quintũ Fabium magistrum equitum citauit: qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit: tum dictator quæro: inquit: de te Quinte Fabi: cum summũ imperium dictatoris sit: pareantq; ei consules regia potestas prætoresq; iisdem auspiciis: quibus consules creati: æquũ cẽseas nec ne magistrum equitũ dicto audientẽ esse: itemq; illud interrogo: cũ me incertis auspiciis, pfectum ab domo scirem: utrum mihi turbatis religionibus respublica in discrimen cõmittenda fuerit: an auspicia repetenda nequid diis dubiis agerem? simul illud: quæ dictatori religio ipedimento ad rem gerendam fuerit: tum ea magister equitũ solutus ac liber potuerit esse? Sed quid ego hæc interrogo? cum si ego tacitus abissem: tamen tibi ad uoluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit: quin tu respõdeas: uetuerim ne quicquã rei me absente ageres? uetuerim ne signa cum hostibus conferre? quo tu ĩperio meo spreto incertis auspiciis: turbatis religionibus: aduersus morem militarem disciplinãq; maioq; & numen deoq; ausus es cum hoste confligere? Ad hæc: quæ interrogatus es: respõde: extra ea: caue: uocem mittas. Accede lictor accede. Aduersus singula Quinto Fabio cum respondere haud facile esset: & nunc quereretur accusatorem eundem capitis sui ac iudicem esse: modo uitam sibi eripi citius: quam gloriam rerũ gestaq; posse uociferaretur: purgaretq; se inuicem: atq; ultro accusaret: tunc Papyrius redintegrata ira spoliari magistrũ equitũ ac uirgas & secures expediri iussit. Fabius fidem militũ implorans lacerantibus uestem lictoribus ad triarios tumultũ iam ĩ concioné miscentes sese recepit. inde clamor per totã concionẽ est perlatus: alibi preces: alibi minæ audiebantur. Qui proximi forte tribunali steterant: quia subiecti oculis imperatoris noscitari poterant: orabant: ut parceret magistro equitũ: neu cum eo exercitum damnaret. extrema concio & circa Fabium globus increpabant inclæmentẽ dictatoré: nec procul seditione aberant. Ne tribunal quidem satis quietum erat: legati circunstantes sellam orabãt: ut rem in posterum diẽ differret: & iræ suæ spatium & consilio tempus daret: satis castigatam adolescentiã Fabii esse: satis deformatam uictoriam: ne ad extremum finem supplicii tenderet: neu unico iuueni: neu patri eius clarissimo uiro: neu fabiæ genti eam iniungeret ignominiam. cũ paq; precibus: paq; causa, pficerent: ĩtueri sæuientẽ concioné iubebãt: ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni non esse ætatis: non prudẽtiæ eius: neminem id Quinto Fabio pœnam deprecãti suam uitio uersurum: sed dictatori: si occæcatus ira infestam multitudiné in se prauo certamine mouisset. Postremo ne id se gratiæ dare. Qu. Fabii crederet: se iusiurandum dare paratos esse non uideri resp. expedire in. Qu. Fabium eo tempore animaduerti. His uocibus cum in se magis concitarent dictatorem: quam magistro equitum placarent: iussi detribunali descẽdere legati: & silentio nequicquam per præconem tentato: præ strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris: nec apparitorum eius uox audiretur: nox uelut in prælio certamini finem fecit; magister equitum iussus postero die adesse: cum omnes affirmarent infestius Papyrium exarsurum agitatum contentione ipsa exacerbatumque: clam ex castris Romam profugit: & patre auctore. Q. Fabio: qui ter iam cõsul dictatorq; fuerat: uocato extemplo senatu: cum maxime conquereretur apud patres uim atque iniuriam dictatoris: repente strepitus ante curiam lictorum submouentium auditur: & ipse infensus aderat: posteaquam comperit profectum ex castris cum expedito equitatu secutus. Iterata deinde contentione præhendi Papyrius Fabium iussit: ubi cum deprecantibus primoribus patrum atq; uniuerso senatu perstaret icepto immitis animus: tum pater. M. Fabius quandoquidẽ inquit apud te nec auctoritas senatus nec ætas mea: cui orbitatem paras: nec uirtus nobilitasque magistri equitum a te ipso nomiatum ualet: nec preces: quæ sæpe hostem mitigauere: quæ deorum iras placant: tribunos plebis appello & prouoco ad populum: eumque tibi fugienti exercitus tui: fugienti senatus iudicium iudicem fero: qui certe unus plusquam tua dictatura potest polletq; uidero cessurus ne prouocationi sis cui rex romanus Tullus hostilius cessit. Ex curia ĩ concionem itur: quo cũ paucis dictator: cum omni agmine principũ magister equitũ ascendisset: deduci eũ de rostris Papyrius ĩ partẽ inferioré iussit. secutus pater bene agis inq: t: cũ eo nos deduci iussisti: unde priuati uocẽ mittere possemus. Ibi primo nõ tã ppetue orationes: quã altercationes exaudiebantur, uicit deinde strepitũ uox & indignatio Fabii senis ĩcrepãtis superbiã crudelitatẽq; Papyrii: se quoq; dictatoré Romæ fuisse: nec a se quẽquã nec plebis quidẽ hoiem: nõ cẽturioné: nõ militẽ uiolatũ. Papyriũ tãquã ex hostiũ ducibus: sic ex romão ĩperatore uictoriã & triũphũ petere. Quãtũ ĩteresset ĩter moderatione ãtiquoq; & nouã supbiã crudelitatẽq;, dictatoré Quitiũ Cincinatũ ĩ. L. Minutiũ cõsulẽ ex obsidione a se abreptũ nõ ultra sæuisse: quã ut legatũ ad exercitũ p cõsule relíqueret. M. Furiũ Camillũ ĩ. L. Furio: q eõtẽpta sua senectute & auctoritate fœdissimo cũ euẽtu pugnasset: nõ solũ ĩ pſentia moderatũ iræ cẽ: neqd de collega

ſecus populo:aut ſenatui ſcriberet:ſed cū reuertiſſet potiſſimū ex tribunis cōſulanibus habuiſſe:quem ex collegis optione a ſenatu data ſocium ſibi imperii delegerit:Nam populi quidē:penes quē poteſtas omniū rerum eſſet:ne iram quidē unquā atrociorem in eos fuiſſe:qui temeritate atq; iſcitia exercitus amiſiſſent: quā ut pecunia eos mulctaret:capite anquiſitū ob rem bello male geſtam de īperatore nullo ad eam diem eſſe:nunc ducibus populi romani:quæ ne uictis quidē bello fas fuerit:uirgas & ſecures uictoribus & iuſtiſſimos meritis triūphos intentari. Quid enī tandē paſſuros fuiſſe filium ſuū: ſi exercitum amiſiſſet:ſi fuſus fugatus caſtris exutus fuiſſet? quo ultra iram uiolentiāq; eius exceſſuram fuiſſe:quam ut uerberaret necaretq;? Quā cōueniens eſſe ꝓpter Quintū Fabium ciuitatem in lætitia uictoria ſupplicationibus ac gratulationibus eſſe:eum ꝓpter quē deum delubra pateant:aræ ſacrificiis fument: honore donis cumulēt:nudatū uirgis lacerari ī conſpectu populi romani:intuentē capitoliū:atque arcē: deoſque ab ſe duobus præliis haud fruſtra aduocatos? quo id animo exercitum: qui eius ductu auſpiciiſque uiciſſet: laturum? quem luctum in caſtris romanis: quam lætitiam inter hoſtes fore? Hæc ſimul iurgans querenſque deum hominumque fidē obteſtans: & cōplexus filium plurimis cum lachrymis agebat. Stabat cum eo ſenatus maieſtas:fauor populi:tribunitiū auxiliū:memoria abſentis exercitus. Ex altera parte īperiū īuictū populi romani:& diſciplina rei militaris:& dictatoris edictum pro numine ſemper obſeruatū: & manliana imperia & poſthabita filii caritas publicæ utilitati iactabant. Hoc etiā. L. Brutū conditorē romanæ libertatis ātea ī duobus liberis feciſſe: nūc pīes comes & ſenes faciles de alieno īperio ſpreto tanquā rei paruæ diſciplinæ militaris euerſæ iuuētuti gratiā facere. ſe tamē perſtaturum incepto: nec ei: qui aduerſus edictū ſuum turbatis religionibus ac dubiis auſpiciis pugnaſſet:q̄quā ex iuſta pœna remiſſurū. Maieſtas imperii perpetua ne eſſet nō eſſe ī ſua poteſtate: L. Papyriū nihil de eius iure diminuturum. optare ne poteſtas tribunitia inuiolata ipſa uiolet interceſſione ſua romanū īperiū:neu populus romanus in ſe potiſſimū dictatorem & ius dictaturæ extīguat. Quod ſi feciſſet:nō: L. Papyriū:ſed tribūos:ſed paruū populi iudiciū neq; quam poſteros accuſaturos cū polluta ſemel militari diſciplina:non miles centurionis:non centurio tribuni:non tribunus legati:nō legatus cōſulis: nō magiſter equitū dictatoris pareat īperio: nemo hominū: nemo deorum uerecundiā habeat:non edicta īperatorum:nō auſpicia obſeruentur: ſine cōmeatu uagi milites in pacato in hoſtico errent:īmemores ſacraméti licentia ſola:ubi uelint:exauctorent:infrequentia deſerātur ſigna:neq; conueniatur ad edictum:nec diſcernatur interdiu nocte æquo iniquo loco: iniuſſu imperatoris pugnent:& non ſigna:non ordines ſeruent: latrocinii modo cæca & fortuita pro ſolemni & ſacrata militia ſit. Horum criminum uos reos in omnia ſæcula offerte tribuni plebis. ueſtra obnoxia capita pro licentia. Qu. Fabii obiicite. Stupentes tribunos & ſuam iam uicem magis anxios: quam eius: cui auxilium ab ſe petebatur. liberauit onere conſenſus populi romani ad preces & obteſtationem uerſus: ut ſibi pœnā magiſtri equitum dictator remitteret. tribuni quoq; inclinatam rem in preces ſubſecuti: orare dictatorem inſiſtunt: ut ueniam errori humano:ueniam adoleſcentiæ. Q. Fabii daret: ſatis eum pœnarum dediſſe. iam ipſe adoleſcens: iam pater: M. Fabius contentionis obliti procumbere ad genua & iram de precari dictatoris. Tum dictator ſilentio facto bene habet: īquit: quirites: uicit diſciplina militaris: uicit imperii maieſtas: quæ in diſcrimine fuerunt an ulla poſt hanc diem eſſent: non noxe eximitur: Qu. Fabius: qui cōtra edictum imperatoris pugnauit: ſed noxæ damnatus donatur populo romano: donatur tribunitiæ poteſtati: precarium non iuſtum auxilium ferenti. Viue. Qu. Fabi fœlicior hoc conſenſu ciuitatis ad tuēdum te: quā in qua paulo ante exultabas uictoria: uiue id facinus auſus: cuius tibi ne parens quidē: ſi eodē loco fuiſſet: quo fuit. L. Papyrius: ueniā dediſſet. Mecum: ut uoles: reuerteris in gratiā: populo romano: cui uitam debes: nihil maius præſtiteris quā ſi hic tibi dies ſatis documēti dederit: ut bello ac pace pati legitima īperia poſſis. Cum ſe nihil morari magiſtrū equitū ꝓnunciaſſet: digreſſum eū tēplo lætus ſenatus: lætior populus circunfuſi ac gratulantes hinc magiſtro eqtum: hinc dictatori ꝓſecuti ſunt: firmatūq; imperiū militare haud minus periculo: Qu. Fabii: quam ſupplicio miſerabili adoleſcentis Manlii uidebatur. Forte ita eo āno euenit: ut quotiēſcūq; dictator ab exercitu receſſit: hoſtes in Samnio mouerentur: cæteros in oculis exemplo erat: Qu. Fabius: M. Valerio legato: qui in caſtris præerat ne quā uim hoſtiū magis: quā trucem dictatoris iram timeret. Itaque frumentatores cum circunuenti ex inſidiis cæſi loco iniquo eſſent: creditum uulgo eſt ſubueniri eis a legato potuiſſe: ni triſtia edicta exhoruiſſet. ea quoq; ira alienauit a dictatore militum aīos: iam āte infenſos quod implacabilis Quinto Fabio fuiſſet: & quod ſuis precibus negaſſet ei: populo romano ueniam dediſſet. Poſteaquam dictator: præpoſito in urbe: L. Papyrio Craſſo magiſtro equitū: Quīto Fabio uetito q̄quā pro magiſtratu agere: ī caſtra rediit: neq; ciuibus ſatis lætus aduentus eius fuit: nec hoſtibus q̄quā attulit terroris: Nāq; poſtero die ſeu ignari uēiſſe dictatorē: ſeu adeſſet an abeēt: paruifaciēteſ inſtructa acie ad caſtra acceſſerūt. cæteros tantū momēti ī uno uiro. L. Papyrio: fuit ut ſi duobus cōſilia fauor ſubſecutus militū foret: debellari eo die cū ſānitibus potuiſſe. ꝑ haud dubio habitū ſit: ita inſtruxit aciem loco ac ſubſidiis: ita omni arte bellica firmauit. Ceſſatum a milite ac de induſtria: ut obtrectaretur laudibus ducis: īpedita uictoria. Plures ſamnitium cecidere: plures romāi uulnerati ſunt. Senſit peritus dux: quæ res uictoriæ obſtaret: tēperandū ingeniū ſuū eē: & ſeueritatē miſcēdā comitati. itaque adhibitis legatis ipſe circū ſaucios milites īſerens ī tētoria caput ſingulos: ut ſeſe haberēt: rogitās: curā eorum noīatim legatis tribuniſq; & ꝑfectis demādabat: ré ꝑ ſe populare ita dexter egit: ut medendis corporibus

animi multo plus militum imperatori reconciliarentur: nec quicquã ad salubritatem efficatius fuerit: quã quod grato aĩo ea cura accepta est. Refecto exercitu cũ hoste cõgressus haud dubia spe sua militumq; ita fudit fugauitq; samnites: ut ille ultimus eis dies cõferendi signa cũ dictatore fuerit. Incessit deinde: qua duxit: prædæ spes uictor exercitus: perlustrauitq; hostiũ agros nulla arma: nullã uim nec apertã nec insidiis expertus. Addebat alacritatẽ: qđ dictator prædã omnẽ edixerat militibus: nec ira magis publica: quã priuatum cõpendiũ in hostẽ acuebat. His cladibus subacti samnites pacẽ a dictatore petiere: cũ quo pacti ut singula uestimẽta militibus & ãnuũ stipendiũ darent. Cum ire ad senatum iussi essent: secuturos se dictatorẽ responderunt: unius eius fidei uirtutiq; cãm suam cõmendantes. ita deductus ex samnitibus exercitus: Dictator triũphans urbẽ est ingressus: & cũ se dictatura abdicare uellet: iussu patrũ: priusquã abdicaret: consules creauit Claudium Sulpiciũ Longum itẽq; Qu. Aemylium Cæritanum. Samnites: infecta pace: quia de conditionibus agebatur: inducias annuas ab urbe rettulerunt: nec earum ipsaq; sancta fides fuit: adeo posteaquã Papyrium abisse magistratu nunciatũ est: arrecti ad bellandum animi sunt: Claudio Sulpicio: Qu. Aemylio: Aulum quidam annales habent consulẽ: ad defectionẽ samnitiũ appulũ nouũ bellum accessit. utroq; exercitus missi. Sulpicio samnites: Appulia Aemylio sorte euenerunt. Sunt qui nõ ipsis appulis bellum illatum: sed socios eius gentis populos ab samnitium ui atq; iniuriis defensos scribãt. Cæteq; fortuna samnitium uix a seipsis eo tẽpore ꝓpulsantium bellum: ꝓpius ut sit uero facit: nõ appulis ab samnitibus arma illata: sed cum utraq; simul gente bellum romanis fuisse. Nec tamen res ulla memorabilis acta: ager appulus Samniumq; euastatũ: hostes nec hic: nec illic inuenti. Romæ nocturnus terror ita ex somno trepidam repẽte ciuitatẽ exciuit: ut capitoliũ atq; arx mœniaq; & portæ plena armatoq; fuerũt. & cũ cõcursatũ clamatũq; ad arma oĩbus locis esset: prima luce nec auctor: nec cã terroris cõparuit. Eodẽ anno de tusculanis flauia rogatione fuit iudiciũ. M. Flauius tribunus plebis tulit ad populũ ut in tusculanos aĩaduerteret quoq; ope ac cõsilio ueliterni priuernatesq; populo romão bellũ fecissent. Populus tusculanus cũ cõiugibus ac liberis Romã uenit: ea multitudo uestẽ mutata & specie reoq; tribus circuit gẽibus se oĩum aduoluens. Plus itaq; misericordia ad pœnæ ueniã quã causa ad crimẽ purgandũ ualuit. Tribus oẽs præter polliam antiquarunt legẽ. polliæ sentẽtia fuit puberes uerberatos necari: coniuges liberosq; sub corona lege belli uenire: memoriãq; eius iræ tusculanis in pœnæ tam atrocis auctores mãsisse ad patrũ ætatẽ constat: nec quenquã ex pollia tribu cãdidatũ ferme datũ papyriã ferre solitũ. In sequenti anno. Qu. Fabio. L. Fuluio cõsulibus. A. Cornelius Aruina dictator: &. M. Fabius Ambustus magister equitum: metu grauioris in Samnio belli: conducta enĩ ꝑtio a finitimis iuuentus dicebaẽ: intẽtiore delectu habito: egregium exercitũ aduersus samnites duxerunt: castra in hostico incurioſe ita posita tanquã procul abesset hostis: cũ subito aduenere samnitiũ legiones tanta ferocia: ut uallũ usq; ad stationẽ romanã inferrẽt. nox iam appetebat: id prohibuit munimenta adoriri: nec dissimulabant orta luce postero die facturos. Dictator ubi ꝓpiorem spe dimicationẽ uidit: ne militũ uirtuti damno locus esset: ignibus crebris relictis: qui conspectũ hostium frustarenẽ: silentio legiones educit: nec tamẽ fallere ꝓpter ꝓpinquitatẽ castroq; potuit. eques extẽplo insecutus ita institit agmini: ut donec lucesceret prælio abstineret: nec pedestres quidẽ copiæ ante lucẽ castris egressæ. Eques luce demũ ausus ĩcursare in hostẽ: carpẽdo nouissimos ꝑmendoq; iniquis ad transitũ locis agmen detinuit. interim pedes equitẽ assecutus: & totis iam copiis samnis urgebat. Tum dictator posteaquã sine magno incõmodo ꝓgredi nõ poterat: eũ ipsum: in quo constiterat: locũ castris cõmuniri iussit. Id uero circunfuso undiq; eqtatu: ut uallũ peteretur: opusq; ĩciperet: fieri nõ poterat. Itaq; cũ neq; eundi neq; manendi copiam esse uidet: instruit aciem ĩpedimentis ex acie remotis: instruuntur cõtra & hostes & animis: & uiribus pares. Auxerat id maxime aĩos quod ignari loco iniquo nõ hosti cessum: uelut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. Id aliquamdiu æquauit pugnam: iampridem desueto samnite clamorem romani exercitus pati. At hercule illo die ab hora diei tertia ad octauã: ita anceps dicitur certamen stetisse: ut neq; clamor: ut primo semel cõcursum est: sublatus iteratus sit: neq; signa ꝓmota loco retroue recepta: neq; recursũ ab ulla sit parte. in suo q̃sq; gradu obnixi urgẽtes scutis sine respiratiõe ac respectu pugnabant. fremitus æq̃lis tenorq; idẽ pugnæ ĩ defatigationẽ ultimã: aut noctẽ spectabat. Iam uiris uires: iã ferro sua uis: iã ducibus cõsilia deerãt: cũ subito sãnitiũ eqtes cũ turma una lõgius ꝓuecta accepissẽt ĩpedimenta romanoq; ꝓcul ab armatis sine ꝓsidio: sine munimẽto stare: auiditate prædæ impetũ faciũt. Quod ubi dictatori nũcius trepidus attulit: sine modo inquit: se præda ꝓpediant. alii deide sup alios diripi passim ferriq; fortunas militũ uociferabãtur. Tum magistro equitũ accito: uides tu: inquit: M. Fabi ab hostium equite omissam pugnã? hærent ĩpediti ĩpedimẽtis nostris: aggredere: quod inter prædandũ omnium ultitudini euenit dissipatos: raros equis insidentes: raros: quibus ferrum in manu sit: inuenies: equosq; dum præda onerã: cæde iermes: cruentãq; illis prædã redde. nihil legiones peditũq; pugna curæ erunt: penes te equestre sit decus. Equitũ acies qualis: quæ eẽ istructissima põt: inuecta in dissipatos ĩpeditosq; hostes cædẽ oĩa replet. inter sarcinas omissas repente obiacẽtes pedibus fugiẽtium cõsternatorũq; equoq; neq; pugnæ: neq; fugæ satis potẽtes cædũtur. Tũ de leto ꝓpe eqtatu hostiũ. M. Fabius circũductis paulũ alis a tergo pedestrẽ aciem adoriẽ. clamor ĩde nouus accedẽs & samnitium aĩos terruit: & dictator ubi respectãtes hostiũ ante signanos: turbataq; signa & fluctuãtẽ aciẽ uidit: tũ appellare: tũ adhortari milites tribunos pricipesq; ordinũ noiatim ad iterãdã secũ pugnã uocare. Nouato clamore signa iferũt: & quocũq; ĩgrediebãt:

magis magiſq; turbatos hoſtes cernebant. Eques ipſe iam primis erat in cõſpectu: & Cornelius reſpiciens ad manipulos militũ quod manu: quod uoce poterat: monſtrabat: uexilla ſe ſuoꝝ parmaſq; cernere equitum. Quod ubi auditũ ſimulq; uiſum eſt: adeo repente laboris per diem pene totũ tolerati uulnerumque obliti ſunt: ut haud ſecus: quã ſi tum integri e caſtris ſignũ pugnæ accepiſſent: cõcitauerint ſe in hoſtẽ: nec ultra ſamnis tolerare terroré equitũ peditũq; uim potuit: partim in medio cæſi: partĩ in fuga diſſipati ſunt. pedeſtres reſtantes ac circũuentos cædunt: ab equite fugientiũ ſtrages eſt facta: inter quos & ipſe ĩperator cecidit. Hoc demũ prælio ſamnitiũ res ita infregit: ut omnibus cõciliis fremerent: minime id quidé miꝝ eſſe: ſi impio bello & cõtra fœdus ſuſcepto: infeſtioribus merito diis: quã hominibus nihil ꝓſpere agerẽt: expiandum id bellũ magna mercede luendũq; eſſe. id referre tantũ utrũ ſupplicia noxio paucoꝝ: an oĩum innoxio præbeant ſanguine: audebantque iam quidé nominare auctores armoꝝ. unum maxime nomen per cõſenſum clamantiũ Brutuli Papyri exaudiebatur. Vir nobilis potenſque erat haud dubie ꝓximarum induciaꝝ ruptor: de eo coacti referre prætores decretum fecerũt: ut Brutulus Papyrius romanis dederẽt: & cũ eo præda oĩs romana captiuique Romam mitterent: quæque res ꝑ fœciales ex fœdere repetitæ eẽnt: ſecundum ius faſque reſtituerent. Fœciales Romam: ut cenſuerunt: miſſi: & corpus Brutuli exanime: ipſe morte uolũtaria ignominiæ ſe ac ſupplicio ſubtraxit: placuit cũ corpore bona eius quoque dedi. nihil tamen eaꝝ rerum præter captiuos: & ſi qua cognita ex præda ſunt: acceptum eſt: ſed cæteraꝝ reꝝ irrita fuit deditio. dictator exſenatuſcõſulto triumphauit. Hoc bello a conſulibus bellatum: quidam auctores ſunt: eoſq; de ſamnitibus triũphaſſe: Fabiũ etiã ĩ Appuliã ꝓceſſiſſe: atq; inde magnas prædas egiſſe. nec diſcrepant quĩ dictator eo anno. A. Cornelius fuerit. id ambigit belli ne gerendi cauſa creatus ſit: an ut eſſet qui ludis romanis: quia. L. Plautius prætor graui morbo forte ĩplicitus erat: ſignũ mittendis quadrigis daret: fũctuſq; eo haud ſane memorãdi ĩperii miniſterio ſe dictatura abdicaret. nec facile eſt aut rem rei: aut auctorem auctori præferre. Vitiatá memoriã funebribus laudibus reor falſiſq; imaginũ titulis: dum familia ad ſe quæq; famá rerũ geſtaꝝ honorũq; fallente mendacio trahunt. inde certe & ſingulorꝝ geſta: & publica monumẽta reꝝ cõfuſa: nec quiſquá æqualis tẽporibus illis ſcriptor extat: quo ſatis certo auctore ſtetur.

LIBER NONVS.

EQVITVR HVNC ANNVM NOBILIS CLADE ROMANA CAVdina pax. T. Veturio Caluino: Sp. Poſthumio cõſulibus. Samnites eo anno imperatorem Claudiũ Pontiũ Herennii filiũ habuerunt: patre longe prudẽtiſſimo natũ: primũ ipſum bellatorẽ ducẽq;. Is ubi legati: qui ad dedẽdas res miſſi erant: pace ĩfecta redierunt: ne nihil actũ: inquit: hac legatõne cẽſeatis: expiatum é: quicquid exfœdere rupto irarũ ĩ nos cæleſtium fuit. Satis ſcio: quibuſcunq; diis cordi fuit: ſubigi nos ad neceſſitatẽ dedendi res: quæ a nobis ex fœdere repetitæ fuerãt: iis nõ fuiſſe cordi tam ſuperbe ab romanis: fœderis expiationẽ ſpretá. Quid enim ultra fieri ad placandos deos mittigandoſque hoſes potuit: quã quod nos fecimus? Res hoſtiũ ĩ præda captas: quæ belli iure noſtræ uidebãtur: remiſimus: auctores belli: quia uiuos nõ potuimus: ꝓfunctos iam fato dedimus: bona eoꝝ: neq; ex cõtagiõe noxæ remaneret penes nos: Romá portauimus. Quid ultra tibi romãe: quid fœderi: quid diis arbitris fœderis debeo? quẽ tibi tuaꝝ iraꝝ: quẽ meoꝝ ſupplicioꝝ iudicẽ ferã? neminẽ neq; publicũ: neq; priuatũ fugio. Quod ſi nihil cum potẽtiore iuris humani relinquit inopi: at ego ad deos uindices ĩtolerandæ ſuperbiæ confugiã: & precabor ut iras ſuas uertant in eos: quibus non ſuæ redditæ res: non alienæ accumulatæ ſatis ſint: quoꝝ ſæuitiá non mors noxiorum: nõ deditio exanimatoꝝ corpoꝝ: nõ bona ſequentia dominĩ deditionẽ exſatiẽt: placari nequeãt: niſi hauriẽdũ ſanguinẽ: laniãda uiſcera noſtra præbuerimus. Iuſtũ eſt bellũ ſamnites: q̃bus neceſſarium: & pia arma: q̃bus nulla niſi in armis relinquit ſpes. Proíde cum rerum humanaꝝ maximũ momentũ ſit: quã propitiis rem: quã aduerſis agant diis: pro certo habete priora bella aduerſus deos magis: quã hoſes geſſiſſe: hoc qđ inſtat ducibus ipſis diis geſturos. Hæc nõ læta magis: quã uera uaticinatus: exercitu educto circa Caudiũ caſtra: quã põt occultiſſime: ducit: inde ad Calatiã: ubi iam cõſules romãos caſtraq; eẽ audiebat: milites decẽ paſtoꝝ habitu mittit: pecoraq; diuerſos alium alibi haud ꝓcul romãis paſcere iubet præſidiis: ubi ĩciderint ĩ prædatores: ut idẽ oĩbus ſermo conſtet: legiones ſamnitium ĩ Appulia eſſe: Luceriã oĩbus copiis circũſidere: nec ꝓcul abeſſe quĩ ui capiãt. Iam & is etiã rumor antẽ de induſtria uulgatus uenerat ad romãos: ſed fidẽ auxere captiui eo maxĩe: quod ſermo inter oẽs cõgruebat. Haud erat dubiũ: quĩ lucerinis opẽ romãus ferret bonis ac fidelibus ſociis: ſimul ne Appulia oĩs ad præſentẽ terroré deficeret. ea mõ: qua irẽt: cõſultatio fuit. Duæ ad Luceriã ferebant uiæ. altera propter oram ſuperi maris patẽs aptaq;: ſed quãto tutior: tãto uere lõgior: altera ꝑ furcas caudĩas breuior: ſed ita natura loci é: ſaltus duo alti ſiluoſiq; ſunt mõtibus circa ſe ꝓpetuis ĩter ſe iuncti: iacet ĩter eos ſatis patẽs clauſus ĩ medio cãpus herbidus aquoſuſq;: ꝑ quẽ mediũ iter é: ſed antequã uenias ad eũ: ĩtrandæ primæ anguſtiæ ſũt: & aut eadẽ: q̃ te ĩſinuaueris: retro uia repetẽda: aut ſi ire porro ꝑgas: ꝑ aliũ ſaltũ artioré ĩpeditioréq; euadẽdũ. In eũ cãpũ uia alía ꝑ cauá rupẽ romãi remiſſo agmine: cum ad alias anguſtias protinus pergerẽt: ſeptas deiectu arboꝝ ſaxorũq; ingentiũ obiacente mole ĩuenere. Cum fraus hoſtilis apparuiſſet: præſidiũ

etiam in ſummo ſaltu cõſpicitur:citati inde retro:qua uenerant:pergũt repetere uiam:eam quoq; clauſam ſua obice armiſq; inueniunt.ſiſtũt inde gradũ ſine ullius ĩperio:ſtupor oĩum animos ac uelut torpor quidam inſolitus mẽbra tenet:intuenteſq; alii alios cum alterũ quiſque magis mẽtis cõpotem ac conſilii ducerent:diu ĩmobiles ſilẽt:deĩde ubi prætoria cõſulũ erigi uidere & expedire quoſdã utilia operi:quãquam ludibrio fore munientes perditis rebus ac ſpe omni adempta cernebant: tamen ne culpã malis adderent pro ſe quiſq; nec hortante ullo:nec ĩperante ad muniendũ uerſi:caſtra prope aquã uallo circũdant:ſua ipſi opera laboréq; irritũ: præterquã quod hoſtes ſuperbe ĩcrepabãt cũ miſerabili cõfeſſione eludentes:ad cõſules mœſtos ne aduocantes quidem in conſilium:quãdo nec conſilio: nec auxilio locus eſſet: ſua ſponte legati ac tribuni conueniunt:militeſq; in prætorium uerſi opem: quam uix dii ĩmortales ferre poterant: ab ducibus expoſcunt.Quærentes magis:quã conſultantes nox oppreſſit:cum pro ingenio quiſq; fremerent:alius per obices uiaꝝ:alius per diuerſa montiũ per ſiluas:qua ferri arma poterant:eamus:mõ ad hoſtẽ peruenire liceat: quẽ per annos iam ꝓpe.xx.uicimus: oĩa æqua ac plana erunt romano in perfidũ ſamnitẽ pugnãti.alius quo:aut qua eamus?num mõtes moliri ſede ſua paramus?dum hæc ĩminebunt iuga:qua tu ad hoſtem uenies? armati inermes fortes ignaui pariter oẽs capti atque uicti ſumus .ne ferrũ quidem ad bene moriendũ oblaturus eſt hoſtis: ſedens bellũ cõficiet. His inuicem ſermonibus tanquã quietis ĩmemores nox traducta eſt.Ne ſamnitibus quidem conſilium in tam lætis ſuppetebat rebus: itaque uniuerſi Herenniũ Pontium patrẽ ĩperatoris per litteras conſulendum cenſuerunt.Iam is grauior annis nõ militaribus ſolum:ſed ciuilibus quoque abſceſſerat muneribus:in corpore tamẽ affecto uigebat uis animi conſiliique. Is ubi accepit ad furcas caudinas inter duos ſaltus clauſos exercitus romanos: cõſultus ab nuncio filii cenſuit omnes inde quãprimũ inuiolatos dimittendos.quæ ubi ſpreta ſententia eſt iterũq; eodem remeante nuncio conſulebatur:cenſuit ad unum omnes interficiendos.Quæ ubi tam diſcordia inter ſe uelut ex ancipiti oraculo reſponſa data ſunt: quãquã filius ipſe ĩ primis iam aĩum quoq; patris conſenuiſſe ĩ affecto corpore rebatur:tamẽ cõſenſu oĩum uictus eſt:ut ipſum in conſiliũ acciperet. Nec grauatus ſenex plauſtro in caſtra ducitur:aduectus uocatuſque in cõſiliũ ita ferme locutus eſt: ut nihil ſententiæ ſuæ mutaret:cauſas tantũ adiiceret.Priore ſe cõſilio:quod optimũ duceret:cũ potentiſſimo populo per ingens beneficium perpetuã firmare pacẽ amicitiãq;:altero cõſilio in multas ætates: quibus amiſſis duobus exercitibus:haud facile receptura uires romana res bellũ differre:tertiũ nullũ cõſilium eẽ.Cum filius aliiq; principes percunctando exquirerent:quid ſi media uia conſiliũ caperẽt: ut & dimitterentꝰ incolumes: & leges is iure belli uictis ĩponerentur?iſta quidẽ ſententia:ĩquit:ea eſt.quæ neque amicos parat: neq; inimicos tollit:ſeruate mõ quos ignominia irritaueritis.Ea eſt romana gens:quæ uicta quieſcere neſciat: uiuet ſemper in pectoribus illoꝝ quicquid iſtuc præſens neceſſitas iniunxerit:neque eos ante multiplices pœnas expetitas a nobis quieſcere ſinet.Neutra ſententia accepta:Herennius domum aduectus.Et in caſtris romanis cum fruſtra multi conatus ad erumpendũ capti eſſent:ẽt omnium rerum inopia eſſet:uicti neceſſitate legatos mittũt:qui primum pacem peterent æquã:ſi pacem non impetrarent:prouocarẽt ad pugnam. Tum Pontius debellatum eſſe reſpondit:& quoniam ne uicti quidem ac capti fortunam fateri ſcirent: inermes cum ſingulis ueſtimentis ſub iugum miſſurum:alias conditiones pacis æquas uictis ac uictoribus fore :ſi agro ſamnitium decederetur:coloniæ abducerentur.ſuis inde legibus romanum ac ſamnitem æquo fœdere uicturum.His conditionibus paratum ſe eſſe fœdus cum conſulibus ferire:ſiquid eorum diſpliceat: legatos iam redire ad ſe uetuit.Hæc cum legatio renunciaretur: tãtus gemitus omnium ſubito exortus eſt: tantaque mœſtitia inceſſit:ut non grauius accepturi uiderentur: ſi nũciaretur omnibns eo loco mortem opperendam eſſe.Cum diu ſilentium fuiſſet:nec conſules aut pro fœdere tam turpi:aut cõtra fœdus tam neceſſarium hiſcere poſſent:tum.L. Lentulus:qui tum prĩcipes legatorum uirtute atque honoribus erat: patrem:inquit meum conſules ſæpe audiui memorantem ſe in capitolio unum non fuiſſe auctorem ſenatui redimendæ auro a gallis ciuitatis:quando nec foſſa ualloque ab ignauiſſimo ad opera ac muniendum hoſte clauſi eſſent:& erumpere ſi non ſine periculo magno:tamen ſine certa pernicie poſſent.Quod ſi illis:ut decurrere ex capitolio armatis in hoſtem licuit:quo ſæpe modo obſeſſi in obſidentes eruperunt: ita nobis æquo:aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoſte copia eſſet:non mihi paterni animi indoles in conſilio dando deeſſet.Equidem mortem pro patria præclarã eſſe fateor:& me uel deuouere pro populo romão legionibuſque:uel ĩ medios me mittere hoſtes paratus ſum:ſed hic patriam uideo: hic qcquid romanarum legionum eſt: quæ ſi pro ſe ipſis ad mortem ruere uolunt:quid habẽt : quod morte ſua ſeruent? tecta urbis dicat aliquis & mœnia:& eam turbam:a qua urbs incolitur:imo hercule prodũtur ea magis omnia deleto hoc exercitu:non ſeruantur.quis enĩ ea tuebitur? ĩbellis uidelicet atque ĩermis multitudo?tã hercule:quã a gallorꝝ ĩpetu defendit.an a Veiis exercitum Camillũque ducẽ ĩplorabũt?Hic omnis ſpes opeſque ſũt:quas ſeruãdo patriã ſeruamus:dedẽdo ad necẽ patriã deſerimus ac ꝓdimus. At fœda atq; ignõminioſa deditio ẽ :ſed ea caritas patriæ ẽ:ut tam ignominia eã:quã morte noſtra:ſi opus ſit:ſeruemus.Subeatur ergo iſta:quãtacũque eſt:indignitas:& pareaꝰ neceſſitati:quã ne dii quidẽ ſuperant.Ite cõſules:redimite armis ciuitatẽ:quã auro maiores noſtri redemerũt.Cõſules ꝓfecti ad Põtiũ: ĩ colloquiũ cũ de fœdere uictor agitaret:negarũt iuſſu populi fœdus fieri poſſe nec ſine fœcialibus cerimoniaq; alia ſolẽni.Itaq; nõ ut uulgo credũt:Claudiuſq; ẽt ſcribit fœdere pax caudĩa: ſed ꝑ ſpõſionẽ facta ẽ.qd.n.aut ſpõ-

soribus in fœdere opus esset:aut obsidibus ubi precatione res transigitur:per quē populū fiat:quo minus legibus dictis stetur: ut eū ita Iupiter feriat: quēadmodū a fœcialibus porcus feriatur:Spopōderunt cōsules:præfecti:legati:quæstores:tribuni militum:nominaq; oīum:qui spopōderunt:extant:ubi si ex fœdere acta res esset:præterquā duoꝝ fœcialium nō extraent:& ꝓpter necessariā fœderis dilationē: obsides etiā sexcenti equites iperati:qui capite luerent:si pacto nō staretur .tēpus inde statutū tradendis obsidibus :exercituq; inermi mittēdo . Redintegrauit luctū in castris consulū aduentus:ut uix ab iis abstinerēt manus: quoꝝ temeritate in eum locū deducti eēnt:quoꝝ ignauia fœdius inde:quā uenissent:abituri.Illis nō ducem locoꝝ:non exploratorē fuisse:bælluaꝝ modo cæcos ī foueā missos alii alios ituri:contēplari arma mox tradenda:& inermes futuras dextras obnoxiaq; corpora hosti.Proponere sibimetipsi ante oculos iugum hostile:& ludibria uictoris:& uultus supbos:& per armatos inermū iter. inde fœdi agminis miserabilem uiam per sociaꝝ urbes:reditū ī patriā ac parētes:quo sæpe ipsi maioresq; eoꝝ triūphātes uenissent. Se solos sine uulnere:sine ferro:sine acie uictos:sibi non stringere licuisse gladios:non manum cum hoste cōferre: sibi nequicquā animos datos .Hæc fremētibus hora fatalis ignominiæ aduenit oīa tristiora experiundo factura:quā quæ præceperant aīs. Iam primū cum singulis uestimētis inermes extra uallum exire iussi:& primi traditi obsides:atq; in custodiam abducti. Tum a consulibus abire lictores iussi:paludamētaq; detracta tantā inter eos:qui pauloante eos execrantes dedendos lacerandosq; censuerāt: miserationē fecit: ut suæ quisq; cōditionis oblitus ab illa deformatione tantæ maiestatis uelut a nefando spectaculo auerteret oculos.Primi consules ꝓpe semiuudi sub iugum missi:tū ut quisq; gradu ꝓximus erat:ita ignominiæ obiectus:tū deinceps singulæ legiones.circunstabāt armati exprobrātes eludentesq; :gladii ēt plærisque intētati:uulnerati quidam necatiq;:si uultus eoꝝ indignitate reꝝ acrior uictorem offendisset . ita traducti sub iugū :& quod pene grauius erat per hostiū oculos:cū ex saltu euasissent: ac si uelut ab inferis extracti:tum primū lucem aspicere uisi sunt:tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaq; cum ante noctem Capuam peruenire possent īcerti de fide sociaꝝ:& quod pudor præpediebat:circa uiam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostrauerunt. Quod ubi est Capuam nunciatum:euicit miseratio iusta sociaꝝ superbiam ingenitam campanis:confestim isignia sua cōsulibus fasces lictores arma equos uestimenta cōmeatus militibus benigne mittunt:& uenientibus Capuā cunctus senatus populusq; obuiam egressus:iustis omnibus hospitalibus priuatisq; & publicis fungit offi ciis:neq; illis sociaꝝ comitas uultusq; benigni & alloquia non modo sermonem elicere:sed ne ut oculos quidem attollerent: aut consolātes amicos contra intueretur efficere poterant.adeo super mœrorem pudor quoq; effugere colloquia & cœtus hominum cogebat.Postero die cū iuuenes nobiles missi a Capua: ut proficiscentes ad finem campanū prosequerentur:reuertissent:uocatiq; in curiam percūctantibus maioribus natu :multo sibi mœstiores & abiectiores animi uisos referrent: adeo silens ac prope mutū agmē incessisse:tacere indolem illam romanam:ablatosq; cum armis animos: non reddere salutem non salutātibus dare responsum: non hiscere quenquam præ metu potuisse: tanquam ferentibus adhuc ceruicibus iugum sub quod emissi essent.Habere samnites uictoriam nō præclaram solum:sed etiam perpetuam:cepisse enim eos non Romam sicut ante gallos:sed quod multo bellicosius fuerit romanam uirtutem ferociamq;.Cum hæc dicerentur audirenturq;:& deploratum pene romanum nomen in consilio sociaꝝ fidelium esset:dicitur Offillius Acalauius Oui filius clarus genere factisq; tum etiam ætate uerēdus:longe aliter se habere rem dixisse:silentium illud obstinatum: fixosq; in terram oculos :& surdas ad omnia solatia aures:& pudorem intuendæ lucis:ingentem molem irarum ex alto animi cientes indicia esse:aut romana se ignorare ingenia:aut silentium illud samnitibus flebiles breui clamores gemitusq; excitaturum: caudi næq; pacis aliquanto samnitibus:quam romanis tristiorem memoriam fore.quippe suos quenque eorum animos habiturum ubicunq; congressuri sint:saltus caudinos non ubique samnitibus fore.Iam Romæ & sua infamis clades erat:obsessos primū audierunt:tristior deinde ignominiosæ pacis:quā periculi nuncius fuit.Ad famā obsidionis delectus haberi cœptus erat:dimissus deide auxiliaꝝ apparatus:posteaquā deditionem tam fœde factam acceperunt: extemploq; sine ulla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est.Tabernæ circa forum clausæ:iusticiumq; in foro sua sponte cœptum:priusquam indictū: lati claui annuli aurei positi. pene mœstior exercitu ipso ciuitas esse:nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci:sed innoxios etiam milites odisse & negare urbe tectisue accipiendos . Quam concitationem animoꝝ fregit aduentus exercitus etiam iratis miserabilis : non.n. tanquā in patriā reuertentes ex insperato incolumes :sed captorum habitu uultuq; ingressi fero in urbem:ita se in suis quisque tectis abdiderunt:ut postero die atq; insequentibus diebus nemo eoꝝ foꝝ aut publicum aspicere uellet. Consules in priuato abditi nihil ꝓ magistratu agere:nisi quod expressum senatusconsulto est: ut dictatorem diceret comitioꝝ cā:Qu.Fabiū Ambustum dixerūt:&.P. Aemyliū Petū magistrū equitū: qbus uitio creatis: suffecti.M. Aemylius Papus dictator:L. Valerius Flaccus magister eqtū nec ꝓ eos comitia habita: & quia tedebat populum omnium magistratuum eius anni res ad interregnum rediit.interreges.Qu.Fabius Maximus .M. Valerius Coruinus.is consules creauit.Qu.Publium Philonem:&.L.Papyrium Cursorem iterum: haud dubio consensu ciuitatis quod nulli ea tempestate duces clariores essent.Quo creati sunt:die eo(sic enim placuerat patribus)magistratum inierūt: solēnibusq; sanctis perfectis : de pace caudia

retulerunt:& Publius:penes quem fasces erant:dic Spuri Posthumi:inquit:Qui ubi surexit:eodē illo uultu:quo sub iugum missus erat: haud sum ignarus:inquit:cōsules ignominiæ nō honoris causa me primū excitatum iussumq; dicere nō tanquā senatorem :sed tanquā reum tam infelicis belli:quam ignominiosæ pacis. Ego tamen quando neque de noxa nostra: neque de pœna retulistis : omissa defensione : quæ non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatūq; sententiam de eo : de quo retulistis:paucis peragam:quæ sententia testis erit: mihi ne an legionibus uestris pepercerim: cum me seu turpi:seu necessaria sponsione obstrinxi:qua tamē quādo iniussu populi facta est:nō tenet populus romanus:nec quicquā ex ea præterquā corpora nostra debent samnitibus. Dedamur per fœciales nudi uinctiq; exoluamus religione populum:si qua obligauimus:ne quid diuini aut humani obstet:quo minus iustum piūq; de integro ineatur bellū. iterea cōsules exercitū scribere armare educere placet:nec prius īgredi hostium fines: quā oia iusta in deditionē nostrā pfecta erunt. Vos dii īmortales precor quæsoq; si uobis nō fuit cordi:Sp.Posthumiū:T.Veturiū cōsules cū samnitibus ꝓspere bellum gerere:at uos satis habeatis ui disse nos subiugū missos:uidisse sponsiōe īfami obligatos:uidere nudos uinctosq; hostibus deditos oēm iram hostium nostris capitibus excipiētes:nouos cōsules legionesq; romanas ita cū samnite gerere bellū uelitis :ut oia āte nos cōsules bella gesta sunt. Quæ ubi dixit:tāta simul admiratio miseratioq; uiri īcessit homines:ut modo uix crederent illū eundē esse. Sp.Posthumiū:qui auctor tam fœdæ pacis fuisset:modo miserarētur:quod uir talis ēt præcipuū apud hostes suppliciū passurus eēt ob irā diremptæ pacis. cū omnes laudibus modo ꝓsequentes uix in sententiam eius pedibus irent:tētata paulisper intercessio ē a .L.Liuio: &.Qu.Melio tribunis plebis: qui neq; exolui religione populū aiebāt deditione sua :nisi oia samnitibus: qualia apud Caudiū fuissent:restituerent:neq; se ꝓ eo:qđ spondēdo pacē seruassent:exercitū populi romani pœnā ullā meritos esse:neq; ad extremū:cū sacrosancti eēnt:dedi hostibus uiolariue posse. Tū posthumius interea dedite:inquit: ꝓfanos nos:quos salua religione potestis:dedetis deinde & istos sacrosanctos: cum primū magistratu abierint:sed si me audiatis:priusquā dedant hic in comitio uirgis cæsos:hanc iam ut intercalatæ pœnæ usurā habeant:Nam quod deditione nostra negant exolui religione populū:id istos magis ne dedantur:quā quia ita res habeat:dicere quis adeo iuris fœcialiū expers ē: qui ignoret: neq; ego inficias eo patres cōscripti tam spōsores:quā fœdera sancta esse apud eos homines:apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colit:sed iiussu populi nego quicquā sanciri posse:quod populū teneat. An si eadem supbia:qua spōsionē istā expressērūt:nobis samnites coegissent:nos uerba legitima dedentium urbes nuncupare:deditū populū romanum uos tribuni diceretis? & hāc urbē tēpla delubra:fines:aquas samnitium esse? omitto deditionem: quoniam de sponsione agitur. Quid tandem si spopondissemus urbem hanc relicturum populum romanum? si incenssurum? si magistratus:si senatum: si leges nō habiturum? si sub regibus futurę? Dii meliora:inquis: atqui nō indignitas rei sponsionis uinculū leuat. Siquid est:in quo obligari populus possit:in omnibus pōt:& ne illud quidē:quod quosdā forsitan moueat:refert: consul an dictator:an prætor spopōderit:& hoc ipsi etiā samnites iudicauerūt:quibus non fuit satis consules spondere :sed legatos:quæstores:tribunos militū spondere coegerunt. Nec a me nūc quisquā quæsierit: quid ita spopōderim:cū id nec cōsulis ius eēt:nec illis spōdere pacē:quæ mei nō erat arbitrii: nec ꝓ uobis: qui nihil mandaueratis:possem. Nihil ad Caudiū patres cōscripti humanis cōsiliis gestum ē: dii īmortales & uestris:& hostiū īperatoribus mentē ademerūt:nec nos ī bello satis cauimus: & illi male partam uictoriam male perdiderunt:dum uix locis:quibus uicerant : credunt : dum quacunque conditione arma uiris in arma natis auferre festinant. An si sana mens fuisset:difficile illis fuit :dum senes ab domo ad cōsultandum accersunt: mittere Romā legatos cū senatu:cū populo de pace & fœdere agere? tridui iter expeditis erat:interea ī īduciis res fuisset:donec ab Roma legati aut uictoriā illis certā: aut pacem afferrent. ea demum sponsio esset:quā populi iussu spopōdissemus. sed neq; uos tulissetis:nec nos spopōdissemus. nec fas fuit aliū rei exitū eē:quā ut illi uelut somnio lætiore : quam quod mentes eorum capere possent: ne quicquam eluderentur:& nostrū exercitum eadem:quæ īpedierat:fortuna expediret: uanam uictoriam uanior irritam faceret pax: sponsio interponeretur:quæ neminem præter sponsorem obligaret. Quid enim uobiscum patres conscripti? quid cum populo romano actum est? quis uos appellare potest? quis se a uobis dicere deceptū? hostis an ciuis? hosti nihil spopondistis :quem neminem spondere pro uobis iussistis. nil ergo uobis: nec uobiscum est :quibus nihil mādastis:nec cum samnitibus:cū quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus rei satis locupletes ī id:quod nostrū est: in id qđ præstare possumus corpora nostra & animos:in hæc sæuiant:ī hoc ferrum:in hæc iras acuant. Quod ad tribunos plebis attinet: consulite utrum præsens deditio eoꝝ fieri possit:an in diem differatur:nos interim. T.Veturi :uosq; cæteri uilia hæc capita luendæ spōsionis feramus & nostro supplicio liberemus romana arma. Mouit patres conscriptos tum causa:tum auctor:nec cæteros solum:sed tribunos etiam plebei:ut se ī senatus dicerent fore potestate. magistratu inde se extemplo abdicauerunt: traditique fœcialibus cum cæteris Caudium ducendi. Hoc facto senatusconsulto lux quædam affulsisse ciuitati uisa est: Posthumius in ore erat: eum laudibus ad cælum ferebant:deuotioni. P.Decii consulis aliis claris facinoribus æquabant :emersisse ciuitatem ex ob noxia pace illius cōsilio & opera:ipsum se cruciatibus & hostiū iræ offerre: piacula pro populo dare romano arma cuncti spectant & bellum : quod desiderant futurum : ut cōgredi armatis

cum samnite liceat.In ciuitate ira odioq; ardẽte delectus omnium ꝑpe uoluntarioꝝ fuit.rescriptæ ex eodem milite nouæ legiones:ductusq; ad Caudium exercitus.Progressi fœciales:ubi ad portã uenere: uestẽ detrahi pacis sponsoribus iubẽt:manus post tergũ uinciri.Cum apparitor uerecundia maiestatis Posthumium laxe uinciret:quin tu:inquit:adduces loꝝ:ut iusta fiat deditio? Tum ubi in cœtũ samnitium & ad tribũal Pontii uentum est:A.Cornelius Aruina fœcialis ita uerba fecit.Quãdoquidẽ hisce hominẽs iussu populi romani quiritium fœdus ictum iri spoponderũt:atque ob eam rem noxã nocuerũt: ob eã rem: quo populus romanus scelere impio sit solutus:hosce homines uobis dedo. Hæc dicente fœciali Posthumius genu femur:quãta maxie potuit ui:perculit:& clara uoce ait se samnitẽ ciuem esse illũ legatũ fœcialem a se cõtra ius gentiũ uiolatũ:eo iustius bellum gesturos.Tum Põtius nec ego istã deditionẽ accipiam: inquit:nec samnites ratam habebũt.quin tu Spuri Posthumi:si deos esse censes:aut omnia irrita facis: aut pacto stas? samniti populo omnes:quos in potestate habuit:aut pro iis:pax debetur.Sed quid ego te appello:qui te captum uictori: cum qua potes fide:restituis? populũ romanum appello:quẽ si spõsionis ad furcas caudinas factæ pœnitet:restituat legiones intra saltum:quo septæ fuerũt.nemo quẽquã deceperit: oia pro infecto sint:recipiant arma:quæ per pactionẽ tradiderũt:redeant in castra sua:quicquid pridie habuerunt:quã in colloquiũ est uentũ:habeant:tum bellũ:& fortia cõsilia placeant : tũc sponsio & pax repudietur.ea fortuna iis locis:quã ante pacis mentionẽ habuimus:geramus bellum.nec populus romanus consulum sponsionẽ:nec nos fidem populi romani accusemus.Nunquam ne causa defiet:cur uicti pacto non stetis? obsides Porsẽnæ dedistis:furto eos subduxistis:auro ciuitatẽ a gallis redemistis : inter accipiendum aurum cæsi sunt:pacem nobiscũ pepigistis:ut legiones uobis captas restitueremus: eam pacem irritam facitis:& semper aliquã fraudi speciẽ iuris imponitis.Non probat populus romanus ignominiosa pace legiones seruatas? pacem sibi habeat:legiones captas uictori restituat.hoc fide: hoc fœderibus:hoc fœcialibus cerimoniis dignũ erat:ut quidẽ tu:quod petisti:per pactionẽ habeas tot ciues incolumes: ego pacem:quã hosti tibi remittendo pactus sum:nõ habeam? hoc tu.A.Corneli:hoc uos fœciales iuris gentibus dicitis? Ego uero istos:quos dedi simulatis:nec accipio:nec dedi arbitror:nec moror:quo minus in ciuitatẽ obligatam sponsione cõmissa iratis omnibus diis:quoꝝ eluditur numẽ:redeãt.geraꝫ bellũ:quãdo.Sp. Posthumius modo legatum fœcialem genu perculit: ita dii credent samnitẽ ciuem posthumiũ non ciuẽ romanum esse:& a samnite romanũ legatum uiolatũ:eo uobis iustum in nos factũ esse bellum .Hæc ludibria religionũ nõ pudere in lucem proferre? & uix pueris dignas ambages senes ac cõsulares fallẽdæ fidei exqrere? I lictor:deme uincula romanis:moratus sit nemo:quo minus:ubi uisum fuerit:abeant . Et illi quidẽ forsitan & publica : sua certe liberata fide ab Caudio in castra romana inuiolati redierunt. Samnitibus ꝑ superba pace infestissimũ cernẽtibus renatum bellum:omnia:quæ deinde uenerunt :non in animis solũ: sed ꝑpe in oculis esse:& sero ac ne quicquã laudare senis Pontii utraq; consilia:inter quæ sẽ media lapsos uictoriæ possessionẽ pace incerta mutasse:& beneficii & maleficii occasione amissa: pugnaturos cũ eis: quos potuerint:in perpetuum uel inimicos tollere:uel amicos facere:adeoq; nullo dum certamine inclinatis uiribus post caudinam pacem animi mutauerant:ut clariorem inter romanos deditio Posthumium: quam Pontium incruenta uictoria inter samnites faceret:& geri posse bellum romani pro uictoria certa haberent:samnites simul rebellasse & uicisse crederent romanum.Inter hæc satricani ad samnites defecerant:& Fregellæ colonia nec opinato aduentu samnitium fuisse:& satricanos cum iis satis constat :nocte occupata est:timor inde mutuus utroscq; usq; ad lucem quietos tenuit:lux puguæ initium fuit: quã aliquã diu æquam:& quia pro aris & focis dimicabant:& quia ex tectis adiuuabat imbellis multitudo: tamẽ fregellani sustinuerũt.Fraus deinde rem inclinauit:quod uocem audiri præconis passi sunt incolumen abiturum:qui arma posuisset.ea spes remisit a certamine animos: & passim arma iactari cœpta. Pertinacior pars armata per auersam portam erupit:tutiorq; eis audacia fuit:quam incautus ad credendũ cæteris pauor:quos circundatos igni ne quicquã deos fidemq; inuocantes samnites concremauerunt.Consules iter se partiti ꝑ uincias:Papyrius in Appuliam ad Luceriam pergit:ubi equites romãi obsides ad Caudiũ dati custodiebantur:Publius in Samnio substitit aduersus caudinas legiones.Distendit ea res samnitium aios: quod nec ad Luceriam ire: ne a tergo instaret hostis:nec manere: ne Luceria interim amitteretur:satis audebant.optimum uisum est cõmittere rem fortunæ & transigere cum Publio certamen:itaq; in aciem copias ducunt:aduersus quos Publius consul cum dimicaturus esset:prius alloquendos milites ratus concionem aduocari iussit:cæterum sicut ingenti alacritate ad prætorium concursum est:ita præ clamore poscentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est:suus cuiq; animus memor ignominiæ adhortator aderat. Vadunt igitur in prælium urgentes igniferos:& ne mora in cõcursu pilis emittẽdis stringẽdisq; inde gladiis esset:pila uelut dato ad id signo abiiciunt:strictisque gladiis cursu i hostem feruntur:nihil illic imperatoriæ artis ordinibus :aut subsidiis locandis fuit:omnia ira militaris prope uesano ordine egit.Itaq; nõ fusi modo hostes sunt:sed ne castris quidem suis fugam impedire ausi:Appuliam dissipati petiere:Luceriam tamen coacto rursus in unum agmine est puentum:Romanos ira eadem:quæ ꝑ mediam hostium aciem tulerat:& in castra ptulit:ibi plus quam in acie sanguinis ac cædis factum:prædæque pars maior ira corrupta.Exercitus alter cum Papyrio consule:locis maritimis puenerat Arpos per oia pacata samnitium magis iniuriis & odio : quam beneficio ullo populi romani : nam samnites ea tempestate in

montibus uicatim habitantes campestria & maritima loca cõtemptu cultoꝝ molliore: atq; ut euenit: fere locis simili genere ipsi mõtani atq; agrestes depopulabunt. quæ regio si fida samnitibus fuisset: aut peruenire Arpos exercitus romanus nequisset: aut interiecta inter Romã & Arpos penuria reꝝ oium exclusos a cõmeatibus assumpsisset. Tum quoq; ꝓfectos inde ad Luceriã iuxta obsidẽtes obsessoq; inopia uexauit: oia ab Arpis romanis suppeditabãtur: cæteꝝ adeo exigue ut militi occupato stationibus uigiliisq; & opere: eques folliculis ĩ castra ab Arpis frumẽtum ueheret: interdũ occursu hostium cogeret abiecto ab equo frumento pugnare & obsessis priusquam alter cõsul uictore exercitu aduenit: & cõmeatus ex montibus samnitium iuecti erant: & auxilia intro missa. Artiora oĩa aduẽtus Publii fecit: qui obsidione delegata in curam collegæ uacuus per agros cũcta infesta cõmeatibus hostiũ fecerat. Itaq; cũ spes nulla esset diutius obsessos inopiam laturos: coacti samnites: qui ad Luceriã castra habebãt: undiq; contractis uiribus signa cum Papyrio cõferre. Per id tempus parantibus utriscq; se ad prælium: legati tarentini interueniunt denunciantes samnitibus: romanisq; ut bellum omitterent: per utros stetisset: quo minus discederetur ab armis: aduersus eos se pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papyrius audita perinde ac motus dictis eoꝝ cũ collega se cõmunicatuꝝ respondit: accitoq; eo: cum tẽpus omne in apparatu cõsumpsisset: collocutus de re haud dubia signũ pugnæ ꝓposuit. Agẽtibus diuina humanaq; quæ assolent: cũ acie dimicandum ẽ: cõsulibus tarẽtini legati occursare respõsum expectantes: quibus Papyrius ait: auspicia secunda esse tarentini pullarius nũciat: lætatum præterea ẽ egregie auctoribus diis: ut uidetis: ad rem agendã ꝓficiscimur. Signũ inde ferri iussit: & copias eduxit: uanissimam increpans gẽtem: quæ suaꝝ impotens reꝝ prædomestiis seditionibus discordiisq; aliis modũ pacis ac belli facere æquum censeret. Samnites ex parte altera cũ oẽm curã belli remisisset: qa aut pacẽ uere cupiebãt: aut expediebat simulare: ut tarẽtinos sibi cõciliarẽt: cũ istructos repẽte ad pugnã romanos cõspexissent: uociferari se ĩ auctoritate tarentinoꝝ manere: nec descendere in aciẽ: nec extra uallum arma ferre: decretos potius quodcũq; casus ferat passuros: quã ut spreuisse pacis auctores tarentinos uideant. Accipere se omen cõsules aiunt: & eam precari mẽtem hostibus: ut ne uallũ quidẽ defendãt: ipsi ĩter se partitis copiis succedũt hostium munimẽtis: & simul undiq; adorti cum pars fossas explerent: pars uellerent: uallum atq; in fossas ꝓruerent: nec uirtus modo ĩsita: sed ira etiã exulceratos ignominia stimularet aĩos: castra inuasere. & ꝓ se quisq; nõ hæc furcas: nec Caudium: nec saltus inuios esse: ubi errorem fraus supbe uicisset: sed romanã uirtutem: quã nec uallũ: nec fossæ arcerent memorantes: cædunt pariter resistentes: fusosq; inermes atq; armatos seruos: liberos: puberes: impuberes: hoes: iumẽtaq; nec ullũ supfuisset animal: ni cõsules receptui signũ dedissent: auidosq; cædis milites e castris hostiũ ĩperio ac minis expulissent. Itaq; apud infensos ob interpellatã dulcedinẽ iræ confestim oratio habita ẽ: ut doceret miles minime cuiquã militum cõsules odio ĩ hostes cessisse aut cessuros: quin duces sicut belli ita insaciabilis supplicii futuros fuisse: ni respectus equitũ sexcentoꝝ: qui Luceriæ obsides tenerent: præpedisset aĩos: ne desperata uenia hostes cæcos in supplicia eoꝝ ageret: ꝓdere prius quã perire optantes. Laudare ea milites: lætariq; obuiã itũ iræ suæ esse: fateri oĩa patienda prius: quã ꝓderet salus tot pricipũ romanæ iuuẽtutis. Dimissa cõcione: cõsilium habitũ oĩbus ne copiis Luceriam præmerent: an altero exercitu & duce appuli circa gens dubiæ ad id uoluntatis tentaret. Publius cõsul ad peragrandã ꝓfectus Appuliã aliquot expeditõe una populos aut ui subegit: aut cõdicionibus ĩ societatẽ accepit. Papyrio quoq; qui obsessor Luceriæ restiterat: breui ad spem euentus respondit: nã insessis oĩbus uiis: per quas cõmeatus ex Samnio subuehebat: fame domiti samnites: qui Luceriæ ĩ præsidio erant: legatos misere ad cõsulem romanũ: ut receptis equitibus: qui causa belli essent: absisteret obsidione. His Papyrius ita respõdit debuisse eos pontium Herennii filium: quo auctore romanos sub iugum misissent: consulere: quid uictis patiendum censeret. cæterum quoniam ab hostibus ĩ se æqua statui: quam in se ipsi ferre maluerint: nunciare Luceriam iussit: arma: sarcinas: iumenta: multitudinem omnem imbellem intra mœnia relinquerent: militem se cũ singulis uestimentis sub iugũ missuꝝ: ulciscentem illatam nõ nouam inferẽtem iniuriã. Nihil recusatum: septẽmillia militum sub iugum missa: prædaq; ingens Luceriæ capta: receptis omnibus signis armisq; quæ ad Caudiũ amiserant: & quod oĩa superabat gaudia equitibus recuperatis: quos pignore pacis custodiendos Luceriã samnites dederãt. Haud ferme alia mutatione subita rerum clarior uictoria populi romani est: siquidem etiam quod quibusdam in annalibus inuenit Pontius Herẽnii filius samnitium imperator: ut expiaret cõsulum ignominiam sub iugum cum cæteris est missus. Cæterum id minus miror obscuꝝ esse de hostium duce dedito missoq; sub iugum id magis mirabile ẽ ambigi. L. ne Cornelius dictator cũ. L. Papyrio Cursore magistro equitum ea res ad Caudium atq; inde Luceriã gesserit: ultorq; unicus romanæ ignominiæ haud sciam an iustissimo triumpho ad eam ætatem secũdum Furiũ Camillũ triumphauerit: an cõsulis Papyrii præcipuum id decus sit. Sequit hunc erroré alius error: Cursor ne Papyrius ꝓximis comitiis cũ. Qu. Aurelio Ceretano iteꝝ ob rem bene gestam Luceriæ continuato magistratu consul tertium creatus sit: an. L. Papyrius Mugilanus: & in cognomine erratum sit. Conuenit iam inde per consules reliqua belli perfecta. Aurelius cum ferentanis uno secundo prælio debellauit: urbemq; ipsam: quo se fusa contulerat acies: obsidibus impatis in deditionem accepit. Pari fortuna consul alter cum satricanis: qui ciues romani post caudinam cladem ad samnites defecerant: præsidiumque eorum in urbem acceperant: rem gessit: nam cum ad mœnia Satricæ admotus esset exercitus

legatiſque miſſis ad pacem cum precibus petẽdam triſte reſponſum a conſule redditũ eſſet: niſi præſidio ſamnitium iterfecto aut tradito ne ad ſe remearent: plus ea uoce: quam armis illatis terroris colonis inie ctum. Itaq; ſubinde cum exequerentur quærendo a conſule legati: quo nam ſe pacto paucos & infirmos crederet præſidio tam ualidõ & armato uim allaturos? ab iiſdem conſilium petere iuſſi: quibus auctoribus p̃ſidium in urbem accepiſſent: diſcedunt: ægreq; impetrato ut de ea re cõſuli ſenatum reſponſaq; ad ſe referri ſineret: ad ſuos redeũt. Duæ factiones ſenatum diſtrahebant: una: cuius principes erãt defectiõis a populo romano auctores: altera fidelium ciuiũ. certatum ab utriſq; tamen eſt: ut ad reconciliãdam pacẽ cõſuli opera nauaretur. Pars altera cum præſidium ſamnitium: quia nihil ſatis præparati erãt: ad obſidionẽ tolerãdam excurſuꝝ ꝓxima nocte eſſet: nunciare cõſuli ſatis habuit: qua noctis hora: quãq; ꝑ portam: & quã iter uiam egreſſurus hoſtis foret. altera quibus inuitis deſcitum ad ſamnites erat: eadem nocte portã etiam cõſulibus aperuerũt. Ita duplici ꝓditione & p̃ſidium ſamnitium iſeſſis circa uiam ſilueſtribus locis nec opinato oppreſſum eſt: & ab urbe plena hoſtiũ clamor ſublatus: momentoq; unius horæ ſamnis cæſus: ſatricanus captus. & omnia in poteſtate cõſulis erant. qui quæſtione habita: quoꝝ opa defectio eſſet facta: quos fontes compit: uirgis cæſos ſecuri ꝓcuſſit: p̃ſidioq; ualido impoſito arma ſatricanis ademit. Inde ad triumphũ deceſſiſſe Romã Papyriũ Curſoré ſcribunt: qui eo duce Luceriam receptam: ſamniteſq; ſub iugum miſſos auctores ſunt: & fuit uir haud dubie dignus omni bellica laude: non animi ſolum uigore: ſed etiã corporis uiribus excellens. præcipua pedũ ꝓnicitas inerat: quæ cognomen etiam dedit: uictoréque curſu oĩum ætatis ſuæ fuiſſe ferunt: & ſeu uirium ui: ſeu exercitatione multa: cibi uiniq; eundẽ capaciſſimũ: nec cum ullo aſperiorẽ: quia ipſe inuicti ad laborem corporis eſſet: fuiſſe militiam pedití pariter equitiq;. equites etiã aliquãdo auſos ab eo petere: ut ſibi ꝓ re bene geſta laxaret aliquid laboris: q̃bus ille: ne nihil remiſſum dicatis: remitto: inquit: ne utique dorſum demulceatis: cũ ex equis deſcendetis. & uis erat ĩ eo uiro imperii ingens pariter ĩ ſocios ciueſq;. Prænestinus prætor ꝓ timoré ſegnius ex ſubſidiis ſuos duxerat ĩ primã aciem: quẽ cũ inambulans ante tabernaculum uocari iuſſiſſet: lictorem expedire ſecurim iuſſit: ad quam uocé exanimi ſtãte prænestino: agedum lictor excide radicem hanc: inquit: incommodam ambulãtibus: pfuſumq; ultimi ſupplicii metu mulcta dicta dimiſit. Haud dubie illa ætate: qua nulla uirtutum feracior fuit: nemo unus erat uir: quo magis innixa res romana ſtaret. quin eum parem deſtinãt animis magno Alexandro ducem: ſi arma Aſia ꝓdomita in Europã uertiſſet. Nihil minus quæſitum a prĩcipio huius operis uideri põt: quã ut plus iuſto ab reꝝ ordine declinaré uarietatibuſq; diſtinguendo opere & legentibus uelut diuerticula amœna. & requiem animo meo quærerem: tamen tanti regis ac ducis mẽtio: quibus ſæpe tacitis cogitationibus uolutauit animũ: ea ſeuocat in medium: ut quærere libeat: quinam euentus romanis rebus: ſi cum Alexandro foret bellatũ: futurus fuerit. Plurimum ĩ bello pollere uidentur militũ copia & uirtus: ingenia imperatoꝝ: fortuna ꝓ omnia humana maxime ĩ res bellicas potẽs. Ea & ſingula intuenti & uniuerſa: ſicut ab aliis regibus gẽtibuſq;: ita ab hoc quoq; facile præſtant inuictũ romanũ imperium. Iam primũ ut ordiar ab ducibus cõparandis: haud equidem abnuo egregium ducem fuiſſe Alexandrũ: ſed clariorem eũ tamẽ facit: quod unus fuit: quod adoleſcens in incremento reꝝ nondum alteram fortunã expertus deceſſit. Vt alios reges claros duceſq; omittã magna exempla caſuum humanoꝝ. Cyꝝ: quem maxime græci laudibus celebrant: quid niſi longa uita ſicut magnũ modo Pompeium uertenti præbuit fortunæ? Ne recenſeam duces romanos: nec oẽs oĩum ætatum: ſed ipſos eos: cũ quibus cõſulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandũ: M. Valeriũ Coruinũ: G. Claudium: M. Rutilium Claudium Sulpicium. T. Mãlium Torquatum: Quintũ Publium Philonem. L. Papyrium Curſorem. Qu. Fabiũ maximũ. duos Decios: L. Volumnium: Marcum Curium deinceps ingentes ſequunt uiri: ſi punicũ romano præuertiſſet bellum: ſenioreq; in Italiam traieciſſet. Hoꝝ ĩ quolibet tum indoles eadem: quæ in Alexaudro erat animi ĩgenii q;: tum diſciplina militaris iam inde ab initiis urbis tradita per manus: in artis ꝓpetuis præceptis ordinatæ modũ uenerat. Ita reges geſſerant bella: ita deinde exactores regum Iunii Valeriiq;: ita deinceps Fabii Quintii Cornelii: ita Furius Camillus: quẽ iuuenes duo: quibus cũ Alexãdro dimicandũ erat: ſenẽ uiderant. Militaria opera pugnãdo obeunti Alexandro: nam ea quoq; haud minus claꝝ eum faciunt: ceſſiſſet uidelicet ĩ acie oblatus par Mãlius Torquatus: aut Valerius Coruinus iſignes ante milites: quã duces? ceſſiſſent Decii deuotis corporibus ĩ hoſtẽ ruentes? ceſſiſſet Papyrius Curſor illo corporis robore. illo animi? uictus eſſet cõſiliis iuuenis unius: ne ſingulos nominẽ ſenatus ille: quẽ qui ex regibus cõſtare dixit: unus uerã ſpeciẽ romani ſenatus cepit? Id uero erat piculum: ne ſolertius: quã quiuis unus ex iis: quos nominaui: caſtris locũ caperet: cõmeatus expediret: ab inſidiis præcauerat: tempus pugnæ eligeret: aciem inſtrueret: ſubſidiis firmaret. Nõ iam cũ Dario rem eſſe dixiſſet: quẽ mulieꝝ ac ſpadonũ agmen trahentẽ: iter purpuram atq; auꝝ ornatũ fortunæ ſuæ apparatibus prædam uerius. quã hoſtem: nihil aliud quã bene auſus uana contemnere incruentus deuicit. Longe alius Italiæ: quam Indiæ per quam temulento agmine comeſſabundus inceſſit: uiſus illi habitus eſſet: ſaltus Appuliæ: ac montes lucanos cernenti: & ueſtigia recentia domeſticæ cladis: ubi auunculus eius nuper Epiri rex Alexander abſumptus erat. Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus: quarum nemo intolerantior fuit: qui ſi ex habitu nouæ fortunæ nouiq;: ut ita dicam: ingenii: quod ſibi uictor iduerat: ſpectetur: Dario magis ſimilis: quam Alexandro in Italiam ueniſſet: & exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemq; iam

in persarum mores adduxisset. Referre in tanto rege piget superbam mutationem uestis: & desideratas humi iacentium adulationes etiam uictis graues: nedum macedonibus uictoribus: & fœda supplicia: & inter uinum & epulas cædes amicorum: & uanitatem ementiendæ stirpis. Quid si uini amor in dies fieret acrior? quid si trux ac pferuida ira? nec quicquã dubium iter scriptores refero: nulla ne hæc damna imperatoris uirtutibus ducimus? Id uero periculum erat: quod leuissimi ex græcis: qui parthoꝝ quoq; contra nomen romanum gloriæ fauent: dictitare solent: ne maiestaté nominis Alexandri: quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse: sustinere nõ potuerit populus romanus: & aduersus quem Athenis ĩ ciuitate fracta macedonum armis cernentem tum maxime prope fumãtes Thebaꝝ ruinas: concionari libere ausi sint homines: id quod ex monumentis orationũ patet aduersus eum: nemo ex tot pceribus romanis uocem liberam missurus fuerit? Quantalibet magnitudo hominis cõcipiatur animo: unius tamen ea magnitudo hoĩs erit: collecta paulo plus decem annoꝝ fœlicitate: quã qui eo extollunt: quod populus romanus & si nullo bello: multis tamẽ præliis uictus sit: Alexandro nullius pugnæ nõ secũda fortuna fuerit: nõ intelligit se hoĩes res gestas & eius iuuenis: cũ populi iã octingentesimum bellantis annũ rebus conferre: miremur: si cũ ex hac pte sæcula plura numerent: quã ex illa ãni: plus in tam longo spatio: quã ĩ ætate. xiii. annoꝝ fortuna uariauerit. Quin tu hoĩs cum hoĩe: & ducis cum duce: fortunam cum fortuna confers? Quot romanos duces nominem: quibus nunquã aduersa fortuna pugnæ fuit? paginas in annalibus magistratuum fastisq; pcurrere licet cõsulum: dictatorumq; quoꝝ nec uirtutis: nec fortunæ ullo die populũ romanum pœnituit. Et quo sint mirabiliores: quã Alexãder: aut quisquã alius rex: denos uicenosq; dies quidem dictaturam: nemo plusquã annum consulatũ gessit: a tribunis plebis delectus ĩpediti sunt: post tempus ad bella ierunt: ante tẽpus comitioꝝ causa reuocati sũt: in ipso conatu reꝝ circũegit se annus: collegæ núc temeritas: nunc prauitas ĩpediméto aut damno fuit: male gestis rebus alterius successum est: tyroné aut mala disciplina ĩstitutũ exercitum acceperũt. At hercule reges nõ liberi solũ impedimẽtis oĩbus: sed domini reꝝ tẽporũq; trahunt cõsiliis cuncta nõ sequunt. Ergo inuictus Alexander cũ inuictis ducibus bella gessisset: & eadẽ fortunæ pignora ĩ discrimẽ detulisset: imo etiã eo plus periculi subisset: qđ macedones unũ Alexandrũ habuissent multis casibus nõ solũ obnoxium: sed etiã offerẽtem se: romani multi fuissẽt Alexandro uel gloria: uel reꝝ magnitudine pares: quoꝝ suo quisq; fato sine publico discrimine uiueret moreret q;. Restat: ut copiæ copiis cõparẽt uel numero: uel militũ genere: uel multitudine auxiliorꝝ. Censebant eius ætatis lustris ducenaquinquagenamillia capitum. Itaq; in omni defectione sociorum latini nominis urbano ppe delectu dccem scribebant legiones: quaterni quinicq; exercitus sæpe per eos annos: in Hetruria: in Vmbria gallis hostibus adiunctis in Samnio in lucanis gerebatur bellum. Latium deinde omne cum sabinis & uolscis: & equis: & omni Campania: & parte Vmbriæ Ethruriæq;: & picentibus: & marsis peligniscq;: ac uestinis: atq; appulis: adiunctaq; oĩs ora græcoꝝ inferi maris a Thuris Neapolin & Cumas: & inde Antio atq;: Hostia tenus finites aut socios ualidos rõanis aut fractos bello iuenisset hostes. Ipse traiecisset mare cũ ueteranis macedonibus non plus triginta millibus hoĩum: & quattuormillibus equitum maxime thessaloꝝ hoc eni roboris erat: persas indos aliasq; si adiunxisset gentes: ĩpedimẽtum maius: quã auxiliũ traheret. Adde quod romanis ad manum domi supplemẽtum esset. Alexãdro: qđ postea Hannibali accidit: alieno ĩ agro bellanti exercitus cõsenuisset. Arma: clypeus: fariscq; illis: romano scutũ maius corpori tegumentũ: & pilum haud paulo quã hasta uæhemẽtius ictu missumq; telum. Stator ius uterq; miles ordines seruans: sed illa phalanx ĩmobilis unius generis: romana acies distinctior ex pluribus ptibus cõstans: facilis partienti: quacũq; opus esset: facilis iũgẽti. Iã in opere quis par rõano miles? qs ad tolerandũ labore melior? Vno prælio uictus Alexander bello uictus esset: romanũ quem Caudiũ: quẽ Cannæ non fregerunt: quæ fregisset acies? Næ ille sæpe etiam: si prima pspere euenissent: persas: & indos: & imbellem Asiã quæsisset: & cum fœminis sibi bellũ fuisse dixisset: quod Epiri regem Alexãdrum mortifero uulnere ictum dixisse ferunt: sortem belloꝝ in Asia gestoꝝ ab hoc ipso iuuene cum sua conferentem. Equidem cũ p annos quattuor & uiginti primo punico bello classibus certatũ cũ pœnis recordor: uix ætatẽ Alexãdri suffecturã fuisse reor ad unũ bellum. & forsitan cum & fœderibus uetustis iuncta res punica romanæ esset: & timor par aduersus cõmunem hostẽ duas potentissimas armis uiriscq; urbes armaret: simul punico romanoq; obrutus bello esset. Non quidem Alexandro ducẽ: nec integris macedonum rebus: sed experti tamen sunt romani macedoné hostem aduersus Antiochum: Philippũ: & Persen: nõ modo cũ clade ulla: sed ne cũ piculo quidẽ suo: abĩt iuidia uerbo & ciuilia bella sileãt: nũquã ab eqte hoste nunq̃ a pedite: nunquã aperta acie: nunquã æquis utiq;: nunquam iniquis locis laborauimus. Equitẽ: sagittas: saltus impeditos: auia cõmeatibus loca grauis armis miles timere potest. mille acies grauiores: quã macedonum atq; Alexandri auertit auertetq;: modo sit perpetuus huius: qua uiuimus pacis amor: & ciuilis cura concordiæ. Inde. L. Flaccus: &. L. Plautius Venox cõsules facti. Eo anno a frequentibus samnitiũ populis de fœdere renouando legati: cum senatum humi strati mouissent: reiecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant præces. Itaq; de fœdere negatum: inducię biennii: cum per aliquot dies fatigassent singulos: precibus impetratæ. Et ex Appulia theanenses cannusiniq; populationibus fessi obsidibus. L. Plautio consuli datis in deditionem uenerunt. Eodem ãno primum præfecti Capuæ creari cœpti legibus ab. L. Furio prætore datis: cũ utrunq; ipsi pro remedio ægris rebus discordia ĩtestina petissent.

& duæ Romæ additæ tribus Vfentina & falerina. Inclinatis semel in Appulia rebus: theates quoq; appuli ad nouos consules, G. Iunium Bubulcum, Qu. Aemylium Barbulá fœdus petitũ uenerũt: pacis p oém Appuliam præstandæ populo romano auctores id audacter spondendo: impetrauerunt: ut fœdus daret: neq; ut æquo tamé fœdere: sed in dicione populi romani essent. Appulia pdomita: Ná Florento quoq; ualido oppido Iunius potitus erat: in lucanos bellum porrectum: inde repentino aduentu Aemylii cõsulis Nerulum ui captum. Et posteaquam res Capuæ stabilitas romana disciplina fama p socios uulgauit: antiatibus quoq; qui se sine legibus certis: sine magistratibus agere querebant: dati ab senatu ad iura statuéda ipsius coloniæ patroni: nec arma modo: sed iura etiam romana late pollebant. G. Iunius Bubulcus: & Qu. Aemylius Barbula cõsules exitu anni non consulibus a se creatis, Sp. Nautio, & M. Popilio: cæteq; dictatori L. Aemylio legiones tradiderũt. Is cũ L. Fuluio magistro equitũ Satriculá oppugnare adortus rebellandi causam samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus romanis: hinc samnis magno exercitu coacto ad eximendos obsidione socios haud ꝓcul castris romanoꝝ castra posuit: hinc satricani magno cũ tumultu patefactis repéte portis in stationes hostiũ ícurrerũt. Inde pars utraq; spe alieni magis auxilii: quam uiribus fræta suis: iusto mox prælio inito romanos urgent: & quanq; anceps dimicatio erat: tamen utrinq; tutam aciem dictator habuit: quia locũ haud facilé ad circunueniendum cepit: & diuersa statuit signa. Infestior tamen in erumpentes incessit: nec magno certamine intra mœnia cõpulit. tum totam aciem in samnites obuertit, ibi plus certaminis: uictoria sicut fera: ita nec dubia: nec uaria fuit: fusi in castra samnites: extictis nocte ignibus: tacito agmine abeunt: & spe abiecta Satriculæ tuédæ. Postiá Plistiá socios romanoꝝ: ut parem doloré hosti redderét: circũsidunt. Anno circũacto bellũ deiceps ab dictatore, Qu. Fabio gestũ. Cõsules noui sicut superiores Romæ mãserunt: Fabius ad accipiendũ ab Aemilio exercitũ ad Satriculam cũ supplemento uenit: neq; enim samnites ad Plistiam manserant: sed accitis ab domo nouis militibus multitudine fræti castra eodé: quo ante loco posuerũt: lacessanteq; prælio romanos auertere ab obsidiõe conabant. Eo ítentius dictator in mœnia hostiũ uersus id bellum tanti ducere quod urbé oppugnabat: securior ab samnitibus agere stationibus modo oppositis: ne qua in castra uis fieret: eo ferocius adequitare samnites uallo neq; otium pati, & cum iam ꝓpe í portis castroꝝ esset hostis: nihil cõsulto dictatore magister equitum, Qu. Aulius Ceretanus magno tumultu cũ oĩbus turmis equitũ euectus summouit hosté: tum í minime ptinaci genere pugnæ: sic fortuna exercuit opes: ut ísignis utríq; clades & clara ipsoꝝ ederet funera. Prior samnitiũ imperator ægre patiés quod tam ferociter adequitasset: inde se fundi fugariq; orádo hortandoq; equites præliũ iterauit. In qué insigné inter suos cientem pugná magister equitũ romanus infesta cuspide ita pmisit equum: ut uno ictu exanimen equo præcipitaret: nec: ut fit: ad ducis casum perculsa magis: quá irritata é multitudo omnis. Qui circa erát: í Auliũ temere iuectum p hostiũ turmas tela cõiecerũt: fratriq; præcipuũ decus ulti samnitiũ imperatoris dederũt. Is uictorem detractum ex equo magistrum equitum plenus mœroris atq; iræ trucidauit: nec multum abfuit: quin corpore etiá: quia iter hostiles ceciderat turmas: samnites potirent: sed extéplo ad pedes descensum ab romanis é: coactiq; idem samnites facere: & repétina acies circa corpora ducũ pedestre prælium iniit: quo haud dubie superat romanus: recuperatumq; Aulii corpus mixta cum dolore lætitia uictores in castra referũt. Samnites: duce: amisso: & p equestre certamen tentatis uiribus: omissa Satricula: quã nequicquã defendi rebant: ad Plistiæ obsidioné redeũt: ítraq; paucos dies Satricula romanus p deditioné: Plistia p uim samnis potit. Mutata inde belli sedes est: ad Soráe Samnio: Appuliaq; traductæ legiones. Sora ad samnites defecerat: interfectis colonis romanoꝝ. Quo cum prior romanus exercitus ad ulciscendá ciuium necem: recuperandáq; coloniam magnis itineribus pueniset: sparsi p uias speculatores sequi legiones samnitium: nec iam ꝓcul abesse: cum alii super alios nunciarét: obuiá itum hosti atq; ad Lautulas ancipiti prælio dimicatum est: nõ cædes: non fuga alterius ptis: sed nox ícertos: uicti uictores ne eẽnt: diremit. Inuenio apud quosdã aduersã eã pugnã romanis fuisse: atq; in ea cecidisse. Qu. Aulium magistrum equitum. Suffectus in locũ Aulii Claudius Fabius magister equitum cum exercitu nouo ab Roma aduenit: & p præmissos nuncios cõsulto dictatore: ubi subsisteret: quoue tẽpore: & qua ex parte hostem aggrederet: substitit occultus ad omnia satis exploratis cõsiliis. Dictator cũ p aliquot dies post pugnã cõtinuisset suos ítra uallum obsessi magis: quã obsidẽtis modo: signũ repéte pugnæ ꝓposuit: & efficacius ratus ad accendédos uiroꝝ fortium animos nullã alibi quã í semetipso cuiquã relictam spem: de magistro equitum nouoq; exercitu militem celauit: & táquã nulla nisi in eruptione spes esset: Locis: inquit: angustis milites deprahési: nisi quã uictoria patefecerimus uiam nullam habemus: statiua nostra munimento satis tuta sunt: sed inopia eadem infesta: ná & circa oĩa defecerunt: unde subuehi cõmeatus poterát: & si omnes iurare uellint: iniqua loca sunt. Itaq; non frustrabor ego uos castra hic relinquendo: in quæ infecta uictoria: sicut pristino die uos recipiatis. armis munimẽta non munimentis arma tuta esse debent: castra habeant repetãtq; quibus operæ est trahere bellum: nos omnium reꝝ respectũ præter quam uictoriæ nobis abscindamus. ferte signa in hostem: ubi extra uallum cesserit agmen: castra: quibus impatum é: incendant. damna nostra milites omnium circa: qui defecerunt: populorum præda sarcientur. ea oratione dictatoris: quæ necessitatis ultimæ index erat: milites accensi uadunt in hostem: & respectus ipse ardentium castrorum: quanquam proximis tantum: ita enĩ iusserat dictator: ignis est subditus: haud parum irritamẽtum fuit. Itaq; uelut uecordes illati signa primo im-

petu hostium turbāt:& in tempore posteaquā ardētia ꝑcul uidit castra magister equitū(id cōuenerat signum)hostiū terga iuadit,ita circunuenti samnites:qua pōt quisq; fugam ꝑ diuersa petūt.Ingens multitudo ī unum metu cōglobata ac semetipsam turba ipediens ī medio cæsa castra hostiū capta direptaq;:quorū præda honustum militem in romana castra dictator reducit haudquaquā tam uictoria lætum: quam quod præter exiguā deformatā incendio ptem cætera contra spem salua iuenit. Ad Soram inde reditum: nouicq; cōsules.M.Petilius.G.Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio acipiūt:magna parte ueterum militum dimissa:nouisq; cohortibus ī supplemētum adductis.Cæteꝝ cū propter difficilem urbis situm:nec oppugnādi satis certa ratio iniret:& aut tēpore longinqua:aut præceps piculo uictoria esset:foranus trāsfuga clam ex oppido,ꝑfectus cū ad uigiles romanos penetrasset:duci se extēplo ad cōsules iubet:deductusq; traditusꝝ urbē ꝑmittit.uisus inde cum quonāmodo id præstaturus esset: ꝑcunctantes doceret haud uana afferre:ꝑpulit ꝑpe adiuncta mœnibus romana castra:ut sexmillia ab oppido remouerent: fore ut minus intentæ ī custodiā urbis diurnæ stationes ac nocturnæ uigiliæ essent.ipse ī sequenti nocte:sub oppido siluestribus locis cohortibus isidere iussis:decē milites delectos secum ꝑ ardua ac ꝑpe in uia in arcē ducit pluribus quā pro numero uiroꝝ missilibus telis eo collatis:ad hæc saxa erāt & temere iacentia: ut fit:in aspretis:& de idustria etiam:quo locus tutior esset:ab oppidanis cōgesta:ubi cum cōstituisset romanos:semitamq; angustā & arduā erectā ex oppido in arcē ostendisset.Hoc quidē ascensu:inquit:uel tres armati quilibet multitudinē arcuerint:uos & decem numero & quod plus & romani romanorūq; fortissimi: uiri estis:& locus ꝑ uobis & nox erit:quæ oīa ex incerto maiora territis ostentat:ego iam terrore oīa implebo:uos aūt arcem ītenti tenete decurrit inde:quāto maxime poterat cum tumultu ad arma:& proh uestrā fidem ciues clamitans arx ab hostibus capta est:defendite:ite.hæc incedēs principū foribus:hæc obuiis:hæc excurrētibus ī publicum pauidis increpat.Acceptum ab uno pauorem plures ꝑ urbem ferunt. Trepidi magistratus missis adarcē exploratoribus:cū tela & armatos tenere arcē multiplicato numero audirent:auertunt aīos a spe recuperāde arcis:fuga cūcta cōplentur:portæq; asemisomnis ac maxima parte inermibus refringunt:quaꝝ per unā præsidium romanū clamore excitatum irrumpit:& concursantes ꝑ uiam pauidos cædit.Iam Sora capta erat:cum cōsules prima luce aduenere: & quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat:indeditionē accipiūt.ex his.ccxxv.qui oīum cōsensu destinabant:& infandæ colonoꝝ cædis & defectionis auctores uinctos Romā deducunt.cæterā multitudinē incolumen præsidio imposito Sora relinquit:omnes: qui Romā deducti erant:uirgis ī foro cæsi:ac securi ꝑcussi summo gaudio plebis:cuius maxime intererat:tutā ubiq;:quæ passim in colonias mitteret: multitudinē esse. Cōsules ab Sora ꝑfecti in agros atq; urbes ausonū bellum ītulerunt:mota nāq; omnia aduentu samnitium: cum apud Lautulas dimicatum esset:fuerāt cōiurationesq; circa Cāpaniam passim factæ: nec Capua ipsa crimine caruit:quin Romā quoq; & ad principum quosdā inquirādos uentum est.cæteꝝ ausonum gens ꝑditione urbium sicut Sora ī potestatē uenit. Ausona & Nuntūnæ & uestina urbes erant:ex quibus prīcipes iuuentutis duodecim numero in ꝑditione urbium suaꝝ cōiurati ad consules ueniunt:docent suos iampridem exoptantes samnitium aduētum:simul ad Lautulas pugnatum audierunt ꝑ uictis romanos abiisse:iuuentute & armis samnites iuuisse:fugatis inde samnitibus incerta pace agere:nec claudētes portas romanis ne accerscēt bellum:obstinatos claudere:si exercitus admoueat.ī ea fluctuatiōe animoꝝ opprimi incautos posse.His auctoribus mota ꝑpius castra:missiq; eodem tempore circa tria oppida milites partim armati:qui occulti ꝑpinqua mœnibus insiderent loca partim togati tectis uestē gladiis: qui sub lucem apertis portis urbes ingrederent:ab iis simul custodes trucidari cœpti:simul datum signū armatis: ut ex insidiis cōcurrerēt.ita portæ occupatæ:triaq; oppida eadē hora:eodēq; cōsilio capta:sed quia absentibus ducibus īpetus est factus:nullus modus cædibus fuit:deletaq; ausonū gēs uix certo defectionis crimine:ꝑinde ac si īterneciuo bello certasset.Eodē āno ꝑdito hostibus romano præsidio Luceria samnitiū facta:nec diu ꝑditoribus impunita res fuit.haud procul īde exercitus romanus erat:cuius primo impetu urbs sita in plano capitur.lucerini ac samnites ad internicionem cæsi:eoq; ira ꝑcessit:ut Romæ: cum de colonis mittendis Luceriā cōsuleretur senatus:multi delendam urbem censerent:præter odium quod execrabile in his captis erat:longinquitas quoq; adhorrere a relegandis tam procul ab domo ciuibus inter tam infestas gentes cogebat. uicit tamen sententia ut mitterentur coloni:duomillia & quingenti missi. Eodem anno cum omnia infida romanis essent.Capuæ quoq; occultæ principum coniurationes factæ. de quibus cum ad senatum relatum esset. haud quaquam neglecta res est: quæstiones decretæ: dictatoreq; quæstionibus exercēdis dici placuit:G.Menenius dictus:is.M.Follium magistrū equitū dixit. Ingēs erat magistratus eius terror:itaq; siue timore:seu cōscientia eius calabios Obuiū Nouiūq;(ea capita cōiurationis fuerāt)priusquā nominarent apud dictatorē.mors haud dubie ab ipsis cōscita iudicio subtraxit. Deinde ut quæstioni cāpanæ materia decessit:uersa Romā interpretādo res:non nominatim qui Capuæ: sed in uniuersum:qui usquā coissent:cōiurassentue aduersus romanū populū:quæri senatum iussisse: & coitiones honoꝝ adipiscendorum causa factas aduersus rempu. esse latiorq; & re: & ꝑsonis quæstio fieri:haud abnuente dictatore sine fine uelle quæstionis suæ ius esse.Postulabantur ergo nobiles hoīes appellantibusq; tribunos:nemo erat auxilio:quin noīa reciperent:inde nobilitas nec mō ī quos crimē intēdebatur:sed uniuersi simul negare nobilium id crimen esse: quibus:si nulla obstetur fraude:pateat uia ad

honorē:sed hoīum nouoꝝ:ipſos adeo:dictatorē magiſtrumq; equitum reos magis:quam quæſtores idoneos eius criminis eſſe:intellecturoſq; ita id eſſe ſimul magiſtratu abiſſent. Tum enim uero Menenius iā famæ magis:quā i mperii memor ꝓgreſſus ī cōcionem ita fecit uerba. Et ſi oēs anteactæ uitæ uos conſcios habeo quirites: & hic ipſe honos delatus ad me teſtis ē īnocētiæ meæ:neq; enim quod ſæpe alias qa ita tempora poſtulabant reip. qui bello clariſſimus eſſet:ſed qui maxime ꝓcul ab his concionibus uitam egiſſet:dictator diligendus exercendis quæſtionibus fuit. Sed quoniā quidā nobiles homines (qua de cauſa uos extimare:quam me ꝓ magiſtratu quicquam incōpertum dicere melius ē) primū ipſas expugnare quæſtiones ope anniſſi ſunt:deinde poſteaquā ad id parum potentes erant:ne cauſam dicerent:ī præſidia aduerſarioꝝ appellationē & tribunitium auxilium patritii confugerūt:poſtremo repulſi inde adeo oīa tutiora:quā ut innocētiam ſuam purgarēt:uiſa in nos irruerūt:& priuatis dictatorem poſcere reum uerecūdiæ nō fuit:ut oēs dii hoieſq; ſciant:ab illis etiam:quæ non poſſint:tentari:ne rationē uitæ reddāt:me ob uiam ire crimini:& offerre me inimicis reum dictatura abdico. Vos quæſo conſules:ſi uobis datum ab ſenatu negotium fuerit ī me primū:& hunc. M. Follium quæſtiones exerceatis:ut appareat innocentia noſtra nos non maieſtate honoris tutos a criminibus iſtis eſſe. Abdicat ſe inde dictatura:& poſt eum confeſtim Follius magiſterio equitum primiq; apud conſules (iis enim ab ſenatu mandata res ē rei facti: aduerſus nobiliū teſtimonia egregie abſoluunt. Publius etiā Philo:multiplicatis ſūmis honoribus:poſt res tot domi belloq; geſtas:cæteꝝ inuiſus nobilitati:dixit cauſam:abſolutuſq; ē. Nec diutius:ut fit:quā dū recēs erat:quæſtio ꝓ clara noīa reoꝝ uiguit. inde labi cœpit ad uiliora capita:donec factionibus coitionibuſq; aduerſus quas cōparata erat:oppreſſa ē. Eaꝝ fama rerum:magis tamen ſpe campanæ defectionis:ī quam coniuratū erat:ſamnites in Appuliā uerſos rurſus ad Caudium reuocauit:ut inde ex propīquo:ſi qui motus occaſionem aperirēt: Capuam romanis eriperent. Eo cōſules cum ualido exercitu uenerunt:& primo circa ſaltus:cum utrinq; ad hoſtem iniqua uia eſſet:cunctati caſtramœtatiq; ſunt:deinde ſamnites ꝓ aperta loca breui circuitu ī loca plana campanos campos agmen dimittunt. ibiq; primū caſtra ī cōſpectu hoſtibus data:deinde leuibus prœliis equitū ſæpius: quā peditū utrinq; periculū factū:nec aut euentus eorū romanū aut moræ:qua trahebant bellum:pœnitebat. Samnitium contra ducibus:& carpi quottidie paruis damnis:& ſeneſcere dilatione belli uires ſuæ uidebantur:itaq; ī aciem ꝓcedunt: equitibus in cornua diuiſis:quibus præceptū erat:ītentiores eſſe ad reſpectum caſtroꝝ:nequa eo uis fieret: cum ad prœlium ſtarent:aciem peditū tutā fore. cōſules Sulpicius ī dextero:Petillius ī leuo cornu cōſiſtūt:dextera pars:qua & ſamnites raris ordinibus aut ad circūeundos hoſtes:aut ne ipſi circunueniréť:cōſtiterāt: latius patefacta ſtetit:ſiniſtris:præterquā quod cōfertiores ſteterāt:repentino conſilio Petilii cōſulis additæ uires: qui ſubſidiarias cohortes:quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſeruabanť:in primā aciem extemplo emiſit:uniuerſiſq; hoſtem primo īpetu uiribus īpulit. Cōmota pedeſtri acie ſamnitium eques in pugnā ſuccedit:in hunc tranſuerſo agmine īter duas acies ſe inferentem romanus equitatus cōcitat equos: ſignaq; & ordines peditum atq; equitum cōfundit:donec uniuerſam ab ea parte auertit aciem. In eo cornu nō Petilius ſolus:ſed Sulpicius etiā hortator affuerat:auectus ab ſuis nondum cōſerentibus manus ad clamorem ab ſiniſtra parte prius exortū. Vnde haud dubiā uictoriā cernēs:cū ad ſuū cornu tenderet cū milleducentis uiris:diſſimilē ibi fortunā inuenit:romanos loco pulſos uictorem hoſtem ſigna ī perculſos inferentē. cæterum omnia mutauit repente conſulis aduentus:nam & cōſpectu ducis refectus militum eſt animus: & maius:quā ꝓ numero auxiliū aduenerat mille fortes uiri:& partis alterius uictoria audita mox uiſa etiā prœlium reſtituit:tota deinde iam uincere acie romanus:& omiſſo certamine cædi capiq; ſamnites: niſi q Maleuentum:cui nunc urbi Beneuentū nomen ē:perfugerunt. ad triginta millia cæſa aut capta ſamnitiū proditum memoriæ ē. Conſules egregia uictoria parta protinus inde ad Bouianum oppugnādum legiones ducūt: ibiq; hyberna egerūt:donec ab nouis cōſulibus. L. Papyrio Curſore. G. Iulio Bubulco:iteꝝ nominatus dictator Claudius Petilius cum. M. Follio magiſtro equitum exercitum accepit. Is cum audiſſet arcem fregellanam ab ſamnitibus captam:omiſſo Bouiano:ad Fregellas pergit: unde nocturna ſamnitiū fuga ſine certamine receptis Fregellis:præſidioq; ualido impoſito:in Campaniam reditū maxime ad Nolam armis repetēdā. eo ſe intra mœnia ſub aduentum dictatoris & ſamnitium omnis multitudo & nolani agreſtes contulerant. Dictator urbis ſitu circūſpecto:quo apertior aditus ad mœnia eſſet: omnia ædificia (& frequenter ibi habitatur) circuiecta muris incendit. nec ita multo poſt ſiue a Petilio dictatore: ſiue ab Gaio Iunio cōſule:nam utrūq; traditur:Nola eſt capta. Qui captæ decus Nolæ ad cōſulem trahunt: adiiciunt Atinam:& Calatiam ab eodem captas: Petilium aūt peſtilentia orta:claui figendi cauſa dictatorem dictum. Sueſſa & Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ ſunt. Sueſſa auruncorum fuerat:uolſci Pontias inſulam ſitam in conſpectu littoris ſui incoluerunt. Minturna & Caſſinum: ut deducerentur coloniæ:ſenatus conſultum factum ē:triumuiros creauere:ac miſere colonorum quattuormillia. Inſequentes conſules. M. Valerius. P. Decius profligato fere ſamnitium bello:prius quam ea cura decederet patribus romanis:ethruſci belli fama exorta ē:nec erat ea tēpeſtate gens alia:cuius ſecundum gallicos tumultus arma terribiliora eſſent:tum propinquitate agri:tum multitudine hominum. Itaq; altero cōſule in Samnio reliquias belli perſequente. P. Decius: qui grauiter æger Romæ reſtiterat:auctore ſenatu dictatorem. G. Iunium Bubulcū dixit. Is ꝓut rei magnitudo poſtulabat:omnes iuniores ſacramento adigit:arma quæq;

alia res poſcit:ſumma īduſtria parat:nec tantis apparatibus elatus de īferēdo bello agitat:quieturus haud dubie:niſi ultro arma ethruſci inferrent.Eadem in comparando cohibēdoq; bello cōſilia & apud ethruſcos fuere:neutri finibus egreſſi.Et cēſura clara eo anno.Ap.Claudii:&.G.Plautii fuit:memoriæ tamē fœlicioris ad poſteros nomen Appii:quod & uiā muniuit:& aquā in urbem duxit:eaq; unus perfecit:quia ob infamem atq; inuidioſam ſenatus lectionē uerecūdia uictus collega magiſtratu ſe abdicauerat.Appius iā deinde antiquitus inſitam ptinaciam familiæ gerendo ſolus cenſuram obtinuit.Eodē Appio auctore poticia gens:cuius ad aram maximā Herculis familiare ſacerdotium fuerat:ſeruos publicos miniſterii delegandi cauſa ſolēnia eius ſacri docuerat.Tradit inde dictu mirabile:& quod dimouēdis ſtatu ſuo ſacris religionem afferre facile poſſet:cū duodecim familiæ ea tēpeſtate poticioꝝ eſſent:puberes ad triginta: oēs intra annū cum ſtirpe extinctos:nec nomē tantum poticioꝝ interiiſſe:ſed cenſorem etiā Appium memori deum ira poſt aliquot annos luminibus captum.Itaq; cōſules:qui eum annum ſecuti ſunt.G.Iunius Bubulcus tertium:&.Qu.Aemylius Barbula iteꝝ:initio āni queſti apud populum deformatum ordinē parua lectione ſenatus:qua potiores aliquot lectis præteriti eſſent:negauerūt eam lectionem ſe quæ ſine recti prauiq; diſcrimine ad gratiā ac libidinē facta eſſet:obſeruaturos:& ſenatū extemplo citauerunt eo ordine:quo ante cenſores.Ap.Claudium:&.G.Plautium fuerat.Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum utraq; ptinētia ad rem militarem:unum ut tribuni militum ſenideni ī quattuor legiones a populo crearentur:quæ antea per quāpaucis ſuffragio populi relictis locis dictatorum & cōſulum ferme fuerāt beneficia.tulere eam rogationē tribuni plebei.L.Atilius:Claudius Martius . alteꝝ ut duunuiros nauales claſſis ordinandæ reficiēdæq; cauſa idem populus iuberet.lator huius plebiſciti fuit.M. Decius tribunus plebis.Eiuſdem anni rem dictu paruā præterirem:ni ad religionē eſſet uiſa ptinere:tibicines:quia ꝓhibiti a ꝓximis cēſoribus erāt in æde Iouis ueſci:quod traditum antiquitus erat:ægri paſſi Tybur uno agmine abierūt:adeo ut nemo in urbe eſſet:qui ſacrificiis præcineret.Eius rei religio tenuit ſenatū:legatoſq; Tybur miſerunt:ut darent operā:ut hi hoſtes romanis reſtituerent.Tyburtini benigne polliciti primū accitos eos in curiam hortati ſunt:ut reuerterentē Romā poſteāquā perpelli nequibāt;conſilio haud abhorrēte ab ingeniis hoſtium eos aggrediuntur:die feſto alii alios ꝓ ſpeciem celebrādaꝝ cantu epulaꝝ cauſa inuitant:& uino:cuius auidum ferme genus eſt:oneratos ſopiunt:atq; ita in plauſtra ſomno uictos coniiciūt ac Romā deportāt:nec prius ſenſere:quā plauſtris ī foro relictis plenos crapulæ eos lux oppreſſit.Tunc cō curſus populi factus:impetratoq;:ut manerēt:datum ut triduum quotānis ornati cū cantu atq; hac:quæ nunc ſolennis eſt:licentia ꝓ urbem uagarentē:reſtitutumq; ī æde ueſcēdi ius iis:qui ſacris præcinerēt.Hæc inter duoꝝ ingentium belloꝝ curam gerebantē.Cōſules iter ſe ꝓuincias partiti:Iunio ſamnites: Aemylio nouū bellum Ethruria ſorte euenit.In Samnio cluuiani præſidiū romanū : qa nequiuerat ui capi:obſeſſū fame ī deditionē acceperāt:ſamnites uerberibus fœdum īmodum laceratos occiderāt deditos.Huic īſenſus crudelitati Iunius nihil antiquius oppugnatione cluuiana ratus:quo die aggreſſus ē mœnia : ui cepit: atq; oēs puberes interfecit.Inde uictor exercitus Bouianum ductus : caput hoc erat pentroꝝ ſamnitium longe ditiſſimum atq; oppulētiſſimū armis uiriſq;.Ibi quia haud tantū iraꝝ erat:ſpe prædæ milites accēſi oppido potiunt:minus itaq; ſæuitum in hoſtes eſt:prædæ plus pene:quā ex omni Samnio unquā egeſtum benigneq; omnis militi cōceſſa:& poſteaquā præpotentem armis romanum nec acies ſubſiſtere ullæ:nec caſtra:nec urbes poterāt:omnium principum in Samnio eo curæ ſunt intentæ:ut inſidiis quærerē locus:ſi qua licentia populando effuſus exercitus excipi ac circunueniri poſſet.Tranſfugæ agreſtes: & captiui quidam pars conſilio:pars forte oblati congruentia ad conſulem afferentes:quæ & uera erant:pecoris uim ingentem in ſaltum auium compulſam eſſe perpulerunt:ut prædatum eo expeditæ ducerentē legiones.ibi ingens hoſtium exercitus itinera occultus inſiderat:& poſteaquā intraſſe romanos uidit ſaltum:repente adortus cum clamore ac tumultu inuadit:& primo noua res trepidationē fecit : dnm arma capiunt:ſarcinas congerunt in medium:deinde poſteaquam:ut quiſq; liberauerat ſe onere: aptaueratque armis :ad ſigna undiq; coibant:& notis ordinibus in ueteri diſciplina militiæ iam ſine præcepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies.Conſul ad ancipitem maxime pugnam aduectus deſilit ex equo:& Iouē Martemq; atq; alios teſtatur deos:ſe nullam ſuam gloriam inde:ſed prædam militi quærentem in eum locum deueniſſe:neq; in ſe aliud:quam nimiam ditandi ex hoſte militis curā reprehendi poſſe:ab eo ſe dedecore nullam rem aliam:quam uirtutem militum uindicaturam.cōniterentur modo uno animo ſuadere hoſtem uictum acie:caſtris exutum:nudatum urbibus:ultimam ſpem furto inſidiarum tentantem : & loco nō armis frætum. Sed quem eſſe iam uirtuti romanæ inexpugnabilem locum? fregellana arx ſoranaq;:& ubicūq; iniquo ſucceſſū erat:loco cōmemorabat.His accēſus miles oīum īmemor difficultatū uadit aduerſus imminentem hoſtium aciem:ibi paululum laboris fuit:dum ī aduerſum cliuum erigitur agmen: cæterum poſteaquā prima ſigna planicie ſummam ceperūt:ſenſitq; acies æquo ſe iam inſtitiſſe loco: uerſus extemplo eſt terror in inſidiatores:eaſdemq; latebras:quibus ſe paulo ante texerant: palari atq; inermes fuga repetebant:ſed loca difficilia hoſti quæſita ipſos tum ſua fraude impediebant.itaq; ergo ꝓpaucis effugium patuit.cæſa ad uigintimillia hominum:uictorq; romanus ad oblatam ab hoſte prædam pecoꝝ diſcurrit.Dum hæc geruntur in Samnio:iam omnes Ethruriæ populi præter arretinos ad arma ierant : ab oppugnando Sutrio:quæ urbs ſocia romanis uelut clauſtra Ethuriæ erat:ingens orſi bellum.Eo alter

consul Aemylius cũ exercitu ad liberãdos obsidione socios uenit:aduenientibus romanis sutrini cõmeatus benigne in castra ante urbẽ posita aduexere.Ethrusci diem primũ cõsultando maturarẽt traherẽt: ne bellũ traduxerunt:postero die ubi celeriora:quam tutiora cõsilia magis placuere ducibus:sole orto:signũ pugnæ ꝓpositum ẽ:armatiq; in aciẽ ꝓcedũt.Quod posteaquã consuli nunciatum ẽ: extemplo tesseram dari iubet:ut prãdeat miles:firmatisq; cibo uiribus arma capiat.dicto paretur.consul: ubi armatos paratosq; uidit:signa extra uallum ꝓferri iussit:& haud ꝓcul hoste instruxit aciẽ.Aliquãdiu utrinq; intenti steterunt expectãtes:ut ab aduersariis clamor & pugna inciperet.& prius sol meridie se inclinauit:quam telum hinc aut illinc emissum ẽ:inde ne infecta re abiret:clamor ab ethruscis oritur:cõcinuntq; tubæ:& signa inferunt:nec segnius ab romanis pugna initur:cõcurrunt infensis animis:numero hostis:uirtute romanus superat.anceps prælium multos utrinq;:& fortissimũ quenq; absumit:nec prius inclinata res est: quam secunda acies romana ad prima signa fessis integri successerunt. Ethrusci: quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit:ante signa circaq; omnes ceciderunt:nullo unquam prælio fugæ minus: nec plus cædis fuisset:ni obstinatos mori tuscos nox texisset:ita ut uictores priusquã uicti pugnandi finẽ facerent.post occasum solis signum receptui datũ est:nocte ab utroq; in castra reditum.nec deinde quicquã eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est:quia & ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno prælio fuerat:subsidiariis modo relictis:uix quod satis esset ad castroꝝ præsidium:& apud romanos tantũ uulneꝝ fuit:ut plures post prælium saucii decesserint:quã ceciderant in acie.Qu.Fabius insequentis anni consul bellum ad Sutrium excepit.collega Fabio.G.Martius Rutilius datus est.cæterum & Fabius supplemẽtum ab Roma adduxit: & nouus exercitus domo accitus ethruscis uenit.Permulti iã anni erãt:cũ inter patritios magistratus tribunosq; nulla certamina fuerãt:cum ex ea familia: quæ uelut fatalis cum tribunis ac plebe erat:certamen oritur.Ap.Claudius censor circunactis decem & octo mensibus:quod æmylia lege finitum censuræ spatium temporis erat:cum.G.Plautius collega eius magistratu se abdicasset:nulla ui compelli:ut abdicaret:potuit.P.Sempronius erat tribunus plebis:qui finiendæ censuræ intra legitimum tempus actionem susceperat:nõ populare magis:quã iustam:nec ĩ uulgus:quã optimo cuiq; gratiorẽ.Is cum identidẽ legem æmyliam recitaret:auctoremq; eius Mamercum Aemylium dictatorem laudibus ferret:qui quinquẽnalem ante censuram & longinquitate potestatem dominantẽ intra sex mensium & anni coegisset spatium.Dic agedum:inquit:Ap.Claudi:quid nam facturus fueris:si eo tempore:quo.G.M.Furius:&.M.Geganius censores fuerunt:censor fuisses?Negare Appius interrogationem tribuni magnopere ad causam pertinere suam: nam &si tenuerit lex æmylia eos censores:quorum ĩ magistratu lata esset:quia post illos censores creatos eam legem populus iussisset:quodq; postremũ iussisset:id ius ratũq; eẽt:nõ tamẽ aut se:aut eoꝝ quẽq;:q post eã legẽ latã creati cẽsores eẽnt:teneri ea lege potuisse.Hæc sine ullius assensu cauillãte Appio & hic ẽ:iquit:qrites illius Appii ꝓgenies: q decẽuir ĩ annũ creatus altero ãno se ipse creauit:tertio nec ab se:nec ab ullo creatus priuatus fasces & ĩperiũ obtinuit:nec ante cõtinuando abstitit magistratu:quam ob ruerẽt eũ male parta male gesta:male retenta imperia.hæc est eadem familia quirites:cuius ui atq; iniuriis compulsi extorres patria sacrum mõtem cepistis.hæc aduersus quã tribunitium auxilium uobis cõpactis.hæc propter quam duo exercitus auãtinũ insedistis:hæc quæ funebres leges:hæc quæ agrarias semper impugnauit:hæc connubia patrum & plebis ĩterrupit: hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit: hoc est nomẽ multo:quam Tarquinioꝝ infestius uestræ libertati.Ita ne tandem.Ap.Claudi cum centesimus iam annus sit ab Mamerco Aemylio dictatore:tot censores fuerĩt nobilissimi fortissimiq; uiri:nemo eoꝝ duodecim tabulas legit:nemo id ius esse: qđ postremo populus iussisset:sciit?imo uero omnes sciuerunt: ideo Aemyliæ potius legi paruerunt quã illi antiquæ: qua primum censores creati erant:quia hanc postremum iusserat populus:quia ubi duæ contrariæ leges sunt:semper antiquæ abrogat noua.An hoc dicis Appi non teneri æmilia lege populum?an populum teneri te unum extra legem esse?Tenuit Aemylia lex uiolentos illos censores.M.Furium:&.M.Geganium: quicquid iste magistratus in repu.malefacere posset:indicarunt:cum ira finitæ potestatis Mamercum Aemylium principem ætatis suæ belli domiq; ærarium fecerunt.tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium.tenet.G.Plautium collegam tuum iisdem auspiciis eodem iure creatum.An hũc: non ut qui optimo iure censor creatus esset:populus creauit?tu unus eximius es: ĩ quo hoc præcipuum ac singulare ualeat?quem tu regem sacrificioꝝ crees amplexus regni nomen?ut qui optimo iure rex Romæ creatus sit:creatum se dicet.quem semestri dictatura:quẽ interregno quinq; diebus contentum fore putes?quem claui figendi aut ludorum causa dictatorem audacter crees?Quã isti stolidos ac secordes uideri creditis eos:qui intra uicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicauerunt?aut qui uitio creati abierunt magistratu?Quid ego antiqua repetam?nuper intra decẽ annos :G. Menenius dictator:quia cum quæstiones seuerius quam quibusdam potentibus tutum erat:exerceret:contagio eius: qđ quærebat: ipsi criminis obiecta ab inimicis est: ut priuatus obuiam iret crimini:dictatura se abdicauit. Nolo ego istam ĩ te modestiã :ne degeneraueris a familia imperiosissima & superbissima:non die:nõ hora citius quam necesse est:magistratu abieris:modo ne excedas finitum tempus:satis est aut diem:aut mẽsem cẽsuræ adiicere.Trienniũ:inquit:& sex mẽses ultra:quã licet Aemylia lege cẽsurã gerã:& solus hoc qđẽ iã regno simile ẽ.an collegã subrogabis:quẽ ne in demortui quidẽ locũ subrogari fas ẽ? pœnitet enim

quod antiquissimum solenne & solum ab ipso:cui fit institutum deo:ab nobilissimis antistibus eius sacri
ad seruoꝝ ministerium religiosus censor deduxisti:gen antiquior originibus urbis huius hospitio deoꝝ
imortalium sancta:ꝑpter te ac tuã censurã intra annum ab stirpe extincta est:nisi uniuersam rempublicã
eo nefario obstrinxeris: qđ ominari etiã reformidat animus. Vrbs eo lustro capta est:quo demortuo col
lega.G.Junio censore.L.Papyrius Cursor:ne abiret magistratu:M.Corneliũ Maluginensem collegã subro
gauit.& quãto modestior illius cupiditas fuit quã tua Appi:nec solus:nec ultra finitũ lege tempus Lucius
Papyrius cẽsurã gessit:tamẽ neminẽ iuenit:q se postea auctoré sequeret:oẽs deiceps censores post mortẽ
collegæ magistratu abdicarũt. Te nec qđ dies exit cẽsuræ: nec qđ collega magistratu abiit: nec lex nec
pudor coercet:uirtutẽ i supbia audaciã ĩ cõtẽptu deoꝝ hoĩumqꝫ ponis. Ego te.Ap.Claudi pro istius ma
gistratus maiestate ac uerecõdia:quẽ gessisti:nõ mõ manu uiolatũ:sed ne uerbo qdẽ iclæmẽtiori a me ap
pellatũ uellẽ: sed & hæc:quæ adhuc egi:ꝓuicatia tua & supbia coegit me loq:& nisi Aemyliæ legi pueris
ĩ uicula duci iubebo:neqꝫ cũ ita cõparatũ a maioribus sit ut comitiis cẽsoriis:nisi duo cõfierĩt legitia suf
fragia:nõ renũciato altero:comitia differant:ego:te qui solus cẽsor creari nõ possis:solũ cẽsurã gerere nõ
patiar.Hæc taliaqꝫ cũ dixisset:ꝑhẽdi cẽsoré:& ĩ uicula duci iussit.Approbãtibus sex tribunis actionẽ colle
gæ:tres appellati Appio auxilio fuerũt:summaqꝫ inuidia oĩum ordinũ solus cẽsuram gessit. Dum ea Ro
mæ geruntur:iam Sutrium ab ethruscis obsidebatur:consuliqꝫ Fabio imis montibus ducenti ad ferendã
opem sociis:tentandasqꝫ munitiones:si qua posset:acies hostium instructa occurrit.quoꝝ ingentem mul
titudinem cum ostenderet subiecta late planicies:consul ut loco paucitatem suoꝝ adiuuaret : flectit pau
lulum in cliuos agmen.Aspreta erant strata saxis:inde signa in hostem obuertit.Ethrusci omniũ prætereq̃
multitudinis suæ:qua sola fręti erant:immemores prælium ineunt adeo raptim & auide:ut abiectis mis
silibus:quo celerius manus cõsererẽt:stringerent gladios uadẽtes in hostẽ .Romanus contra nũc tela nũc
saxa:quibus eos affatim locus ipse armabat:ingerere.igitur scuta galeæqꝫ icta cũ etiã: quos nõ uulneraue
rant:turbarẽt:neqꝫ subire erat facile ad propiorẽ pugnã: neqꝫ missilia habebant:quibus eminus rem gere
rent:stãtes & expositos ad ictus:cũ iã satis nihil tegeret:quosdã etiã pedẽ referentes fluctuantesqꝫ:& instabi
lem acié redintegrato clamore strictis gladiis hastati & principes inuadũt.eũ ĩpetum non tulerunt ethru
sci:uersisqꝫ signis fuga effusa castra repetũt . Sed equites romani prætuecti ꝑ obliqua cãpi cũ se fugientibus
obtulissent:omisso ad castra itinere:mõtes petunt.inde inermi pene agmine ac uexato uulneribus in siluã
Ciminiã penetrant.Romanus multis millibus ethruscoꝝ cæsis:duodequadraginta signis militaribus cap
tis:castris etiã hostiũ cũ præda ingenti potit. Tum de ꝑsequẽdo hoste agitari cœptũ . Silua erat Ciminia
magis tũ inuia atqꝫ horrẽda:quã nuper fuere germanici saltus:nulli ad eã diẽ ne mercatoꝝ quidẽ adita:eã
intrare haud fere quisquã præter ducẽ ipsum audebat.aliis oĩbus cladis caudinæ nondũ memoria abole
uerat.tum ex iis:qui aderant:cõsulis fratrẽ.M.Fabium Cesonẽ:alii.G.Claudiũ quidã matre eadẽ:qua con
sulem genitũ tradunt:ꝑspeculatum se iturum profestum breuiqꝫ omnia certa allaturꝫ.Cære educatus apud
hospites ethruscis litteris eruditus erat:linguãqꝫ ethruscã ꝑbe nouerat.Habeo auctores uulgo tũ romãos
pueros sicut nũc græcis ita ethruscis litteris eruditi solitos.sed propius est uero præcipuum aliquid fuisse
in eo:qui se tam audaci simulatione hostibus ĩmiscuerit:seruus ei dicitur comes unus fuisse nutritus una:
eoqꝫ haud ignarus linguæ eiusdem.nec quicquam aliud proficiscẽtes:quam summatim regionis :quæ in
tranda erat:naturam:ac nomĩa principum in populis accepere: nequa inter colloquia insigni nota hæsitã
tes depræhendi possent.iere pastorali habitu agrestibus telis gæsisque binis armati. Sed neqꝫ commerciũ
linguæ:nec uestis armorumue habitus sic eos texit: quam quod adhorrebat a fide quenquam externum
Ciminios saltus intraturum. Vsque ad camertes umbros penetrasse dicuntur:ibi qui essent fateri romanũ
ausum introductumqꝫ in senatum consulis uerbis egisse de societate amicitiaqꝫ:atque inde comi hospitio
acceptum:nunciare romanis iussum commeatum exercitui dierum.xxx.præsto fore : si ea loca intrasset:
iuuentutemqꝫ camertium umbrorum in armis paratam imperio futuram. Hæc cum relata cõsuli essent:
impedimentis prima uigilia.præmissis legionibus post impedimenta ire iussis:ipse substitit cum equitatu:
& luce orta postero die obequitauit stationibus hostium quæ extra saltum dispositæ erãt:& cum satis diu
tenuisset hostem:in castra sese recepit:portaqꝫ altera egressus ante noctem agmen assequitur. postero die
luce prima iuga Ciminii montis tenebat:inde contemplatus opulenta Ethruriæ arua milites emittit.In
genti iam abacta præda tumultuariæ agrestium ethruscorum cohortes repente a principibus eius regio
nis concitatæ romanis occurrunt adeo ĩcomposĩtæ:ut uindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint.Cæ
sis fugatisque iis late depopulato agro:uictor romanus opulentusque rerum omnium copia in castra re
diit.Eo forte.v.legati cũ duobus tribunis plebis uenerãt denũciatũ Fabio senatus uerbis ne saltũ ciminiũ
trãsiret:lætati serius se quã ut ĩpedire bellũ possent uenisse:nũcii uictoriæ Romã reuertunt.Hac expedi
tiõe cõsulis motũ latius erat:quã ꝑfligatũ bellũ:uastationẽ nãqꝫ sub Ciminii mõtis radicibus iacẽs ora sen
serat:cõcitaueratqꝫ ĩdignatõe nõ Ethruriæ mõ populos:sed Vmbriæ finitima.itaqꝫ q̃tus nunq̃ ãtea exerci
tus ad Sutriũ uenit:neqꝫ e siluis tantũmõ ꝓmota castra:sed ẽt auiditate dimicãdi q̃primũ ĩ cãpos delata
acies:deĩde ĩstructa.primo suo stare loco relicto hostiũ ad ĩstruẽdũ cõtra spatio : deĩde posteaq̃ detrectare
hostẽ sẽsere pugnã:ad uallũ subeũt.ubi posteaq̃ statões quoqꝫ receptas ĩtra muniméta sensere:clamor repẽ
te circa duces ortus:ut eo sibi e castris cibaria eius diei deferri iuberẽt:mãsuros se sub armis:& aut noctæ:

iut certe luce prima castra hostiũ inuasuros. Nihilo quietior romanus exercitus ĩperio ducis continetur: decima erat fere diei hora: cum cibũ capere cõsul milites iubet: præcipit: ut inarmis sint: quacũq; diei noctisue hora signũ dederit. paucis milites alloquitur: samnitiũ bellũ extollit: eleuat ethruscos: nec hostẽ hosti: nec multitudinẽ multitudini ait cõparandã esse: præterea telum aliud occultũ scituros in tẽpore: interea taceri opus esse. His ambagibus ꝑdi simulabat hostes: quo animus militũ multitudine territus restitueretur: & quod sine muniméto cõstiterant: ueri similius erat: quod simulabat. Curati cibo: corpora quieti dant: & quarta fere uigilia sine tumultu excitati arma capiunt: dolabræ calonibus diuiduntur ad uallum proruendũ fossasq; ĩplendas: intra muniméta instruitur acies: delectæ cohortes ad portaꝝ exitus collocãtur: dato deinde signo paulo ante lucem: quod æstiuis noctibus sopitæ maxime quietis tempus est: ꝓruto uallo erupit acies: stratos passim inuadit hostes: alios ĩmobiles: alios semisomnes in cubilibus suis: maximam partem ad arma trepidantes cædes oppressit: paucis armandi se datum spaciũ est: eos ipsos nõ signũ certum: non ducẽ sequentes fundit romanus: fugatosq; ꝓsequitur ad castra: ad siluas diuersi tendebant. siluæ tutius dedere refugium: nam castra in cãpis sita eodem die capiuntur aurũ argentũq; iussum referri ad consulem: cætera præda militis fuit. cæsa aut capto eo die hostiũ millia ad sexaginta. Eam tam claram pugnam trans Ciminiam siluam ad Perusiam pugnatã quidam auctores sunt: metuq; in magno ciuitatẽ fuisse ne intercluſus exercitus tam infesto saltu coortis undiq; tuscis umbrisq; opprimeretur: sed ubicũq; pugnatum est: res romana superior fuit. itaq; Aperusia & Cortone: & Arretio: quæ ferme capita Ethruriæ populorum ea tempestate erant: legati pacem fœdusq; ab romanis petẽtes inducias in triginta annos ĩpetrauerunt. Dum hæc in Ethruria gerunt: cõsul alter. C. Martius Rutilius Alifas de samnitibus ui cepit. multa alia castella uiciq; aut deleta hostiliter: aut integra in potestatẽ uenere. per idem tempus & classis romana a. P. Cornelio: quẽ senatus maritimæ oræ ꝓfecerat: in Campaniã acta: cum appulsa Pompeios esset: socii inde nauales ad populandũ agrum nucerinum ꝓfecti ꝓximis raptim uastatis unde reditus tutus ad naues esset: dulcedine: ut fit: prædæ longius ꝓgressi exciuere hostes: palatis ꝑ agros nemo obuius fuit: cum occidione occidi possent: redeuntes agmine in cauto haud ꝓcul nauibus assecuti agrestes exuerunt præda: partem etiam occiderunt. quæ superfuit cædi trepida multitudo ad naues cõpulsa est. profectio. Qu. Fabii trãs Ciminiam siluam quantum Romæ terrorem fecerat: tam lætam famam in Samnium ad hostes tulerat: intercluſum romanum exercitum obsideri: cladisq; imaginem furcas caudinas memorabant: eadẽ temeritate auidam ulteriorum semper gentem insaltus inuios deductam: septam non hostium magis armis: quam locorum iniquitatibus esse. Iam gaudium inuidia quadam miscebat: quod belli romani decus ab samnitibus fortuna ad ethruscos auertisset. itaq; armis uirisq; ad obterendum .C. Martium consulem concurrunt: ꝓtinus inde Ethruriam per marsos ac sabinos petituri: si Martius dimicandi potestatem nõ faciat. obuius iis consul fuit: dimicatum prælio utrinq; atroci atq; in certo euentu est: & cum anceps cædes fuisset: aduersæ tamen rei fama in romanos uertit: ob amissos quosdam equestris ordinis tribunosq; militum atq; unum legatum: & quod insigne maxime fuit consulis ipsius uulnus. Ob hæc etiã aucta fama: & ut solet: ingens terror patres inuasit: dictatoremq; dici placebat: nec quin Cursor Papyrius diceret: in quo tum summa rei bellicæ ponebatur: dubium cuiquam erat: sed nec in Samnium nunciun ꝓferri omnibus infestis tuto posse: nec uiuere Martium consulẽ satis fidebãt. Alter cõsul Fabius infestus priuatim Papyrio erat: quæ ne ira obstaret bono publico: legatos ex cõsularium numero mittendos ad eum senatus censuit: qui sua quoq; eum non publica solũ auctoritate mouerent: ut memoriã simultatũ patriæ remitteret. Profecti legati ad Fabium consulẽ cõsenatusconsultũ tradidissent: adiecissentq; oratione conuenientẽ mandatis: cõsul demissis in terram oculis tacitus ab incertis: quid nam esset acturus: legatis recessit. nocte deinde silentio: ut mos est: L. Papyrium dictatorem dixit: cui cũ ob animũ egregie uictũ legati gratias agerent: obstinatũ silentiũ obtinuit: ac sine responso ac métione facta sui legatos dimisit: ut appareret insignẽ dolorem ingenti cõprimi animo. Papyrius. D. Iunium Bubulcũ magistrum equitũ dixit: atq; ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem difidit: quod saucia curia fuit principũ duabus insignis cladibus: captæ urbis & caudinæ pacis: quod utroq; anno eiusdẽ curiæ fuerat principũ. Macer Licinius tertia etiã clade: quæ ad cremerã accepta est: abominandã eam curiã facit. Dictator postero die auspiciis repetitis ꝓtulit legem: & ꝓfectus cũ legionibus ad terrorem traducti siluam Ciminiam exercitus nuper scriptis: ad Longulã ꝓuenit: acceptisq; a Martio cõsule ueteribus militibus in aciẽ copias eduxit. nec hostes detrectare uisi pugnam. instructos deinde armatosque: cum ab neutris prælium inciperetur: nox oppressit. Quieti aliquandiu nec suis diffidentes uiribus: nec hostem spernẽtes statiua in propinquo habuere: Nã & cũ umbroꝝ acie depugnatũ est. fusi tamẽ magis: quã cæsi hostes: qa cœptã acriter nõ tollerarũt pugnã: & ad uadimonis lacum ethrusci lege sacrata: coacto exercitu: cum uir uiꝝ legisset: quãtis núquã alias ante simul copiis: simul animis dimicarunt: tantoque irarum certamĩe gesta res est: ut ab neutra parte emissa sint tela: gladiis pugna cepit: & acerrime commissa ipso certamine: quod aliquandiu anceps fuit: accẽsa est: ut non cum Ethruscis totiens uictis: sed cum aliqua noua gente uideretur dimicatio esse: nihil ab ulla parte mouetur fugæ: cadunt antesignani: & ne nudentur pugnatoribus signa: fit ex secunda prima acies: ab ultimis deinde subsidiis cietur miles: adeoque ad ultimum laboris ac periculi uentum est: ut equites romani omissis equis ad proximos peditũ per arma: per corpora euaserit. ea uelut noua iter fessos

exorta acies turbauit signa Ethruscorum:secuta deinde impetũ eorum:utcũq; affecta fuerat: cætera multitudo tandem perrumpit ordines hostium. Tunc uinci pertinacia cœpta:& auerti manipuli quidã: & ut semel dedere terga etiam certioré capessere fugam. Ille primũ dies fortuna ueteri abũdantes Ethruscoꝝ fregit opes. cæsum in acie quod roboris fuit. castra eo ipetu capta direptaq;. Pari subíde periculi gloriæq; euentu bellũ in samnitibus erat:qui præter cæteros belli apparatus :ut acies sua fulgeret nouis armorum insignibus:fecerunt. duo exercitus erant:scuta alterius auro:alterius argento celauerunt. Forma erat scuti summũ latius:qua pectus atq; humeri teguntur fastigio æquali ad imum cuneatior nobilitatis cã:spõgia pectori tegumentũ:& siniſtrum crus ocrea tectum:galeatæ cristæ:quæ speciẽ magnitudini corpoꝝ adderent:tunicæ auratis militibus uersicolores argẽtatis linteæ candidæ. his dexterũ cornu datum: illi inſiniſtro consistunt. Notus iam romanis apparatus insignium armoꝝ fuerat:doctiq; a ducibus erant horridũ militẽ esse debere:nõ celatum auro argentoq;:sed ferro & animis frætũ:quippe illa prædam uerius:quam arma esse:nitẽtia ante rem:deformia inter sanguiné & uulnera:uirtutẽ esse militis decus:& oía illa uictoriam sequi:& ditem hostem:quãuis pauperis uictoris præmiũ esse. His Cursor uocibus instinctos milites in prælium ducit:dextero ipse cornu consistit:siniſtro præfecit magistrũ equitũ. Simul est concursum :ingens fuit cũ hoste certamen:non segnius iter dictatorem & magistrum equitũ abutra parte uictoria inciperet. Prior forte Iunius commouit hostẽ leuo dexterum cornu:sacratos more samnitiũ milites:eoq; candida ueste & paribus candore armis insignes eo se horco mactare Iunius dictitans:cum ituliſſet signa:turbauit ordines:& haud dubie impulit aciem. Quod ubi sensit dictator: ab leuo ne cornu uictoria incipiet: inquit:& dexterum cornu dictatoris acies alienam pugnam sequentur :non partem maximam uictoriæ traher:concitat milites. Nec peditum uirtuti equites:aut legatoꝝ studia ducibus cedũt. M. Valerius a dextero. P. Decius a leuo cornu ambo cõsulares ad equites in cornibus positos uehũtur:adortatiq; eos ut partem secum capesserent decoris:intransuersa latera hostium incurrunt. is nouus terror additus cũ exutraque parte circunuasisset aciem:& ad terrorem hostium legiones romanæ redintegrato clamore intulisset gradum:tum fuga ab samnitibus cœpta. Iam strage hominũ armorũq; insignium campi repleri: ac primo pauidos samnites castra sua accepere. deinde ne ea quidem retenta:captis direptisq; ante noctem iniectus ignis. Dictator exsenatusconsulto triumphauit : cuius triumpho longe maximam speciem captiua arma præbuere:tantum magnificentiæ uisum in iis:ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur:inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus:cum thensæ ducerentur . Et romani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium uisi sunt. Campani ab superbia & odio samnitium gladiatores:quod spectaculũ inter epulas erat:eo ornatu armarunt:samnitiumq; nomine appellarũt. Eodem anno cum reliquis Ethruscorum ad Perusiam:quæ ipsa induciarum fidem ruperat:Fabius consul nec dubia:nec difficili uictoria dimicat. Ipsum oppidum:nam ad mœnia uictor accessit :cepisset : ni legati dedentes urbem exissent. Præsidio Perusio impositio:legationibus Ethruriæ amicitiam petentibus:præ se Romam ad senatum missis:consul præstantiore etiam quam dictator uictoria triumphans urbem est inuectus. Quin etiam deuictorum samnitium decus magna ex parte ad legatos. P. Decium:&. M. Valerium est uersum: quos populus proximis comitiis ingenti cõsensu consulem alterum:alterum prætorem declarauit. Fabio ob egregie perdomitam Ethruriam continuatur cõsulatus:Decio collega datur. Valerius prætor quartum creatus . Consules partiti prouincias Ethruria Decio : Samniũ Fabio euenit. profectus ad Nuceriam alifates iam tum pacem petentes:quod uti ea cum daretur:noluissent:aspernatus oppugnando subegit. Cum samnitibus acie dimicatum. haud magno certamine hostes uicti:neq; eius pugnæ memoria tradita foret:ni marsi eo primum prælio cum romanis bellassent:secuti marsoꝝ defectionem peligni eãdem fortunam habuerunt. Decio quoq; alteri consuli secunda belli fortuna erat:tarquiniensem metu sub egerat frumentum exercitui præbere:atq; inducias in. xl. annos petere. Volsiniensium castella aliquot ui cepit:quædam ex iis diruit:ne receptaculo hostibus essent: circunferendoq; passim bello tantum terroré sui fecit:ut nomen omne Ethruscum fœdus a consule peteret:ac de eo quidem nihil impetratũ: induciæ annuæ datæ:stipendium exercitui romano ab hoste in eum annum pensum:& binæ tunicæ ĩ militem exactæ. ea merces induciarum fuit. Tranquillas res iam Ethruscis turbauit repentina defectio umbroꝝ gentis integræ a cladibus belli:nisi quod transitum exercitus ager senserat. Ii concitata omni iuuentute sua & magna parte Ethruscoꝝ ad rebellionem compulsa tantum exercitum fecerant:ut relicto post se in Ethruria Decio ad oppugnandum inde Romam itꝝros magnifice de se ac comtemptim de romanis loquentes iactarent. Quod incœptum eoꝝ ubi ad Decium consulem perlatum est: ad urbem ex Ethruria magnis itineribus pergit:in agro pipinienſi ad famam intẽtus hostium consedit. Nec Romæ spernebatur umbrorum bellum:& ipse minæ metum fecerant expertis a gallica clade:quam in tutam urbem incolerent . Itaq; legati ad Fabium consulem missi sunt:ut si quid laxamenti a bello samnitium esset:in Vmbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit cõsul:magnisq; itineribus ad Meuaniam :ubi tum copiæ umbroꝝ erãt: perrexit Repens aduentus consulis:quem procul Vmbra in Samnio bello alio occupatum credi derant: ita exterruit ũbros:ut alii recedẽdũ ad urbes munitas:quidã bellũ omittẽdũ censerẽt. Plaga una(Matetiã ipsi appellãt)nõ cõtinuit mõ cæteros ĩ armis:sed cõfestĩ ad certamẽ egit:castra uallantẽ Fabiũ adorti sũt. Quos ubi effusos ruere ĩmunimẽta cõsul uidit:reuocatos milites ab ope:put loci natura tẽpusq; patieabẽ

ita instruxit: cohortatusq; prædicatione uera: qua in tuscis: qua in Samnio partorum decorum exiguam appędicę Ethrusci belli cōficere iubet: & uocis ipiæ pœnas expetere: qua se urbę romanā oppugnaturos minati sunt. Hæc tanta sunt alacritate militū audita: ut clamor sua sponte ortus loquętem iterpellauerit ducem: ante iperiū deinde cōcentu tubarū ac cornuū cursu effuso in hostę ferunt: non tāquā in uiros, aut armatos incurrunt: mirabilia dictu signa primo eripi cœpta signiferis: deinde ipsi signiferi trahi ad cōsulem: armatiq; milites ex acie in aciē transferri: & sicubi ē certamen: scutis magis quā gladiis geritur res & umbonibus: incussaq; ala sternunt hostes: plus capit hoium: quā cæditur: atq; una uox ponere arma iubę tium p̄ totā ferē aciem. Itaq; inter ipsū certamę facta deditio est a primis auctoribus belli: postero insequę tibusq; diebus & cæteri umbroꝝ populi dedunt ocriculani sponsione in amicitiā accepti. Fabius alienæ sortis uictor belli ī suā ꝓuinciā exercitum reduxit: itaq; ei ob res tam fœliter gestas sicut priore anno populus cōtinuauerat cōsulatum: ita senatus ī insequętem annum: quo. Ap. Claudius: L. Volumnius cōsules fuerunt: ꝓgauit maxime Appio aduersante imperiū. Appiū censorem petisse cōsulatum: comitiaq; eius ab. L. Furio tribuno plebis interpellata: donec se censura abdicauit: in quibusdā annalibus iuenio, creatus consul cū collegæ nouum bellum salentini hostes decernerent Romæ māsit: ut urbanis artibus opes augeret: quādo belli decus penes alios esset. Volumniū ꝓuinciæ haud ꝓœnituit: multa secūda prælia fecit: aliquot urbes hostiū ui cepit, prædæ erat largitor & benignitatę p̄ se gratā comitate adiuuabat: militęque iis artibus fecerat & periculi & laboris auidū. Quītus Fabius ꝓconsul ad urbem Alifas cū samnitium exercitu signis collatis cōfligit, minime ambigua res fuit: fusi hostes atq; in castra cōpulsi: nec castra forent retenta: ni exiguū superfuisset diei: ante noctem tamen sunt circunsessa & nocte custodita: nequis labi posset: postero die uix dum luce certa deditio fieri cœpta: & pacti: qui samnitiū forent: ut cū singulis uestimętis emitterētur: ii oēs sub iugum missi: sociis samnitiū nihil cautū: ad quattuormillia sub corona uenire: qui se ciuem hernicum dixerat: seorsum ī custodia habitus: eos oēs Fabius Romam ad senatū misit: & cū quæsitū esset: delectu an uoluntarii ꝓ samnitibus aduersus romanos bellassent: p̄ latinos populos custodiendi dant: iussiq; eam integram rem noui cōsules. P. Cornelius Aruina: Qu. Martius Tremulus: ii enim iā creati erāt: ad senatū referre. Id ægre passi hernici cōcilium populoꝝ oium habętibus anagninis in circo: quę maritimū uocāt: p̄ter alatrinatem ferętinatęq; & uerulanū: oēs hernici noīs populo romano bellū indixerūt. In Samnio quoq;: quia decesserat inde Fabius: noui motus exorti: Calatia & Sora præsidiaq;: quæ in iis romana erāt: expugnata: & in captiuoꝝ corpora militum fœde sæuitum. itaq; eo. P. Cornelius cum exercitu missus: Martio noui hostes: iā eni anagninis hernicisq; aliis bellum iussum erat: decernunt. Primo ita oīa opportuna loca hostes inter consulū castra interceperunt: ut peruadere expeditus nuncius nō posset: perq; aliquot dies incerti reꝝ oium suspensiq; de statu alterius uterq; cōsul ageret: Romāq; is metus maneret: adeo ut oēs iuniores sacramēto adigerent: atq; ad subita reꝝ duo iusti scriberent exercitus. Cæteꝝ hernicū. bellū nequaquā ꝓ præsenti terrore ac uetustate gētis gloriæ fuit: nihil usquā dictu dignū ausi: trinis castris ītra paucos dies exuti triginta dieꝝ inducias: ita ut ad senatū Romā legatos mitterēt: pacti sunt: bimestri stipendio frumētoq; & singulis in militę tunicis. Ab senatu ad Martiū reiecti: cui senatus cōsulto permissū de hernicis erat: isq; gētem in deditionē accepit. Et in Samnio alter cōsul superior uiribus locis ipeditior erat: oīa itinera obsepserant hostes: saltusq; peruios ceperāt: nequa subuehi commeatus possent: neq; eos cū quottidie signa in aciē cōsul ꝓferet: elicere ad certamē poterat: satisq; apparebat neq; samnitem certamen præsens: nec romanū dilationē belli latuꝝ. Aduętus Martii: qui hernicis sub actis maturauit collegæ uenire auxilio: morā certaminis hosti exemit: nā ut qui alteri quidē exercitui se ad certamē credidissent pares: cōiungi utiq; passi duos cōsulares exercitus nihil crederent supesse spei: aduenięntem īcomposito agmine Martiū aggrediunt, raptim collatæ sarcinæ ī mediū: & prout tempus patiebat: instructa acies: clamor primū ī statiua platus: deinde cōspectus puluis tumultū apud alteꝝ cōsulem in castris fecit: isq; cōfestim arma capere iussis: raptimq; eductis in aciem militibus: transuersam hostium atque alio certamine occupatam inuadit: clamitans summum flagitium fore: si alterum exercitum utriusq; uictoriæ compotem sinerent fieri: nec ad se sui belli uindicarent decus. qua impetū dederat: perrumpit: aciemq; per mediā in castra hostium tendit: & uacua defensoribus capit: atq; incendit. Quæ ubi flagrā tia martianus miles conspexit: & hostes respexere: tum passim fuga cœpta samnitium fieri: sed omnia obtinet cædes: nec in ullam partem tutum perfugium est. Iam. xxx. millibus hostium cæsis signum receptui cōsules dederāt: colligebātq; in unum copias inuicem iter ſgratantes: cum repente uisæ procul hostiū nouæ cohortes: quæ ī supplemētum scriptæ fuerāt: itegrauere cædē: in quas nec iussu cōsulum: nec signo accepto uictores uadunt: malo tyrocinio imbuędū samnitem clamitātes. Indulgęt cōsules legionū ardori: ut qui probe scirent nouum militem hostium inter perculsos fuga ueteranos ne tentando quidem satis certamine fore. nec eos opinio fefellit: omnes samnitium copiæ ueteres nouæq; montes proximos fuga capiūt: eo & romana erigit acies: nec quicquā satis tuti loci uictis ē: & de iugis: quæ ceperant: fundūt. iāq; una uoce omnes pacem petebant. Tum trium mensium frumento imperato: & annuo stipędio: ac singulis in militem tunicis: ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus: Martius de hernicis triumphans in urbem reduit: statuaq; equestris in foro decreta ē: quæ ante templum Castoris posita est.: Hernicoꝝ tribus populis alatrinati uerulano ferentinati: quia maluerunt quā ciuitatē: suæ leges redditæ

cõnubiũq; inter ipsos: quod aliquãdiu soli hernicoꝝ habuerũt: pmissum. anagninis quiq; arma romanis ítulerãt: ciuitas sine suffragii latione data: cõcilia cõnubiaq; adempta: & magistratibus præterquã sacroꝝ curatione interdictũ. Eodem anno ædes Salutis a. G. Iunio Bubulco censore locata est: quam consul bello samnitiũ uouerat: ab eodem collegaq; eius. M. Valerio Maximo uiæ per agros publica ípensa factæ: & cũ carthaginensibus eodẽ anno fœdus tertiũ renouatum: legatisq; eoꝝ: qui ad id uenerant: comiter munera missa. Dictatorẽ idem ânus habuit: P. Corneliũ Scipionẽ cum magistro equitũ. P. Decio Mure: ab iis: propter quæ creati erant: comitia cõsularia habita: quia neuter consulũ potuerãt bello abesse. creati cõsules. L. Posthumius: T. Minutius. Hos consules Piso. Qu. Fabio &. P. Decio suggerit: biẽnio exempto: quo Claudium Volumniũq; & Cornelium cũ Martio cõsules factos tradidimus: memoriæ ne fugerit in annalibus digerendis: an consulto binos cõsules falsos ratus transcenderit: ícertum est. Eodẽ anno in cãpum stellatẽ agri cãpani samnitium ícursiones factæ. itaq; ambo cõsules í Sânium missi cum diuersas regiones Tifernum Posthumius: Bouiná Minutius petissent: Posthumii prius ductu ad Tifernum pugnatũ. alii haud dubie samnites uictos: ac trigítamillia inde hoíum capta tradunt: alii marte æquo discessum: & Posthumium metum simulantẽ nocturno itinere clam í montes copias adduxisse: hostes secutos duomillia inde locis munitis & ipsos cõsedisse. Consul ut statiua tuta copiosaq;: & ita erant: petisse uideretur: posteaquã & munimentis castra firmauit: & oí apparatu reꝝ utilium ístruxit: relicto firmo præsidio uigilia tertia: qua duci ꝓxime potest: expeditas legiões ad collegã & ipsum aduersus alios sedentẽ ducit. ibi auctore Posthumio Minutius cũ hostibus signa cõfert: & cũ anceps ꝓlium í multum diei ꝓcessisset: ítegris legiõibus defessam iam aciẽ hostium íprouiso íuadit: itaq; cum lassitudo ac uulnera fugam quoq; præpedissent occisi hostes: signa unum & triginta capta: atq; íde ad castra Posthumii perrectũ: ibi duo uictores exercitus perculsum iam fama hostẽ adorti fundunt fugãtq;: signa militaria sex & uiginti capta: & imperator samnitiũ Statius Cellius multiq; alii mortales & castra utraq; capta: & Bouianũ: ubi postero die cœptum oppugnari: breui capitur: magnaq; gloria reꝝ gestaꝝ cõsules triumpharunt. Minutium cõsulem cum uulnere graui relatum in castra mortuum quidã auctores sunt: &. L. Fuluium in locum eius suffectum: & ab eo cũ ad exercitum Minutii missus esset: Bouianũ captum. Eodem anno Sora: Arpinum: Cessentia recepta ab sãnitibus. Herculis magnũ simulacrum in capitolio positum dedicatumq;. P. Sulpicio Auerrione. P. Sempronio Sopho cõsulibus. Samnites seu finem: seu dilationẽ belli quærentes legatos de pace Romam misere: quibus suppliciter agentibus respõsum est: nisi sæpe bellum parantes pacem petissent: samnites oratione ultro citroq; habita de pace transigi potuisse: nunc quãdo uerba uana ad id locoꝝ fuerint: rebus stãdum esse: P. Sempronium cõsulẽ cum exercitu breui in Samnio fore: eum ad bellũ pacemue íclinẽt animi falli nõ posse: comperta omnia senatui relatuꝝ: decedentẽ í Sânio cõsulẽ legati sequerẽtur. Eo anno cum pactatum Samnium exercitus romanus benigne præbito cõmeatu pagrassetur: fœdus antiquũ samnitibus redditum. Ad equos inde hostes cæterum per multos annos sub specie infidæ pacis quietos uersa arma romana: quod incolumi hernico noíe misitauerãt simul cum iis samniti auxilia: & post hernicos subactos uniuersa prope gẽs sine dissimulatione cõsilii publici ad hostes disiuerat: & posteaquam icto Romæ cum samnitibus fœdere fœciales uenerant res repetitum: tentationem aiebant esse: ut terrori incusso belli romanos se fieri paterent: quod quãtopere optãdum foret: hernicos docuisse: cum quibus licuerit: suas leges romanæ ciuitati præoptauerint: quibus legendi: quid mallent: copia non fuerit: pro pœna necessariã ciuitatem fore. Ob hæc uulgo in cõciliis iactata populus romanus bellum fieri Equis iussit: cõsulesq; ambo ad nouũ ꝓfecti bellũ quattuormillia a castris hostium cõsederũt. Equoꝝ exercitus: ut qui suo noíe ꝓ multos ânos íbelles egissent: tumultuario similis sine ducibus certis: sine imperio trepidare: alii exeundũ in aciem: alii castra tuẽda censent: mouet pleroſq; uastatio futura agroꝝ: ac deinceps cum leuibus præsidiis urbium relictaꝝ excidia. itaq; posteaquã inter multas sententias una quæ omissa cura cõmunium ad respectũ suaꝝ quẽq; reꝝ auertisset audita: ut prima uigilia diuersi e castris ad deportanda omnia tuẽdasque mœnibus í urbes abirẽt: cuncti eam sententiã ingenti assensu accepere: Palatis hostibus per agros prima luce romani signis ꝓlatis in acie cõsistunt: & ubi nemo obuius ibat: pleno gradu ad castra hostium tẽdunt: cæteꝝ posteaquã nec stationes ꝓportis: nec quẽquam í uallo: nec fremitũ cõsuetũ castroꝝ aíaduerterunt: insolito silentio moti metu insidiaꝝ subsistunt: trãsgressi deinde uallũ: cũ deserta oía iuenissent: ꝓgunt hostẽ uestigiis sequi. sed uestigia in oẽs æque ferentia partes ut í dilapsis passim primo erroré faciebãt: post ꝓ exploratores cõpartis hostiũ cõsiliis ad singulas urbes circũferẽdo bello unũ & trigíta oppida í tra dies qnquaginta oía oppugnãdo ceperũt: quoꝝ pleraq; diruta atq; incensa: nomẽq; equoꝝ ꝓpe ad internicionẽ deletũ. De equis triũphatũ: exẽploq; eoꝝ clades fuit: ut marrucini: marsi: peligni: ferentini mitterent Romã oratores pacis petendæ amicitiæq;. iis populis fœdus petẽtibus datũ. Eo anno. G. Flauius G. filius Scriba patre libertino humili fortuna ortus: cæteꝝ callidus uir & facũdus ædilis curulis fuit. Inuenio í quibusdã ánalibus cũ appareret ædilibus: fieriq; se ꝓ tribu ædilẽ uideret: neq; eius accipi nomen qđ scriptũ faceret: tabulã posuisse & iurasse se scriptũ nõ factuꝝ: quẽ aliquãto antea desisse scriptũ facere arguit Macer Licinius: tribunatũ ãte gesto triũuiratibusq;: nocturno altero: altero coloniæ deducẽdæ. Cæteꝝ id qđ haud discrepat: cõtumacia aduersus cõtẽnentes hũilitatẽ suã nobiles certauit. ciuile ius repositũ í penetralibus põtificũ euulgauit: fastosq; circa foꝝ in albo ꝓposuit: ut quãdo lege agi posset: sciret: ædẽ

Concordiæ in area Vulcani ſumma inuidia nobilium dedicauit:coactuſq; cõſenſu populi Cornelius Barbatus pontifex maximus uerba præire:cum more maiorũ negaret niſi conſulẽ:aut imperatorem poſſe tẽplum dedicare.Itaq; exauctoritate ſenatus latum ad populũ eſt:ne quis templũ aramue iuſſu ſenatus aut tribunorũ plebis partis maioris dedicaret.Haud memorabilẽ rem per ſe niſi documentũ ſit: aduerſus ſuperbiam nobilium plebeiæ libertatis referam. Ad collegam ægrũ uiſendi cauſa Flauius cum ueniſſet:cõſenſuq; nobilium adoleſcẽtium:qui ibi aſſidebant:aſſurrectũ ei non eſſet:curulẽ afferri ſellam eo iuſſit:ac ſede honoris ſui anxios inuidia inimicos ſpectauit. Cæterũ Flauiũ dixerat ædilẽ forenſis factio. Ap. Claudii cenſura uires nacta:qui ſenatũ primus libertinorũ filiis lectis inquinauerat:& poſteaq̃ eam lectionẽ nemo ratam habuit:nec in curia adeptus erat:quas petierat opes urbanas: humilibus per oẽs tribus diuiſis forũ & campum corrupit:tantũq; Flauii comitia indignitatis habuerunt: ut plæriq; nobiliũ aureos annulos:& phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes diſceſſit ciuitas:aliud integer populus fautor & cultor bonorũ:aliud forenſis factio tenebat:donec.Qu.Fabius:&.P.Decius cẽſores facti.Fabius ſimul cõcordiæ cã ſimul ne humilimorũ in manu comitia eſſent:omnẽ forenſem turbã excretã in q̃ttuor tribus coniecit: urbanaſq; eas appellauit:adeoq; eam rem acceptã gratis animis ferunt:ut Maximi cognomẽ:qđ tot uictoriis nõ peperat:hac ordinum temperatione pararet.Ab eodem inſtitutum dicitur:ut equites idibus quintilibus tranſueherentur.

LIBER DECIMVS.

GENVTIO:SER.CORNELIO CONSVLIBVS AB EXTERNIS FERme bellis otium fuit.Sora atq; Alba coloniæ deductæ: Albam ĩ Equos ſexmillia colonorũ ſcripta:Sora agri uolſci fuerat: ſed poſſederant ſamnites:eo quattuormillia hominũ miſſa. Eodem anno arpinatibus trebulaniſq; ciuitas data.fruſinates tertia parte agri dãnati: quod hernicos ab eis ſollicitatos compertũ:capitaq; cõiurationis eius quæſtione ab cõſulibus ex ſenatuſconſulto habita:uirgis cæſi:ac ſecuri percuſſi.Tamẽ:ne prorſus ĩbellum gereret annũ:parua expeditio in Vmbria facta eſt: quod nũciabatur ex ſpelũca quadam excurſiones armatorũ in agros fieri.In eam ſpeluncam penetratum cũ ſignis eſt:& ex eo loco obſcuro multa uulnera accepta maxieq; lapidũ ictu: donec altero eius ſpecus ore(nam paruius erat)inuento utræq; fauces cõgeſtis lignis accenſæ. ita intus fumo ac pauore ad duomillia armatorũ ruentia nouiſſime in ipſas flamas:dum euadere tentant: abſumpta: M.Liuio:&.Qu.Aemylio conſulibus redintegratũ equitũ bellum.Coloniã equi ægre patientes uelut arcem ſuis finibus impoſitã ſumma ui expugnare adorti ab ipſis colonis pellũtur:cæterũ tantũ Romæ terrorem fecerunt:quia uix credibile erat tam affectis rebus ſolos per ſe equos ad bellum coortos:ut tumultus eius cauſa dictator diceretur.G.Iunius Bubulcus cũ.M.Titinio magiſtro equitũ.,pfectus primo cũgreſſu equos ſubegit:ac die octauo triũphans in urbem cum rediſſet:ædem Salutis:quã conſul uouerat:cẽſor locauerat:dictator dedicauit.Eodem anno claſſis græcorum Cleonymo duce lacedæmonio ad Italiæ littora appulſa Thurias urbem in ſalẽtinis cepit. Aduerſus hunc hoſtem conſul Aemylius miſſus prælio uno fugatum compulit in naues.Thuriæ redditæ ueteri cultori Salentinoq; agro pax parta.G.Iunium Bubulcum dictatorem miſſum in ſalentinos in quibuſdam annalibus inuenio:& Cleonymum prius: quam cõfligendum eſſet cũ romanis:Italia exceſſiſſe:circũuectus ĩde Brunduſii promontorium medioq; ſinu hadriatico uẽtis latus:cũ leua importuoſa Italiæ littora:dextra illyrici liburniq; & iſtri gentes fere & magna ex parte latrociniis maritimis infames terrerent:penitus ad littora uenetorũ peruenit.ibi expoſcitis paucis qui loca explorarent:cũ audiſſet tenue ita prætentũ littus eſſe:qđ tranſgreſſis ſtagna ab tergo ſint irrigua æſtibus maritimis:agros haud ,pcul proximos campeſtres cerni:ulteriora colles uideri eſſe:hoſtiũ prælati fluminis:quo circũagi naues inſtationẽ tutã uidiſſe:meduacus amnis erat:eo inuectã claſſem ſubire flumine aduerſo iuſſit.Grauiſſimas nauiũ nec ,ptulit alueus fluuii:& leuiora nauigia trãſgreſſa multitudo armatorũ ad frequẽtes agros tribus maritimis patauinorum uicis colentibus eam horam peruenit. Ibi egreſſi leui præſidio nauibus relicto uicos ui expugnant:inflamãt tecta:hoſtium pecudũq; prædas agunt:& dulcedine prædãdi lõgius uſq; a nauibus ,pcedunt.Hæc ubi Patauiũ ſunt nũciata:ſemp aũt eos ĩ armis accolæ galli habebãt:induas ,ptes iuuentutẽ diuidunt: altera ĩ regionẽ:qua effuſſa populatio nunciabaf:altera:ne cui ,pdonũ obuia fieret:altero itinere ad ſtationẽ nauiũ(millia autẽ.xiiii.ab oppido aberãt)ducta. In naues paruas ignaris cuſtodibus interẽptis repẽtinus ĩpetus factus:territiq; nautæ cogunt naues in alterã ripam amnis traiicere:& in terra,pſpe;æque in palatos ,pdatores ,plium fuerat:refugiẽtibuſq; ad ſtationẽ græcis ueneti obſiſtũt. Ita ĩ medio circũuẽti hoſtes cæſiq; pars capti claſſem ĩdicat:regẽq; Cleonymũ triamillia abeſſe.Ibi captiuis ,pximo uico ĩ cuſtodiã datis:pars fluuiatiles naues adſupanda uada ſtagnorũ apte planis alueis fabricatas:pars captiua nauigia armatis complent:profectique ad claſſem immobiles naues & loca ignota pluſquam hoſtẽ timentes circunuadunt :fugienteſque in altum :ac nuſquam repugnantes uſque ad hoſtiũ amnis ,ſecuti:captis quibuſdã ĩcenſiſq; nauibus hoſtiũ:quas trepidatio ĩ uada ĩtulerat:uictores reuertunt.Cleonymus uix q̃nta parte nauiũ ĩcolumi:nulla regiõe maris hadriatici ,ſpere adita diſceſſit:

roſtra nauiũ ſpoliaq; græcoꝝ in æde Iunonis uetere fixa multi ſuperſunt:qui uiderũt.Patauii monumẽtũ naualis pugnæ eo die:quo pugnatum eſt :quot annis ſolemni certamine nauiũ in flumine oppidi medio exercetur.Eodem anno Romæ cũ ueſtinis petẽtibus amicitiã ictum eſt fœdus.Multiplex deinde exortus terror Ethruriam rebellare ab arretinoꝝ ſeditionibus motu orto nũciabatur:ubi ciuiũ liciniũ genus præ potens diuitiaꝝ inuidia pelli armis cœptum:ſimul marſoꝝ agrũ ui tueri: in quẽ colonia Carſeoli deducta erat quattuor millibus hoĩum ſcriptis.Itaq; ꝓpter eos tumultus dictus.M.Valerius Maximus dictator magiſtrũ equitũ ſibi legit.M.Aemyliũ Paulum:id magis credo:quã:Qu.Fabium ea ætate atq; eis honoribus Valerio ſubiectũ:cæteꝝ ex maximi cõmuni cognomine ortũ erroꝛẽ haud abnuerim . Profectus dictator cũ exercitu prælio uno marſos fudit.cõpulſis deinde in urbes munitas Miloniam :Pliſtiã: Freſiliam intra paucos dies cepit:& parte agri mulctatis marſis fœdus reſtituit.Tum in ethruſcos uerſum bellũ. Cũ dictator auſpicioꝝ repetundoꝝ cauſa ꝓfectus Romã eſſet: magiſter equitũ pabulatũ egreſſus ex inſidiis circunuenitur:ſigniſq; aliquot amiſſis fœda militũ cæde ac fuga in caſtra eſt compulſus .qui terror nõ eo tantum a Fabio abhorret.quod ſi qua alia parte cognomen ſuũ æquauit: tum maxime bellicis laudibus: ſed etiam quod memor papyrianæ ſæuitiæ nunquã.ut dictatoris iniuſſu dimicaret:adduci potuiſſet. Nũciata ea clades Romã maioré:quã res erat:terrore exciuit:nam ut exercitu deleto:ita iuſtitiũ indictum:cuſtodiæ in portis uigiliæ uicatim exactæ:arma : tela in muros congeſta. Omnibus iunioribus ſacramento adactis:dictator ad exercitũ miſſus oĩa ſpe tráquilliora & cõpoſita magiſtri equitũ cura: caſtra in tutiorẽ locum redacta:cohortes:quæ ſigna amiſerant:extra uallũ ſine tẽtoriis deſtitutas inuenit:exercitũ auidum pugnæ:quo maturius ignominia aboleret.Itaq; confeſtim inde in agrũ ruſellanũ caſtra ꝓmouit:eo & hoſtes ſecuti:quanquã ex bene geſta re ſummã ĩ aperto certamine uiriũ ſpem habebãt:tamẽ inſidiis quoque: quas fœliciter experti erant:hoſtẽ tentãt.Tecta ſemiruta uici per uaſtationẽ agroꝝ deſtituti haud procul caſtris romanoꝝ aberant: ibi abditis armatis pecus in conſpectu præſidii romani:cui præerat.G.Fuluius legatus:ꝓpulſum.Ad quã illecebram cũ cõmoueretur nemo ab romana ſtatione:paſtoꝝ unus progreſſus ſub ipſas munitiones inclamat alios cũctanter ab ruinis uici pecus ꝓpellentes: quid ceſſarent: cũ per media caſtra romana tuto agere poſſent?Hæc cũ legato cærites qdam ĩterpretarẽt:& per oẽs militũ manipulos ingens eſſet indignatio:nec tamẽ iniuſſu mouere ſe auderent:iubet peritos linguæ attendere aĩum:paſtorũ ſermo agreſti an urbano ꝓpior eſſet.Cum referrẽt ſonũ linguæ:& corpoꝝ habitũ ; & nitoré cultiora:quam paſtoralia eſſe: ite igitur:dicite:inquit:detegãt nequicquã cõditas ĩſidias:oĩa ſcire romanum :nec magis iam capi dolo:quã armis uinci poſſe.Hæc ubi audita ſunt:& ad eos: qui conſederãt in iſidiis : perlata:cõſurrectum repente ex latebris eſt: & in patentem ad conſpectum undiq; campum prolata ſigna . Viſa legato maior acies:quam quæ ab ſuo præſidio ſuſtineri poſſet: itaq; ꝓpere ad dictatorem auxilia accitum mittit:interea ipſe impetum hoſtiũ ſuſtinet.Nuncio allato dictator ſigna ferri ac ſequi armatos iubet. ſed celeriora prope omnia imperio erant:rapta extemplo ſigna armaq;:& uix ab impetu & curſu tenebantur: cum ira ab accepta nuper clade ſtimulabat:tum concitatior accedens clamor ab increſcente certamine.urgent itaq; alii alios:hortanturq; ſigniferos:ut ocius eant : quo magis feſtinantes uidet dictator:eo impenſius retentat agmen:ac ſenſim incedere iubet.Ethruſci contra principio exciti pugnæ omnibus copiis aderant:& ſuper alios alii nunciant dictatori omnes legiones ethruſcoꝝ capeſſiſſe pugnã:neq; iam ab ſuis reſiſti poſſe:& ipſe cernit ex ſuperiore loco in quanto diſcrimine præſidium eſſet:cæteꝝ ſatis frætus eé etiã nunc tolerando certamini legatum:nec ſe procul abeſſe periculi uindicem:quam maxĩe uult fatigari hoſtem:ut integris adoriatur uiribus feſſos.quãquã lente procedunt:iam tamen ad impetum capiendũ equiti utiq; modicum erat ſpatium.prima incedebant ſigna legionum: nequid occultum aut repentinum hoſtis timeret:ſed reliquerat interualla inter ordines peditũ qua ſatis lato ſpatio equi præmitti poſſent. Pariter ſuſtulit clamorem acies:& emiſſus eques libero curſu in hoſtẽ ĩuehitur: incõpoſitiſq; aduerſus equeſtrem procellam ſubitum pauorem effundit. Itaq; ut prope ſerum auxilium iam pene circunuentis : ita uniuerſa requies data eſt:integri accepere pugnam:nec ea ipſa longa aut anceps fuit.fuſi hoſtes caſtra repetunt:inferentibuſq; iam ſigna romanis:cedunt:& in ultima caſtroꝝ parte conglobantur.hærent fugiẽtes in anguſtiis portarum:pars magna uallum aggeremq; conſcendunt:ſi aut ex ſuperiore loco tueri ſe.aut ſuperare aliqua & euadere poſſent.Forte quodam loco male denſatus agger pondere ſupra ſtantium in foſſam procubuit:atq; euah cum deos pandere uiam fugæ conclamaſſent:plures inermes:quam armati euadunt.Hoc prælio fractæ iterum ethruſcorum uires:& pacto annuo ſtipendio:& duum menſium frumento imperato permiſſum ab dictatore:ut de pace legatos mitterent Romam:pax negata : induciæ biẽnii datæ.dictator triumphans in urbem rediit. Habeo auctores ſine ullo memorabili prælio pacatam abdicatore Ethruriam eſſe: ſeditionibus tantum arretinorum compoſitis : & licinio genere cum plebe ĩ gratiã reducto.Conſulẽ ex dictatura factũ:M.Valeriũ nõ petentẽ:atque adeo abſentẽ etiã creatũ credidere qdam:& per interregẽ ea comitia facta.id unũ non ambigitur conſulatum cũ Apuleio Panſa geſſiſſe:M. Valerio:&.Qu Apuleio conſulibus:ſatis pacatæ res foris fuere;ethruſcum aduerſa belli res:& iduciæ quietũ tenebãt:ĩamnitẽ multoꝝ ánoꝝ cladibus domitum hauddũ fœderis noui pœnitebat : Romæ quoq; plebẽ qetã & exoneratã deducta ĩ colonias multitudo ꝑſtabat: tamẽ ne undiq; tráquillæ res eẽnt:certamẽ ĩceptũ inter primores ciuitatis patritios plebeioſq; ab tribunis plebis: Qu :&. G.Oguiniis:qui undique

eriminandorum patrum apud plebem occasionibus quæsitis :posteaquam alia frustra tentata erant eam actionem susceperunt:qua non infimam plebem accenderent:sed ipsa capita plebis consulares triūphalesque plebeios:quoꝝ honoribus nihil præter sacerdotia:quæ nondū promiscua erant:deesset. Rogationē quoq; promulgarunt: ut cum quattuor augures:quattuor pontifices:ea tempestate essent: placerentque augeri sacerdotum numerum quattuor pontifices quinq; augures de plebe omnes allegerentur. Quemadmodum ad quattuor augu- um numerum: nisi morte duoꝝ id redigi collegium potuerit: non inuenio:cum inter augures constet īparem numeꝝ debere esse:ut tres antiquæ tribus ramnēses:titienses:luceres suum quenq; augurem habeant:aut si pluribus sit opus:pari inter se numero sacerdotes multiplicent: sicut multiplicati sunt:cum ad quattuor qnque adiecti nouem numerū:ut terni in singulas essent: expleuerunt. Cæterum quia de plebe allegebantur:iuxta eam rem ægre passi patres: quam cum consulatū uulgari uiderent:simulabant ad deos id magis:quā ad se pertinere:ispos uisuros ne sacra sua polluantur: id se optare tantum :ne qua in rempu. clades ueniat. Minus autem tetendere assueti iam tali genere certaminū uinci:& cernebant aduersarios non id:quod olim uix sperauerint:affectantes magnos honores: sed omnia iam: in quorum spem dubiam erat certatum: adeptos multiplices consulatus censuraq; & triūphos. Certatum tamen suadenda dissuadendaq; lege inter. Ap. Claudium maxime ferunt:& inter Publium Decium Murem:qui cum eadem ferme de iure patrū ac plebis:quæ pro lege licinia quondam:contraq; eam dicta erant:cum plebeiis consulatus rogabatur:differuisset:retulisse dicitur Decius parentis sui speciem: qualem eum multi:qui in concione erant:uiderant incinctū gabino cultu super telū stantem :quo se habitu pro populo ac legionibus romanis deouuisset. tum. P. Decium consulem purum piumq; diis immortalibus uisum æque ac si. T. Manlius collega eius deouueretur. eundem. P. Deciū:qui sacra publica romani faceret:legi rite non potuisse? Id esse periculum:ne suas preces minus audirent dii: quam. Ap. Claudii? castius eum sacra priuata facere:& religiosius deos colere:quā se? quē pœnituere uotoꝝ:quæ p republica nuncupauerint tot consules plebeii:tot dictatores:aut ad exercitus euntes:aut inter ipsa bella? Numerarē tur duces eoꝝ annoꝝ:quibus plebeioꝝ ductu & auspicio res geri cœptæ sunt:numerarétur triūphi: iam ne ñobilitatis quidem suæ plebeios pœnitere. pro certo habere:si quod repens bellum oriatur: non plus spei fore senatui populoq; romano in patritiis:quā in plebeiis ducibus. Quod cū ita se habeat:cui deorum hominūue īdignum uideri potest:inquit:eos uiros:quos uos sellis curulibus toga prætexta:tunica palmata:& toga picta:& corona triūphali laureaq; honoraretis:quoꝝ domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis :pontificalia atq; auguralia insigna attingere? Qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus curru aurato per urbem uectus in capitoliū ascenderit:is conspiciatur cum capide: ac lituo capite uelato:uictimam cædet auguriumue ex arce capiet: cuius imaginis titulo consulatus censuraq; & triūphus æquo animo legetur:si auguratum aut pontificatum adieceritis:nō sustinebūt legentium oculi? equidem pace dixerim deum eos nos iam populi romani beneficio esse spero:qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honores:quam acceperimus:& deoꝝ magis:quā nostra causa expetamus:ut quos priuatim colimus:publice colamus. Quid autem ego sic adhuc egi tanquam integra sit causa patritioꝝ de sacerdotiis:& non nos iam in possessione unius amplissimi simus sacerdotii? decenuiros sacris faciūdis carminum Sibyllæ ac fatoꝝ populi huius interpretes antistites eosdem Apollinis sacri cerimoniarūq; aliarū plebeios uidemus. nec ut tum patritiis ulla iniuria facta est:cum duunuiris sacris faciūdis adiectus est propter plebeios numerus:& nunc tribunus uir fortis ac strenuus quinq; augurum loca quattuor pontificū adiecit:in quæ plebeii nominentur:non ut uos Appi uestro loco pellāt:sed ut adiuuent uos homines plebeii diuinis quoque rebus procurandis:sicut ī cæteris humanis p parte uirili adiuuant. Noli erubescere Appi collegam in sacerdotio habere:quē in censura:quem in consulatu collegam habere potuisti:cuius tā dictatoris magister equitum:quā magistri equitum dictator esse potes. Sabinum aduenam principē nobilitatis uestræ seu. Ap. Clausum:seu. Ap. Claudium mauultis: illi antiqui patritii in suum numerum acceperunt. ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. multa nobiscum decora afferimus:immo omnia eadem:quæ uos superbos fecerūt: Sextius primus de plebe consul est factus:Claudius licinius Stolo primus magister equitum. G. Martius Rutilius primus & dictator & censor: Q. Publius Philo primus prætor. Semper ista audita sunt eadem penes uos auspicia esse:uos solos gētes habere:uos solos iustū imperium & auspicium domi militiæq;:quin adhuc plebeium prosperum:& patritium fuit:porroq; erit. En unquam fando audistis patritios primo esse factos nō de cælo demissos? sed qui patrem ciere auumq; possent id est nihil ultra quam ingenuos. consulem iam patrem ciere possum :auumq; iam poterit filius meus nihil est aliud in re quirites:nisi ut omnia negata adipiscamur:certamen tantum patritii petunt: neque curant:quem euentum certaminum habeant. Ego hanc legem:quod bonū faustum felixq; sit uobis ac reip. uti rogastis:subeundam censeo. Vocare tribus extemplo populus iubebat:apparebatq; accipi legē: ille tamen dies est intercessione sublatus. postero die deterritis tribunis:ingenti consensu accepta est: Pontifices creantur suasor legis. P. Decius Mus:P. Sempronius Sophus:Claudius Martius Rutilius. M. Liuius Denter. Quiq; augures item de plebe Claudius Genutius:P. Elius Pætus:M. Minutius Festus:Cl. Martius: T. Publius. Ita octo pontificum nouem augurum numerus factus. Eodem anno Martius Valerius consul de prouocatione legem tulit diligentius sanctam. tertio ea tum post reges exactos lata est semper a familia

eadem, cauſam renouandæ ſæpius haud aliam fuiſſe reor: quam quod plus paucorũ opes: quam libertas plebis poterãt. Portia tamẽ lex ſola pro tergo ciuiũ lata uidetur: qđ ea graui pœna: ſiquis uerberaſſet: neciſſetue ciuem romanũ ſanxit: ualeria lex cum eũ: qui prouocaſſet: uirgis cædi ſecuriq; necari uetuiſſet: ſiquis aduerſus ea feciſſet: nihil ultra: quã improbe factum adiecit. id qui tum pudor hominũ erat: uiſum credo uinculum ſatis ualidũ legis: nunc uix ſeruo ſuo ita minetur quiſquã. Bellum ab eodẽ conſule haud quaquã memorabile aduerſus rebellantes equos: cum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent: geſtum eſt. Alter conſul Apuleius in Vmbria Nequinũ oppidum circunſedit: locus erat arduus atque in parte una præceps: ubi nunc Narnia ſita eſt: nec ui nec munimento capi poterat: itaq; eam infectã rem. M. Fuluius Pætus. T. Manlius Torquatus noui conſules acceperunt. In eum annum cum Fabium cõſulem non petentẽ omnes dicerent centuriæ: ipſum auctorẽ fuiſſe Macer Licinius: ac Tubero tradũt differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorẽ annum: eo anno maiori ſe uſui reipublicæ fore urbano geſto magiſtratu. ita nec diſſimulantẽ: quid mallet: nec petentẽ tamen ædilẽ curulem cum. L. Papyrio Curſore factũ: Id ne pro certo ponerem: uetuſtior annaliũ auctor Piſo effecit: qui eo anno ædiles curules fuiſſe tradit. Cl. Domicium: Gn. F. Caluinum: &. Sp. Caruilium: Qu. F. Maximum: id credo cognomẽ errorẽ in ædilibus feciſſe: ſecutãq; fabulam mixtam ex ædilitiis & conſularibus comitiis conuenientẽ errori. Et luſtrũ eo anno conditum a. P. Sulpicio Sopho &. P. Sempronio Auerrione cenſoribus: tribuſq; additæ duæ anienſis & terentina. Hæc Romæ geſta: cæterum ad Nequinum oppidum cum ſegni obſidione tẽpus tereretur: duo ex oppidanis: quorũ erant ædificia iuncta muro: ſpecu facto ad ſtationes romanas itinere occulto perueniunt: inde ad conſulẽ deducti præſidiũ armatũ ſe ĩtra mœnia & muros accepturos cõfirmant. Nec aſpernanda res uiſa neq; incaute credenda: cũ altero eorũ (nam alter obſes retentus) duo exploratores per cuniculum miſſi: per quos ſatis cõperta re trecenti armati trãſfuga duce in urbem ingreſſi nocte portam: quæ ꝓxima erat: cepere: qua refracta conſul exercituſq; romanus ſine certamine urbem inuaſere. ita Nequinũ in dicionem populi romani uenit colonia eo aduerſus umbros miſſa a nare flumine Narnia appellata. exercitus cum magna præda Romam reductus. Eodem anno ab Ethruſcis aduerſus inducias paratum bellum: ſed eos alia molientes gallorũ ingens exercitus fines ingreſſus pauliſper a ꝓpoſito auertit: pecunia deinde: qua multum poterant: fræti ſocios ex hoſtibus facere gallos conant̃: ut eo adiuncto exercitu cum romanis bellarent. de ſocietate haud abnuunt barbari: de mercede agit̃: qua pacta acceptaq; cũ parata cætera ad bellum eſſent: ſequiq; ethruſcus iuberet: inficias eunt mercedem ſe belli romanis inferẽdi pactos: quicquid acceperint accepiſſe: ne agrum ethruſcum uaſtarent: armiſque laceſſerent cultores: militaturos tamen ſe: ſi utique ethruſci uelint: ſed nulla ali mercede: quam ut in partem agri accipiantur: tandemque aliqua ſede certa conſiſtant. Multa de eo concilia populorum Ethruriæ habita: nec perfici quicquam potuit: non tam quia imminui agrum: quam quia accolas ſibi quiſq; adiungere tam efferatæ gentis homines horrebat. ita dimiſſi galli pecuniã ingentem ſine labore ac ꝑiculo paratam rettulerũt. Romæ terrorem præbuit fama gallici tumultus ad bellum ethruſcum adiecti: eo minus cunctanter fœdus ictum cũ picenti populo eſt: T. Manlio conſuli Ethruria ꝓuincia ſorte euenit: qui dum uix ingreſſus hoſtium fines exerceretur inter equites ab rapido curſu circunagendo equo effuſus extemplo ꝓpe expirauit: tertius ab eo caſu dies finis uitæ conſuli fuit. Quo uelut omine belli accepto deos ꝓ ſe cõmiſiſſe bellum memorantes ethruſci ſuſtulere animos. Romæ cum deſiderio uiri tum incõmoditate tẽporis triſtis nuncius fuit: ut patres ab iubendo dictatore cõſulis ſubrogandi comitia ex ſentẽtia principũ habita deterruerint. M. Valerium conſulem: omnes ſententiæ centuriæq; dixere: quem ſenatus dictatorem dici iuſſurus fuerat. tum fuerat. tum extemplo in Ethruriam ad legiones ꝓficiſci iuſſit: aduentus eius cõpreſſit ethruſcos adeo: ut nemo extra munimenta egredi auderet: timorq; ipſorũ obſidioni ſimilis eſſet: neq; illos nouus conſul uaſtandis agris urendiſq; tectis: cum paſſim non uillæ ſolum: ſed frequentes quoq; uinci incendiis ſumerẽt: ad certamen elicere potuit. Cum hoc ſegnius bellum opinione eſſet: alterius belli: quod multis inuicẽ cladibus haud immerito terribile erat: fama picentium ſociorũ nouorũ indicio exorta eſt: ſamnites arma & rebellionem ſpectare: ſeque ab iis ſollicitatos eſſe. Picentibus gratiæ actæ: & magna pars curæ patribns ab Ethruria in ſamnites uerſa eſt. Caritas etiã annonæ ſollicitã ciuitatẽ habuit: uentumq; ad inopiæ ultimũ foret: ut ſcripſere: quibus ædilem fuiſſe eo anno Fabium Maximum placet: ni eius uiri cura: qualis in bellicis rebus multis tempeſtatibus fuerat: talis domi tum in annonæ diſpenſatione ꝑparando ac conuehendo fruméto fuiſſet. Eo ãno: nec tradit̃ cauſa: iterregnũ initũ: interreges fuere. Ap. Claudius: deinde. P. Sulpicius: is comitia conſularia habuit: creauit Lucium Cornelium Scipionẽ: &. Gn. Fuluiũ cõſules. Principio huius anni oratores lucanorũ ad nouos cõſules uenerãt queſtũ: qa cõdicionibus ꝑlicere ſe nequierit: ad ſocietatem armorũ ſamnites ĩfeſto exercitu ĩgreſſos fines ſuos uaſtare: belloq; ad bellũ cogere: lucano populo ſatis ſupq; erratum quondã: nunc ita obſtinatos aĩos eſſe: ut oĩa ferre ac pati tolerabilius ducant: quam ut unquã poſtea nomen romanũ uiolent. Orare patres: ut lucanos in fidem accipiãt: & uim atq; iniuriam ab ſe ſamnitium arceant: Se quanquã bello cũ ſamnitibus ſuſcepto neceſſaria iam facta aduerſus romanos fides ſit: tamẽ obſides dare paratos eſſe. Breuius conſultatio ſenatus ad unũ oẽs iungendum fœdus cũ lucanis: reſq; repetendas ab ſamnitibus cenſent. Benigne reſponſum lucanis: ictumq; fœdus. Fœciales miſſi: qui ſamnitem decedere agro ſociorum: ac deducere exercitum finibus lucanis iuberẽt: quibus obuiam

trepidatione nocturna passim relictaq;.His auditis consul ad eam partem urbis:quam audierant equites: circūducit agmē:cōstitutisq; haud ꝓcul porta signis:quicq; equites iubet intrare urbē :& modicū spatium ꝓgressos tris manere eodē loco:si tuta uideantur:duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt:retulerūtq; eo se ꝓgressos:unde ī oīs partes circunspectus esset: lōge lateq; silentiū ac solitudinē uidisse:extemplo cōsul cohortes expeditas in urbē eduxit:cæteros iterim castra cōmunire iussit. Ingressi milites refractis foribus paucos graues ætate aut inualidos iueniunt :relictaq;:quæ migratu difficilia eēnt:ea direpta:& cognitū ex captiuis est cōmuni cōsilio aliquot circa urbes cōscisse fugā:suos prima uigilia ꝓfectos credere eandē in aliis urbibus solitudinē iuenturos.Dictis captiuoꝝ fides extitit: desertis oppidis cōsul potiť.Alteri cōsuli.M.Attilio nequaquā tam facile bellū fuit.cum ad Luceriā duceret legiōes:quam oppugnari ab samnitibus audierat:ad finē lucerimū ei hostis obuius fuit:ibi ira uires æquauit: prælium uariū & anceps fuit:tristius tamē euētu romāis & quia īsueti erāt uinci:& qđ digrediētes magis : quā in ipso certamīe senserunt:quātum in sua ꝑte plus uulneꝝ ac cædis fuisset.Itaq; is terror in castris ortus:qui si pugnātes cepisset:insignis accepta clades foret.tum quoq; sollicita nox fuit iam inuasuꝝ castra samnitē credentibus:aut prima luce cum uictoribus cōserendas manus.Minus cladis:cæteꝝ non plus animoꝝ ad hostes erat. ubi primum illuxit: abire sine certamīe cupiunt .Sed uia una & ea ipsa præter hostes erat: quā īgressi ꝑbuere speciē recta tendētium ad castra oppugnāda. Cōsul arma capere milites iubet:& sequi extra uallū:legatis tribunis ꝑfectis socioꝝ impat:qđ apud quēq; facto opus est.Omnes affirmāt se quidē oīa facturos:sed militum iacere aīos:tota nocte iter uulnera & gemitus moriētiū uigilatū eē. Si ante lucē ad castra uentū foret:tantū pauoris fuisse ut relicturi signa fuerīt:nunc pudore a fuga cōtineri: alioquin ꝓ uictis esse. Quæ ubi cōsul accepit:sibimetipsi circuneundos alloquēdosq; milites ratus:ut ad quosq; uenerat:cunctātes arma capere īcrepabat:quid cessarēt:tergiuersarenťq; hostē ī castra uentuꝝ: nisi illi extra castra exissent :ꝓ tētoriis suis pugnaturos:si ꝓ uallo nollēt.armatis ac dimicātibus dubiā uictoriā eē:qui nudus atq; īermis hostē maneat:ei aut mortē: aut seruitutē patiendā .Hæc iurgāti īcrepantiq; respōdebāt cōfectos se pugna hesterna:nec uiriū qcq̄;nec sanguinis supesse:maiorē multitudinē hostiū apparere:quā pridie fuerit:Inter hæc appropīquabat agmē:& iā breuiore iteruallo certiora ītuētes uallū secum portare samnitē affirmāt: nec dubiū esse quin castra circunuallaturi sint. Tunc enīuero cōsul īdignum facinus esse uociferari tantā cōtumeliā ignominiāq; ab ignauissimo accipi hoste:etiā ne circunsedebimur :inquit :ī castris:ut famæ potius ꝓ ignominiā:quā ferro:si necesse est:ꝓ uirtutē moriamur.Dii bene uerterēt:facerētq; :qđ se dignū qsque ducerēt:cōsulem.M.Attiliū uel solū:si nemo alius sequať:ituꝝ aduersus hostes:casurūq; īter signa hanitium potius:quā circunuallari castra romana uideat.Dicta cōsulis legati tribuniq; oēs turmæ equitum & cēturiones primoꝝ ordinū approbauere:tū pudore uictus miles segniter arma capit:& segniter e castrs egrediť lōgo agmine:nec cōtinēti mœsti ac ꝑpe uicti ꝓcedunt aduersus hostē:nec spe:nec aīo certiorem. Itaq; simul cōspecta sunt romana signa:extēplo a primo samnitiū agmine ad nouissimū fremitus pfertur: exire id:qđ timuerunt:ad īpediēdum iter romāos:nullā inde ne fugæ qdē patere uiā:illo loco aut cadēdū esse:aut stratis hostibus ꝓ corpora eoꝝ euadendū.in medio sarcinas cōiiciunt: armatis suis quisq; ordinibus īstruunt aciē.Iam exiguū iter duas acies erat spaciū: & stabāt expectantes:dū ab hostibus prius īpetus prius clamor īciperet:neutris aīus ē ad pugnādum.Diuersi ītegri atq; ītacti abissent:ni cedēti īstatuꝝ alterum timuissent:sua spōte iter iuitos tergiuersantesq; segnis pugna clamore īcerto atq; īpari cœpit:nec uestigio quisquā mouebať.Tum cōsul romanus:ut rē excitaret:equitū paucas turmas extra ordinē immisit: quoꝝ cum plæriq; delapsi ex equis eēnt:& alii turbati & ab samnitiū acie ad opprimēdos eos:q̄ ceciderāt: & ad suos tuēdos ab rōanis ꝓcursum est.Inde paululū irritata pugna ē:sed aliquāto & īpigre magis:& plures ꝓcurrebāt samnites;& turbatus eques sua ipsa subsidia territis equis ꝓculcauit. hīc fuga cœpta totam auertit aciē romanā.lāq; īterga fugiētium samnites pugnabāt:cum cōsul equo ꝑuectus ad portā castroꝝ ac statiōe equitū ibi oppositā:edictoq; ut quicunq; ad uallū tēderet:siue ille romanus:siue samnis esset:ꝓ hoste habereť.hæc ipsa minitās obstitit ꝓfuse cedētibus suis ī castra.quo pgis:īquit :miles:ť & hic arma :& uiros īuenies:nec uiuo cōsule tuo:nisi uictor castra ītrabis:ꝓinde elige cum ciue: an hoste pugnare malis. Hæc dicēte cōsule equites īfestis cuspidibus circunfundunť:ac pedites ī pugnā redire iubent. Non uirtus solū cōsulis:sed sors etiā adiuuit:qđ nō īstiterūt samnites :spatiūq; circunagendi signa reuertendiq; aciē a castris in hostē fuit.Tū alii alios hortari ut repeterent pugnā:centuriōes ab signiferis rapta signa īferre: & ostendere suis paucos & ordinibus incōpositis effuse uenire hostes .Inter hæc cōsul manus ad cælū attollens uoce clara ita:ut exaudireť:tēplū louii Satori uouet:si cōstitissēt a fuga romana acies: reditegratoq; plio cecidissēt:uicissetq; legiōes samnitiū.oēs ūdiq; ānissi ad restituēdā pugnā duces milites peditū eqtūq; uis.nomē etiā deoꝝ respexisse nomē romanū uisū.adeo facile īclinata res:repulsiq; a castris hostes : mox & iā redacti ad eū locū:ī quo cōmissa pugna erat.Ibi obiacēte sarcinaꝝ cumulo:quas cōiecerāt in mediū hæsere īpediti:deīde ne diriperēť res:orbē armatoꝝ sarcinis circūdāt.Tū uero eos a frōte urgere pedites: abtergo circunuēti eqtes.ita ī medio cæli captiq;.Captiuoꝝ numerus fuit septēmillia ac dcc.:q̄ oēs nudi sub iugū missi.eæsos rettulere adq̄ttuormillia octingētos. Nec romāis qdā læta uictoria fuit. recēscente cōsule biduo acceptā cladē amissoꝝ militū numerus relatus septēmillia ac trecēti.Dū hæc ī Appulia gerebanť:alter exercitus finites Interāné coloniā romanā:quæ uia latia est:occupare cōati urbē nō tenuerūt:

agros depopulati cum prædã aliam inde mixtam hoĩum atq; pecudum colonoſq; captos agerẽt :ĩ uictorẽ incidunt conſulẽ ab Luceria redeuntẽ:nec prædã ſolum amittunt: ſed ipſi longo atq; ĩpedito agmine incompoſiti cædunt.Conſul Interamnẽ edicto dominis ad res ſuas noſcendas recipiendaſq; reuocatis :& exercitu ibi relicto:comitioꝝ cauſa Romã eſt ꝓfectus. Cui detriumpho agẽti negatus honos : & ob amiſſa tot millia militũ:& quod captiuos ſine pactione ſub iugum miſiſſet.Conſul alter Poſthumius:quia ĩ ſamnitibus materia belli deerat:in Ethruriã traducto exercitu primũ ꝓuaſtauerat uolſiniẽſem agꝝ: deĩde tũ egreſſis ad tuẽdos fines haud ꝓcul mœnibus ipoꝝ depugnat.duomillia trecẽti ethruſcoꝝ cæſci:cæteros ꝓpinquitas urbis tutata eſt.In roſellanũ autẽ agꝝ exercitus traductus:ibi nõ agri tantum uaſtati:ſed oppidum etiã expugnatũ:capta amplius duomillia hoĩum:minus duomillia circa muros cæſa.Pax tamẽ clarior maiorq;:quã bellũ in Ethruria eo anno fuerat:parata eſt.tres ualidiſſimæ urbes Ethruriæ capitæ Volſini Peruſia Arretiũ pacẽ petiere:& ueſtimẽtis militũ frumentoq; pacti cũ cõſule:ut mitti Romã oratores liceret:inducias in.xl.ános ĩpetrauerunt. mulcta præſens quingentũ milliũ æris in ſingulas ciuitates ĩpoſita.Ob haſce res geſtas conſul cum triumphũ ab ſenatu moris magis cauſa:quã ſpe ĩpetrandi petiſſet:uideretq; alios:quod tardius ab urbe exiſſet:alios qđ iniuſſu ſenatus ex Samnio in Ethruriã tranſiſſet : partim ſuos inimicos:partim collegæ amicos:ad ſolatium æquatæ repulſæ ſibi quoq; negari triumphũ:non ita: inquit:patres cõſcripti ueſtræ maieſtatis meminero:ut me cõſulẽ eſſe obliuiſcar:eodẽ iure ĩperii:quo bella geſſi bellis fœliciter geſtis Samnio atq; Ethruria ſubactis uictoria & pace parta triũphabo.ita ſenatum reliquit.Inde ĩter tribunos plebis cõtentio orta eſt:pars ĩterceſſuros ne nouo exẽplo triũpharet:aiebãt: ps auxilio ſe aduerſus collegas triũphanti futuros.lactata res eſt ad populũ:uocatuſq; eo conſul cũ.L. Horatium Marcũ Valerium cõſules:G.Martium Rutiliũ nup patrẽ eius:qui tunc cenſor eſſet:nõ ex auctoritate ſenatus:ſed iuſſu populi triũphaſſe diceret:adiiecebat ſe quoq; latuꝝ fuiſſe ad populũ:ni ſciret mãcipia nobiliũ tribunos plebis legẽ ĩpedituros:uoluntatẽ ſibi ac fauorẽ cõſentientis populi ꝓ oĩbus iuſſis affuturam.Poſtero die auxilio tribunoꝝ plebis aduerſus triũ ĩterceſſionẽ:ui.tribunoꝝ & cõſenſum ſenatus celebrante populo diem triũphauit.Et hui us anni paꝝ cõſtans memoria eſt.Poſthumium auctor eſt Claudius in Samnio captis aliquot urbibus in Appuliã fuſum fugatũq;:ſauciũ ipſum cũ paucis Luceriam compulſum:ab Attilio in Ethruria res geſtas:eũq; triũphaſſe.Fabius ãbos cõſules in Samnio:& ad Luceriã res geſſiſſe ſcribit:traductũq; ĩ Ethruriã exercitũ:ſed ab utro cõſule nõ adiecit:& ad Luceriam utrĩq; multos occiſos: in eaq; pugna Iouis Statoris ædem uotã ut Romulus ante uouerat:ſed ſanum tantũ:id ẽ locus tẽplo iam ſacratus:effatus fuerat.Cæteꝝ hoc demũ anno ut ædẽ etiã fieri ſenatus iuberet: bis eiuſdem uoti dãnata reſp.in religionẽ uenit.Sequit hunc annũ & cõſul inſignis.L.Papyrius Curſor tam paterna gloria: quã ſua:& bellum ingens uictoriaq; quãtã de ſamnitibus nemo ad eam diẽ præter:L.Papyriũ patrem cõſulis pepererat:& forte eodem conatu apparatuq; omni opulẽtia inſigniũ armoꝝ bellum adornauerant:& deoꝝ etiã adhibuerant opes ritu quodã ſacramẽti uetuſto uelut initiatis militibus:delectu ꝓ omne Samniũ habito noua lege:ut qui iunioꝝ nõ cõueniſſet:ad ĩperatorem quiq; iniuſſu abiſſet:caput Ioui ſacratũ erat.Tum exercitus oĩs Aquiloniã eſt indictus :ad.xl.millia militum:quod roboris in Samnio erat: cõuenerunt.Ibi mediis fere caſtris locus eſt cõſeptus cratibus :pluteiſq; :& linteis cõtectus:patẽs ducẽtos maxime pedes in oẽs pariter partes .Ibi ex libro uetere linteo lecto ſacrificatũ ſacerdote Ouio Paccio quodã hoĩe magno natu:qui ſe id ſacꝝ petere affirmabat ex uetuſta ſamnitiũ religione : qua quondã uſi maiores eoꝝ fuiſſent:cum adimẽdæ ethruſcis Capuæ clãdeſtinum cepiſſent cõſiliũ. Sacrificio ꝓfecto : ꝓ uiatorem imperator acciri iubebat nobiliſſimũ quẽq; genere factiſq;.ſinguli ĩtroducebant.erat tum alius apparatus ſacri:qui ꝓfundere religiõe animũ poſſet.tũ in loco circa oĩ cõtecto aræ ĩ medio uictimæq; circa cæſæ :& circunſtantes cẽturiones ſtrictis gladiis admouebatur altaribus miles magis ut uictima:quã ut ſacri participes:adigebaturque iureiurando:quæ uiſa auditaque in eo loco eſſent nõ enunciaturum:deĩn iurare cogebant diro quodam carmine in execrationem capitis familiæque & ſtirpis compoſito: niſi iſſet ĩ præliũ: quo imperatores duxiſſent:& ſi aut ipſe ex acie fugiſſet:aut ſiquem fugientem uidiſſet: non extemplo occidiſſet.Id primo quidam abnuentes iuraturos ſe obtruncati circa altaria ſunt: iacentes deinde inter ſtragem uictimarũ documento cæteris fuere:ne abnuerẽt.Primoribus ſamnitiũ ea deteſtatõe obſtrictis decẽ nominatis ab imperatore:eis dictũ:ut uir uiꝝ legeret:donec ſexdecĩmilliũ numeꝝ cõfeciſſent:ea legio linteata ab integumẽto cõſepti: quo ſacrata nobilitas erat :appellata eſt:his arma ĩſignia data: & criſtatæ galleæ:ut ĩter cæteros eminerẽt: Paulo plus uiginti millium alius exercitus fuit:nec corpoꝝ ſpecie:nec gloria belli:nec apparatu linteatæ legioni diſpar.hic hoĩum numerus:qđ roboris erat:ad Aquiloniã cõſedit.Cõſules ꝓfecti ab urbe prior.Sp.Caruilius:cui ueteres legiões:quas.M.Attilius ſupioris ãni cõſul ĩ agro interamnati reliquerat:decretæ erãt:cũ eis ĩ Samniũ ꝓfectus:dũ hoſtes opati ſupſtitiõibus cõcilia ſecreta agũt: Amiternũ oppidũ de ſamnitibus ui cepit:cæſa ibi millia hoĩum duo ferme atq; octingẽti:capta quattuormillia ducẽti ſeptuagĩta.Papyrius nouo exercitu(ita uero decretũ etat)ſcripto:Duroniã urbẽ expugnauit: minus:quam collega cepit:hominum plus aliquanto occidit: præda opulenta utrobique eſt parta. Inde peruagati Samnium conſules maxime depopulato Atinate agro: Caruilius ad Cominium : Papyrius ad Aquiloniã:ubi ſumma rei ſamnitium erat:peruenit.ibi aliquãdiu nec ceſſatum ab armis eſt:nec grauiter pugnatum:laceſſendo quietos;reſiſtentibus cedendo: cõminãdoq; magis quã inferendo pugnã dies aſſu-

mebaſ.quod cū inciperef:remitteretur q;omniū re; etiā paruaꝝ euentus ꝓferebaſ ī dies.Altera romana caſtra uigintimillium ſpatio aberant:& abſentis collegæ cōſilia omnibus gerendis inter erant rebus:intētiorq; Caruilius:quo maiore diſcrimine res uertebaſ in Aquiloniā:quā ad Cominiū:quod obſidebat :erat L.Papyrius iam ꝓ oīa ad dimicandū ſatis paratus nunciū eo ad collegā mittit:ſibi in aīo eē poſtero die:ſi p auſpicia liceret:cōfligere cū hoſte:opus eſſe & illū:quāta maxīa ui poſſet:Cominiū oppugnare:ne quid laxamenti ſit ſamnitibus ad ſubſidia Aquiloniā mittēda.diē ad ꝓficiſcendum nuncius habuit : nocte redit approbare collegā cōſulta referens.Papyrius nuncio miſſo extēplo cōcioné habuit:multa de uniuerſo genere belli:multa de præſenti hoſtiū apparatu uana magis ſpecie:quā efficaci ad euētū diſſeruit.Non enim criſtas uulnera facere:& p picta atq; aurata ſcuta trāſire romanū pilum :& cādore tunicaꝝ fulgentē aciem: ubi res ferro geraf:cruentari .Auream olim atq; argenteā ſamnitiū aciem a parente ſuo occidione occiſā: ſpoliaq; ea honeſtiora uictori hoſti:quā ipſis arma fuiſſe.Datum hoc forſan nomini familiæq; ſuæ:ut aduerſus maxīos conatus ſamnitiū opponerenf duces:ſpoliaq; ea referrent:quæ īſignia etiam publicis locis decorandis eēnt.Deos īmortales adeſſe ꝓpter totiēs petita fœdera:totiēs rupta:tū ſiqua cōiectura mētis diuinæ ſit : nulli unquā exercitui fuiſſe infeſtiores: quā qui nefando ſacro mixta hominū pecudūq; cæde reſperſus ancipiti deum iræ deuotus:hinc fœdeꝝ cum romāis ictoꝝ teſtes deos: hinc iuriſiurandi aduerſus fœdera ſuſcepti execrationes horrens inuitus iurauerit:oderit ſacramētum:uno tēpore deos:ciues:hoſtes metuat.Hæc compta pfugaꝝ indiciis cum apud infenſos iam ſua ſponte milites diſſeruiſſet:ſimul diuinæ humanæq; ſpei pleni clamore cōſentiēti pugnā poſcunt: pœnitet in poſteꝝ diem dilatū certamen: moram diei noctiſq; oderunt .Tertia uigilia noctis iam relatis litteris a collega Papyrius ſilentio ſurgit:& pullarium in auſpiciū mittit.Nullum erat genus hominum in caſtris intactū cupiditate pugnæ:ſummi infimiq; æque intenti erant:dux militum miles ducis ardoré ſpectabat.Is ardor omnium etiā ad eos:qui auſpicio itererant:ꝓuenit:nam cum pulli non paſcerenf:pullarius auſpicium mētiri auſus tripudiū ſolliſtimū cōſuli núciauit.Conſul lætus auſpiciū egregium eſſe:& deis auctoribus rem geſturos ꝓnunciat:ſignunq; pugnæ ꝓponit.Exeunti iam forte in aciem nunciat pfuga uiginti cohortes ſamnitiū : quadrigenariæ ferme erant:Cominium ꝓfectas quod ne ignoraret collega extēplo nuncium mittit : ipſe ſigna ocius ꝓferri iubet:ſubſidiaq; ſuis quæq; locis & prefectos ſubſidiis attribuerat.Dextero cornu .L.Volumniū: ſiniſtro L.Scipioné:equitibus legatos alios.G.Ceditium:& Trebonium præfecit:Sp .Nautiū mulos detractis clitellis cum cohortibus alariis in tumulum cōſpectum ꝓpere circunducere iubet: atq; inde inter ipſam dimicationé:quāto maxime poſſet:moto puluere oſtendere.Dum his intētus impator erat : altercatio inter pullarios orta de auſpicio eius diei:auditaq; ab equitibus romāis:qui rē haud ſpnandā rati.Sp.Papyrio fratris filio cōſulis ambigi de auſpicio nunciauerunt.Iuuenis ante doctrinā deos ſpnenté natus :rem īquiſitā: nequid īcomptum deferret:ad conſulé detulit.cui ille: tu quidé macte uirtute diligētiaq; eſto :cæteꝝ qui auſpicio adeſt:ſiquid falſi nunciat:in ſemetipſum religioné recipit: mihi quidé tripudiū nunciatū populo romano exercituiq; egregium auſpicium eſt.cēturionibus deīde impauit:ut pullarios iter prima ſigna cōſtituerent. Promouent & ſamnites ſigna:inſequif acies ornata armataque:ut hoſtium quoq; magnificum ſpectaculum eſſet.priuſq; clamor tolleref concurreref q; : emiſſo temere pilo:ictus pullarius ante ſigna cecidit:quod ubi cōſuli nunciatū eſt:dii in prælio ſunt:īquit:habet pœnā noxium caput.Ante conſulé hæc dicētem coruus uoce clara occinuit: quo lætus augurio cōſul affirmans nunquam humanis rebus magis præſentes affuiſſe deos:ſigna canere & clamorem tolli iuſſit.Prælium cōmiſſum atrox:cæteꝝ lōge diſparibus animis.romanos ira:ſpes:ardor certaminis auidos hoſtiū ſanguinis in p̄lium rapit :ſamnitiū magnā partē neceſſitas ac religio inuitos magis reſiſtere:quā inferre pugnā coegit:nec ſuſtinuiſſent primū clamorem atq; impetum romanoꝝ ꝓ aliquot iam annos uinci aſſueti: ni potentior alius metus inſidés pectoribus a fuga retineret:quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus ſacri:& armati ſacerdotes:&,pmiſcua hominū pecudūq; ſtrages:& reſpſæ fando nefandoq; ſanguine aræ & dira execratio:ac furiale carmé detestandæ familiæ ſtirpiq; cōpoſitum.his uinculis fugæ obſtricti obſtabāt ciué magis: quā hoſté timétes. Inſtare romanus a cornu utroq; a media acie:& cædere deoꝝ hominūq; attonitos metu. repugnaf ſegniter: ut ab his:quos timor moraretur a fuga.Iam prope ad ſigna cædes ꝓuenerat : cum extranſuerſo puluis uelut ingentis agminis inceſſu motus apparuit.Sp.Nautius:Octauium Metium quidam eum tradunt : dux alaribus cohortibus erat:puluerē maiorem:quam ꝓ numero excitabāt:inſidétes mulis calones frondoſos ramos p terram trahebant:arma ſignaq; p turbidā lucem in primo apparebant :poſt altior denſiorq; puluis equitū ſpeciē cogentiū agmē dabat:feſellitq; nō ſamnites mō:ſed etiā romāos:& cōſul affirmauit errorem clamitans inter prima ſigna ita:ut uox etiā ad hoſtes accederet:captum Cominiū uictorem collegam adeſſe:anniterenf uincere:priuſquā gloria alterius exercitus fieret.hæc inſidés equo: inde tribunis cēturionibuſq; īperat:ut uiā eqtibus pateſaciāt.ipſe Trebonio Ceditioq; p̄dixerat :ut ubi ſe cuſpidé erectā quatientem uidiſſent:quanta maxima ui poſſent:concitarēt equites in hoſtem. Ad nutum omnia:ut ex ante præparato : fiunt : panduntur inter ordines uiæ :prouolat eques : atque infeſtis cuſpidibus in medium agmen hoſtium ruit:perrumpitque ordines:quacunque impetum dedit . inſtāt Volumnius:& Scipio:& perculſos ſternunt. Tum iam deorum hominumque uicta uis funduntur linteatæ cohortes :pariter iurati iniuratique fugiunt:nec quenquam præter hoſtes metuunt.Peditum agmen : quod ſupſuit pugnæ:

in castra ad Aquiloniā cōpulsum est.nobilitas equitesq; Bouianū ꝓfugerunt.equites eques sequit': peditē pedes:ac diuersa cornua dextęꝝ ad castra samnitium: leuum ad urbē tendit. Prior aliquanto Volumnius castra cepit,ad urbē Scipioni maiore resistitur ui:non quia plus animi uictis est:sed melius muri : quā uallum armatos arcent:idem lapidibus ꝓpulsant hostem.Scipio nisi in primo pauore:priusquam colligerent animi:transacta res esset:lentioré fore munitæ armis urbis oppugnationē ratus :interrogat milites : satin æquo animo paterent' ab altero cornu castra capta esse:se uictores pelli a portis urbis?Reclamātibus uniuersis primus ipse scuto super caput elato pgit ad portam secuti alii testudine facta in urbē prumpunt:deturbatisq; samnitibus:qui circa portam erant:muros occupauere:penetrare interiora urbis:quia pauci admodum erant:nō audent.Hæc primo ignorare consul:& intentus recipiēdo exercitui esse:iam enim præceps in occasum sol erat:& appetentes nox ꝑiculosa: & suspecta omnia etiā uictoribus faciebat : ꝓgressus longius ab dextera castra capta uidet:ab leua clamorem in urbe mixtum pugnantium ac pauētium fremitum esse:& tum forte certamē ad portā erat,aduectus deīde equo ꝓpius:ut suos ī muris uidet ;nec iam integri quicquā esse:quin temeritate paucoꝝ magnæ rei parta occasio esset: acciri quas receperat copias:signaq; in urbē ferri iussit.ingressi ex parte ꝓxima:quia nox appropinquabat:quieuere. nocte oppidum ab hostibus desertum,cæsa illo die ad Aquiloniā samnitiū millia.xxx.cccxl,capta quattuormillia.viii. &.lxx. signa militaria.xc.vii.Cæteꝝ illud memoriæ tradit' nō ferme aliū ducē lætiorem in acie uisum seu suopte ingenio:seu fiducia bene gerendæ rei.Ab eodē robore animi neq; cōtrouerso auspicio reuocari a prælio potuit:& in ipso discrimine:quo tēpla diis īmortalibus uoueri mos erat:uouerat Ioui Victor : si legiones hostium fudisset:pauxilū mulsi prius:quā temetum biberet:sese factuꝝ.id uotum diis cordi fuit:& auspicia in bonum uerterūt.Eadem fortuna ab altero cōsule ad Cominiū gesta res.prima luce ad mœnia omnibus copiis admotis corona cinxit urbem:subsidiaq; firma:nequa eruptio fieret:portis oppossuit. Iam signum dantem eum nuncius a collega trepidus de uiginti cohortium aduentu & ab impetu moratus est: & partem copiaꝝ reuocare instructā intentāq; ad oppugnādum coegit .D.Brutum Scæuam legatū cum legione prima & uigīti cohortibus alariis equitatuq; ire aduersus subsidiū hostium iussit:quocūq; ī loco fuisset obuius:obsisteret ac moraret':manūq;:si forte ita res poscēret:cōferret:modo ne ad Cominium eæ copiæ admoueri possent .ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis iussit ;ac testudine ad portas successit.simul & refringebant' portæ:& uis undiq; in muros fiebat.Samnites: sicut anteq̄ in muris uiderent armatos:satis animi habuerunt ad,phibendos urbis aditu hostes:ita posteaq̄ iā nō ex interuallo:nec missilibus: sed cōminus gerebant' res:& quia ægre successerant ex plano in muros:loco :quā magis timuerant: uicto:facile in hostem imparē ex æquo pugnabant:relictis turribus murisq;: in foꝝ omnes cōpulsi pauliſper inde tentauerūt extremā pugnæ fortunā .deinde abiectis armis ad.xi.millia hominū & trecenti in fidem consulis uenerunt.cæsa ad q̄ttuormillia ac.ccclxxx.sic ad Cominiū:sic ad Aquiloniā gesta res.In medio iter duas urbes spatio:ubi tertia expectata erat pugna :hostes nō inuēti:septēmillia passuū cū abessent a Cominio:reuocati ab suis:neutri prælio occurrerunt.primis ferme tenebris cū in conspectu iam castra ad Aquiloniā habuissent:clamor eos utrinq; par accidens sustinuit:deinde regione castroꝝ : quæ incensa ab romanis erant:flama late fusa certioris cladis indicio ꝓgredi longius ꝓhibuit. Eo ipso loco ꝓpe temere sub armis strati passim inquietum omne tēpus noctis expectando timēdoq; lucē egere . prima luce incerti quā in partē intenderēt iter:repente in fugā cōsternant':cōspecti ab equitibus : qui egressos nocte ab oppido samnites ꝑsecuti:uiderāt multitudinē nō uallo:nō stationibus firmatā:cōspecta & ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat.iamq; etiā legionariæ cohortes sequebant' :cæteꝝ nec pedes fugiētes ꝑsequi potuit:ab equite nouissimi agminis ducēti ferme & octoginta interfecti:arma multa pauidi ac signa militaria duodeuiginti reliquere:alio agmine incolumi ex tanta trepidatione Bouianū ꝓuentū est.Lætitiā utriusque exercitus romani auxit:& ab altera ꝑte fœliciter gesta res:uterq; ex alterius ſentētia cōsul captū oppidum diripiēdū militi dedit:exhaustis deinde tectis ignē iniecit:eodēq; die Aquilonia:& Cominium deflagrauere:& cōsules cū gratulatione mutua legionū suaq; castra cōiunxere . In cōspectu duoꝝ exercituū & Caruilius suos ꝓ cuiusq; merito laudauit:donauitq;:& Papyrius: apud quē multiplex ī acie circa castra circa urbē fuerat certamē.Sp.Nautiū:Sp.Papyrium fratris filium :& quattuor centuriones manipulumq; hastatoꝝ armillis aureisq; coronis donauit . Nautium ꝓpter expeditionē quia magni agminis modo terruerat hostes:iuuenē Papyriū,ꝓpter nauatā cū equitatu & in prælio operā & nocte quia fugā infestam samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit:centuriones militesq; quia primi portā murūq; Aquiloniæ ceperant.eq̄tes oēs ob insignē multis locis operā corniculis armillisq; argenteis donat.Consiliū inde habitum cū iā tēpus eēt deducēdi ab Sānio exercitus aut utriusq; aut certe alterius:optimū uisū:quo magis fractæ res samnitiū eēnt:eo ꝑtinarius & ifestius agere cætera & ꝑseq;:ut ꝓdomitū Sāniū īsequētibus consulibus tradi posset:quādo iam nullus esset hostiū exercitus:q signis collatis dimicaturus uideretur:unū supesse belli genus urbiū expugnatōes:quaꝝ ꝑ excidia militē locupletare ꝓda:& hostē ꝑ aris ac focis dimicātē cō ficere possent.Itaq; litteris missis ad senatū populūq; romanū de rebus ab se gestis diuersi Papyrius ad Sepinū:Caruilius ad Volanā oppugnādā legiōes ducūt. Litteræ cōsulū ingēti lætitia & ī curia: & ī cōcione auditæ:& q̄tridui supplicatōe publicū gaudiū priuatis studiis celebratū ē.neq; po.ro.magna solū:sed ꝓpe portūa ēt ea uictoria fuit:qa ꝑ idē forte tēpus rebellasse ethruscos allatū ē.Subibat cogitatō aīum:quonā

modo tollerabilis futura Ethruria fuisset: siquid in Samnio aduersi euenisset: quæ coniuratione samnitiū erecta quoniam ambo consules: omnisq; romana uis uersa in Samniū esset: occupationē p.romani ꝓ occasione rebellandi habuissent. Legationes socioꝝ a .M. Attilio prætore in senatū introductæ: querebātururi & uastari agros a finitimis ethruscis: quod desciscere a populo romāo nolerint: obtestabanturque patres conscriptos: ut se aui atq; iniuria cōmunium hostiū tutarentur. Responsum legatis curæ senatui futurū: ne socios fidei suæ pœniteret: ethruscoꝝ ꝓpediem eādē fortunā: quā sanctitium fore. Segnius tamē quod ad Ethruriam attinebat: acta res esset: ni faliscos quoq; qui per multos annos in amicitia fuerant: allatū foret: arma ethruscis iunxisse. Huius ꝓpinquitas populi acuit curam patribus: ut fœciales mittendos ad res repetendas censerent: quibus non redditis ex auctoritate patrū iussu populi bellū falisci indictū est: iussique consules sortiri uter ex Samnio in Ethruriam cū exercitu transiret. Iam Caruilius Volanā: & Palumbinum: & Herculaneum ex samnitibus ceperat. Volanam intra paucos dies: Palumbinum eodem: quo ad muros accessit: ad Herculaneū bis etiam signis collatis ancipiti prælio: & cū maiore sua: quā hostiū iactura dimicauit: castris deinde positis mœnibus hostem inclusit: oppugnatū oppidum captūq;. In his tribus urbibus capta aut cæsa ad decēmillia hominū: ita ut pauore admodū plures caperent. Sortientibus prouincias consulibus Ethruria Caruilio euenit: secundum uota militū: qui uim frigoris iam in Samnio non patiebant. Papyrio ad Sepinū maior uis hostiū restitit: sæpe in acie: sæpe in agmine: sæpe circa ipsam urbē aduersus eruptiones hostiū pugnatum: neq; obsidio: neq; bellum ex æquo erat: non enim muris magis se samnites: quā armis ac uiris mœnia tutabant. tandē pugnando in obsidionē iustam coegit hostes: obsidēdoq; ui atq; operibus urbē expugnauit. Itaq; ab ira plus cædis æditū: capta urbe septēmillia. ccc. cæsi: capta minus triamillia hominū: præda: quæ plurima fuit: cōgestis samnitium rebus in urbes paucas militi concessa est. Niues iam omnia oppleuerant: nec habitari extra tecta poterat: itaq; cōsul de Samnio exercitum eduxit. Venienti Romā triumphus omnium consensu est delatus. triumphauit ī magistratu insigni: ut illoꝝ tēpoꝝ habitus erat triūpho: pedites equitesq; insignes donis trāsiere ac trāsuecti: multæ ciuicæ coronæ: uallaresq; ac murales cōspectæ. inspecta spolia samnitium: & decore ac pulchritudine paternis spoliis: quæ nota publicoꝝ frequēti ornatu locoꝝ erant: comparabant. nobiles aliquot captiui clari suis patrūq; factis ducti. æris grauis trāsuecta uicies centūmillia: & auri triginta triamillia: id enim redactū ex captiuis dicebatur. argenti: quod captum ex urbibus erat: ad trecēta. xxx. milla. omne æs argentūq; in ærariū conditum: militibus nihil datum ex præda est: auctaq; inuidia est ea ad plebē: quod tributū etiam ī stipendiū militum collatum est. cum si spreta gloria fuisset: captiuæ pecuniæ in ærarium illatæ: & militi tum dari ex præda: & stipendium militare præstari potuisset. Aedem Quirini dedicauit: quā in ipsa dimicatione uotam apud neminem auctorē ueterē inuenio: neq; hercules tam exiguo tēpore perficere potuisset. ab dictatore patre uotam filius consul dedicauit: exornauitq; hostiū spoliis: quoꝝ tāta multitudo fuit: ut nō templum tantum forūq; his ornaretur: sed sociis etiā coloniscq; finitimis ad temploꝝ locorūq; publicoꝝ ornatum diuiderent. A triumpho exercitum ī agrum uestinum: quia regio ea infesta ab samnitibus erat: hybernatum duxit. Inter hæc Caruilius cōsul in Ethruria primū Troilium oppugnare adortus trecētos septuaginta ditissimos: pecunia grandi pactos: ut abire inde liceret: dimisit: cæterā multitudinē oppidūq; ipsū ui cepit. inde quinq; castella locis sita munitis expugnauit. cæsa ibi hostiū duomillia quadringenti: minus duomillia capti. & falisci pacē petētibus annuas inducias dedit pactus centūmillia grauis æris: & stipendium eius anni militibus. His rebus actis ad triumphum decessit: ut minus clarum de samnitibus: quam collegæ triūphus fuerat: ita cumulo ethrusci belli æquato: æris grauis tulit in ærarium trecēta nonagintamillia: de reliquo ære ædē fortis Fortunæ de manubiis faciendā locauit: ꝓpe ædem eidem deæ ab rege Seruio Tullio dedicatā. & militibus ex præda centenos binos asses: & alterum tātum centurionibus atq; equitibus malignitate collegæ gratius accipientibus munus diuisit. Fauor cōsulis tutatus ad populū est. L. Posthumium legatum eius: qui dicta die a. M. Cancio tribuno plebis fugerat in legationē: ut fama ferebat populi iudicium: iactariq; magis: quā pagi accusatio eius poterat. Exacto iam anno noui tribuni plebis magistratum inierant: iisq; ipsis: quia uitio creati erant: duos post dies alii suffecti. Lustrum conditum eo anno est a. P. Cornelio Aruina: G. Martio Rutulio censoribus. censa capitum millia: cclii. ccc. xx. Censores uicesimi sexti a primis censoribus: lustrum undeuicesimum fuit. Eodē anno coronati primum ob res bello bene gestas ludos romanos spectauerunt: palmæque: tum primum translato e Græcia more: uictoribus datæ. Eodem anno ab ædilibus curulibus: qui eos ludos fecerunt damnatis aliquot pecuariis: uia a Martis silice ad bouillas pstrata est. Comitia cōsularia. L. Papyrius habuit: creauit cōsules. Qu. Fabium Maximi filium Gurgitē: Iunium Brutum Scæuā. ipse Papyrius prætor factus. Multis rebus lætus annus uix adsolatium unius mali pestilentiæ urentis simul urbē atq; agros suffecit: portentoq; iam similis clades erat: & libri aditi: qui nam finis: aut quod remedium eius mali ab diis daretur. inuentum in libris Aesculapiū ab Epidauro Romam accersendum: neq; eo anno: quia bello occupati consules erāt: quicquam de ea re actum: præter quam: quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

FINIS.

T. LIVII PATAVINI HISTORICI TERTIAE DECADIS PRAEFATIO

IN PARTE OPERIS MEI LICET PRAEFARI MIHI QVOD IN PRINcipio summæ totius professi sunt plærique rerum scriptores: bellum maxime memorabile omnium: quæ unquam gesta sunt: me scriptum: Quod Annibale duce carthaginenses cum populo ro. gessere: Nam neque ualidiores opibus ullæ iter se ciuitates: gentesque cotulerunt arma: Neque iisipsis tantum unquam uirium: aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes inter sese: sed expertas primo punico cō ferebant bello: & adeo uaria belli fortuna: ancepsque Mars fuit: ut propius periculo fuerint: qui uicere. Odiis etiam prope maioribus certarunt: quam uiribus: Romanis indignantibus: quod uictoribus uicti ultro inferrent arma: pœnisque: quod superbe auareque crederent imperitatum: uictis esse. Fama etiam est Annibalem annorum ferme nouem pueriliter blandiētem patri Amilcari: ut duceret in Hispaniam: cum profecto africo bello exercitum eo traiecturus sacrificaret: altaribus admotū tactis sacris iureiurādo adactum se: cum primū posset: hostem fore po. ro. Angebāt ingentis spiritus uirum Sicilia Sardiniaque amissæ: Nam & Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam: & Sardiniam inter motum Africæ fraude romanorum stipendio etiam superimposito interceptam. His anxius curis ita se africo bello: quod fuit sub recentem romanam pacem per. v. annos: ita deinde nouem annis in Hispania augendo punico imperio gessit: ut appareret maius eum: quam quod gereret: agitare in animo bellum: & si diutius uixisset Amilcare duce pœnos arma Italiæ illaturos fuisse: qui Annibalis ductu ītulerūt. Mors Amilcaris popportuna: & pueritia Annibalis distulerūt bellū. Medius Asdrubal inter patrem & filium octo ferme ānos imperium obtinuit: flore ætatis: uti ferunt: primo Amilcari conciliatus: gener inde ob altā indolem profectu animi ascitus: & quia genere erat factionis barchinæ: opibus: quæ apud milites: plebemque pluspquā modicæ erāt: haud sane uolūtate principum imperio potitus. Is plura cōsilio: quam ui gerens: auspiciis regulosque magis cōciliandisque per amicitiā principum nouis gentibus: quā bello: aut armis rem carthaginensem auxit. Cæterum nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus eum quidam ob iram palam interfecti ab eo domini obtruncauit. comprehensusque a circunstantibus: haud alio: quam si euasisset uultu: tormentis quoque: cum lacerare: eo fuit habitu oris: ut superāte lætitia dolores ridentis etiam speciem præbuerit. Cū hoc Asdrubale: quia miræ artis in sollicitandis gentibus imperioque iungēdis suo fuerat: fœdus renouauerat po. ro. ut finis utriusque imperii esset amnis Iberus: Saguntinisque mediis inter imperia duorum populorum libertas seruaretur. In Asdrubalis locum haud dubia res fuit: quin prærogatiuam militarem: qua extemplo iuuenis Annibal intra prætorinm delatus imperatorque ingenti oīum clamore atque assensu appellatus erat: Fauor etiā plebis sequebatur. Hunc uix dum puberem Asdrubal ad se accersierat: actaque res in senatu etiam fuerat: barchinis nitentibus: ut assuesceret militiæ Annibal: atque in paternas succederet opes. Hāno alterius factionis princeps: & æquum postulare uidet: inquit: Asdrubal: & ego tamen nō censeo: quod petit: tribuēdum. Cum admiratione tam ancipitis sententiæ in se omnes conuertisset: Florem ætatis inquit Asdrubal: quē ipse patri Annibalis fruendū præbuit: Iusto iure eum a filio repeti cēset: nos tamen minime decet iuuētutem nostram pro militari rudimento assuefacere libidini prætoris. An hoc timemus: ne Amilcaris filius nimis sero imperia immodica: & regni paterni spem uideat? Et cuius regis genero hæreditarii sint relicti exercitus nostri eius filio paruerimus? Ego istū iuuenē domi tenendū sub legibus: sub magistratibus docēdū uiuere equo iure cū cæteris censeo: ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens excitet. Pauci ac ferme optimus quisque Hānoni assentiebant. Sed: ut plērūque fit: maior pars melioré uicit.

T.LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO DECADIS TERTIAE

LIBER PRIMVS.



ISSVS ANNIBAL IN HISPANIAM PRIMO STATIM ADVENTV oẽm exercitũ ĩ ſe cõuertit. Amilcaré uiuẽté redditũ ſibi ueteres milites credere, eũdẽ uigorẽ in uultu: uimq; ĩ oculis: habitũ oris: liniamẽtaq; intueri: Deinde breui effecit: ut pater ĩ ſe minimũ momẽtũ ad fauorẽ cõciliandum eſſet: Nũquã ingeniũ idẽ ad res diuerſiſſimas parẽdum atq; ĩperandũ habilius fuit. Itaq; haud facile diſcerneres utrũ ĩperatori: an exercitui carior eẽt: neq; milites alio duce plus cõfidere aut audere: plurimũ audaciæ ad pericula capeſſenda: plurimũ cõſilii ĩter ipſa ꝑicula erat. Nullo labore aut corpus fatigari: aut animus uĩci poterat. Caloris ac frigoris patiẽtia par. cibi potioniſq; deſiderio naturali: nõ uolũtate modus finitus: uigiliaꝝ ſomniq; nec die nec nocte diſcriminata tempora. Id: quod gerẽdis rebus ſupeſſet: quieti datũ. Ea neq; molli ſtrato: neq; ſilentio accerſita. Multi ſæpe militari ſagulo opertũ humi iacentẽ ĩter cuſtodias: ſtationeſq; militũ cõſpexerũt. Veſtitus nihil ĩter æquales excellens: arma atq; equi cõſpiciebanť. equitũ peditũq; idẽ longe primus erat. Princeps præliũ inibat. Vltimus cõſerto prælio excedebat: Has tantas uiri uirtutes ĩgentia uitia æquabãt. Inhumana crudelitas: ꝑfidia pluſq̃ punica. nihil ueri: nihil ſancti: nullius dei metus: nullum iuſiurandũ: nulla religio. Cum hac ĩdole uirtutum ac uitiorum triennio ſub Aſdrubale imperatore militauit: nulla re: quæ agenda audẽdaq; magno futuro duci eſſet: prætermiſſa. Cæteꝝ ex quo die dux eſt declaratus: uelut Italia ei prouincia decreta: bellũq; romanũ mãdatum eſſet: Nihil ꝑlatãdum ratus: ne ſe quoq; ut patrem Amilcarẽ: deinde Aſdrubalem cunctãtem caſus aliquis opprimeret: Sagũtinis ĩferre bellũ ſtatuit. Quibus expugnãdis: quia haud dubie Romana arma mouebanť: in olcadum fines: prius ultra Iberum ea gens in parte magis: quã ĩ dicione Carthaginenſium erat: induxit exercitũ: ut nõ petiſſe ſaguntinos: ſed reꝝ ſerie finitimis domitis gentibus: iungendoq; tractus ad id bellũ uideri poſſet. Carthaiam urbẽ opulentã caput eius gentis expugnat: diripitq; quo metu ꝑculſæ minores ciuitates: ſtipẽdio ĩpoſito imperium acceperũt. uictor exercitus: opulentuſq; præda Carthaginẽ nouã in hiberna ẽ deductus. Ibi large partiendo prædã: præterita cũ fide exoluẽdo: cũctis ciuiũ ſuoꝝ ſociorũq; animis in ſe firmatis: uere primo ĩ uacceos motũ bellũ. Hermandica & Arbacala carthoꝝ urbes ui captæ. Arbacala & uirtute: & multitudine oppidanoꝝ diu defenſa ab Hermãdica ꝑfugi exulibus olcadũ priore æſtate domitæ gentis cũ ſe iunxiſſent: cõcitãt Carpentanos: adortique Annibalem regreſſum ex uacceis ꝑcul Tago flumine agmẽ graue præda turbauere. Annibal prælio abſtinuit: caſtriſq; ſup ripam poſitis: cum prima quies ſilentiũq; ab hoſtibus fuit: agmẽ uado traiecit: ualloq; ita ꝑducto: ut locũ ad trãſgrediẽdũ hoſtes haberẽt. Inuadere eos tranſeuntes ſtatuit. equitibus præcepit: ut cũ ĩgreſſos aquã uiderẽt: adorirenť: Peditũ agmen in ripa elephantes quadraginta diſpoſuit. Carpentanoꝝ cum appẽditibus olcadũ uacceorũq; centũmillia fuere. Inuicta acies: ſi æquo dimicareť campo. Itaq; & ingenio feroces: & multitudine fręti: & quod metu ceſſiſſe credebãt hoſtẽ id morari uictoriã rati: qđ intereſſet amnis: clamore ſublato paſſim ſine ullius ĩperio: qua cuiq; ꝑximũ erat: in amnẽ ruũt. Et ex parte altera ripæ uis ingẽs equitũ ĩ flumẽ omiſſa: medioq; alueo haudquaq̃ pari certamine cõcurſum. Quippe ubi pedes inſtabilis: ac uix uado fidẽs uel inermi equite equo temere acto ꝑuerti poſſet: Eques corpore armiſq; liber: equo uel per medios gurgites ſtabili cõminus eminuſq; rẽ gereret. Pars magna flumine abſumpta: quidã uerticoſo amni delati in hoſtes ab elephantis obtriti ſunt: Poſtremi: quibus ĩgreſſus in ſuã ripã tutior fuit: ex uaria trepidatione cũ in unũ colligerenť: priuſquã tãto pauore reciperẽt aĩos: Annibal agmine q̃drato amnẽ ingreſſus fugã ex ripa fecit: Vaſtatiſq; agris intra paucos dies Carpẽtanos quoq; in deditionẽ accepit. Et iam oĩa trans Iberꝝ præter ſaguntinos carthaginenſium erant. Cum ſagũtinis bellum nondũ erat: Cæteꝝ belli cauſa certamina cũ finitimis ſerebãtur: maxĩe turdetanis: quibus cũ adeſſet idem: qui litis erat ſator: nec certamen iuris: ſed uim quæri appareret: legati a ſaguntinis Romã miſſi auxilium ad bellũ iam haud dubie ĩminens orãtes. Cõſules tunc Romæ erãt. P. Cornelius Scipio: &. T. Sempronius Longus: qui cũ Legatis ĩ ſenatũ ĩtroductis de rep. retuliſſent placuiſſetq; mitti legatos ĩ Hiſpaniã ad res ſocioꝝ ĩſpiciẽdas: quibus: ſi uideret digna cauſa: & Annibali denũciarẽt: ut a ſagũtinis ſociis. po. ro. abſtineret: & Carthaginẽ ĩ Africã trajicerẽt: ac ſocioꝝ populi ro. querimonias deferrẽt. Hac legatione decreta: nec dũ miſſa: oĩum ſpe celerius ſagũtũ oppugnari allatũ ẽ. tũc delata ex ĩtegro res ad ſenatũ: & alii Prouincias cõſulibus Hiſpaniã atq; Africam decernẽtes: terra mariq; rẽ gerẽdã cenſebãt. Alii totũ ĩ Hiſpaniã Annibalẽq; ĩtendebãt bellũ. Erãt qui nõ temere mouẽdã rẽ tãtã: expectãdoſq; ex Hiſpania legatos cẽſerẽt: Hæc ſententia: quæ tutiſſima uidebať uicit. Legatiq; eo maturius miſſi. P. Valerius Flaccus: &. Qu. Fabius Pãphilus ſagũtum ad Annibalem atq; inde Carthaginẽ: ſi nõ abſiſteret bello: ad ducẽ ipſũ ĩ pœnã fœderis rupti depoſcẽdũ. Dũ ea romani parãt: cõſultãtq; iã ſaguntũ ſũma ui oppugnabať. ciuitas ea lõge opulẽtiſſima ultra Iberꝝ fuit ſita paſſus mille ferme a mari oriundi a Zacyntho Inſula dicunť. Mixtiq; etiã ab Ardea Rutuloꝝ qdã generis. Cæteꝝ ĩ tãtas breui creuerãt opes ſeu maritimis: ſeu terreſtribus fructibus:

seu multitudinis incremento:seu sanctitate disciplinæ:quam fidē socialē usq; ad pniciem coluerunt. Annibal infesto exercitu ingressus fines:puastatis passim agris:urbem tripartito aggreditur. Angulus muri erat in planioré patentioréq; quā cætera circa uallem uergens:aduersus eum uineas agere instituit:p quas aries mœnibus admoueri posset. Sed ut locus ꝑcul muros satis æquus agēdis uineis fuit:ita haudquaquā ꝑspere:posteāquā ad effectū uentum ē operis:cœptis succedebat:& turris ingens īminebat & murus:ut in suspecto loco supra cæteræ modum altitudinis emunitus erat. Et iuuentus delecta ubi plurimū periculi ac laboris ostendebaſ:ibi ui maiore obsistebát.ac primo missilibus sūmouere hostē: nec quicquā satis tutum munientibus pati. Deīde iam nō ꝑ mœnibus modo:atq; turri tela micare:sed ad erūpendum etiam ī stationes operaq; hostiū animus erat. Quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures saguntini cadebát:quā Pœni. Vt uero Annibal ipse dū mux incautius subit:aduersum femur tragula grauiter ictus cecidit:tāta circa fuga atq; trepidatio fuit:ut nō multum abesset:quin opera ac uineæ desererenſ:obsidio deinde ꝑ paucos dies magis:quā oppugnatio fuit. Dū uulnus ducis curareſ:ꝑ quod tempus ut quies certaminū erat:ita ab apparatu opex:ac munitionū nihil cessatum. Itaq; acrius deintegro obortū ē bellum pluribusq; ptibus uix accipiētibus quibusdā opera locis.uineæ cœptæ agi.admoueriq; aries. Abundabat multitudine hoīum pœnus.ad centū enī quinquaginta millia habuisse in armis crediť. Oppidani ad oīa tuenda obeundaq; multimoda arte detineri cœpti sunt:& nō sufficiebát. Iam enim feriebātur arietibus muri:quassatæ quoq; multæ partes erāt. Vna cōtinentibus ruinis nudauerat urbē. Tres deinceps turres: quantūq; inter eas muri erat:cū fragore ingenti ꝑciderāt:captūq; oppidū ea ruina crediderāt pœni. Qua uelut si pariter utrosq; murus texisset:ita utrinq; ī pugnā ꝑcursum est. Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat:quales ī oppugnationibus urbiū ꝑ occasione partis alterius cōseri solent. Sed iunctæ acies uelut patēti campo:īter ruinas muri tectaq; urbis modico distātia interuallo cōstiterant. Hinc spes; hinc desperatio animos irritat:pœno cepisse iam se urbem:si paululum adnitaſ:credente. Saguntinis ꝑ nūdata mœnibus patria corpora opponentibus:nec ullo pedē referente:ne relicto a se loco hostem īmitteret. Itaq; quo acrius:& cōsertim magis utrinq; pugnabaſ:eo plures uulnerabanť. Nulloq; inter arma corporaq; uano ītercidente telo. Falarica erat Saguntinis missile telum hastali abligneo:& cætero tereti ꝓterquam ad extremū:unde ferrū extabat:ld sicut in pilo quadratū stuppa circūligabát:linebátq; picē. Ferrū aūt tres ī longū habebat pedes:ut cū armis trāsfigere corpus posset.sed id maxime etiā:si hæsisset ī scuto:nec penetrasset in corpus:pauoré faciebat:quod cū mediū accensum mitteret:conceptūq; ipso motu multo maioré ignē ferret:arma omitti cogebat:nudūq; militē ad insequentes ictus præbebat. Cū ergo diu anceps fuisset certamē:& saguntinis:qa ꝓter spem resisterēt:creuissent animi:pœnus:quia nō uicissetꝰ ꝑ uicto esset:Clamorem repente oppidani tollunt:hostemq; in ruinas muri expellunt:inde impeditum trepidantemq; exturbant. Postremo fusum fugatumq; ī castra redigūt. Interim a Roma legatos uenisse nūciatū est:quibus obuiā ad mare missi ab Annibale qui dicerēt:nec tuto eos adituros īter tot tam efferatax gētium arma: nec Annibali ī tāto discrimine rex opere esse legatiōes audire. Apparebatq; nō admissos ꝑtinus Carthaginē ituros. Litteras igiť nuncioſq; ad principes factionis barchinæ præmittit:ut præparēt suox animos: nequid pars altera gratificari ꝑ romanis posset:Itaq; prætereā: quod admissi:auditiq; nō sunt:ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit. Hanno unus aduerso Senatu cām fœderis rupti magno silētio ꝑpter auctoritatem suā cū assensu audientiū egit. Per deos fœdex arbitros ac testes monuisse:prædixisse ne Amilcaris,pgeniē ad exercitum mitterēt:nō manes:non stirpem eius conquiescere uiri:nec unquam donec sanguinis noīsq; barchini quisquam supersit:quietura Romana fœdera. Iuuenem flagrantem cupidine regnī;uiāq; unā ad id cernentem:si ex bellis bella ferendo succinctus armis legionibusq; uiuat:uelut materiā igni præbentes ad exercitus misistis:Aluistis ergo hoc incendium:quo nunc ardetis. Saguntum uestri circūsedent exercitus:unde arceneť fœdere. mox Carthaginem circūsedebūt romanæ legiōes ducibus diis iisdē:ꝑ quos priore bello rupta fœdera sūt ulti. Vtrū hostē:an uos:an fortunā utriusq; populi ignoratis? Legatos a sociis: & ꝑ sociis uenientes bonus imperator uester ī castra nō admisit. Ius gentiū sustulit. Hi tamē unde ne hostium quidem legati arceneť:pulsi ad uos ueniūt.res ex fœdere repetunť.publica fraus absit. auctorē culpæ:& reū criminis deposcūt.quo leuius agūt:segnius īcipiūt:eo cū cœperint:uereor:ne pseuerātius sæuiant. Aegades īsulas:erycemq; ante oculos ꝓponite.quæ terra mariq; ꝑ q̄ttuor & uigīti ānos passi sitis:nec puer hic dux erat.sed pater ipse Amilcar Mars alter:ut isti uolūt:Sed Taréto tū ī Italia nō abstinueramus ex fœdere:sicut nūc sagūto nō abstinemus. Vicerūt ergo dii hoīesq;.& id de quo urbis: ambigebaſ: uter populus fœdus rupisset.euētus belli uelut æquus iudex:unde ius stabat: ei uictoriā dedit. Carthagini nūc Annibal uineas turresq; admouit. Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ:falsus utinā uates sim: nostris capitibus īcidēt. Susceptūq; cū sagūtinis bellū habēdū cū rōanis ē. Dedemus ergo Annibalē:dicet aliqs:scio meā leuē eē ī eo auctoritatē ꝑper paternas inimicitias. Sed & Amilcarē eo pisse lætatus sum:qd: si ille uiueret:bellum iam cū romanis haberemus:& hunc iuuenem tanquā furiā facemq; huius belli odi ac detestor:nec dedendum solum id piaculū rupti fœderis:sed si nemo deposcat deuehendum in ultimas maris terrarumq; oras ablegandumq; eo:unde nec ad nos nomen famaq; eius accedere:nec sollicitare qui etæ ciuitatis statum possit. Ego autem ita censeo legatos extemplo Romam mittendos:qui senatui satisfaciant :alios; qui Annibali nuncient :ut exercitum a Sagunto abducat :Ipsumq; Annibalem ex fœdere

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

romanis dedant. Tertiam legationem ad res ſaguntinas reddendas decerno. Cum Hanno peroraſſet: nemini omnium certare oratione cum eo neceſſe fuit: adeo ꝓpe omnis ſenatus Annibalis erat infeſtiuſq; locutum arguebãt Hannoné: quã Flaccum Valeriũ legatum romanũ. Reſponſum inde romanis legatis é: Bellum ortum a ſaguntinis nõ ab Annibale eſſe. populum romanũ iniuſte facere: ſi ſaguntinos uetuſtiſſimæ Carthaginẽſium ſocietati præponat. Dũ romani tẽpus terũt legationibus mittẽdis: Annibal quia feſſum militẽ prælíis operibuſq; habebat: paucoꝝ iis dieꝝ quietem dedit: ſtatiõibus ad cuſtodiam uiteaꝝ: aliorumq; opeꝝ diſpoſitis: Interim animos eoꝝ nũc ita ĩ hoſtes ſtimuládo: nũc ſpe præmioꝝ accendit. ut uero ꝓ cõcione prædã captæ urbis edixit militũ fore: Adeo accẽſi oẽs ſunt: ut ſi extemplo ſignũ datum eẽt: nulla ui reſiſti uideret poſſe. Saguntini ut a prælíis quietem habuerant: nec laceſcentes: nec laceſſiti per aliquot dies: ita nõ nocte nõ die unquã ceſſauerant ab opere: ut nouũ murum ab ea parte: qua patefactũ oppidum ruinis erat: reficerent: Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior: quã ante adorta eſt. nec qua primũ: aut potiſſimũ parte ferrent opem: cum omnia uariis clamoribus ſtreperẽt: ſatis ſcire poterãt. Ipſe Annibal: qua turris mobilis oĩa muniméta urbis ſuperãs altitudine agebat: hortator aderat. quæ cũ admota catapultis: baliſtiſq; ꝓ oĩa tabulata diſpoſitis: muros cuſtodibus nudaſſet: Tum Annibal occaſioné ratus: quingentos ferme afros cum dolabris ad ſubruẽdum ab imo muꝝ mittit. Nec erat difficile opus: quod cementa non calce durata erãt: ſed interlita luto ſtructuræ antiquæ genere. Itaq; antequã cæderet: ruebat. perq; patentia ruinis agmina armatoꝝ in urbem uadebãt: Locũ quoq; editũ capiunt. Collatiſq; eo catapultis baliſtiſq; ut caſtellum ĩ ipſa urbe: uelut arcẽ imminenté haberẽt: muro circũdant. Et ſaguntini mũrũ interioré a nondũ capta urbis parte ducunt. Vtrinq; ſũma ui & muniũt: & pugnant. Sed ĩteriora tuẽdo: minoré ĩ dies urbem ſaguntini faciunt. Simul creſcit inopia omnium longa obſidione. & minuitur expectatio externæ opis. Cum tã ꝓcul romani unica ſpes: circa oĩa hoſtiũ eſſent: pauliſper tamen affectos animos recreauit repẽtina ꝓfectio Annibalis ĩ oretanos carpẽtanoſq; qui duo populi delectus acerbitate cõſternati retentis cõquiſitoribus metũ defectionis cũ præbuiſſent: oppreſſi celeritate Annibalis: omiſerũt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio ſegnior erat. Maharbale Himilconis filio: quẽ præfecerat Annibal: ita impigre rẽ agente: ut ducé abeſſe: nec ciues: nec hoſtes ſentirent. Is & prælia aliquot ſecũda fecit: & tribus arietibus aliquãtulũ muri diſcuſſit. ſtrataq; oĩa recẽtibus ruinis aduenienti Annibali oſtẽdit. Itaq; ad ipſam arcem extẽplo ductus exercitus: atroxq; prælium cũ multoꝝ utrinq; cæde initum: & pars arcis capta eſt. Tentata deinde per duos exigua pacis ſpes Alconé ſaguntinũ: & Alorcum Hiſpanum. Alcon incõſciis ſaguntinis precibus aliquid motuꝝ ratus cum ad Annibalem noctu trãſiſſet: Poſteaquã nihil lachrymæ mouebãt conditioneſq; triſtes: ut ab irato uictore ferebantur: tranſſuga ex oratore factus apud hoſtem manſit moriturum affirmãs: qui ſub condicionibus his de pace ageret. Poſtulabatur autem redderent res Turdetanis: traditoq; omni auro atq; argento: egreſſi urbe cũ ſingulis ueſtimentis ibi habitarent: ubi Pœnus iuſſiſſet. Has pacis leges abnuẽte Alcone accepturos ſaguntinos: Alorcus uĩci animos ubi alia uincant: affirmãs: ſe pacis eius interpretem fore pollicetur. Erat aũt tum miles Annibalis: cæteꝝ publice ſaguntinis amicus: atq; hoſpes. Tradito palã telo cuſtodibus hoſtiũ trãſgreſſus muniméta ad prætorẽ ſaguntinũ: & ipſe ita iubebat: é deductus. Quo cũ extemplo cõcurſus hoĩum omnis generis eſſet factus: ſũmota cætera multitudine ſenatus Alorco datus eſt. Cuius talis oratio fuit. Si ciuis ipſe Alcon: ſicuti ad pacẽ petẽdam ad Annibalé uenit: ita pacis cõdiciones ab Annibale ad uos retuliſſet: ſupuacaneũ hoc mihi fuiſſet iter: quo nec Orator Annibalis: nec tranſſuga ad uos ueniſſem. Cũ uero ille aut ueſtra: aut ſua culpa mãſerit apud hoſtẽ. ſi metũ ſimulauit: ſua. ueſtra: ſi periculũ é ad uos ueꝝ referẽtibus: ego ne ignoraretis eſſe aliquas: & ſalutis & pacis uobis cõdiciones ꝓ uetuſto hoſpitio: quod mihi uobiſcũ eſt: ad uos ueni: Veſtra aũt cauſa me nec ullius alterius loqui: quæ loquor apud uos: uel ea fides ſit: quod neq; dũ ueſtris uiribus reſtitiſtis: neq; dum auxilia a romanis ſperaſtis: pacis unquã apud uos métioné feci. Poſteaquã nec a romanis uobis ulla ſpes é: nec ueſtra iã aut arma uos: aut mœnia ſatis defendũt: pacé affero ad uos magis neceſſariã: quã æquã: cuius ita aliqua ſpes eſt: ſi eam: quéadmodũ uictor ſert Annibal: ſic uos ut uicti audiatis. Si nõ id: quod amittit ĩ damno cũ oĩa uictoris ſint: ſed quicquid reliquit: ꝓ munere habituri eſtis. Vrbem uobis: quã ex magna iã ꝑte dirutã captã fere totã habet: adimit. agros relinquit locũ aſſignaturus: in quo nouũ oppidũ ædificetis. Auꝝ argentũq; omne publicũ & priuatũ ad ſe iubet deferri. cõiugũ ueſtraq; corpora: ac liberoꝝ ueſtroꝝ ſeruat inuiolata: ſi inermes cum binis ueſtimẽtis a Sagũto uelitis exire. Hæc uictor hoſtis imperat: Hæc quãquam ſint grauia atq; acerba: fortuna ueſtra uobis ſuadet. Equidé haud deſpero: cũ oium poteſtas ei a uobis facta ſit: aliqd ex his rebus remiſſuꝝ. Sed hæc patiẽda cẽſeo potius: quã trucidari corpora ueſtra: rapi trahiq; ante ora ueſtra cõiuges ac liberos belli iure ſinatis. Ad hæc audienda cum circunfuſa paulatim multitudine ꝑmixtum ſenatui eſſet populi conſiliũ: repente primores: ſeceſſione facta: priuſquã reſponſũ daret: argentũ: aurũq; omne ex publico priuatoq; ĩ foꝝ collatũ: ĩ ignem ad id raptum factũ cõiiciẽtes: eodẽ plæriq; ſemetipſos præcipitauerũt. Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem peruaſiſſet: Alius ĩſuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quaſſata ꝓciderat: perque ruinam eius cohors pœnoꝝ impetu facto: cum ſignum imperatori dediſſet: nudatam ſtationibus: cuſtodiiſq; ſolitis hoſtium eſſe urbem non cunctandũ in tali occaſione ratus Annibal: totis uiribus aggreſſus: urbem momento cepit: ſigno dato: ut oẽs puberes interficerentur: quod imperium crudele cæteꝝ ꝓpe neceſſarium

cognitū in ipſo euentu eſt. Cui enim parci potuit ex iis: qui aut incluſi cum coniugibus ac liberis domos ſuper ſeipſos concremauerunt? aut armati nullum ante finem pugnæ quam morientes fecerunt? Captum oppidū cū igenti præda quáquam plæraq; a dominis de induſtria corrupta erant: & in cædibus uix ullū diſcrimen ætatis ira fecerat: & captiui militū præda fuerāt: tamen ex pretio regz uenditarz aliquantū pecuniæ redactum eſſe cōſtat: & multam ptioſam ſupellectilem: ueſtemq; miſſam Carthaginē: octauo mēſe: quā cœptum oppugnari: captum ſaguntum quidam ſcripſere: inde Carthaginem nouam i hyberna Annibalem cōceſſiſſe. Quinto deinde mēſe: quam a Carthagine ꝓfectus ſit: in Italiā pueniſſe. quæ ſi ita ſunt: fieri nō potuit: ut. P. Cornelius. T. Sēpronius cōſules fuerint: ad quos in principio oppugnationis legati ſaguntini miſſi ſunt. & qui in ſuo magiſtratu cū Annibale alter ad Ticinū amnem: ambo aliquāto poſt ad Trebiā pugnauerint: aut oīa breuiora aliquāto fuere: aut Saguntū principio anni: quo. P. Cornelius. T. Sēpronius cōſules fuerūt: nō cœptum oppugnari: ſed captum ē: nā exceſſiſſe pugna ad Trebiā. T. Sempronius i ānū. M. Seruilii: &. G. Flaminii: nō pōt: quia Flaminius Arimini cōſulatū iniit creatus ab. T. Sēpronio cōſule: qui poſt pugnā ad Trebiā: ad creādos conſules Romam cum ueniſſet: comitiis ꝓfectis ad exercitū in hyberna rediit. Sub idem fere tēpus & legati: q redierāt a Carthagine Romā rettulerūt oīa hoſtilia eē: & Sagunti excidium nunciatum eſt: tantuſq; mœror miſericordiaq; pemptorz ſociorz indigne: & pudor nō lati auxilii: & ira in carthaginenſem: metuſq; de ſūma rerz cœpit: uelut ſi iam ad portas hoſtis eſſet: ut tot uno tēpore motibus animi turbati trepidarēt magis: quā cōſulerent. Nāq; neq; hoſtem acrioré: bellicoſioréq; ſecum cōgreſſū: nec rem romanā tā deſidem unquā fuiſſe atq; imbellem. Sardos: corſoſq;: & hiſtros: atq; illyricos laceſſiſſe magis: quā exercuiſſe romana arma: & cū gallis tumultuatū magis: quam belligeratum. pœnum hoſtem ueteranum trium & uiginti ānorz militia duriſſima inter hiſpanas gētes ſemper uictorem primū Amilcare: deinde Aſdrubale: nunc Annibale duce acerrimo aſſuetum: recentem ab excidio opulentiſſimæ urbis: Iberum tranſire: trahere ſecum tot excitos hiſpanorz populos: conciturum auidas ſemper armorz gallicas gentes cum orbe terrarz bellū gerendum in Italia: ac ꝓ mœnibus romanis eſſe. Nominatæ iam antea cōſulibus ꝓuinciæ erant. Tum ſortiri iuſſi. Cornelio Hiſpania: Sēpronio Africa cum Sicilia euenit. Sex in eum annum decretæ legiones: & ſociorz: quantū ipſis uideret. & claſſis quantum parari poſſet: quattuor & uiginti peditum romanorz millia ſunt ſcripta & octingenti equites ſociorū. xliiii. peditū: &. iiii. equitū: naues. ccxx. quiqueremes: celoces uigīti deductæ. Latū inde ad populū uellent: iuberent populo carthaginenſi bellum indici: eiuſq; belli cauſa ſupplicatio per urbē habita: atq; adorati dii: ut bene: ac fœliciter eueniret: quod bellum populus romanus iuſſiſſet: inter cōſules ita copiæ diuiſæ. Sēpronio datæ legiōes duæ: ea q̄terna millia erāt peditū: & trecēti equites: & ſociorz ſexdecim millia peditū: equites mille octīgēti naues lōgæ. clx. celoces duodecim cū his terreſtribus maritimiſq; copiis. L. Sēpronius miſſus in Siciliā: ita i Africam tranſmiſſurus: ſi ad arcendū Italia pœnū conſul alter ſatis eſſet: Cornelio minus copiarz datū: quia. T. Manilius prætor: & ipſe cū haud ſualido p̄ſidio i Galliā mittebaē: nauiū maxime Cornelio numerus diminutus. lxv. quinqueremes datæ: neq; enim mari uētuz: aut ea parte belli dimicaturz hoſtē putabāt: & duæ romanæ legiones cū ſuo iuſto equitatu: & quattuordecim millibus ſociorz peditū: equitibus ſexcētis. duas legiones romanas: & quadringentos quinquaginta ſociorz peditum: mille equites ſocios. dc. romanos Gallia ꝓuincia eodē uerſa in punicū bellū habuit. His ita cōparatis: ut oīa iuſta ante bellū fierēt: legatos maiores natu. Qu. Fabiū. M. Liuiū. L. Aemiliū. G. Liciniū. Qu. Bebium in Africam mittūt ad pcunctandos carthaginenſes: publicone cōſilio Annibal Sagūtum oppugnaſſet? & ſi id: quod facturi uidebaē: faterenē: ac defenderēt: publico conſilio factū: ut indicerēt populo carthaginēſi bellū. Romani poſteaquā Carthaginē uenerūt: cū ſenatus datus eſſet: &. Qu. Fabius nihil ultra quā unū: qđ mādatū erat: pcūctatus eſſet: Tū ex carthaginēſibus unus prīceps ueſtra romani: iquit: & prior legatio fuit: cū Annibalē: tanquā ſuo cōſilio Saguntū oppugnantem depoſcebatis. Cæterz hæc legatio uerbis adhuc lenior: re aſperior. tunc enim Annibal & inſimulabaē: & depoſcebaē: nūc a nobis & confeſſio culpæ exprimitur: & ut a cōfeſſis res extēplo repetunē: ego aūt nō publico priuatoue cōſilio Sagūtum oppidū oppugnatum ſit: quærendum cenſeam. Sed utrum iure an iniuria: noſtra enim hæc quæſtio atque animaduerſio in ciuem noſtrum ē: noſtro an ſuo fecerit arbitrio: uobiſcū una diſceptatio ē: licueritne ꝓ fœdus fieri. Itaq; quoniā diſcerni placet: quid publico cōſilio: quid ſua ſponte ſperatores faciāt: nobis uobiſcum fœdus eſt a Luctatio conſule ictum: in quo cauetur utrorūq; ſociis: nihil de ſaguntinis: nec dum enim erant ſocii ueſtri: cautum eſt: at enim fœdere: quod cum Aſdrubale ictum eſt: ſaguntini excipiūtur: aduerſus quod nihil ego dicturus ſum: niſi quod a uobis didici. uos enī: quod. G. Luctatius cōſul primo nobiſcum fœdus icit: quia neq; auctoritate patrū: nec populi iuſſu ictum erat: negaſtis uos eo teneri: itaq; aliud de ītegro fœdus publico conſilio ictum eſt: ſi uos non tenent ueſtra fœdera: niſi ex auctoritate aut iuſſu ueſtro icta: nec nos quidem Aſdrubalis fœdus: qđ nobis inſciis icit obligare potuit. Proinde omittite Sagunti atq; Iberi mentionem facere: & quod diu parturit animus ueſter: aliquando pariat. Tum romanus ſinu ex toga facto: hic: inquit: uobis bellum & pacem portamus. Vtrum placet ſumite. Sub hāc uocē: haud minus ferociter: daret utrum uellet ſucclamatum eſt. Et cum is ſinu iterum effuſo bellum dare dixiſſet: accipere ſe omnes reſponderunt: & quibus acciperēt animis iiſdem ſe geſturos. Hæc directa percūctatio: ac denunciatio belli magis ex dignitate populi romani uiſa ē: quā de fœderz iure uerbis diſceptare:

cum ante tum maxime Sagunto exciſa. Nam ſi uerboꝝ diſceptationis res eſſet: quod fœdus Aſdrubalis cum Luctatii priore fœdere permutatum eſt: comparandum non erat: cum in Luctatii fœdere diſerte additum eſſet: ita id ratum fore: ſi populus cenſuiſſet: in Aſdrubalis fœdere: nec exceptum tale quicquam fuerit: & tot annorum ſilentio ita uiuo eo comprobatū ſit fœdus: ut ne mortuo quidem auctore quicquam mutaretur. Quanquā: & ſi priore fœdere ſtaret: ſatis cautum erat ſaguntinis ſociis utrorūq; exceptis: Nam neq; additum erat iis: qui tunc eſſent. nec ne qui poſtea aſſumerentur: & cum aſſumere nouos liceret ſocios: quis æquum cenſeret: aut ob nulla quēquā merita in amicitiā recipi aut receptos in fidem non defendi? tantumne carthaginenſium ſocii aut ſollicitarent ad defectionem: aut ſua ſponte deſciſcentes reciperent. Legati romani a carthagine: ſicut his Romæ imperatū erat: in Hiſpaniā ut adirent ciuitates: ut ī ſocietatē pellicerent: aut auerterent a pœnis: traiecerūt: ad barguſios primum peruenere: a quibus benigne excepti: quia tædebat imperii punici: multos trās Iberum populos ad cupidinem nouæ fortunæ erexerunt. ad uoltianos inde eſt uentum: quorum celebre per Hiſpaniam reſponſū: cæteros populos a ſocietate romana auertit. Ita enim maximus natu ex iis in cōſilio reſpondit. Quæ uerecundia eſt: uos romani poſtulare: ut ueſtram carthaginenſium præponamus amicitiæ? cū qui: id fecerunt: ſaguntinos: crudelius quam pœnus hoſtis perdidit: uos ſocii ꝓdideritis: ibi quæratis ſocios cenſeo: ubi ſaguntina clades ignota eſt: hiſpanis populis ſicut lugubre ita inſigne documentum Sagunti ruinæ erunt: ne quis fidei romanæ aut ſocietati confidat: inde extemplo abire finibus uolcianorum iuſſi a nullo deinde cōcilio Hiſpaniæ benigniora uerba tulere: Itaq; nequicquā peragrata Hiſpania ī Galliā tranſeūt: ī his noua terribiliſq; ſpecies uiſa eſt. quod armati (ita mos gentis erat) in concilium uenerunt: cum uerbis extollentes uirtutem gloriāq; populi roman ac magnitudinē imperii: petiſſent: ne pœno bellum Italiæ inferenti per agros: urbeſq; ſuas tranſitum darent. Tantus cum fremitu riſus dicitur ortus: ut uix a magiſtratibus maioribuſq; natu iuuentus ſedaretur: adeo ſtolida impudenſq; poſtulatio uiſa eſt. cenſere ne in Italiam tranſmittāt gallī bellum. ipſos id auertere ī ſe: agroſq; ſuos pro alienis populandos obiicere. Sedato tandē fremitu reſpōſum legatis eſt: neq; romanorum in ſe meritum eſſe: neq; carthaginenſium iniuriam: ob quæ aut pro romanis: aut aduerſus pœnos ſumant arma. Contra audire ſeſe gentis ſuæ homines agris finibuſq; Italiæ pelli a populo romano ſtipendiumq; facere: & cætera indigna pati. Eadem ferme in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaq; nec hoſpitale quicquam: pacatumue ſatis prius auditum: quam Maſſiliam uenerūt. ibi omnia a ſociis inquiſita cū cura ac fide cognita: præoccupatos iam ab Annibale gallorum animos eē: ſed ne illi quidem ipſi ſatis mitem gentē fore: adeo ferocia: atq; indomita ingenia eſſe: ni ſubinde auro: cuius auidiſſima gens é: principū animi cōcilientur. Ita pagratis Hiſpaniæ & Galliæ populis: legati romā redeūt: haud ita multo: poſteaquam conſules in prouincias profecti erant: ciuitatem omnem ī expectationē belli erectam inuenerunt: ſatis conſtante fama: iam Iberum pœnos tranſiſſe. Annibal Sagunto capto: Carthaginem nouam ī hyberna conceſſerat: ibiq; auditis: quæ Romæ quæq; Carthagine acta: decretaq; forent: ſe non ducem ſolum: ſed cauſam eſſe belli: partitis diuænditis reliquiis prædæ: nihil differendū ratus: Hiſpani generis milites cōuocat. Credo ego uos: inquit: ſocii: & ipſos cernere: pacatis omnibus Hiſpaniæ populis: aut finiendam uobis militiam: exercituſq; dimittēdos eſſe: aut in alias terras tranſferendū bellum: ita enim hæ gentes nō pacis ſolum: ſed etiam uictoriæ bonis florebūt: ſi ex aliis gentibus prædam & gloriam quæremus: itaq; cum longinqua a domo inſtet militia: incertumq; ſit quādo domos noſtras: & quæcunq; ibi ſunt cara: uiſuri ſitis: ſiquis ueſtrū ſuos uiſere uult: cōmeatū do: primo uere: edico: adſitis: ut diis bene iuuantibus bellum ingentis gloriæ: prædæq; futuꝝ incipiamus. Omnibus fere uiſendi domos oblata ultro poteſtas grata erat: & iā deſiderātibus ſuos: & longius in futuꝝ ꝓuidētibus deſiderium: ꝑ totū tempus hyemis quies: iter labores aut iā exhauſtos. aut mox exhauriēdos renouauit corpora animoſq; ad oīa deintegro patiēda: uere primo ad edictum cōuenere. Annibal: cum recenſuiſſet oīum auxilia gentium: Gadis ꝓfectus Herculi uota exoluit: nouiſq; ſe obligat uotis: ſi cætera ꝓſpera eueniſſent: inde partiens curas: ſimul inferendi atq; arcēdi belli: ne dum ipſe terreſtri ꝑ Hiſpaniam Galliaſq; itinere Italiam peteret: nuda apertaq; romanis Africa: ab Sicilia eſſet: ualido præſidio eam firmare ſtatuit: pro eo ſupplementum ipſe ex Africa maxime iaculatoꝝ leuium armis petiit: ut afri in Hiſpania: hiſpani ī Africa; melior ꝓcul a domo futurus uterq; miles: uelut mutuis pignoribus obligati: ſtipendia facerent. Tredecim millia octīgētos qnquaginta pedites cetratos miſit in Africam: & funditores baleares octingētos ſeptuaginta: equites mixtos ex multis gentibus mille: & has copias partim Carthagini præſidio eſſe: partim diſtribui per Africā iubet. Simul conquiſitoribus in ciuitates miſſis quattuor millia deſcripta delectæ iuuentutis: præſidium eoſdē & obſides Carthaginem duci iubet: neq; Hiſpaniam negligēdam ratus: atq; ideo haud minus: quod haud ignarus erat: circuitā a romanis eā legatis ad ſollicitandos principum animos. Aſdrubali fratri uiro impigro eam prouinciam deſtinat: firmatq; eum africis maxime præſidiis peditum afroꝝ .xi. millibus octingētis quinquagīta liguribus: trecentis balearibus. ad hæc peditū auxilia additi equites lybii: phœnices mixtū punicum afris genus trecenti & numidæ mauriq; accolæ Oceani ad mille octingentis: & parua uergetū manus: ex Hiſpania ducenti equites: & ne quod terreſtris deeſſet auxilii genus: elephanti. xiiii. claſſis præterea parata ad tuendā maritimā orā: quia qua parte belli uicerant: ea tū quoq; rē geſturos romanos credi poterat: qnquagīta quinqueremes: q̄driremes duæ: triremes quinq;: ſed aptæ iſtructæq; remigio: triginta

& duæ quinqueremes erant:& triremes quinq;:a Gadibus carthaginem ad hyberna exercitus rediit atq; inde ꝓfectus præter omissam urbem ad Iberum maritimam oram ducit.Ibi fama est: inquiete uisum ab eo iuuenem diuina specie:qui se a Ioue diceret ducem ī Italiam Annibali missum:proinde sequereť: neq; usquā a se deflecteret oculos.pauidū primo nusquā circunspicientē aut respicientē se secutū:deinde cura humani ingenii:cū quidnā id esset:quod respicere uetitus esset:agitaret aīo:tēperare oculis nequiuisse.Tū uidisse post se serpentē mira magnitudine cum ingenti arbore:ac uirgultoꝝ strage ferri:ac post īsequi cū fragore cæli nimbum: tum quæ moles ea:quidue ꝓdigii esset:quærentem:audiuisse uastitatē Italiæ esse: ꝓgeret porro ire:nec ultra inquireret. sineretq; fata in occulto esse.Hoc uisu lætus tripartito Iberę copias traiecit.præmissis:qui galloꝝ aīos:qua traducēdus exercitus erat: donis cōciliarēt.alpiumq; transitus specularenť.nonaginta millia peditum duodecim millia equitum Iberū traduxit:ilergetes inde: bargūtosq; : & ausetanos: & equitaniā:quæ subiecta est Pyreneis mōtibus:subegit:oræq; huic omni præfecit Hannonē:ut fauces:quæ Hispanias Gallis iungūt:in potestate essent.x.millia peditū Hānoni ad præsidiū obtinē dæ regionis data:& mille equites.Posteaquā ꝑ Pyreneū saltū traduci exercitus cœptus est:rumorq; ꝑ barbaros manauit:certior de bello romano tria millia inde carpetanoꝝ peditum iter auerterunt. Constabat nō tā bello motos:q̄ longinquitate uiæ insuperabiliq; alpium trāsitu. Annibal:quia reuocare aut ui retinere eos anceps erat:ne cæteroꝝ etiam feroces animi irritarēť:supra septem millia hoīum domos remisit. Quos & ipsi grauari militia sensērat.Carpetanos quoq; a se dimissos assīmulās:inde ne mora atq; otium aīos sollicitaret:cum reliquis copiis Pyreneum transgreditur:& ad oppidum Illiberum castra locat. Galli quāquā Italiæ bellū īferri audiebāt:tamē quia ui subactos trāspyreneos hispanos fama erat:præsidiaq; ualida īposita:metu seruitutis ad arma cōsternati Ruscinonē aliquot populi cōueniunt.quod ubi Annibali nunciatum est:morā magis:quā bellū metuēs oratores ad regulos eoꝝ misit:colloqui semetipsū uelle cū iis:& uel illi ꝓpius Illibeꝝ accederēt:uel se Ruscinonē ꝓcessuꝝ:ut ex ꝓpinquo cōgressus facilior esset:nā & acceptuꝝ eos in castra sua se lætum:nec cunctanter seipsum ad eos uentuꝝ hospitem enim se Galliæ nō hostē aduenisse:nec strictuꝝ ante gladium:si ꝑ gallos liceat:quam in Italiam uenisset:& ꝑ nuncios quidem hæc. Vt uero reguli galloꝝ castris ad Illibeꝝ extemplo motis:haud grauate ad pœnū uenerūt;capti donis:cū bona pace exercitū ꝑ fines suos:præter Ruscinonem oppidum transmiserunt in Italiam:interim nihil ultra quā Ibeꝝ transisse Annibalē a massilienſium legatis Romā perlatum erat:cū pinde ac si alpes iam trāsissēt:Boii sollicitatis insubribus defecerūt.neq; tam ob ueteres imperii iras:quā quod nuper circa Padū :Placentiā: Cremonāq; colonias ī agrū gallicū deductas ægre patiebanť.Itaq; armis repēte arreptis : in eū ipsū agrū impetu facto tantū terroris ac tumultus fecerūt:ut nō agrestis mō multitudo:sed ipsi triumuiri romani:qui ad agrū uenerāt assignādum:diffisi Placētiæ mœnibus:Mutinā cōfugerint.G.Luctatius.A.Seruilius.M.Annius Luctatii nomen haud dubiū ē ꝑ.A.Seruilio:&.M.Annio.Qu.Accilium:&.G. Herēnium habēt quidā annales: alii.P.Corneliū Asinā:&.G.Papyrium Nasonē.Id quoq; dubiū est: legati ad expostulādū missi ad boios uiolati sint:īcertū an in triumuiros agrū metantes impetus sit factus.Mutinæ cū obsiderenť:& gens ad oppugnādaꝝ urbiū artes rudis pigerrima eadē ad militaria opera: segnis intactis assideret muris:simulari cœptum de pace agi:euocatiq; ab galloꝝ pricipibus legati ad colloquiū nō cōtra ius mō gentiū:sed uiolata etiā:quæ data in id tēpus fide erat:compræhēdunť:negantibus gallis nisi obsides sibi redderētur:eos se dimissuros:Cum hæc de legatis nunciata essent:& Mutina præsidiumq; in periculo esset:L.Manlius imperator ira accensus effusum agmē ad Mutinā ducit.siluæ tunc circa uiā erāt plærisq; incultis.Ibi inexplorato ꝓfectus:in insidias præcipitatus multa cū cæde suoꝝ ægre ī apertos cāpos emersit.Ibi castra cōmunita:& quia gallis ad tentandā ea defuit spes:refecti sunt militū animi:quāquā accisas res satis constabat. Iter deinde deintegro cœptum:nec dum per patentia loca ducebatur agmen: cum apparuit hostis:ubi rursus siluæ intratæ:tū postremos adorti cū magna trepidatiōe:ac pauore oīum octingentos milites occiderūt.Sex signa ademere.finis & gallis territandi & pauendi romanis fuit: ut ex saltu inuio:atq; impedito euasere.Inde aptis locis facile tutātes agmē romani Cannetū uicum ꝓpinquum Pado cōtendere.Ibi se munimento ad tempus:cōmeatibusq; fluminis:& brixianoꝝ galloꝝ auxilio aduersus crescentē in dies multitudinē hostium tutabanť.Qui tumultus repens posteaquā est Romā platus:& punicum insuper gallico bello auctum patres ꝓcepere:G.Attiliū prætorē cū una legione romana & qnq; millibus socioꝝ delectu nouo a cōsule cōscriptis:auxiliū ferre Manlio iubēt.Qui sine ullo certamīe(absceſſerāt enī hostes)Cannetum uenit:&.P.Cornelius ī locū eius:quæ missa cū prætore fuerat: trāscripta legione noua ꝓfectus ab urbe.lx.longis nauibus præter oram ethruriæ:Ligurūq; & inde Saluium mōtis uenit Massiliā:& ad ꝓximū ostium Rhodani(Pluribus enim diuisus amnis ī mare decurrit) castra locat: uix dū satis credēs Annibalē superasse Pyraneos montis.Quem ut de Rhodani quoq; trāsitu agitare animaduertit:incertus quonā ei loco occurreret:nec dū satis refectis ab iactatiōe maritima millitibus:trecētos interim delectosequites:ducibus massiliēsibus:& auxiliaribus gallis ad exploranda omnia:uisendosq; ex tuto hostes:præmittit.Annibal cæteris metu pacatis;aut pretio:iam in uulgaꝝ uenerat agrum gentis ualidæ.Colūt aūt circa utrāq; ripam Rhodani & diffisi citeriore agro arceri pœnū posse:ut flumē ꝑ muniměto haberēt:oībus ferme suis trās Rhodanū traiectis:ulteriorē ripā amnis obtinebāt.Cæteros accolas fluminis Annibal:& eos ipsos;qui ipsas sedes tenuerant;simul plicit donis ad naues undiq; contrahendas:

fabricãdaſq;.Simul & ipſi traiici exercitum leuariq; quãprimũ regionẽ ſuam tãta hoſtium urgẽte turba eupiebãt.Itaq; ingens coacta uis nauiũ ẽ lintriumq; temere ad uicinalẽ uſum paratarũ. Nouaſq; alias primũ galli inchoantes cauabãt ex ſingulis arboribus:deĩde & ipſi milites ſimul copia materiæ: ſimul facilitate operis inducti:alueos informes:nihil dũmodo innare aquæ & capere onera poſſent:curantes raptim faciebant:quibus ſe ſuaq; tranſueherent.Iamq; oĩbus ſatis paratis ad traiiciendũ: timebant ex aduerſo hoſtis omnẽ ripam equites uiriq; ŏbtinentes:quos:ut auerteret: Hãnonẽ Amilcaris filiũ uigilia prima noctis cũ parte copiarũ:maxime hiſpanis:aduerſo flumine ire iter unius diei iubet:& ubi primo poſſit:quãoccultiſſime traiecto amni circũducere agmen:ut cũ facto opus ſit:adoriat a tergo hoſtem: ad id dati duces galli educunt inde millia quinq; &.xx.ferme ſupra paruæ inſulæ circũfuſum amnem latioré ubi diuidebatur: eoq; minus alto alueo tranſitũ oſtendere:ibi raptim cæſa materia:rateſq; fabricatæ:in quibus equi uiriq; & alia onera traiicerent.hiſpani ſine ulla mole in utres ueſtimentis coniectis ipſi cæteris ſuppoſitis incubantes flumen tranſnatauere:& alius exercitus:ratibus iunctis:tranſuectus caſtris ꝓpe flumen poſitis:nocturno itinere:atq; operis labore feſſus quiete unius diei reficit:intento duce ad cõſilium opportune exequendũ.Poſtero die ꝓfecti ex loco ꝓdito fumo ſignificãte tranſiſſe:& haud ꝓcul abeſſe: quod ubi accepit Annibal:ne tẽpori deeſſet:dat ſignũ ad traiiciẽdum:iam paratas aptaſq; habebat pedes lintres: eques fere ꝓpter equos nantes nauiũ agmen ad excipiendũ aduerſi impetũ fluminis:pte ſuperiore tranſmittẽs: tranquilitatẽ infra traiiciẽtibus lintribus præbebat:equoꝝ pars magna nãtes loris a puppibus trahebantur:præter eos: quos iſtructos frænatoſq;:ut extẽplo egreſſo ĩ ripam equiti uſui eſſent: ĩpoſuerũt ĩ naues. Galli occurſant in ripam cũ uariis ululatibus cantuq; moris ſui:quatientes ſcuta ſup capita uibranteſque dextris tela:quãquã & ex aduerſo terrebat tanta uis nauiũ:cũ ingenti ſono fluminis & clamore uario nautarũ militum:& qui nitebant prũpere impetum fluminis:& qui ex altera ripa traiicientes ſuos hortabantur.Iam ſatis pauentes aduerſo tumultu terribilior a tergo adortus clamor caſtris ab Hãnone captis:mox & ipſe aderat ancepſq; terror circunſtabat:& e nauibus tanta uis armatorũ ĩ terram euadẽs:& a tergo improuiſa premebat acies.Galli poſteaquã uim facere conati ſũt:ultro pellebant.qua parte reuiſum maxime iter prumpunt:trepidiq; ĩ uicos paſſim ſuos diffugiũt.Annibal:cæteris copiis per otium traiectis: ſpernẽs iam gallicos tumultus caſtra locat:elephantorũ traiiciendorũ uaria conſilia fuiſſe credo:certe uariata memoria eſt actæ rei:quidã:cõgregatis ad ripam elephantis:tradunt ferociſſimũ ex iis irritatũ a rectore ſuo: cum refugientẽ in aquã nãtem ſequeret traxiſſe gregem:ut quenq; timentẽ altitudinẽ deſtituerat uado: impetu ipſo fluminis in alterã ripam rapiẽte.Cæterũ magis cõſtat ratibus traiectos:id:ut tutius cõſiliũ ante rem foret:ita acta re ad fidẽ ꝓnius eſt.ratem unam.cc.longam pedes.l.latam:a terra ĩ amnẽ porrexerũt: quam:ne ſecunda aqua deferretur:pluribus retinaculis ualidis parte ſuperiore ripæ religatam pontis immodũ humo cõiecta cõſtrauerant:ut bælluæ audacter uelut per ſolum ingrederent.Altera ratis æque lata longa pedes.c.ad traiiciẽdum flumen apta huic copulata eſt:ut cum elephãti per ſtabilẽ ratem: tanquã uiam progredientibus fœminis acti:ubi in minoré applicatam tranſgreſſi ſunt:ut extemplo reſolutis:quibus leuiter ánexa erat:uinculis: ab actuariis aliquot nauibus ad alteram ripam ptrahitur.Ita primis expoſitis:alii deinde repetiti ac traiecti ſunt.nihil ſane trepidabãt:donec cõtinenti uelut ponte agerentur: primis erat pauor: cum ſoluta a cæteris rate: in altum raperentur:ibi urgentes inter ſe cedentibus extremis ab aqua trepidationem aliquantum edebant: donec quietem ipſe timor circunſpicientibus aquam feciſſet. Excidere etiam ſæuientes quidam in flumen. Sed pondere ipſo ſtabiles: deiectis rectoribus: quærendis pedetentim uadis: in terram euaſere. Dum elephanti traiiciũtur: interim Annibal numidas equites quingentos ad caſtra romana miſerat ſpeculatum: ubi & quantæ copiæ eſſent: & quid pararent: huic alæ equitum miſſi:ut ante dictum eſt: ab oſtio Rhodani trecenti romanorum equites occurrunt: prælium atrocius quam pro numero pugnantium editur: nam præter multa uulnera cædes etiam prope par utrinque fuit: fugaque & pauor numidarum romanis iam admodum feſſis: uictoriam dedit. Victores ad.clx.nec omnes romani ſed pars gallorum: uicti amplius ducentis ceciderunt. Hoc principium ſimulque omen belli: ut ſummæ rerum proſperum euẽtum: ita haud ſane incruentam ancipitiſque certaminis uictoriam romanis portendit. Re ita geſta ad utrunque ducem ſui redierunt: nec Scipionis ſtare ſententia poterat: niſi ut ex conſiliis cœptiſque hoſtis & ipſe conatus caperet: & Annibalem incertum:utrum cœptum ĩ Italiam intenderet iter:an cum eo qui primus ſe obtuliſſet romanus exercitus: manus conſereret auertit a præſenti certamine boiorum Legatio Reguliq; Matali aduentus: qui ſe duces itinerum: ſocios periculi fore affirmantes: integro bello nuſquam ante libatis uiribus Italiam aggrediendam cenſent.Multitudo timebat quidem hoſtem nondum obliterata memoria ſuperioris belli: ſed magis iter immenſum: alpeſq; rem fama utiq; inexpertis horrendam metuebat.Itaq; Annibal:poſteaquã ipſi ſententia ſtetit pergere ire:atq; Italiam petere:aduocata concione uarie militum uerſat animos caſtigando: adhortandoq;.Mirari ſe quiſnam pectora ſemper impauida repens terror inuaſerit.per tot annos uincentis eos ſtipendia facere:neq; ante Hiſpania exceſſiſſe:quam omnes gentes:& terræ:quas duo diuerſa maria amplectantur:carthaginenſium eſſent: indignatos deinde quod quicunq; Saguntum obſediſſẽt: uelut obnoxam ſibi dedi: poſtularet populus romanus: Iberum traieciſſe ad delendum nomen romanorum: liberandumque orbem terrarum.tum nemini uiſum id longum: cum ab occaſu ſolis ad exortus

intenderent iter:nunc posteaquam multo maiorē partem itineris emensam cernam: Pyreneum saltū iter ferocissimas gentes superatum:Rhodanū tantum amnē:tot millibus gallorꝫ ꝓhibentibus: domita etiam ipsius fluminis ui:traiectū in cōspectu alpes habeant:quarꝫ alterū latus Italiæ sit:in ipsis portis hostiū fatigatos subsistere:Quid aliud alpes esse credentes:quā montiū altitudines? fingerent altiores Pyreneis iugis:nullas ꝓfecto terras cælū cōtingere:nec inexuperabiles humano generi esse. Alpes quidē habitari:coli: gignere:atq; alere animātes:peruias paucis esse exercitibus:eos ipos:quos cernāt:legatos nō pēnis sublime elatos alpes trāsgressos: nec maiores quidē eorꝫ īdigenas:sed aduenas Italiæ cultores has ipsas alpes īgentibus sæpe agminibus cū liberis:ac cōiugibus migrantiū modo tuto trāsmississe. Militi quidē armato nihil secum præter instrumēta belli portanti:quid inuiū aut inexuperabile est? Saguntū ut caperet, quid ꝓ octo menses periculi:quid laboris exhaustū est? Romā orbis terrarꝫ caput petentibus:quicquā adeo asperꝫ atq; arduum uideri:quod incœptū moretur? cepisse quondā gallos ea:quæ adiri posse pœnus desperet. Proīde aut cederent aīo atq; uirtute genti:per eos dies totiens ab se uictæ:aut itineris finē sperent campū interiacentem Tyberi:ac mœnibus romanis. His exhortationibus incitatos corpora curare:atq; ad iter se parare iubet. Postero die ꝓfectus aduersa ripa Rhodani mediterranea Galliæ petit:nō quia rectior ad alpes uia esset:sed quantū a mari recessisset:minus obuiā fore romanū credens. cum quo:priusquā in Italiā uentum foret:nō erat in aīo manus cōserere. Quartis castris ad insulā ꝑuenit:ubi Arar Rhodanusq; amnis diuersis ex alpibus decurrentes agri aliquantulū amplexi cōfluunt in unū. mediis cāpis insulæ nomē inditū. accolunt prope allobroges gens iam inde nulla gallica gente opibus aut fama īferior. Tum discors erat. Regni certamine ambigebant fratres. maior:& qui prius īperitarat Brancus nomīe minore a fratre & cœtu iuniorum:qui iure minus ui plus poterat:pellebat. huius seditionis peropportuna disceptatio cū ad Annibalē deiecta esset:arbiter regni factus:quod erat senatus principūq; sententia:futurū īperium maiori restituit: ob id meritum commeatu:copiaq; regꝫ omniū:& uestis est adiutus: quod īfames frigoribus alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus allobrogū:cū iam alpes peteret:nō recta regione iter instituit:sed ad leuum ī tricastinos flexit:inde per extremā oram uocōtiorꝫ agri tetendit in trigorios haud usquā īpedita uia: priusquā ad Druentiā flumen peruenit. Is & ipse alpinus amnis longe omniū Galliæ fluminū difficilimus transitu est. Nam cum aquæ uim uchat īgentē:nō tamē nauiū patiens est; quia nullis coercitus ripis: pluribus simul. neq; iisdē alueis fluens:noua semp uada ꝓuoq; gurgites faciens:& ob eadē pediti quoq; incerta uia est. Ad hæc saxa globosa uoluens nihil stabile:nec tutu ingrediēti præbet: & tū forte imbribus auctus ingentē trasgredientibus tumultum fecit:cū super cætera trepidatione ipsi sua:atq; īcertis clamoribus turbarent. P. Cornelius consul triduo fere:posteaquam Annibal ab ripa Rhodani mouit; quadrato agmīe ad castra hostiū uenerat nullam dimicādi morā facturus. Cæterꝫ:ubi deserta muniméta; nec facile se tantū ꝓgressos assecuturꝫ uidet ad mare:ad naues rediit tutius faciliusq; ita descendēti ab alpibus Annibali occursurus:ne tamen nuda auxiliis romanis Hispania esset:quam prouinciam sortitus erat:Gn. Scipionem fratrē cum maxīa parte copiarꝫ aduersus Asdrubalem misit:non ad tutandos tantūmodo ueteres socios:conciliandosque nouos:sed etiam ad pellendum Hispania Asdrubalem: ipse cum admodū exiguis copiis Placentiam repetit:eo qui circa Padum erat exercitu Italiā defensurus. Annibal ab Druētiam campestri maxīe itinere cū bona pace ad alpes īcolentiū ea loca gallorꝫ ꝑuenit. Tū quanq̄ fama prius:qua qdē incerta in maius uero ferri solēt:ꝓcepta res erat:tamē ex ꝓpinquo uisa montiū altitudo:niuesq; cælo ꝓpe īmixtæ; tecta informia īpositā rupibus:pecora ꝓmétaq; torrida frigore:hoīes intōsi & inculti; aīalia īanimaq; oīa rigentia gelu:cætera uisu:quā dictu fœdiora terrorē renouare: Erigētibus ī primos agmē cliuos apparuerūt īminētes tumulos īsidentes mōtani. Qui:si ualles occultiores īsedissent:coorti ī pugnā repēte ingentē fugā:stragēq; dedissent. Annibal cōsistere signa iubet:galliscq; ad uisenda loca ꝓmissis:posteaquam cōperit transitū ea nō esse:castra inter cōfragosa oīa ꝓruptaq;:quā extētissima pōt ualle:locat. Tū ꝓ eosdē gallos haud sane multū līgua moribusq; abhorrētes cū se īmiscuissent:colloquiis mōtanorꝫ edoctus īterdiu tantū obsideri saltū: nocte in sua quenq; dilabi tecta:luce prima subiit tumulos:ut ex apto:atq; interdiu uiā ꝓ angustias facturus:die deīde simulādo aliud quā qd parabat cōsumpto:cū eodē; quo cōstiterant loco:castra cōmunisset. ubi primū digressos tumulis mōtanos:laxataq; sensit custodias:pluribus ignibus: quā ꝓ numero manētiū ī speciē factis:īpedimētisq; cū eqte relictis:& maxīa parte peditū:ipe cū expeditis accerrimo quoq; uiro:raptim angustias euadit. Iisq; ipsis tumulis:quos hostes tenuerāt:cōsedit. Prima deinde luce castra mota & agmen reliquū īcedere cœpit. Iam mōtani:signo dato ex castellis ad stationē solitā conueniebant:cum repente conspiciunt alios arce occupata sua super caput imminentis:alios uia transire hostes utraq; simul obiecta res oculis; aīs īmobiles parūper eos defixit. Deinde; ut trepidationē ī angustiis suoq; ipo tumultu Annibalis misceri agmē uidere:equis maxīe cōsternatis:quibus quicqd adiecissēt ipsi terroris satis ad pernicie fore rati:peruersis rupibus:iuxta inuia:ac deuia assueti decurrunt. Tum uero simul ab hostibus simul ab iniquitate locorum pœni oppugnabantur; plusque inter ipsos sibi cuique tendenti; ut periculo prius euaderet; quam cum hostibus certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant; qui & clamoribns dissonis; quos nemora etiam; repercussæque ualles augebant; territi trepidabant; & icti forte aut uulnerati adeo consternati sunt; ut stragem ingentem simul

hominum ac sarcinarũ omnis generis facerẽt. multosq; turba: cum præcipites diruptæq; utrinq; angustiæ essent: in imensum altitudinis deiecit: quosdã & armatos. inde ruinæ maximæ modo iumẽta cũ oneribus deuoluebant. Quæ quanquã fœda uisu erant: stetit parumper tamẽ Annibal: ac suos cõtinuit: ne tumultũ ac trepidationẽ augeret. Deinde posteaquã interrumpi agmẽ uidit: periculũq; esse: ne exutũ impedimẽtis exercitum nequicquã icolumẽ traduxisset: decurrit ex superiore loco. Et cum ipetu ipso fudisset hostem: suis tumultũ auxit. Sed iis tumultus momẽto temporis: posteaq̃ liberata itinera fuga mõtanorũ erãt: sedatur: nec per otium modo: sed ꝓpe silentio mox oẽs traducti. Castellũ inde: quod caput eius regionis erat: uicosq; circũiectos capit: & captiuorũ pecoribus per triduũ exercitũ aluit. Et quia nec mõtanis primo ꝓculsis: nec loco magnopere ipediebantur: aliquãtulũ eo triduo uiæ cõfecit. Peruentũ inde ad frequentẽ cultoribus alium: ut iter mõtana: populũ: ibi nõ bello aperto: sed suis artibus: fraude: deinde insidiis: est prope circunuẽtus. Magno natu principes castellorũ oratores ad pœnũ ueniunt: alienis malis utili exemplo doctos memorantes amicitiã male: quã uim experiri pœnorũ: itaq; obediẽter iperata facturos: cõmeatũ itineriscq; duces & ad fidem ꝓmissorũ obsides acciperet. Annibal nec temere credendo: nec aspernãdo: ne repudiati aperte hostes fierent: benigne cũ respondisset obsidibus: quos dabant acceptis: cõmeatu: quẽ in uia ipsi detulerant: usus nequaquã ut inter pacatos incõposito agmine duces eorũ sequitur. Primũ agmen elephanti: & equites erant: ipse post cũ robore peditũ circũspectans sollicitus oĩa incedebat: ubi in angustiorẽ uiam ex parte altera subiectam iugo insuper iminenti uentũ est: undiq; ex insidiis Barbari a fronte: & a tergo coorti cõminus eminusq; petunt: saxa ingentia in agmẽ deuoluũt: maxĩa a tergo uis hominũ urgebat: in eos uersa peditum acies haud dubiũ fecit: quin nisi firmata extrema agmina fuissent: ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoq; ad extremũ periculi ac ꝓpe pernicié uentũ est. Nam dũ cunctaretur Annibal dimittere in angustias agmẽ: quia nõ ut ipse equitibus præsidio erat: ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat: occursantes per obliqua montani erupto medio agmine uiã insedere. Noxq; una Annibali sine equitibus ac ipedimentis acta est. Postero die iã segnius itercursantibus barbaris: iunctæ copiæ saltusq; haud sine clade maiore tamẽ iumentorũ: quã hominũ pernicie superatus. inde mõtani pauciores iam & latrocinii magis: quã belli more cõcursabant: modo in primũ mõ in nouissimũ agmẽ: ut cuiq; aut locus opportunitatẽ daret: aut ꝓgressi moratiue aliquã occasionẽ fecissent. Elephanti sicut præcipites per arctas uias magna mora agebãtur: ita tutũ ab hostibus: quacũq; incederent: quia insuetis adeundi ꝓpius metus erat: agmẽ præcedebãt. Nono die ĩ iugũ alpiũ peruentum est per iuia plæraq; & terrores: quos aut ducẽtiũ fraus: aut ubi fides iis nõ esset: temere initæ ualles a cõiectantibus iter faciebãt. Biduũ in iugis statiua habita: fessisq; labore ac pugnando quies data militibus: iumẽtaq; aliquot: quæ prolapsa ĩ rupibus erant: sequẽdo uestigia agminis in castra puenere. Fessis tædio tot malorũ: niuis etiã casus: occidente iã sydere uergiliarũ: ingentẽ terrorẽ adiecit p oĩa niue cõpleta. Cũ signis prima luce motis segniter agmẽ incederet: pigritiaque & desperatio in omniũ uultu emineret: prægressus signa Annibal ĩ promõtorio quodã: unde longe ac late ꝓfectus erat: cõsistere iussis militibus Italiã ostentat: subiectosq; alpinis montibus circũpadanos cãpos: mœniaq; eos tũ trãscendere: nõ Italiæ modo: sed etiã urbis Romæ: Cætera plana procliuia fore uno: aut ad summũ altero prælio: arcẽ & caput Italiæ in manu habituros. Procedere inde agmen cœpit: iam nihil ne hostibus quidẽ præter parua furta p occasionẽ tentãtibus: cæterũ iter multo quam in ascensu fuerat: ut plæraq; alpiũ ab Italia sicut breuiora ita arrectiora sunt: difficilius fuit. Omnis enim ferme uia præceps: angusta: lubrica erat: ut neq; sustinere se a lapsu possent: nec si qui paululũ titubassẽt hærere afflictis uestigio suo: aliisq; sup alios: & iumẽta & hoĩes occiderẽt. Ventũ deinde ad multo angustiorem rupẽ. atq; ita rectis saxis ut ægre expeditus miles tentabũdus: manibusque retinẽs uirgulta: ac stirpes circa eminentes dimittere sese posset. Natura locus iam ãte præceps recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinẽ abruptus erat. Ibi ueluti cũ ad finẽ uiæ equites cõstitissent: miranti Annibali: quæ res moraretur agmẽ: nunciat rupẽ in uiam esse: Digressus deinde ipse ad locum uisendũ: haud dubia res uisa: qn per inuia circa nec trita antea: quãuis lõgo ãbitu circũduceret agmẽ: Ea uero uia ĩsuperabilis fuit: Nam cũ super ueterẽ niuem intactã noua modicæ altitudinis esset: molli nec præaltæ niui facile pedes ingrediẽtiũ insistebãt. Vt uero tot hoĩum iumẽtorũq; incessu dilapsa est: pernudã infra glaciẽ fluentẽq; labẽ liquescẽtis niuis ingrediebantur. terra ibi luctatio erat: ut a lubrica glacie non recipiente uestigium: & in prono citius pede se fallente: ut seu manibus in assurgendo: seu genu se adiuuissent: ipsis adminiculis pro lapsi si iterum corruissent: nec stirpes circa radicesue ad quas pẽde: aut manu quisquam eniti posset erant: itaq; in leui tantum glacie: tabidaq; niue uolutabantur iumenta: secabantur interdum: & iam tum: infirmam ingredientia niuem: & prolapsa iactandis grauius in continendo ungulis penitus perfringebant: ut plæraque uelut pedica capta hærerent in dura & alta concreta glacie. Tandem nequicquam iumẽtis atq; hoĩbus fatigatis: castra in iugo posita. Egerrime ad idipsum loco purgato tantum niuis fodiendum: atque egerendum: fuit: inde ad rupem minuẽdam per quam uia una esse poterat: milites ducti: cum cedendum esset saxum: arboribus circa in manibus deiectis detruncatisque struem ingentem lignorum faciunt: eamque cum & uis uenti apta faciendo igni coorta esset: succendunt: ardentiaque saxa infuso acero putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt: molliuntque an fractibus modicis cliuos: ut non iumenta solum: sed elephanti etiam deduci possent. Quadriduum super rupem

consumptum.iumenta prope fame absumebant. Nuda enī fere cacumia sunt:& si quid est pabuli:obruunt niues,inferiora uallis apricos quosdā colles habent: riuosq; prope siluas etiā humano cultu digniora loca:ibi iumenta in pabulū missa:& quies muniendo fessis hoībus data triduo.Inde ad planū descensum est:etiā locis mollioribus & accollaꝝ ingeniis.Hoc maxīe modo peruentum est in Italiā Quinto mense a Carthagine noua:ut quidā auctores sunt.Quinto decimo die alpibus superatis.Quantæ copiæ trāsgresso in Italiam Annibali fuerint:nequaquā inter auctores constat:qui plurimū centū millia peditū:uiginti equtū fuisse scribūt:q minimū uiginti millia peditū sex equitū.L.Cinnius Alimētius:qui captū se ab Anniba le scribit:maxīe auctor moueret me:nisi cōfūderet numeꝝ gallis Liguribusq; additis. cū his scribit .lxxx. millia peditū.x.equitū adducta in Italiā:magis affluxisse ueriſimile ē.& ita quidā auctores sūt.Ex ipso autē audiuisse Annibale:posteaq̄ Rhodanū transierūt:xxxvi.millia hominū:ingentēq; numeꝝ equoꝝ & alioꝝ iumētoꝝ amississe ī taurinis:quæ gallis ꝓxima gens erat ī Italiā digresso.Id cū īter oēs constet: eo magis miror ambigi:q̄ nā alpes trāsierit:& uulgo credere Pennino:atq; īde nomē & iugo alpiū īditū. Trāsgressū Celius ꝑ Cremōis iugū dicit trāsisse:q ābo saltus eū nō in taurinos sed ꝑ saltus mōtanos ad lībuos gallos deduxissent. Nec uerisimile est:ea tum ad Galliam patuisse itinera:utique cum:quæ ad Penninum ferāt: obsepta gentibus semigermanis fuissent:neq; Hercule mōtibus his:si quē forte id mouet:a trāsitu pœnorum ullo:sed ab uno uel acri incola iugi eius norūt nomē inditū:Peropportune ad principiū reꝝ taurinis proximæ genti aduersus insubres motū bellū erat:sed armare exercitū Annibal:ut parti alteri auxilio eēt: in reficiendo maxīe sentientē contracta ante mala nō poterat:otium & enī ex labore:copia ex inopia: cultus ex illuuie tabeq;:squalida & prope efferata corpora uarie mouebant.Ea.P.Cornelio consuli causa fuit: cum Pisas nauibus uenisset:exercitus a Manlio Attilioq; accepto tyrone : & in nouis ignominiis trepido ad Padum festinandi:ut cū hoste nondū refecto manū cōsereret.Sed cū Placentiā consul uenit:iam ex statiuis mouerat Annibal.taurinorūq; unam urbē caput gentis eius:quia uolētis in amicitiā nō ueniebat: ui expugnauit.Iunxisset sibi:nō metu solū:sed etiam uoluntate gallos accolas Padi ; ni eos circunspectantes defectionis tēpus subito aduentus consulis oppressisset: & Annibal mouit ex taurinis incertus quæ pars sequenda esset.gallos præsentē se secuturos ratus.Iam prope in cōspectu erant exercitus: cōuenērātq; duces:sicut uterq; inter se nōdum satis noti:ita iam ībutus uterq; quadam admiratōne alterius .Nam Annibalis & apud romāos iam ante Sagūti excidium celeberrimum nomē erat:& Scipionem Annibal eo ipō: quod aduersus se dux potissimū lectus esset:præstantē uiꝝ credebat:& auxerant inter se opinionē: Scipio qđ relictus in Gallia obuius fuerat in Italiā transgresso Annibali:& conatu tam audaci traiiciēdaꝝ alpiū: & effectu occupauit.tamē Scipio Padum traiecit:& ad Ticinum amnen motis castris: priusq̄ educeret in aciem :adhortādoꝝ militum causa talē orationē exorsus est.Si eum exercitum milites educerem in aciē: quem in Gallia mecum habui:supersedissem loqui apud uos.Quid enim adhortari referret:aut eos equites:qui equitatū hostiū ad Rhodanū flumē uicissent egregie:aut has legiones:cū quibus fugientē hūc ipsum hostē secutus confessionē cedentis ac detrectantis certamen pro uictoria habui:nunc quia ille exercitus Hispaniæ prouinciæ scriptus:ibi cū fratre.Gn.Scipione meis auspiciis rem gerit:ubi eū gerere senatus populusq; romanus uoluit:ego:ut cōsulem ducē aduersus Annibalē ac pœnos haberetis:ipse me huic uoluntario certamini obtuli:nouo imperatori apud nouos milites pauca uerba facienda sunt:ne genus belli: neue hostem ignoretis:cū iis est uobis milites pugnandū:quos terra mariq; priore bello uicistis:a quibus stipendiū per.xx.annos exegistis:a quibus capta belli præmia Siciliā:ac Sardiniam habetis.Erit igitur ī hoc certamīe is uobis:illisq; animus:qui uictoribus & uictis esse solet. Nec nūc illi: quia audent ; sed quia necesse est:pugnaturi sunt:nisi creditis:qui exercitu incolumi pugnā detrectauere eos duabus partibus pedi tum equitūq; in transitu alpiū amissis:qui plures pœne perierint:quē supersint plus spei nactos esse.At.n. pauci quidem sunt:sed ingentes ais corporibusq;:quoꝝ robora:ac uires sustinere uis ulla uix possit.effigies immo umbræ hominum:fame:frigore:illuuie:squallore enecti:cōtusi ac debilitati inter saxa rupesque: ad hæc perusti artus niue rigentes nerui:membra torrida gelu.quassata fractaque arma:claudi ac debiles equi:cum hoc equite:cum hoc pedite pugnaturi estis:reliquias extremas hostiū non hostes habebitis. Ac nihil magis uereor:ne ante quam uos cum hoste pugnaueritis:Annibalem alpes uicisse uideantur. sed ita forsitan decuit cum fœderum ruptore duce ac populo deos ipsos sine ulla humana ope committere ac ꝑfligare bellum:nos autem:qui secundum deos uiolati sumus:commissum ac profligatum conficere. Non uereor:ne quis me hoc uestri adhortandi causa magnifice loqui existimet: ipsum aliter animo affectum esse.Licuit in Hispaniam prouinciam meam ire:quo iam profectus eram cum exercitu meo: ubi & fratrē consilii participem ac periculi socium habereē:& Asdrubalem potius:quam Annibalem hostem:& minorem haud dubie molē belli: tamen cum præterueherer nauibus Galliæ oram:ad famam huius hostis in terra egressus : præmisso equitatu ad Rhodanum moui castra. Equestri prælio : qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est:hoste fudi.peditum agmē: qđ ī modū fugientiū raptim agebat: quia assequi terra non poteram: neq; regressus ad naues erat :quanta maxime celeritate potui :tanto maris terrarumq; circuitu in radicibus alpium obuius fui.huic timendo hosti:utrum cum declinarem certamen : improuisus uideor incidisse:an occurrere in uestigiis eius: lacesse:e: ac trahere ad decernendum ?Experiri iuuat : utrum alios certe repente carthaginenses per uiginti annos terra ediderit : an iidem sint :

qui ad Egates pugnauere ĩnſulas:& quos ab Eryce duo de uigenis denariis æſtimatos emiſtis.Et utrũ Annibal hic ſit æmulus itineꝛ Herculis:ut ipſe fert: an uectigalis ſtipendiariuſq; & ſeruus populi romani a patre relictus.Quẽ niſi ſaguntinũ ſcelus agitaret:reſpiceret ꝓfecto ſi nõ patriam uictam domum certe: patremq; & fœdera Amilcaris ſcripta manu:qui iuſſus a conſule noſtro præſidiũ deduxit ab Eryce :qui graues ĩpoſitas uictis carthaginẽſibus leges fremẽs mœrenſq; accepit. Qui decedere Sicilia: qui ſtipendium populo romano dare pactus eſt:itaq; uos ego milites:nõ eo ſolũ animo: quo aduerſus alios hoſtes ſoletis pugnare uellim:ſed cũ indignatione quadã:atq; ira uelut ſi ſeruos uideatis ueſtros arma repente cõtra uos ferentes.Licuit:ſi uoluiſſemus: ad Erycem clauſos ultimo ſupplicio humanoꝛ fame ĩterficere,licuit claſſem uictricẽ ĩ Africã traĩcere:atq; intra paucos dies ſine ullo certamĩe Carthaginẽ delere,ueniã dedimus precantibus:emiſimuſq; ex obſidione :pacẽ cũ uictis fecimus:tutelæ noſtræ deinde duximus cum africo bello urgerent.Pro his ĩpartitis furioſum iuuenẽ ſequentes oppugnatũ patriã noſtram ueniũt. atq; utinã ꝓ decore nobis hoc tantũ & nõ ꝓ ſalute eſſet certamẽ.Non de poſſeſſione Siciliæ ac Sardiniæ:de quibus quondã agebat:ſed pro Italia uobis eſt pugnãdũ.Nec eſt alius a tergo exercitus:qui niſi nos uincimus:hoſti obſiſtat,nec alpes aliæ ſũt:quas dũ ſuperat:cõparari noua poſſint præſidia:hic eſt obſtandũ milites:uelut ſi ante romana mœnia pugnemus,unuſquiſq; ſe non corpus ſuũ: ſed coniugẽ ac liberos paruos armis protegere puret.Nec domeſticas ſolũ agitet curas:ſed identidẽ hoc aĩo reputet: noſtras nũc ĩtueri manus ſenatum populũq; romanũ:qualis noſtra uis uirtuſq; fuerit:talẽ deinde fortunã illius urbis: ac romani ĩperii fore.Hæc apud romanos cõſul.Annibal rebus prius:quã uerbis adhortãdos milites ratus:circũdato ad ſpectaculũ exercitu captiuos mõtanos uĩnctos in medio cõſtituit: armiſq; gallicis ante pedes eoꝛ proiectis:interrogare interpretẽ iuſſit: quis ſi uinculis leuaretur:armaque & equũ uictor acciperet:decertare ferro uellet:cũ ad unũ oẽs ferrũ pugnãq; poſcerẽt:& deiecta eſſet ĩ id ſors:ſe quiſq; cũ optabat: quẽ fortuna in id certamẽ eligeret.Vt cuiuſq; ſors exciderat:alacer inter gratulãtes gaudio exultãs: cũ ſui moris tripudiis arma raptim capiebat.Vbi uero dimicarent:is habitus animoꝛ non inter eiuſdẽ modo cõdiciõis hoſtes erat:ſed etiã inter ſpectantes uulgo ut nõ uincentiũ magis:quã bene morientiũ fortuna laudaretur. dum ſic aliquot ſpectatis paribus affectos d[illegible]niſiſſet: concione inde aduocata: ita apud eos locutus fert. Si:quẽ animũ in alienæ ſortis exemplo pauloante habuiſtis:eundẽ mox in æſtimãda fortuna ueſtra habueritis:uicimus milites:neq; enim ſpectaculũ modo illud:ſed quædã ueluti imago ueſtræ cõdicionis erat: ac neſcio an maiora uicula:maioreſq; neceſſitates uobis:quã captiuis ueſtris fortũa circũdederit:dextera: leuaq; duo maria claudunt:nullã ne ad effugiũ quidẽ nauem habentibus.circa Padus amnis maior ac uiolentior Rodano: a tergo Alpes urgent: uix integris uobis: ac uigentibus tranſite: hic uobis uincendũ aut moriendum milites eſt. Vbi primũ hoſti occurriſtis:& eadẽ fortuna:quæ neceſſitatẽ pugnandi impoſuit: præmia uobis ea uictoribus ꝓponit:q bus ampliora hoĩes ne a diis quidẽ ĩmortalibus optare ſolẽt.Si Siciliam tantum ac Sardiniam parentibus noſtris ereptas noſtra uirtute recuperaturi eſſemus:ſatis tamẽ ampla pretia eſſent.Quicquid romani tot triũphis partum congeſtũq; poſſident: id omne cũ ipſis dominis noſtrum futuꝛ eſt:in hanc tam optimã mercædẽ agite cũ diis bene iuuãtibus:arma capite.Satis adhuc in naſtis Luſitaniæ Celtiberiæq; collibus pecora conſectãdo nullũ emolumentum tot laboꝛ periculorũque ueſtroꝛ uidiſtis.Tempus eſt opulenta uos ac ditia ſtipendia facere:& magna opere pretia mereri. Tantũ itineris per tot montes fluminaq; & tot armatas gentes emẽſos.hic uobis terminũ laboꝛ fortuna dedit. hic dignam mercædẽ emeritis ſtipendiis dabit:nec quã magni nominis bellũ eſt:tam difficilem exiſtimaueritis uictoriã fore.Sæpe & contẽptus hoſtis cruentũ certamẽ edidit:& inclyti populi regeſq; perleui momento uicti ſunt.Vnde dempto hoc uno fulgure nomĩs romani:quid eſt:quod illi uobis cõparandi ſint? ut uiginti annoꝛ militiã ueſtrã cũ illa uirtute:cũ illa fortuna tacea:ab Herculis columnis:ab Oceano:terminiſq; ultimis terraꝛ.per tot ferociſſimos Hiſpaniæ & Galliæ populos uincentes huc ꝓueniſtis .pugnabitis cum exercitu tyrone ac ipſa æſtate cæſo:uicto:circũſeſſo a gallis:ignoto adhuc duci ſuo ignorãtique ducem. An me in pretorio patris clariſſimi imperatoris prope natum certe educatum domitorem Hiſpaniæ:Galliæq; uictorem eundem nõ alpinaꝛ mõ gentium:ipſaꝛ:quod multo maius eſt:alpiũ: cũ ſemeſtri hoc conferã duce deſertore exercitus ſui. Cui ſiquis:demptis ſignis:pœnos romanoſq; hodie oſtẽdat:ignoratuꝛ certũ habeo utrius exercitus ſit cõſul.Non ergo illud parui æſtimo milites :quod nemo ueſtrũ eſt: cuius non ante oculos ipſe ſæpe militare aliquod ediderim facinus:cui nõ idem ego uirtutis ſpectator: ac teſtis notata tẽporibus lociſq; referre ſua poſſim decora.Tũ laudaſtis me milites:donaſtis:alumnus prius oĩum ueſtrũ:quã ĩperator ꝓcedã acie aduerſus ignotos inter ſe:ignoratesq;.Quocũq; circũtuli oculos:plena oĩa uideo aĩorum ac roboris:ueteranũ peditem:generoſiſſimaꝛ gentium equites:frænatos & infrænatos:uos ſocios fideliſſimos fortiſſimoſq;:uos carthaginẽſes cũ ob patriã tũ ob irã iuſtiſſimã pugnaturos: inferimus bellũ:ĩfeſtiſq; ſignis deſcendimus in Italiã tãto audacius fortiuſq; pugnaturi: quãto maior ſpes: maiorque animus inferentis eſt uim: quam arcentis. Accendit præterea animos: & ſtimulat dolor iniuria:ĩdignitas ad ſupplicii de popoſcere me ducẽ primũ: deĩde uos oẽs:qui Saguntũ oppugnaſſetis:deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere.crudeliſſima:ac ſupbiſſima gẽs ſua oĩa ſuiq; arbitrii facere:cũ q bus bellum :cũ q bus pacem habeamus: ſe modum imponere æquũ cenſet.Circunſcribit: ĩcluditq; nos terminis montium fluminũq;:quos ne excedamus:neq; eos:quos ſtatuit termios:obſeruat. Ne tranſieris Iberum:

ne quid rei tibi sit cum saguntinis:ad Iberum est Saguntum:nusquā te uestigio moueris pax est:quod ue-
terrimas ꝓuincias nostras Siciliam ac Sardiniā adimit etiā Hispaniā:si inde cesseris in Africam trāscēdet.
Transcendisse autē dico:duos consules huius anni:unū in Africā alterū in Hispaniam misere.Nihil usquā
nobis relictū est:nisi quod armis uindicauerimus.Illis timidis & ignauis licet esse: qui respectū habēt: qđ
suus ager q; sua terra per tuta ac pacata itinera fugientes:accipient: Vobis necesse est fortibus uiris esse:&
omnibus inter uictoriā mortēue certa desperatione abruptis:aut uincere:aut si fortuna dubitabit :ī præ-
lio potius:quā in fuga morte oppetere.Si hoc benefixum omnibus destinatūq; in animo est :iterū dicam:
uicistis:nullum incitamentū ad uincendū homini a diis īmortalibus acrius datū est.His adhortationibus
cum utrinq; ad certamē accensi militum animi essent:romani ponte Ticinū iungunt:tutādiq; pontis cau
sa castellū super ꝓponunt.pœnus opere occupatis hostibus:Maharbalē cum ala numidarū equitibus qui-
gētis ad depopulādos socioꝝ populi romani agros mittit: gallis parci quāmaxime iubet: Principūq; aios
sollicitare ad defectionē.Ponte perfecto:traductus romanus exercitus in agrū insubrium quinque millia
passuū a uico tumulis cōsedit : ibi Annibal castra habebat.Reuocatoq; ꝓpere Maharbale atq; equitibus:
cum instare certamē cerneret:nihil unquā satis dictum monitūq; ad cohortādos milites ratus:uocatis ad-
concionē certa præmia ꝓnunciat:in quoꝝ spem pugnarēt:agrū sese datuꝝ in Italia esse; Africa Hispania:
ubi quisq; uelit īmunem ipsi:qui accepissēt:liberisq;:qui pecuniā quā agrū maluissēt:ei se argento satisfac-
turum:qui socioꝝ ciues carthaginēses fieri uellēt;potestatē facturū.Qui domos redire mallent:datuꝝ se
operam ne cuius suoꝝ popularium mutatā secum fortunā esse uellent; seruis quoq; dominos prosecutis
libertatem proponit;binaq; pro his mācipia dominis se redditurū.Eaque ut rata scirent fore:agnum leua
manu.dextera scilicem retinens:si falleret:Iouem cæteroscq; præcatus deos:ita se mactarent:quēadmodum
ipse agnū mactasset:& secundū precationē caput pecudis saxo elisit. Tum uero uelut diis auctoribus oēs
in spem suam quisq; acceptis : id moræ:quod nondū pugnarent; ad potienda sperata rati prælių uno aio
& una uoce poscunt.Apud romanos haudquaquā tanta alacritas erat: super cætera recētibus etiā territos
prodigiis:nam & lupus intrauerat castra:laniatisq; obuiis:ipse intactus euaserat. Examen apum arbore in
prætorio īminente cōsederat.Quibus procuratis Scipio cū equitatu iaculatoribusq; expeditis ꝓfectus ad
castra hostiū exq; propinquo copias quantæ:& cuius generis esset speculandas:obuius fit Annibali:& ipsī
cū equitibus ad exploranda circa loca progresso .Neutri alteros primo cernebāt .Densior deinde incessu
tot hominū;equorūq; oriens puluis signū,ꝓpinquantium hostiū fuit.Constitit utrūq; agmen:& prælio se
se expediebant.Scipio iaculatores & gallos equites in fronte locat.romanos sociorūq;:quod roboris fuit:
in subsidiis.Annibal frænatos equites in mediū accipit.Cornua numidis firmat. uix dum clamore subla-
to:iaculatores fugere inter subsidia ad secundā aciem.Inde equitū certamē erat alquādiu anceps: Deinde:
quia turbabant equos pedites intermixti:multis labentibus ex equis:aut desilientibus:ubi suos premi cir-
cunuentos uidissent:iam magna ex parte anceps erat :donec numidæ: qui in cornibus erant; circunuecti
paululum a tergo se ostendere.Is pauor ꝑculit romanos:auxitq; pauorē consulis uulnus: piculumq; inter-
cursu tū primū pubescentis filii pulsatū:hic erat iuuenis:penes quē ꝓfecti huiusce belli laus est:Africanus
ob egregiā uictoriā de Annibale & de pœnis appellatus.Fuga tamē effusa iaculatoꝝ maxīe fuit:quos pri-
mos numidæ iuasērūt.Alius cōsertus eqtatus cōsulē ī medio acceptū:nō armis mō:sed ēt corporibus suis
protegens in castra usquā trepide neq; effuse cedendo reduxit :Seruati consulis decus Cælius ad seruum
natione Ligurem delegat:malim equidem de filio ueꝝ esse:quod & plures tradidere auctores:seruū fama
obtinuit.Hoc primū cū Annibale prælium fuit:quo facile apparuit:& equitatu melioré pœnum eē: & ob
id cāpos patentes:quales sunt inter Padum Alpesq;:bello gerendo romanis aptos nō esse. Itaq; ꝓxima no-
cte:iussis militibus:uasa silentio colligere:castra ab Ticino mota: festinatūq; ad Padum est:ut ratibus:qui
bus iunxerat flumē:nondū resolutis:sine tumultu:atq; īsectatione hostis copias traiiceret. Prius Placētiā
ꝓuenere:quā satis sciret Annibal ab Ticino ꝓfectos.Tamē aliquot moratoꝝ ī citeriore ripa segniter ratē
soluētes cepit.trāsire nō potuit pontē:ut extrema resoluta erant:tota rate in secundā aquā labente.Cælius
auctor est Magonē cū equitatu & hispanis peditibus flumē extēplo transnatasse:ipsum Annibalē p supe-
riora Padi uada exercitū traduxisse: Elephantis ī ordinē ad sustinendū impetū fluminis oppositis:ea peri-
ti amnis eius uix fecerint.Namq; equites:armis equisq; saluis: tantā uim flumen supasse nō ueriſimile est:
ut iam hispanos oīs inflati transuexerit utres:sed multoꝝ dieꝝ circuitu Padi uada petēda fuerit:quā exer-
citus grauis īpedimētis traduci posset.Potiores apud me auctores sūt:qui biduo uix locū rate iungēdo flu
mini inuentū tradūt:eo cū Magone eqtes hispanoꝝ expeditos ꝓmissos.Dū Annibal circa flumē legatio-
nibus galloꝝ audiendis moratus traiicit grauius peditū agmē:interim Mago:eqteſq; ab trāsitu fluminis
diei unius itinere Placentiā ad hostes cōtendūt.Annibal paucis post diebus sex millia a Placētia castra cō-
muniuit:& postero die ī cōspectu hostiū acie directa:potestatē pugnæ fecit.In sequēti nocte cædes ī castris
romanis tumultu tamen:quam re maior:ab auxiliaribus gallis facta est.Ad duo millia peditum & ducenti
equites:uigilibus ad portas trucidatis: ad Annibalem transfugiūt. Quos pœnus benigne allocutus:& spe
ingentium donorum accensos ; in ciuitates quenque suas ad sollicitandum popularium animos dimi-
sit . Scipio cædem eam signum defectionis omnium gallorum esse ratus ; contractosque eo scelere ue-
lut iniecta rabie ad arma ituros ; quanquam grauis adhuc uulnere erat ; tamen quarta uigilia noctis

inſequentis: tacito agmine profectus ad Trebiam fluuium: in loca altiora colleſque impeditiores eqti caſtra mouet. Minus quã ad Ticinũ fefellit. miſſiſq; Annibal primũ numidis; deinde omni equitatu turbaſſet utiq; nouiſſimum agmẽ: ni auiditate prædæ in uacua romana caſtra diuertiſſent. Ibi dum ꝓſcrutãtes loca oĩa caſtrorũ nullo ſatis digno moræ pretio tempus terunt: emiſſus eſt hoſtis de manibus. Et cum iam tranſgreſſos Trebiã romanos metanteſq; caſtra cõſpexiſſent: paucos moratorũ occiderunt circa flumen interceptos. Scipio nec uexationẽ uulneris in uia iactantis ultra patiens & collegam (iam enim reuocatum ex Sicilia audierat) ratus expectandũ: locũ: qui prope flumẽ tutiſſimus ſtatiuis eſt uiſus: delectum cõmuniuit. Nec procul inde Annibal: cũ conſediſſet: quantũ uictoria equeſtri elatus: tantũ anxius inopia: quæ per hoſtiũ agros euntẽ nuſquã præparatis cõmeatibus maior ĩ dies excipiebat: ad Claſtidium uicum: quo magnũ frumẽti numerũ cõgeſſerant romani: mittit. Ibi: cũ uim pararent: ſpes facta ꝑditionis: nec ſane magno pretio nũmis aureis quadringẽtis datis. P. Brunduſino præfecto ꝓſidii corrupto tradit Annibali Claſtidium: id horreũ fuit pœnis ſedẽtibus ad Trebiã. In captiuos ex tradito præſidio: ut fama clæmẽtiæ in principio rerũ colligeretur: nihil ſæuitũ eſt. Cum ad Trebiã terreſtre conſtitiſſet bellũ: interim circa Siciliam inſulaſq; Italiæ ĩminentes: & a Sempronio cõſule: & ante aduentũ eius terra mariq; res geſtæ. Viginti quinqueremes cũ mille armatis ad depopulandã oram Italiæ a carthaginẽſibus miſſæ: nouem liparas: octo ad inſulã Vulcani tenuerũt. tres in ſretũ auertit æſtus. Ad eas cõſpectas a Meſſana duodecim naues ab Hierone rege ſyracuſanorũ miſſe: qui tum forte Meſſanæ erat: conſulẽ romanum opperiens: nullo repugnãte: captas naues Meſſanã in portũ deduxerunt. Cognitum ex captiuis præter uiginti naues: cuius ipſi claſſis eſſent: in Italiã miſſas: quinq; & triginta alias quinqueremes Siciliã petere ad ſollicitandos ueteres ſocios: Lilybæi occupandi præcipuã curam eſſe: credere eadẽ tẽpeſtate: qua ipſi diſiecti forent: eã quoque claſſem ad Aegadis inſulã deiectã. Hæc ſicut audita erãt: rex Meſſanæ Aemylio prætori: cuius Sicilia erat prouincia: præſcribit: monetq; Lilybæum firmo teneret ꝓſidio. Extemplo & circa prætorẽ a ciuitate miſſi legati tribuniq; qui ſuos ad curã cuſtodiæ intenderẽt: ante oĩa Lilybæũ teneri ad apparatũ belli. Edicto ꝓpoſito: ut ſocii nauales. x. dierũ cocta cibaria ad naues deferrent: & ubi ſignum datũ eſſet: nequid moram cõſcendendi faceret: pque omnẽ oram qui erant: ex ſpeculis cõſpicerent aduentantẽ hoſtiũ claſſẽ. Simul itaq; quanquã de induſtria morati curſum nauiũ erant carthaginẽſes: ut ante lucem accederẽt Lilybæum: præſenſum tamẽ eſt: quia & luna ꝓnox erat: & ſublatis armamẽtis ueniebant: extẽplo datum eſt ſignum e ſpeculis: & in oppido ad arma cõclamatũ eſt: & in naues conſenſum: pars militũ in muris portarumq; ſtationibus: pars in nauibus erant: & carthaginẽſes: quia rem fore haud cũ in paratis cernebãt: uſq; ad lucem portu ſe abſtinuerunt: demendis armamẽtis eo tempore aptandaq; ad pugnã claſſe abſumpto. ubi illuxit: recepere claſſem in altum: ut ſpatiũ pugnæ eſſet: exitũq; liberum e portu naues hoſtiũ haberẽt. Nec romani detrectauere pugnã: & memoria circa ea ipſa loca geſtarũ rerũ fretus: & militũ multitudine ac uirtute: ubi in altum euecti ſunt: romanus cõſerere pugnã: & ex ꝓpinquo uires cõferre uelle. Contra eludere pœnus & arte: non ui rem gerere: nauiũ: quã uirorũ: aut armorũ malle certamẽ facere: Nam: ut ſociis naualibus affatim inſtructã claſſem: ita inopẽ milite habebãt: & ſic ubi cõſerta manus eſſet: haudquaquã par numerus armatorũ ex ea pugnabat. Quod ubi aĩaduerſum eſt: & romanis multitudo ſua auxit animũ: & paucitas illis minuit: extẽplo ſeptẽ naues punicæ circunuẽtæ: fugã cæteræ ceperunt. Mille &. dcc. fuere in nauibus capti milites: nautæq; in ũs tres nobiles carthaginẽſium. claſſis romana ĩcolumis: una tantum perforata naui: ſed ea quoq; ipſa reduce: in portũ rediit. Secundũ hanc pugnã nondũ gnaris eis: qui Meſſanæ erant: L. Sempronius cõſul Meſſanã uenit: & fretũ intranti rex Hiero claſſem ornatam obuiam duxit. Trãſgreſſuſq; ex regia in prætoriã nauẽ gratulatus ſoſpitẽ cum exercitu & nauibus aduenieſſe: ꝑcatuſque proſperorũ ac fœlicẽ in Siciliam tranſitũ: ſtatũ deinde inſulæ: & carthaginenſiũ conata expoſuit: pollicituſq; eſt: quo animo priore bello populũ romanũ iuuenis adiuuiſſet: eo ſenẽ adiuturũ: frumẽta: ueſtimẽtaq; ſe legionibus conſulis: ſociiſq; naualibus gratis præbiturũ: grande piculum lilybæorũ maritimiſq; ciuitatibus eſſe: quibuſdam uolentibus nouas res fore: ob hoc cõſuli nihil conctandũ uiſum: quin Lilybæũ claſſe peteret. Et rex regiaq; claſſis una ꝓfecti: nauigãtes inde: pugnatũ ad lilybæũ: fuſaſq; & captas hoſtiũ naues accepere: A lilybæo cõſul: Hierone cũ claſſe regia dimiſſo: relictoq; prætore ad tuendã Siciliæ orã: ipſe in in inſulã Melitã: quæ a carthaginenſibus tuebat: traiecit. aduenienti Amilcar Giſgonis filius præfectus ꝓſidii cũ paulo minus duobus millibus militũ oppidũq; cũ inſula tradit: inde poſt paucos dies reditũ Lilybæum. captiuiq; & a conſule: & a ꝓtore: præter inſignes nobilitate uiros: ſub corona uenierũt. poſteaq; ab ea parte ſatis tutã Siciliã cẽſebat cõſul: ad ĩſulas Vulcani: qa fama erat ſtare ibi punicã claſſem: traiecit: nec qſq; hoſtiũ circa eas ĩſulas iuẽtus: iã forte trãſmiſerãt ad uaſtãdã Italiæ orã: depopulatoq; uibonenſi agro urbẽ etiã terrebãt. Repetẽti Siciliã cõſuli excurſio hoſtiũ ĩ agrũ uibonẽſem facta nunciat: litteræq; a ſenatu de trãſitu in Italiã Annibalis: & ut primo quoq; tẽpore collegæ ferret auxiliũ: miſſæ tradunt. multis ſimul anxius curis exercitũ extẽplo ĩ naues ĩpoſitũ Ariminũ ſupo mari miſit. Sex. Põponio legato cũ uigintiquinq; lõgis nauibus uibonenſẽ agrũ: maritimãq; orã Italiæ tuẽdã attribuit. M. Aemylio ꝓtori qnquagẽta nauiũ claſſem expleuit. Ipſe cõpoſitis Siciliæ rebus: decẽ nauiũ claſſe orã. Italiæ leges: Ariminũ puenit: ide cum exercitu ſuo profectus ad Trebiam flumen collegæ coniungitur: Iam ambo conſules: & quicquid romanarum uirium erat Annibali oppoſitum: aut illis copiis defendi poſſe romanum imperium:

aut ſpem nullam aliam eſſe ſatis declarabatur. Tamen conſul alter equeſtri prælio uno: & uulnere ſuo mi nutus trahi rem malebat. Recentis animi alter: eoq; ferocior nullā dilationē patiebatur. Quod inter Trebiam Padūq; agri eſt: galli tum incolebant in duoꝝ præpotentiū populoꝝ certamine per ambiguū fauorem haud dubie gratiā uictoris ſpectantes. id romani nequid modo mouerēt: æquo ſatis: pœnus piniquo aīo ferebat: a gallis accitū ſe ueniſſe ad liberandū eos dictitās. Ob eam iram ſimul ut præda militē aleret: duo millia peditū: & mille equites numidas plæroſq; mixtos: quoſdā & gallos populari oēm deīceps agꝝ uſq; ad Padi ripas iuſſit. Egentes ope galli: cū ad id dubios ſeruaſſent aīos: coacti ab auctoribus iniuriæ ad uindices futuros declinant. Legatiſque ad cōſulē miſſis: auxiliū romanoꝝ terræ ob nimiā cultoꝝ fidē in romanos laboranti: orant. Cornelio nec cauſa: nec tēpus agendæ rei placebat: ſuſpectaq; ei gens erat: tum ob infida multa facinora: tum ut alia uetuſtate obſoleuiſſent ob recentem boioꝝ perfidiam. Sempronius cōtra: cōtinendis in fide ſociis: maximū uinculū eſſe: primoſq; qui coiſſent: ope defenſos cēſebat: tū colle ga cunctante: eq tatū ſuū mille peditū: iaculatoribus ferme admixtis: ad defendendum gallicum agrū trās Trebiam mittit. li ſparſos: & incōpoſitos: oneratoſq; præda plæroſq; cū inopinātes inuaſiſſent: ingentē ter rorem cædēq; ac fugam uſq; ad caſtra ſtationeſq; hoſtiū fecere: unde multitudine effuſa pulſi: rurſus ſub ſidio ſuoꝝ præliū reſtituere. Varia inde pugna ſequentes: quacūq; ad extremū æquaſſent certamē: maior tamen hoſtiū romanis fama uictoriæ fuit. Cæteꝝ nemini omniū maior: iuſtiorq; quā ipſi conſuli uideri: gaudio efferri. Qua parte copiaꝝ alter conſul uictus foret: ea ſe uiciſſe reſtitutos ac refectos militum aīos: nec quenquā eſſe: præter collegam: qui dilatā dimicationē uellet. Eum animo magis: quā corpore ægrum: memoria uulneris aciem: ac tela horrere: ſed nō eſſe cū ægro ſeneſcendum. Quid enim ultra differri: ac te ri tempus? quē tertiū conſulē? quē alium exercitū expectari? caſtra carthaginenſium in Italia: ac ꝓpe in cō ſpectu urbis eſſe. non Siciliam: ac Sardiniā uictis ademptas: nec cis Iberum Hiſpaniam peti: ſed ſolo patrio terraque: in qua geniti forent: pelli romanos. Quantū ingemiſcant: inquit: patres noſtri circa mœnia Car thaginis bellare ſoliti: ſi uideant nos ꝓgeniem ſuam duos cōſules cōſulareſq; exercitus in media Italia pa uentes intra caſtra: pœnum: quod inter alpes Appænninūq; agri ſit: ſuæ dicionis feciſſe? Hæc aſſidēs ægro collegæ: hæc in prætorio ꝓpe cōcionabundus agere. Stimulabat & tempus propinquum comitioꝝ: ne in nouos conſules bellum differretur: & occaſio in ſe unum uertendæ gloriæ: dum æger collega erat. Itaque nequicq̄ diſſentiente Cornelio parari ad propinquū certamē milites iubet. Annibal: cū quid optimū fo ret hoſti: cerneret: uix ullam ſpem habebat temere: atq; īprouide q cquā cōſules acturos. Sed cum alterius ingenium fama prius: deinde re cognitū: percitum ac ferox ſciret eſſe: ferociuſq; factū ex ꝓſpero cū præda toribus ſuis certamine crederet: adeſſe gerendæ rei fortunā haud diffidebat. Cuius: ne qd prætermitteret tempus: ſollicituſq; & intētus erat: dū tyro hoſtiū eſſet miles: dum melioꝛ ex ducibus inutilē uulnus fa ceret: dum gallorum animi uigerent: quoꝝ ingentem multitudinem ſciebat ſegnius ſecuturā: quanto lō gius a domo traherentur. Cum ob hæc taliaq; ſperaret ꝓpinquum certamen: & facere: ſi ceſſaretur: cupe ret: ſpeculatoreſq; galli ad ea exploranda: quæ uellet: tutiores: quia in utriſque caſtris militabant paratos pugnæ eſſe romanos retuliſſent: locum inſidiis circunſpectare pœnus cœpit. Erat in medio riuus utrinq; peraltis clauſus ripis: & circa obſitus paluſtribus hærbis: & quibus inculta ferme ueſtiuntur uirgultis: ue pribuſque. Quem ubi ad equites quoq; tegendos ſatis latebroſum locum circunuectus ipſe oculis perlu ſtrauit. Hic erit locus Magoni fratri ait: quem teneas. Delige cētenos uiros ex omni equite: ac pēdite: cum quibus ad me uigilia prima uenias. Nunc corpora curare tempus eſt: ita præcōium miſſum. Mox cum de lectis Mago aderat. Robora uiroꝝ cerno: inquit: Annibal: ſed ut & numero etiam non animis modo ua leatis: ſingulis uobis nouenos ex turmis: manipuliſque ueſtris ſimiles eligite. Mago locum mōſtrabit: quē inſideatis. hoſtem cæcum ad has belli artes habetis. Ita mille equitibus Magoni: mille peditibus dimiſſis: Annibal prima luce numidas equites tranſgreſſos Trebiam flumen obequitare iubet hoſtium portis. iaculandoque inſtationes: elicere ad pugnam hoſtem: iniecto deinde certamine: cedendo ſenſim circa flumen pertrahere. Hæc mandata numidis. Cæteris peditum ducibus equitumq; præceptum: ut prādere omnes iuberēt: armatos deinde inſtratiſque equis ſignum expectare. Sempronius ad tumultum numidaꝝ primum omnem equitatum ferox ea parte uirium: deinde ſex millia peditum: poſtremo omnes copias ad deſtinatum locum iam ante conſilio auidus certaminis eduxit. Erat forte brumæ tempus: & niualis dies in locis alpibus Appænninoq; interiectis: ꝓpinquitate etiā fluminum ac paludum prægelidis: ad hæc rap tim eductis hominibus: atq; equis: non capto ante cibo: non ope ulla ad arcendum frigus adhibita: nihil caloris inerat. & quicquid auræ fluminis appropinquabat: afflabat acrior frigoris uis: ut uero refugien tes numidas inſequentes aquam ingreſſi ſunt: & erat pectoribus tenus aucta: nocturno imbri tum utique egreſſis rigere omnibus corpora: ut uix armorum tenendoꝝ potentia eſſent: & ſimul procedente iam die fame etiā deficere. Annibalis iterim miles: ignibus ante tētoria factis: oleoq; per manipulos: ut mollirent artus: miſſo: & cibo per otium capto: ubi tranſgreſſos flumen nunciatum eſt hoſtes: alacer animis: corpori buſque arma capit: in aciemque procedit. Baleares locat ante ſigna: leuem armaturam: octo ferme mil lia hominum: deinde grauiorem armis peditem. Quod uirium: quod roboris erat: in cornibus circunfu dit. decem millia equitum & a cornibus in utranque partem diuerſos elephantos ſtatuit. Conſul effu ſos ſequentes equites: cum ab reſiſtentibus ſubito numidis incauti exciperentur: ſigno receptui dato

reuocatos:circundedit peditibus.Duo de uiginti millia romana erāt:ſocium nomīs latini .xx.auxilia præterea cenomanoꝝ:ea ſola in fide gallica manſerat gens:his copiis concurſum eſt:prælium a balearibus ortum eſt.Quibus cum maiore robore legiones obſiſterent:deductæ ,ppere in cornua leuis armaturæ ſunt. Quæ res effecit:ut equitatus romanus extēplo urgeretur:Nam cum uix iam per ſe reſiſterent decem millibus equitum quattuormillia:& feſſi romani:plæriſq; integris pœnis:obruti ſunt inſuper uelut nube iaculorum a balearibus coniecta:ad hoc elephanti eminētes ab extremis cornibus : equis maxime non uiſu modo:ſed odore ī ſolito territis fugam late faciebant ,pedeſtris pugna par animis magis:quā uiribus erat: quas recentes pœnus pauloante curatis corporibus in prælium attulerat,contra ieiuna feſſaq; corpora romanis & rigentia gelu torpebant.Reſtitiſſent tamen animis:ſi cum pedite ſolum foret pugnatum: ſed & baleares:pulſo equite:iaculabant ī latera: & elephāti iā ī mediam peditum aciem ſeſe tulerāt:& Mago:numidæq; ſimul latebris coꝝ improuida præterlata acies eſt:exorti a tergo ingentem tumultum : ac terroꝝ fecere.Tamen in tot circunſtantibus malis manſit aliquandiu immota acies maxime Præter ſpem omniū aduerſus elephantos:eos pedites ad idipſū locati:uerutis cōiectis:& auertere:& īſecuti auerſos ſub caudis: qua maxime molli cute uulnera accipiunt:fodiebant.Trepidantiſq; prope iam in ſuos conſternatos media acie ī extremam : ad ſiniſtrū cornu aduerſus gallos auxilia res agi iuſſit Annibal:extēplo haud dubiā fecere fugā:additus quoq; nouus terror romanis:ut fuſa auxilia ſua uiderūt.Itaq; cū iā ī orbē utriq; pugnarēt: decē millia ferme hoīum:cū alii euadere nequiſſent:media afroꝝ acie:quæ gallici auxiliis firmata erat: cū īgēti cæde hoſtiū prupere.Et cū neq; ī caſtra reditus eēt:flumīe īterclusīs:neq; p̄ ībri ſatis decernere poſſēt qua ſuis opē ferrēt: Placentiā recto itinere perrexere.Plures deinde ī omnes partis eruptiones factæ. & qui flumen petiere:aut gurgitibus abſumpti ſunt: aut inter cunctationem ingrediendi ab hoſtibus oppreſſi. Qui paſim per agros fuga ſparſi erant:ueſtigia cedentis ſequentes agminis:Placentiam contēdedere. Aliis timor hoſtium audaciam ingredi flumen fecit:tranſgreſſiq; in caſtra peruenere:imber niue mixtus:& ītoleranda uis frigoris:& homines multos:& iumenta:& elephantos prope omnis conſumpſit.Finis inſequēdi hoſtis pœnis flumen Trebia fuit:& ita torpentes gelu in caſtra rediere:ut uix lætitiā uictoriæ ſentirēt. Itaq; nocte inſequenti cum præſidium romanoꝝ caſtroꝝ:& quod reliquum ex magna parte militū erat: ratibus Trebiam traiiecerent :aut nihil ſenſere pœni obſtrepeſcēte pluuia:aut quia iam moueri præ laſſitudine nequibant:ac uulneribus ſeſe ſentire diſſimularunt.Quietiſq; pœnis:tacito agmine a Scipione cōſule exercitus Placentiam eſt perductus.Inde Pado traiectus Cremonam:ne duoꝝ exercituum hybernis una colonia premeretur.Romā tantus terror ex hac clade platus eſt:ut iam ad urbem Romam crederent infeſtis ſignis hoſtem uenturum:nec quicquā ſpei aut auxilia eſſe:qua portis mœnibuſque uim arcerent: uno conſule ad Ticinum uicto:altero ex Sicilia reuocato;duobus conſulibus: duobus conſularibus exercitibus uictis:quos alios duces:quas alias legiones eſſe:quæ accerſerētur;ita territis Sempronius cōſul aduenit ingenti periculo:per effuſos paſſim ad prædandum hoſtium equites:audatia magis:quam conſilio: aut ſpe fallendi: reſiſtendiue:ſi non falleret:tranſgreſſus . Id quod unum maxime in præſentia deſiderabatur:Comitiis conſularibus habitis:in hyberna rediit.Creati conſules.G.Seruilius:&:Gn.Flaminius.Cæterum ne hyberna quidēm romanis quieta erant:uagantibus paſſim numidis equitibus:& quæ his impeditiora erant celtiberis luſitaniſq; . Omnes igitur clauſi undiq; cōmeatus erant:niſi quos Pado naues ſubueherent.Emporium Prope Placentiam fuit & opere ualido munitum:& magno munitū præſidio. Eius caſtelli oppugnādi ſpe: cum equitibus ac leui armatura profectus Annibal:cum plurimum in celando incœpto ad effectum ſpei habuiſſet:nocte adortus non fefellit uigiles. Tantus repente clamor eſt ſublatus: ut Placentiæ quoq; audiretur.Itaq; ſub lucē cum equitatu conſul aderat:iuſſis quadrato agmine legionibus ſequi.Equeſtre prælium interim cōmiſſum:in quo :quia Annibal ſaucius pugna exceſſit: pauore hoſtibus iniecto:defenſum egregie præſidium eſt.Paucoꝝ inde dierum quiete ſumpta : & uixdum ſatis ꝓcurato uulnere: ad Vicunuias ire pergit oppugnandas.Id emporium a romanis gallico bello fuerat munitū: inde locum frequentauerant accolæ mixti undiq; ex finitimis populis: & tūc populationū terror eo plærosq; ex agris cōpulerat:Huius generis multitudo fama īprigre defenſi ad placentiā præſidii accenſi:armis arreptis:obuiam Annibali procedit magis agmine:quam acie:in uia concurrerunt. Et cum ex altera parte nihil præter inconditā turbam eſſet:in altera & dux militi:& duci miles fidens: ad triginta quinq; millia hominum a paucis fuſa:poſtero die: deditione facta:præſidium intra mœnia accepere: iuſſiq; arma tradere:cum dicto paruiſſent:ſignum repente uictoribus datur:ut tanquā ui captam urbem diriperent.Neq; ulla:quæ in tali re memorabilis ſcribentibus uideri ſolet:prætermiſſa clades eſt:adeo omnis libidinis crudelitatisq; in humanæ ſuperbiæ editum in miſeros eſt exemplum.Hæ fuerunt hyberne expeditiones Annibalis.Haud lōgis inde tēporibus: dū intolerabilia frigora erāt:quies militi data ē:& ad prima ac dubia ſigna ueris profectus ex hybernis in Ethruriam ducit:cam quoq; gētem ſicut gallos:Liguresq; aut ui:aut uoluntate adiūcturus: Tranſeuntē Appænninum adeo atrox tempeſtas adorta eſt:ut alpiū feritatē prope ſuperauerit. Vēto mixtus imber cum ferretur in ipſa ora prima:quia aut arma omittenda erant:aut cōtra enitentes uertice intorti affigebātur:conſtitere.Deinde:cum iam ſpiritum includeret:nec reciprocare animam ſineret:auerſi a uento:parumper conſedere:tū uero ingenti ſono cælū ſtrepere: & inter horrēdos fragores micare ignes:capti auribus & oculis metu omnes torpere . Tandem effuſo imbre : cum eo magis

accensa uis uenti esset:ipso illo:quo deprehensi erat:loco castra ponere necessarium uisum e.Id uero labo ris uelut deintegro initium fuit:Na explicare quicqua:nec statuere poterat:nec:quod statutu esset: mane bat:oia pscindete uento:& rapiete:& mox aqua:leuato uento:cum super gelida motium cacumina cocre ta eet: tantu niuosæ gradinis deiecit:ut:oibus omissis:pcumberent hoies tegminibus suis magis obruti: quam tecti. Tantaq uis frigoris insecuta est:ut ex illa miserabili hominum:iumentorumq strage cum se quisque attollere: ac leuare uellet: diu nequiret: quia: torpentibus rigore neruis:uix flectere artus pote rant:deinde ut tande agitando sese mouere:ac recipere aos:& raris locis ignis fieri est cœptus:ad alienam opem quisq inops tendere.Biduum eo loco uelut obsessi mansere.multi hoies:multa iumeta: elephanti quoq ex his:qui prælio ad Trebia facto superfuerat:septem absumpti.Digressus Appennino retro ad pla centia castra mouit:& ad decem millia pgressus cosedit.Postero die.xii.millia peditum:quinq equitu ad uersus hoste ducit.Nec Sepronius consul:iam eni redierat ab Roma:detrectauit certamen:atq eo die tria millia passuu inter bina castra fuere.Postero die:igentibus animis:uario euetu pugnatum est:primo con cursu adeo res romana superior fuit:ut non acie uinceret solum: sed perculsos hostes in castra perseque rentur:mox castra quoq oppugnarent.Annibal paucis ppugnatoribus in uallo:portisq positis: cæteros cofertos in media ualle recepit.Intentosq signu ad erumpendu spectare iubet.Iam nona ferme diei hora erat:cum romanus nequicqua fatigato milite:posteaqua nulla spes erat potiundi castris:signum receptui dedit.Quod ubi Annibal accepit:laxatamq pugnam:& recessum a castris uidit:extemplo eq tibus dexte ra leuaq emissis in hostem:ipse cum peditum robore de iis castris erupit.Pugna raro ulla magis sæua: & cu utriusq partis pncipe clarior fuisset:si extendi a die i logum spatiu quiuisset:nox accensum ingentibus animis præliu diremit:itaq acrior concursus fuit:quam cædes:& sicut æquata ferme pugna erat:ita clade pari discessum e:ab utraq parte sexcetis plus peditibus:& dimidium eius equitum cecidit.Sed maior ro manis:qua p numero iactura fuit:qui equestris ordinis aliquot:& tribuni militu quinq:& præfecti soci oq tres sunt iterfecti.Secudu eam pugna Annibal i ligures:Sempronius Luca cocessit.Venienti i ligures Annibali p insidias itercepti duo questores romani.G.Fuluius:&.L.Lucretius cu duobus tribunis militu & quicq equestris ordinis senatoq ferme liberis:quo magis rata fore cu his pace:societateq crederet: tra dunt.Dum hæc i Italia gerunt.G.Scipio i Hispania cu classe:& exercitu missus:cu ab ostio Rhodani pro fectus pyreneosq motes circunuectus: emporiis appulisset classe:exposito ibi exercitu: orsus a lacetanis usq ad Ibeq flume ptim renouadis societatibus:partim nouis istituendis romanæ dicionis fecit:inde co ciliata clæmentiæ fama:no ad maritimos modo populos:sed i mediterraneis quoq ac motanis ad feroci ores ia getes ualuit.Nec pax modo apud eos:sed societas etia armoq parata e: ualidæq aliquot auxilioq cohortes ex iis conscriptæ sunt. Hanno nonis cis Iberum in prouincia erat. eum reliquerat Annibal ad regionis eius præsidiu.Itaq priusqua alienarent oia:obuia eundu ratus:castris in cospectu hostiu positis i acie eduxit.Nec romano differendu certame uisum: quippe q sciret cu Hanone:& Asdrubale sibi dimi cadu esse: malletq aduersus singulos seperatim:qua aduersus duos simul re gerere.nec magni certaminis ea dimicatio fuit:Sex millia hostiu cæsa:duo capta cu præsidio castroq:Na & castra expugnata sut:& ipse dux militu cum aliquot præsidiis capit:& Scissum ppinquu castris oppidu expugnat.Cæteq præda oppi di parui pretii req fuit:supellex barbarica:ac uiliu mancipioq.Castra militem ditauere:no eius modo ex ercitus:qui uictus erat:sed & eius:qui cum Annibale i Italia militabat:omnibus fere caris rebus:ne grauia impedimeta feretibus essent circa Pyreneu relictis.Priusqua certa huius cladis fama accederet:transgres sus Ibeq Asdrubal cu octo millibus peditu:mille equitibus:tanqua ad primu aduentu romanoq occur surus:posteaqua pditas res:amissaq castra accepit:iter ad mare couertit.Haud pcul Tarracone classicos milites nualesq socios uagos palatisq p agros:quod ferme fit:ut secudæ res creent negligetia:equite pas sim dimisso:cu magna cæde:maiore fuga ad naues compellit.Nec diutius circa ea loca morari ausus: ne a Scipioe opprimeret: tras Ibeq sese recepit:& Scipio rapti ad fama nouoq hostiu agmie acto:cu i paucos pfectos paululu aiaduertisset:psidio Tarracone modico relicto: emporia cu classe rediit: uix du digresso eo Asdrubal aderat:& Ilergetu populo:qui obsides Scipioni dederat:ad defectione ipulso: cu eoq ipsoq iuuetute agros fideliu romanis socioq uastat.Excito deinde Scipione:hybernis stoicosis Tarracone Ibeq rursus cedit.Agros Scipio relictos ab auctore defectionis:& ilergetia gentem cum infesto exercitu inua sisset:compulsis oibus:Athanagiam urbem:quæ caput eius populi erat:circusedit:intraq dies paucos plu ribus:quam ante obsidibusimperatis:ilergetes pecunia etiam mulctatos i ius dicionecq recepit. Inde i au setanos prope Iberum socios & ipsos pœnorum procedit: atq urbem eorum obsessa lasetanos auxili um finitimis ferentes nocte:haud pcul iam urbem cu intrare uellent:excepit insidiis: Cæsa ad.xii. mil lia.exuti pœne omnes armis:domos palantes passim p agros diffugere.Nec obsessos alia ulla res:qua ini qua oppugnatibus hyems tutabat.xxx.dies obsidio fuit:per quos raro unquam nix minus quattuor pe des alta iacuit: adeoq pluteos:ac uineas romanoq operuerat:ut ea sola:ignibus aliquotiens coniectis:ab hoste etia tutamentum fuerit.Postremo cum Amusitus princeps eorum ad Asdrubalem,pfugisset.xx.ar genti talentis pacti deduntur.Tarraconem in hyberna reditum est.Romæ aut circa urbem multa ea hye me prodigia facta: aut quod euenire solet motis semel in religionem animis:multa nunciata: & credita temere sunt:in quis ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse:& foro boario

bouem in tertiam contignationem sua sponte scãdisse:atq; inde tumultu habitatorꝫ territũ sese deieciſſe: & nauium speciem de cælo affulsisse:& ædem spei: quæ in foro olitorio fulmine ictam: & Lauinii hostiam se cõmouisse:& coruum in ædem lunonis deuolasse:atq; ĩ ipso puluinario cõsedisse:& in agro amiternino multis locis hoium specie ꝓcul cãdida uestẽ uisos:nec tamẽ illos cõgressos:& in Piceno lapidibus pluuisse:& cæræ sortes extenuatæ & in Gallia lupũ uigili gladiũ euagina raptũ abstulisse. Ob cætera ꝓdigia libros adire decẽuiri iussi sunt:quod aũt lapidibus pluuisset ĩ Piceno: nouẽdiale sacrꝫ edictũ:& subinde aliis ꝓcurandis ꝓpe tota ciuitas operata fuit. Iam primũ oium urbs lustrata ẽ:hostiæq; meliores:quibus edictũ est:diis cæsæ:& donum ex auri põdo.xl. Lauiniũ lunoni portatũ est:& signum æneum matronæ lunoni in Auentino ædificauerunt.& lectisternium cære:ubi sortes extenuatæ erãt: impatum: & supplicatio Fortunæ ĩ Algido:Romæ quoq; & lectisterniũ iuuentuti:& supplicatio ad ædem Herculis:nominatim deinde uniuerso populo circa omnia puluinaria indicta:& Genio maiores hostiæ cesæ. V.&.G. Attilius Seranus ꝓtor uota suscipere iussus:si ĩ.x.annos.romanus po.eodem stetisset loco. Hæc ꝓcurata uota:quæ ex libris sibyllinis magna ex ꝑte leuauerant animũ religione. Cõsulũ designatorꝫ alter Flaminius: cui eæ legiones:quæ Placẽtiæ hybernabãt:sorte euenerãt:edictum & litteras ad cõsulẽ misit: ut is exercitus idibus martiis Arimini esset ĩ castris. Huic ĩ ꝓuincia cõsulatum inire cõsilium erat memori ueterꝫ certaminũ cũ patribus:quæ tribunus ple.postea cõsul:prius de cõsulatu:qui abrogabat:deide triumpho habuerat:inuisus etiã senatui ob nouã legem:quã inique. Q. Claudius tribunus ple.aduersus senatũ uno patrũ adiuuãte. G. Flaminio tulerat:nequis senator: quiue senatoris pater fuisset:maritimã nauẽ:quæ plusq; trecẽtarum amphorarꝫ esset:haberet:id satis habitũ ad fructus ex agris uectandos. Quæstus oĩs patribus indecorus usus ẽ. Res per sũmam cõtentionem acta inuidiã apud nobilitatem suasorĩ legis. Flaminio fauorẽ apud plebẽ:alterũq; inde cõsulatum peperit. Ob hoc ratus auspiciis emendis: latinarũq; feriarꝫ mora:& cõsularibus aliis ĩpedimẽtis retenturos se in urbe:simulato itinere:priuatus clam in ꝓuinciam abiit. Ea res:ubi palã facta ẽ:nouã insuper irã infestis iam patribus mouit. Nõ cũ senatu modo:sed cũ diis immortalibus. G. Flaminiũ bellũ gerere. Cõsulẽ ante inauspicato factũ reuocãtibus ex ipsa acie diis:atq; hoĩbus nõ paruisse:ne nũc cõscientias prætorꝫ & Capitoliũ:& solẽnem uotorꝫ nũcupationem fugisse:ne die initi magistratus Iouis omne templum adiret. nec senatum inuisus & sibiipsi uni iuisum uideret:consuleretq;: ne latinas indiceret:louiq; Latiali soléne sacrum ĩ monte faceret:ne auspicato ꝓfectus in Capitolium ad uota nuncupãda paludatus inde ad ꝓuinciam iret:lixæ modo sine insignibus: sine lictoribus ꝓfectus clãfurtim haud aliter:quã si exilii causa solũ uertisset:magis ꝑ maiestate uidelicet ĩperii Arimini:quã Romæ magistratũ inituꝫ:& ĩ diuersorio hospitali:quã apud pœnates suos prætextam sumptuꝫ: reuocãdũ uniuersi:retrahẽdumq; censuerũt:& cogendũ oĩbus prius præsentẽ ĩ deos hoĩesq; fungi officiis:quã ad exercitũ:& ĩ ꝓuiciã iret. In eã legationẽ legatos.n.mitti placuit Q. Terẽtius:&.M. Antistius ꝓfecti nihilo magis eum mouere:quã priori cõsulatu litteræ mouerãt a senatu missæ:paucos post dies magistratũ iniit immolantiq; ei:uitulus iã ictus e manibus sacrificãtium cũ sese ꝓripuisset:multos circũstantes cruore respersit. Fuga ꝓcul etiam maior apud ignaros:quid trepidaret:& cõcursatio fuit. Id a plærisq; in omen magni terroris acceptum:legionibus inde duabus a. G. Attilio acceptis prætore in Ethruriam iam per Appænnini tramites exercitus duci est cœptus.

LIBER SECVNDVS.

AM VER APPETEBAT: CVM ANNIBAL EX HYBERNIS MOVIT: & nequicquã ante conatus trãscẽdere Appænninũ ĩtollerãdis frigoribus: & cũ ĩgenti periculo moratus ac metu. Galli: quos prædæ populationũq; cõciuerat spes:posteaquã ꝑ eo:ut ipsi ex alieno agro raperẽt:agerẽtq;:suas terras sedẽ belli esse: premiq; utriusq; ꝑtis exercituũ uiderũt hybernis:uerterũt retro ad Annibalẽ ab romanis odia:petitusq; est sæpe principum insidiis:ipsorũq; ĩter se fraudem eadẽ leuitate:qua cõsenserant:cõsensu indicantiũ seruatus erat: & mutãdo nũc uestem:nũc teguméta capitis errore etiã sese ab insidiis munierat. Cæterũ hic quoq; ei timor causa fuit maturius mouẽdi ex hybernis. Per idẽ tẽpus. Gn. Seruilius Romæ idibus martiis magistratũ iniit. Ibi cũ de rep. retulisset: redintegrata ĩ. G. Flaminiũ inuidia ẽ:duos se cõsules creasse:unũ habere. Quod enĩ illi iustum imperiũ: quod auspiciũ esset magistratus: id a domo:publicis:priuatisq; penatibus:latinis feriis actis:sacrificio in mõte ꝓfecto:uotis rite ĩ Capitolio nũcupatis:secum ferre:nec priuatũ auspicia sequi:nec sine auspiciis ꝓfectum in externo ea solo noua atq; ĩtegra cõcipere posse. Augebant metũ ꝓdigia simul ex multis locis nũciata. In Sicilia militibus aliquot spicula. In Sardinia aũt ĩ muro circuneunti uigilias equiti Scipionẽ:quẽ manu tenuerat:arsisse. Et littora crebris ignibus fulsisse. Et scuta duo sanguinẽ sudasse. Et milites quosdã ictos fulminibus. Et solis orbẽ minui uisũ. Et ꝓneste ardẽtes lapides cælo cecidisse. Et Arpis palmas ĩ cælo uisas. Pugnãtẽq; cũ luna tolẽ. Et Capenæ duas ĩterdiu lunas ortas.& aquas Ceretæ sanguine mixtas fluxisse. Fontẽq; ipsũ Herculis cruentis manasse ꝑsum maculis. Et Antii metẽtibus cruẽtas ĩ corbẽ spicas cecidisse. Et Falerios cælũ findi uisũ

uelut magno hiatu: quaq; patuerit ingẽs lumẽ effulsisse. Sortes sua spõte attenuatas: unãq; excidisse ita scriptã: Mauors telum suum cõcutit. Et per idem tẽpus Romæ signũ Martis Appia uia ad simulacra lupoꝝ sudasse. Et caput speciẽ cæli ardentis fuisse: lunæq; iter imbrem cadentis. Inde minoribus etiã dictu prodigiis fides habita. Capras lanatas quibusdam factas. Et gallinã i marem: gallũ i fœminã sese uertisse. His: sicut erãt nũciata: expositis: auctoribusq; i curiã itroductis: cõsul de religione patres cõsuluit: Decretũ est ut ea ꝑdigia ꝑtim maioribus hostiis: ꝑtim lactẽtibus ꝑcurarent: & uti supplicatio ꝑ triduũ ad oia puluinaria haberet. Cætera: cum decẽuiri libros inspexissent: ut ita fierẽt: quẽadmodũ cordi esse diuinis carminibus præfarent. Id decẽ uiroꝝ monitu decretũ est: Ioui primũ donũ fulmen aureum põdo quinquaginta fieret. Iunoni: Mineruæq; ex argẽto daret: & Iunoni reginæ in Auentino: Iunoniq; Sospitæ Lauinii maioribus hostiis sacrificaret. Matronæq; pecunia collata: quantum cõferre cuiq; cõmodũ esset: donũ Iunoni reginæ in Auẽtinũ ferrent. lectisterniũq; fieret: qn ut libertinæ & ipsæ: unde Feroniæ donũ daret: pecuniã ꝑ facultatibus suis cõferrẽt. Hæc ubi facta: decẽuiri Ardeæ i foro maioribus hostiis sacrificarũt. ꝑo stremo liberi decimo iã mẽse ad ædem Saturni Romæ imolatũ est: lectisterniũq; iperatũ: & eũ lectũ senatores strauerũt: & cõuiuiũ publicũ: ac ꝑ urbẽ saturnalia: die ac nocte clamatũ: populusq; eũ diem festũ habere: ac seruare i ꝑpetuũ iussus. Dũ cõsul placandis Romæ diis: trahẽdoq; delectu dat operã: Annibal ꝑfectus ex hybernis: quia iam Flaminiũ cõsulẽ Arretiũ pueniſſe fama erat: cũ aliud lõgius: cæteꝝ cõmodius ostẽderetur iter: ꝑpioré uiã ꝑ paludẽ petit: qua fluuius Arnus ꝑ eos dies solito magis inundauerat. hispanos & afros & omne: quod ueterani erat robur exercitus: admixtis ipsoꝝ ipedimẽtis necubi cõsistere coactis necessaria ad usus deessent: primo ire iussit: sequi gallos: ut id agminis mediũ esset nouissimos ire equites: Magonẽ inde cũ expeditis numidis cogere agmen: maxime gallos: si tædio laboris lõgæq; uiæ (ut est mollis ad talia gens) dilaberent: aut subsisterent: cohibentẽ. Primi: qua modo præirẽt duces: ꝑ prælatas fluuii ac ꝑfundas uoragines: hausti pœne limo: ĩmergẽtesq; se tamen signa sequebant. Galli neq; sustinere se ꝑlapsi: neq; assurgere ex uoraginibus poterãt: aut corpora animis: aut aios spe sustinebant. Alii fessa ægre trahẽtes mẽbra: alii: ubi semel uictis tædio animis ꝑcubuissent: iter iumẽta & ipsa iacẽtia passim morientes. Maxiecq; oium uigiliæ cõficiebãt ꝑ quatriduũ iã & tres noctes toleratæ: cũ oia obtinẽtibus aquis nihil: ubi i sicco fessa sternerẽt corpora: inueniri posset: cumulatis i aquas sarcinis insuper icũbebãt. lumẽtoꝝ itinere toto ꝑstratoꝝ: passim acerui tantũ: quod extaret aqua: quærẽtibus ad quietẽ parui tẽporis necessariũ cubile dabãt: ipse Annibal æger oculis ex uerna primũ intẽperie uariãte calores frigoraq; elephãto: qui unus supfuerat: qđ altius ex aqua extaret: uectus uigiliis tamẽ & nocturno humore: palustriq; cælo grauante caput: & quia medendi nec locus: nec tempus erat: altero oculo capit. Multis hoĩbus: iumẽtisq; fœde amissis: cum tãdem de paludibus emersisset: ubi primũ i sicco potuit: castra locat: certũq; ꝑ præmissos exploratores habuit: exercitũ romanũ circa Arretii mœnia esse: cõsulis deide consilia: atq; animũ: & sitũ regionũ: itineraq;: & copias atq; cõmeatus expediẽdos: & cætera: quæ cognoscẽda i re erãt: summa oia cũ cura inquirẽdo exequebat. Regio erat i primis Italiæ fertilis ethrusci cãpi: qui Fesũlas iter: Arretiũque iacẽt: fruméti ac pecoris & oium copia reꝝ opulenti. Cõsul ferox a cõsulatu priore & nõ mõ legũ aut patrũ maiestatis: sed ne deoꝝ qdẽ satis metuẽs: hãc insitã ĩgenio eius temeritatẽ fortuna ꝑspero ciuilibus bellicisq; rebus successu aluerat: itaq; satis appebat nec deos: nec hoies cõsulẽtẽ ferociter ọia ac ꝓpropere actuꝝ. Quoq; ꝑnior esset i uitia sua: agitare eũ: atq; irritare pœnus parat: & leua relicto hoste Fesulas petens: Ethruriæ agros prædatũ ꝑfectus: quãtam maximã uastitatẽ põt: cædibus: incendiisq; cõsuli procul ostẽdit. Flaminius: qui nec quieto quidẽ hoste ipse quieturus erat: tũ uero posteaquã res socioꝝ ante oculos ꝑpe suos ferri agiq; uidit: suum id dedecus ratus: per mediam iam Italiã uagari pœnũ: atque obsistente nullo: ad ipsa romana mœnia oppugnãda ire: cæteris oĩbus in cõcilio salutaria magis: quã speciosa suadentibus: collegã expectãdum: ut cõiunctis exercitibus cõmuni aio cõsilioq; rẽ gererẽt: iterim equitatu: auxiliisq; leuium armoꝝ ab effusa prædãdi licentia hostẽ cohibẽdũ: iratus se ex cõcilio ꝑripuit: signũq; simul itineris: pugnæq; ꝑposuit. Quinimo Arretii ante mœnia sedeamus: inquit: hic enĩ patria: & penates sunt. Annibal emissus e manibns populeꝝ Italiã: uastãdoq; & urẽdo oia ad romana mœnia pueniat: nec ãte nos hinc mouerimus: quã sicut olim Camillũ ab Veiis. G. Flaminiũ ab Arretio patres acciuerint. Hæc simul increpãs: cũ ocius signa cõuelli iuberet: & ipse in æquũ insiluisset: equus repente corruit: cõsulẽq; lapsũ super caput effudit: Territis oĩbus: qui circa erãt: uelut fœdo hoie icipiẽdæ rei: insup nunciat: signũ omni ui moliẽte signifero cõuelli nequire. Cõuersus ad nũciũ. Num litteras quoq; inquit: a senatu affers: Quæ me rẽ gerere uetãt? Abi: nuncia: signũ effodiãt: si ad cõuellendũ manus præ metu obtorpuerint. Incedere inde agmen cœpit. Primoribus: sup quã quod discesserãt a cõcilio: territis etiã duplici ꝑdigio: milite i uulgus læto: ferocia ducis cum spem magis ipsam: quam cãm spei intueret. Annibal: qđ agri ẽ iter Cortonã urbẽ: Trasimenũq; lacũ: omni clade belli ꝑuastat: quo magis irã hosti ad uidicãdas iniurias socioꝝ acuat. Et iam puenerãt ad loca insidiis nata: ubi maxime mõtes cortonẽses Trasimenus subit: uia tamẽ interest ꝑ angusta: uel ad ipsum de idustria relicto spatio: deinde paulo latior patescit cãpus: inde colles assurgunt: ibi castra i aperto locat: ubi ipse cũ afris modo hispaniscq; cõsideret. Baleares cæteraq; leuẽ armaturam post montes circũducit: equites ad ipsas fauces saltus tumulis apte tegentibus locat: ut ubi intrassent romani: obiecto eqtatu: clausa oĩa lacu ac mõtibus essent. Flaminius cum pridie solis occasum ad lacũ pueniſſet:

inexplorato postero die:uix dum satis certa luce angustiis supatis: posteaquam ī patentiorē campū pandi agmen cœpit:id tantū hostiū:quod ex aduerso erat:aspexit a tergo:ac sup caput detectæ insidiæ. Pœnus ubi id:quod petierat:clausum lacu mōtibusq;& circūfusum suis copiis habuit hostē:signū oībus dat inuadēdi. Qui ubi qua cuiq; ꝓximū fuit decurrere:eo magis romanis subita atq; īprouisa res fuit:quod orta ex lacu nebula cāpo:quam montibus densior sederat:agminaq; hostium ex pluribus uallibus ipsa inter se satis cōspecta:eoq; magis pariter decurrerūt. Romanus clamore prius undiq; orto:quā satis cerneret:se circūuentum esse sensit: & ante frontē lateraq; pugnare cœptū est:qua satis strueret acies:aut expediri arma:stringiq; gladii posset. Cōsul ꝑculsis omnibus:ipse satis:ut ī trepida re īpauidus:turbatos ordines uertentesq; se quoq; ad dissonos clamores instruit:ut tempus locusq; patiē:& quacūq; potest adhortat̄ac sta re:& pugnare iubet:Nec enī inde uotis:aut iploratione deū:sed ui:ac uirtute euadendū esse ꝑ medias acies ferro uiā fieri:& quo timoris minus sit:eo minus ferme piculi esse. Cæteꝝ præ strepitu ac tumultu nec cōsiliū:nec imperiū accipi poterat. Tantūq; aberat:ut sua signa:atq; ordinē:& locū nosceret: ut uix ad arma capiēda:aptādaq; pugnæ cōpeteret animus. opprimerent quidem onerati magis his:quā tecti. Et erat in tanta caligine maior usus auriū:quā oculoꝝ. ad gemitus uulneꝝ ictusq; corpoꝝ:aut animoꝝ & mixto strepentiū pauētiumq; clamore circūferebāt ora oculosq;. Alii fugientes pugnātiū globo illati hærebant: alios redeuntes ī pugnā auertebat fugiētium agmen. Deinde ubi in oīs partes nequicquā impetus facti:& ab lateribus mōtes:ac lacus a fronte:& a tergo hostiū acies claudebat:apparuitq; nullā nisi ī dextra:ferroque salutis spem esse. Tū sibi unusquisq; dux adhortatorq; factus ad rem gerēdā:& noua deītegro pugna exorta ē. Nō illa ordinata ꝑ prīcipes:hastatosq;:ac triarios:nec ut ꝑ signis antesignanus:post signa alia pugnaret acies:nec ut in sua legione miles aut cohorte:aut manipulo esset:fors cōglobabat: & animus suus cuiq; ante:aut post pugnandi ordinē dabat. Tantusq; fuit ardor aioꝝ:adeo intentus pugnæ animus:ut cū terræmotus:q multaꝝ urbiū Italiæ magnas ptes ꝑstrauit:auertitq; cursu rapido amnes:mare fluminibus inuexit:mōtes lapsu ingēti ꝑruit:nemo pugnātiū senserit: Tres ferme horas pugnatū ē & ubiq; atrociter: circa cōsulem tamē acrior īfestiorq; pugna est. Eum & robora uiroꝝ sequebant̄. & ipse: quacūq; in parte premi ad laborē senserat suos:impigre ferebat opē:īsigniq; armis & hostē summa ui petebat:& tuebatur suos ciues:donec insuper eques:Ducario nomē erat:faciēq; noscitās. Cōsul:inquit:hic ē populabibus suis: q legiōes nr̄as cecidit:agrosq; & urbē ē depopulatus:iam ego hāc uictimā manibus ꝑemptoꝝ fœde ciuium dabo:subditisq; calcaribus equo ꝑ cōfertissimā hostium turbam īpetum facit:obtruncatoq; prius armigero:q se infesto uenienti obicerat:cōsulem lācea transfixit. Spoliare cupientē triarii obiectis scutis arcuere:magnæ ptis fuga inde primū cœpit:& iam nec lacus: nec mōtes obstabāt pauori:ꝑ oīa arta:præruptaq; uelut cæci euadunt. armaq; & uiri super aliū alii ꝓcipitant̄. Pars magna ubi locus fugæ deest: ꝑ prima uada paludis in aquā ꝓgressi:quoad capitibus:humeriq; extare possunt:sese immergūt. fuere:quos īcōsultus pauor nādo etiā capessere fugam impulerit. Quæ ubi immēsa:ac sine spe erat:aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus:aut ubi nequicquā festinauerāt:retro egerrime terrā repetebant:atq; ibi ab ingressis aquā hostium equitibus passim trucidabant̄. Sex millia ferme primi agminis ꝑ aduersos hostis eruptione īpigre facta ignari oīum:quæ post se agerent̄:ex saltu euasere. Et cū in tumulo quodam cōstitissent:clamorē modo ac sonum armoꝝ audientes:quæ fortuna pugnæ esset:nec ꝑspicere præ caligine poterant:neq; scire. Inclinata ad iniqua re cum calescēte sole depulsa nebula aperuisset diem:tum liquida iam luce montes cāpiq; ꝑditas res stratāq; ostendere fœde romanā aciem:itaq; ne ī cōspectos ꝑcul immit teretur eques:sublatis partim signis:quamcitatissimo poterant agmine:sese abripuerūt. Postero die cū super cætera extrema fames etiam instaret:fidem dante Maharbale:qui cū omnibus equestribus copiis nocte cōsecutus erat:si arma tradidissent:abire cum singulis uestimentis passuꝝ:sese dediderunt. Quæ puni ca religione seruata est fides ab Annibale:atq; ī uincula omnes coniecti. Hæc est nobilis ad trasimenū pugna:atq; intra paucas memorata populi romani clades:quindecim millia romanoꝝ in acie cæsa sunt: decem millia sparsa fuga per omnem Ethruriā diuersis itineribus Romā petiere. Mille & quingenti hostiū ī acie:multi postea utrinq; ex uulneribus periere. Multiplex cædes utriq; facta tradit̄ ab aliis:ego præterquam quod nihil haustum ex uano uelim:quo minus inclinant ferme scribentiū animi: Fabium æqualē tēporibus huiusce belli potissimum auctorē habui. Annibal captiuoꝝ:qui latini noīs essent:sine ꝓtio dimissis:romanis ī uincula datis:segregata ex hostium coaceruatoꝝ tumulis corpora eoꝝ:cū sepeliri iussisset:Flaminii quoq; corpus funeris causa:magna cū cura inquisitū:non inuenit. Romæ ad primū nuncium cladis eius cum ingenti terrore ac tumultu cōcursus in foꝝ pupuli ē factus. Matronæ uagæ ꝑ uicos: quæ repens clades allata:quæue fortuna esset exercitus:obuios ꝑcunctant̄:& cū frequētis cōcionis mō turba ī comitiū & curiā uersa magistratus uocaret:tandē haud multo ante solis occasum. M. Pōponius prætor pugna:īquit:magna uicti sumus. & quāquā nihil certius ex eo auditū est:tamē alius ab alio impleti rumoribus domos referūt cōsulē cū magna ꝑte copiaꝝ cæsum:supesse paucos:aut fuga passim per Ethruriam sparsos:aut captos ab hoste. Quod casus exercitus uicti fuerant:tot ī curas dispartiti eoꝝ animi erāt:quorum ꝓpinqui sub. G. Flaminio consule meruerant:ignorantiū quæ cuiusq; suoꝝ fortuna esset:nec quisq; satis certum habet:quid aut speret:aut timeat. Postero die:ac deinceps aliquot diebus ad portas maior mulierum prope:quam uiroꝝ multitudo fuit:aut suorum aliquem:aut nuncium de his opperiens: cir-

cunfundebanturq; obuiis ſciſcitãtes:neq; auelli utiq; a notis:priuſquã ordine omnia inquiſiſſent:poterãt. Inde uarios uultus digredientium ab nunciis cerneres:ut cuiq; aut læta:aut triſta nunciabãtur gratulãtiſque:aut cõſolantis redeuntibus domos circũfuſos. Fœminasq; precipue:& gaudia inſignia erant:& luctus: unã ĩ ipſa porta:ſoſpite filio repete oblato:ĩ cõſpectu eius expiraſſe ferunt:Alterã:cui mors filii falſo nunciata erat:mœſtã ſedentẽ domi:ad primũ conſpectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatã. Senatum prætores per dies aliquot ab orto uſq; ad occidentem ſolem in curia retinent cõſultantes quonam duce aut quibus copiis reſiſti uictoribus pœnis poſſet. Priuſquã ſatis certa conſilia eſſent:repens alia nunciatur clades:quattuor millia equitũ cũ. G. Centonio ꝑprætore miſſa ad collegã:a Seruilio cõſule ĩ Vmbria:quo poſt pugnã ad Traſimenũ auditã auerterãt iter: ab Annibale circũuenta. Eius rei fama uarie hoies affecit: pars occupatis maiore ægritudine animis leuem ex cõparatione prioꝝ ducebãt recentem equitum iacturã. pars nõ id:quod acciderat:per ſe æſtimare:ſed ut ĩ affecto corpore:quãuis leuis cauſa magis:quã ualido Grauior ſentiret. ita tum ægræ & affectæ ciuitati quodcũq; aduerſi ĩciderit:nõ reꝝ magnitudine: ſed uiribus extenuatis:quæ nihil:quod aggrauaret:pati poſſent:æſtimandũ eſſe. Itaq; ad remediũ iamdiu deſideratũ:nec adhibitũ dictatorẽ dicendũ ciuitas cõfugit:& quia & cõſul aberat:a quo dici poſſe uidebatur: nec ꝑ occupatam armis punicis Italiã facile erat aut nuncium:aut litteras mitti :nec dictatorem populus creare poterat:quod nunquã ante eam diẽ factum erat:dictatorẽ populus creauit. Q. Fabium Maximũ: & magiſtrũ equitũ. M. Rufum Minutium. Hiſq; negotiũ ab ſenatu datum ut muros:turreſq; urbis firmarent: & præſidia diſponerent:quibus locis uideretur:ponteſq; reſcinderent fluminum:ac cum penatibus ꝑ urbe dimicãdũ eſſe:quãdo Italiã tueri nequiuiſſent. Annibal interim recto itinere ꝑ Vmbriam uſq; ad Spoletũ uenit ĩde cũ ꝑpopulato agro:urbẽ adortus eſſet oppugnare:cũ magna cæde ſuoꝝ repulſus:& cõiectãs ex unius coloniæ:haud nimis ꝑſpere tentatæ uiribus:quãta moles rõanæ urbis eſſet:ĩ agrũ picenũ auertit iter:nõ copia ſolũ oĩs generis frugũ abundãtem:ſed refertum præda:quã effuſæ auidæq; gentes rapiebãt. ibi ꝑ dies aliquot ſtatiua habita refectuſq; miles hybernis itineribus:ac paluſtri uia:prælioq; magis ad euentũ ſecundo:quã leui ac facili affectus. Vbi ſatis quieti datũ:præda ac populationibus magis: quam otio aut requie gaudẽtibus: ꝑfectus:præputianũ adrianũ agrũ:marſos inde:marrucinoſq;:& pelignos deuaſtat:circaq; Apros:& Luceriam ꝓximã Apuliæ regionẽ. G. Seruilius cõſul:leuibus prælĩs cũ gallis actis: & uno oppido ignobili expugnato:poſteaquã de collega:& exercitus cæde audiuit:iam mœnibus patriæ metuens:ne abeſſet in diſcrimine extremo:ad urbem iter ĩtendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum: quo die magiſtratum iniit:uocato ſenatu:a diis orſus:cũ edocuiſſet patres plus negligentia cerimoniarũ: auſpiciorũ temeritate:atq; inſcitia peccatũ a. G. Flaminio cõſule eſſe:quæq; piacula iræ deum eſſent:ipſos deos cõſulẽdos eſſe:puicit:ut quod nõ ferme decernit:niſi cũ tetra ꝑdigia nunciata ſunt : decẽuiri libros ſibyllinos adire iuberẽt:qui:inſpectis fatalibus libris:rettulerũt patribus:quod eius belli cauſa uotũ Marti foret:id nõ rite factũ:deintegro atq; amplius faciendũ eſſe:& Ioui ludos magnos:& ædes Veneri Erycinæ ac deæ Méti uouẽdas eſſe:& ſupplicationẽ:lectiſterniũq; habendũ:& uer ſacrũ uouẽdum: ſi bellatum ꝑſpere eſſet:reſq; publica ĩ eodẽ:quo erat ante bellũ:ſtatu ꝑmanſiſſet. Senatus quoniã Fabiũ belli cura occupatura eſſet. M. Aemyliũ prætorẽ ex collegio põtificũ ſententia:oĩa ea:ut mature fiãt:curare iubet. his ſenatuſcõſultis ꝑfectis : L. Cornelius Lentulus põtifex maximus:cõſulente collegio prætoꝝ:omniũ primũ populũ cõſulendũ de uerefacro cenſet:in iuſſu populi uoueri nõ poſſe. Rogatus ĩ hæc uerba populus: uelitis:iubeatiſne hoc ſic fieri:ſi res populi romani quiritiũ romanoꝝ ad quinquẽnium ꝓximũ:ſicut uelim: eã ſaluã ſeruauerit:hiſce duellis datũ donũ fuit populus romanus quiritiũ : qđ duellũ populo romano cũ carthaginẽſi eſt:quæq; duella cũ gallis ſũt:qui cis alpes ſunt:qđ uer attulerit ex ſuſſlo: ouillo:caprino grege: quæq; ꝑphana erũt:Ioui fieri:ex qua die ſenatus populuſq; iuſſerit. Qui faciet : quãdo uolet : quaque lege uolet:facito:quomodo faxit : ꝑbe factũ eſto:ſi id morat:qđ fieri oportebit: ꝑphanũ eſto:neq; ſcelus eſto:ſiquis rumpet occidetue inſciens:ne fraus eſto. ſi quis clepſit:ne populo ſcelus eſto:neue cui cleptum erit:ſi atro die faxit inſciens:ꝑbe factum eſto:ſi nocte ſiue luce:ſi ſeruus:ſiue liber faxit:ꝑbe factum eſto:ſi ante id ea ſenatus populuſq; iuſſerit fieri:ac faxit:eo populus ſolutus liber eſto. Eiuſdem rei cauſa ludi magni uoti:æris. ccxxxiii. millibus triente:præterea bubus Ioui. ccc. multis aliis diuitiis bubus albis atq; cæteris hoſtiis. Votis rite nuncupatis:ſupplicatio edicta:ſupplicatũq; cum coniugibus regum:ac liberis:nõ urbana multitudo tantũ:ſed agreſtium etiã:quos in aliqua ſua fortuna publica quoq; contingebat . Curatũ lectiſterniũ:& per triduũ habitũ:decem uiris ſacroꝝ curãtibus:& puluinaria ĩ cõſpectu fuere. Ioui:& Iunoni unũ. Alteꝝ Neptuno:& Mineruæ. Tertiũ Marti:ac Veneri. Quartũ Apollini:ac Dianæ. Quĩtũ Vulcano:ac Veſtæ. Sextũ Mercurio:& Cereri. Tũ ædes uotæ Veneri Ericinæ:ædẽq; Fabius Max . Dictator uouit:quia ita ex fatalibus libris edictum erat:ut is uoueret:cuius maximũ ĩperiũ ĩ ciuitate eſſet. Menti ædẽ Attilius prætor uouit:Ita rebus diuinis ꝑactis:tũ de bello reꝝ ꝑ. dictator rettulit:quibus quotue legionibus uictori hoſti obuiam eundũ eſſet:patres cẽſerent. Decretũ:ut a. Gn. Seruilio conſule exercitũ acciperet:ſcriberet præterea ex ciuibus:ſociiſq; quãtum equitum:ac peditum uideretur:cætera oĩa ageret:faceretq;:ut e republica duceret. Fabius duas legiones ſe adiecturum ad ſeruilianum exercitum dixit. his per magiſtrum equitum ſcriptis:Tybur diem ad conueniendũ edixit. Edictoq; ꝓpoſito:ut quibus oppida caſtellaq; ĩmunita eſſent:ut in loca tuta cõmigrarent. ex agris quoq; uti demigrarent omnes regionis eius :

qua Annibal iturus esset:tectis prius incensis:ac frugibus corruptis:ne cuius rei copia esset:ipse uia Flaminia ꝓfectus obuiã cõsuli exercituiq;:cũ ad Tyberim circa Otriculũ ꝓspexisset agmẽ:cõsuléq; cum equitibus ad se ꝓgredienté uiatoré misit:qui cõsuli núciaret:ut sine lictoribus ad dictatoré ueniret: Qui cũ dicto paruisset:cõgressusq; eoꝝ:ingentem speciẽ dictaturæ apud socios: ciuesq; uetustate iam ꝓpe oblitos eius imperii fecisset:litteræ ab urbe allatæ sunt:naues onerarias cõmeatum ab Hostia in Hispaniã ad exercitum portãtes a classe punica circa portũ Cõsanum captas esse:itaq; extéplo cõsul Hostiã ꝓficisci iussus: nauibus:quæ ad urbẽ romanã aut Hostiæ essẽt:cõpletis: milite ac naualibus sociis ꝓsequi hostiũ classem: ac littora Italiæ tutari.Magna uis hoíum cõscripta Romæ erat.Libertini etiam : quibus liberi essent : ita ætas militaris in uerba iurauerãt:ex hoc urbano exercitu:qui minores quinq; & triginta annis erant:i nauibus ípositi.Alii:ut urbi præsiderẽt:relicti . Dictator exercitu cõsulis accepto a Fuluio Flacco legato per agꝝ sabinũ Tybur:quo die ad cõueniendũ edixerat nouis militibus:uenit.inde Prænestẽ:transuersis tramitibus:i uiam Latinã est regressus:unde:itineribus summa cum cura exploratis:ad hostẽ ducit.Nullo loco:nisi quãtũ necessitas cogeret:fortunæ se cõmissurus.Quo primũ die haud ꝓcul Apris í cõspectu hostium posuit castra:nulla mora facta:quin pœnus educeret in aciem:copiãq; pugnãdi faceret.Sed ubi quieta oía apud hostes:nec castra ullo tumultu mota uidet:increpãs quidem uictos tandem martios aíos romanoꝝ quia debellatum atq; concessum eis ꝓpalam de uirtute:ac gloria esse:in castra rediit . Cæteꝝ tacita cura animum incensus:quod cũ duce haudquaquã Flaminio Sépronioq; símili futura sibi res esset: ac tũ demum edocti malis romani parem Annibali ducem quæsissent:& prudentiã quidem nõ uim dictatoris extemplo timuit:cõstantiamq; eius haud dũ expertus agitare:ac tentare animũ:mouendo crebo castra:populãdoq; í oculis eius agros socioꝝ cœpit:& modo cito agmine e conspectu abíbat:modo repente in aliquo flexu uiæ:si excipere digressum in æquũ posset:occultus obsistebat.Fabius ꝓ loca alta agmen ducebat:modico ab hoste interuallo:ut neq; omitteret eũ:neq; cõgrederet:castris:nisi quantũ usus necessario cogeret : tenebat miles.pabulũ:& ligna:nec pauci petebãt:nec passim.Equitũ leuisq; armaturæ statio cõposita instructaq; in subitos tumultus:& suo militi tuta omnia:& infesta effusis hostium populatoribus præbebat:neq; uniuerso periculo sũma reꝝ committebat: & parua momenta leuiũ certaminũ ex tuto cœptoꝝ finitimoꝝ receptu assuefaciebãt territũ pristinis cladibus militẽ minus iam tandẽ:aut uirtutis: aut fortunæ pœnitere suæ.Sed non Annibalẽ magis infestũ tam sanis cõsiliis habebat quã magistrũ equitũ:qui nihil aliud:quã quod non imperabat:more ad rempublicã præcipitãdam habebat.ferox rapidusq; in cõsiliis:ac lingua ímodicus:primo íter paucos:deinde ꝓpalam í uulgus ꝓ cunctatore segnẽ : ꝓ cauto timidũ affingens uicina uirtutibus uitia cõpellabat.præmẽdoꝝ superioꝝ:quæ pessima ars nimis ꝓsperis multoꝝ successibus creuit:sese extollebat.Annibal ex Arpis í Samniũ trãsit:beneuẽtanũ depopulat agꝝ. Telesiã urbẽ capit:irritat etiã de industria ducẽ:si forte accẽsum tot indignitatibus:cladibusq; socioꝝ trahere ad æquũ certamẽ possit.Inter multitudinẽ socioꝝ italici generis:qui ad Trasimenũ capti ab Annibale:dimissiq; fuerãt:tres cãpani equites erãt:multis iã illecti donis:ꝓmissisq; Annibalis ad conciliandos populariũ animos.hi nunciantes:si í Campaniã exercitũ admouisset:Capuæ potiẽdæ copiã fore . Cũ res maior:quã auctores essent:dubiũ Annibalẽ alternisq; fidentem:ac diffidentem:tamen:ut campanos ex Sánio peteret:mouerunt.Monitos ut etiã atq; etiã ꝓmissa rebus confirmarẽt:iussosq; cũ popularibus:& aliquibus principum redire ad se dimisit.ipse imperat duci:ut se in agrũ casinatem ducat:edoctus a peritis regionum:si eum saltum circuisset:exercitum romanum ad opem ferendam sociis intercluſuꝝ.Sed punicum abhorrẽs ab latino nomẽ:Casilinum ꝓ Casino ducem accipere fecit:auersusq; ab itinere per alifanum:calatinũq;:& calenum agrum in campum Stellatem descendit:ubi cum montibus:fluminibusq; clausam regionem circunspexisset:uocatum ducem ꝓcunctatur:ubi terraꝝ esset: cum is Casilini eo die mensuꝝ eẽ dixisset:tum demum cognitus est error:& Casinũ longe inde alia regione esse:uirgisq; cæso duce & ad reliquoꝝ terroré í cruce sublato:castris cõmunitis Maharbalẽ cũ eqtibus í agꝝ falernũ ꝑdatũ dimisit: usq; ad aquas sinuessanas populatio ea puenit.Ingẽté cladẽ:fugã tamẽ:terroréq; latius numidæ fecerũt. nec tamẽ terror : cũ oía bello flagrarẽt:fide socios dimouit:uidelicet qa iusto:& moderato regebant íperio.nec abnuebant:qđ unũ uinculum fidei est:melioribus parere:ut uero ad Vulturnum flumen castra sunt posita:exurebaturq; amœnissimus Italiæ ager:uillæq; passim incendiis fumabant:per iuga Massici montis Fabio ducente:prope deintegro est orta seditio:ac duces seditionis accensi quidã.fuerat enim silentium per paucos dies:quia:cum celerius solito ductum agmen fuisset:festinari ad prohibẽdam populationibus Cãpaniam crediderant.ut uero in extrema iuga Massici montis uentũ é: hosteſq; sub oculis erãt:falerni agri colonorũq; Sinuessæ tecta urentes:nec ulla erat mentio pugnæ.Spectatumne huc inquit Minutius ad rẽ fruendam oculis socioꝝ cædes:& incendia uenimus?Nec si nullius alterius nos:nec ciuium quidem horum pudet:quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt:ut ab samnite hoste tuta hæc ora esset:quã non uicinus samnis urit:sed pœnus aduena ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione : & secordia iam huc progressus:Tantum proh dolor degeneramus a parentibus nostris:ut præterquam: qđ per oram illi suam punicas uagari classes dedecus esse imperii sui duxerint : eam nos nunc plenam numidarum hostium : ac maurorum iam factam uideamus.Qui modo Saguntum oppugnari indignando non homines tantum:sed fœdera:& deos ciebamus:tendentem ad mœnia romanæ coloniæ Annibalem

læti ſpectamus.fumus ex incẽdiis uillaꝝ:agrorũq; ĩ oculos atq; ora uenit.Strepunt aures clamoribus plorantiũ ſociorꝝ:ſæpius nos quã deorꝝ inuocantiũ opem.Nos hic pecorꝝ more ꝑ æſtiuos ſaltus:deuioſq; colles exercitũ ducimus:cõditi nubibus ſiluiſq;.Si hoc modo ꝑagrando cacumina:ſaltuſq; Furius recipere urbem a gallis uoluiſſet:quo hic nouus Camillus nobis dictator unicus in rebus afflictis quæſitus Italiam ab Annibale recuperare parat:gallorꝝ Roma eſſet:quam:uereor:ne ſic cunctantibus nobis Annibali: ac pœnis totiens ſeruauerint maiores noſtri.Sed uir:ac uere romanus:quo die dictatorem eum ex auctoritate patrũ iuſſuq; populi dictum Veios allatus eſt nuncius:cum eſſet ſatis altum laniculũ:ubi ſedens ꝑſpectaret hoſtem: deſcendit in equũ atq; illo ipſo die media ĩ urbe:quæ nũc buſta gallorꝝ ſunt:& poſtero die citra gabios cecidit gallorꝝ legiones.Quid poſt multos ãnos cũ ad furcas Caudinas ab ſamnite hoſte ſub iugum miſſi ſumus.Vtrũ tandem.L.Papyrius Curſor iuga Samnii ꝑluſtrando:& Luceriam premẽs obſidendo:& laceſſendo uictoré hoſtem:depulſum ab romanis ceruicibus iugum ſuperbo ſamniti impoſuit? modo cõſuli Luctatio quæ alia res:quam celeritas uictoriam dedit:quod poſtero die: quã hoſtem uidit: claſſem graué cõmeatibus:impeditã ſuo & ipſam inſtrumento atq; appatu oppreſſit:Stultitia eſt ſedẽdo: aut uotis debellari credere poſſe:armari copias oportet:& deducendas in æquũ:ut uir cũ uiro congrediaris: audendo agendoq; res romana creuit non his ſenſibus conſiliiſue:quæ timidi cauta uocant.Hæc uelut concionanti Minutio circũfundebaſ tribunorꝝ equitũq; romanorꝝ multitudo:& ad aures quoq; militũ dicta ferocia uoluebanſ;ac ſi militaris ſuffragii eſſet res:haud dubie ferebãt Minutiũ Fabio duci prælaturos.Fabius pariter iter ſuos haud minus:quã ĩ hoſtes itentus: prius ab aliis inuictũ animũ præſtans: quãquam probe ſcit:non in caſtris modo ſuis:ſed iam etiã Romæ ſuam cũctationẽ infamẽ eſſe: obſtinatus tamen eodem cõſilio:& tenore æſtatis reliquũ extraxit:ut Annibal deſtitutus ab ſpe ſumma appetiti certaminis iam hybernis locũ ſpectaret:quia ea regio præſentis erat copiæ nõ perpetuæ:arbuſta:uineæq;: & conciliata omnia magis amœnis:quam neceſſariis fructibus.Hac per exploratores relata fama Fabio: cũ ſatis ſciret per eaſdem anguſtias:quibus intrauerat falernum agrũ:reditugꝝ:Gallicanũ montem & Caſilinum occupat modicis præſidiis.Quæ urbs Vulturno flumine dirẽpta:falernũ a campano agro diuidit: ipſe iugis iiſdem exercitum reducit:miſſo exploratũ cũ.cccc.equitibus ſociorꝝ.L.Hoſtilio Mãcino:qui ex turba iuuenũ audiẽtium ſæpe ferociter cõcionantẽ magiſtrum equitũ ꝑgreſſus:primo exploratoris modo:ut ex tuto exploraret hoſtẽ:ubi uagos ꝑ uias paſſim numidas ꝑ occaſioné etiam paucos occidit:extemplo occupatus certamine é animus:exciderunt q; præcepta dictatoris:qui quãtũ tuto poſſet progreſſum: prius recipere ſeſe iuſſerat:quam in conſpectũ hoſtiũ ueniret.Numidæ alii atq; alii occurſantes refugienteſq; ad caſtra prope ipſum cum fatigatione equorum:atq; hominũ pertraxere.Inde Cartalo:penes quem ſumma equeſtris imperii erat:concitatis equis:inuectus:cũ priuſquã ad cõiectũ teli ueniret:auertiſſet hoſtem:quinq; millia ferme cõtinenti curſu ſecutus eſt fugientes.Mancinus:poſteaquam nec hoſtem deſiſtere ſequi:nec ſpem uidit fugiendi eſſe:cohortatus ſuos ĩ prælium rediit:omni parte uiriũ impar:itaq; ipſe: & delecti equitũ circunuenti occidunt;:cæteri effuſo rurſus curſu colles primum:inde prope inuiis collibus ad dictatorem refugerũt.Eo forte die Minutius ſe coniunxerat Fabio miſſus ad firmãdum præſidio ſaltũ:qui ſuper Tarracinã in arctas coactus fauces imminet mari:ne immunito Appiæ limite pœnus peruenire in agrũ romanũ poſſet.Coniunctis exercitibus dictator:ac magiſter equitum caſtra in uiam deferunt:qua Annibal ducturus erat:duo inde millia hoſtes aberãt.Poſtero die pœni:quod uiæ inter bina caſtra erat:agmine compleuere: Cũ romani ſub ipſo cõſtitiſſent uallo:haud dubie æquiore loco:ſucceſſit tamen pœnus cum expeditis equitibus:atq; ad laceſſendũ hoſtem raptim & procurſando: recipiendoq; ſeſe;cũgnauere: reſtitit ſuo loco romana acies lenta pugna:& ex dictatoris magis:quam Annibalis fuit uoluntate.Incluſus inde uideri Annibal:& ad Caſilinum obſeſſus cum Capua & Samnium:& tantum a tergo diuitum ſociorum romanis commeatus ſubueheret:pœnus contra intra fortunæ minas ſaxa:ac Liternæ harenas:ſtagnaq; per horrida ſitu hybernaturus eſſet. Nec Annibalem fefellit ſuis ſe artibus peti. Itaq; cum per Caſilinum euadere non poſſet:petendumq; montes:& iugum Calliculæ ſuperandum eſſet: necubi romanus incluſum uallibus agmen aggrederet;:ludibrium oculorum ſpecie terribile ad fruſtrandum hoſtem commentus principio noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit.Fallacis conſilii talis apparatus fuit faces undiq; ex agris collectæ:faſceſq; uirgarum:atq; arida ſarmenta præligantur cornibus boum:quos domitos indomitoſq; multos inter cæteram agreſtem prædam agebat.Ad duo millia ferme boum effecta: Aſdrubaliq; negotium datum:ut primis tenebris noctis id armentum:accenſis cornibus: ad montes ageret:maxime:ſi poſſet:ſuper ſaltus ab hoſte inſeſſos.Primis tenebris ſilentio mota caſtra:boues aliquanto ante ſigna acti: ubi ad radices montium:uiaſq; anguſtas uentum eſt: ſignum extemplo datur: ut accenſis cornibus armenta in aduerſos concitentur montes: & metus ipſe relucentis flamæ ex capite: calorq; iam ad uiuum ad imaq; cornuum adueniens uelut ſtimulatos furore agebat boues. Quo repente diſcurſu:haud ſecus quam ſiluis:montibuſq; accenſis: omnia circũ uirgulta ardere: capitumq; ĩquietatio excitans flamã hoium paſſim diſcurrẽtiũ ſpeciẽ præbebat.qui ad tranſitus ſaltus inſidendos locati erant: ubi in ſummis montibus:ac ſuper ſe quoſdam ignes conſpexerunt:circunuentos ſe eſſe rati: præſidio exceſſere:qua ingens emicabat flama:uelut tutiſſimũ iter:petentes ſumma montium iuga:tum in quoſdam boues palantes a ſuis gregibus inciderunt;& primo cũ procul cernerent:ueluti flamas ſpirantiũ miraculo

attoniti:cõstiterunt:deinde:ut humana apparuit fraus:tum uero insidias rati esse: cum multo maximoq; strepitu cõcitant se i fugam:leuiq; armaturæ hostiũ icurrere.Cæteꝝ nox æquato timore neutros pugnã incipiẽtes ad lucẽ tenuit.Interea toto agmine Annibal traducto p saltũ:& quibusdã in ipso saltu hostium oppressis:i agro alifano posuit castra.Hũc tumultũ sensit Fabius:cæteꝝ & insidias esse ratus a nocturno utiq; abhorrẽs certamine:suos muniméto tenuit.luce prima sub iugo mõtis præliũ fuit:quo intercluſam a suis leuem armaturã facile(& enim numero aliquãtulũ præstabãt)romani superasset: nisi hispanoꝝ cohors ad idipsum remissa ab Annibale peruenisset:ea assuetior mõtibus & ad cõcursandũ iter saxa rupesq; aptior ac leuior:tum uelocitate corpoꝝ:tum armorum habitu campestrem hostem grauem armis statariumq; pugnæ genere facile elusit.Ita haudquaquã pari certamine digressi:hispani fere oẽs incolumes:romani aliquot suis amissis in castra contenderũt.Fabius quoq; mouit castra:transgressusq; saltum sup Alifas loco alto ac munito consedit.Tũ per Samniũ Romã se petere simulãs Annibal:usq; i pelignos populabũdus rediit.Fabius mediis intra hostiũ agmẽ:urbẽq; Romã iugis ducebat:nec absistens nec cõgrediens. Ex pelignis pœnus flexit iter:retroq; Apuliam repetens Glerenum peruenit ad urbẽ metu: quia collapsa pars mœniũ erãt a suis desertam.Dictator i larinati agro castra cõmuniit.inde sacroꝝ causa Romã reuocatus nõ imperio modo:sed cõsilio etiam ac prope precibus agens cum magistro equitum:ut plus cõsilio quã fortunæ cõfidat:& se potius ducem:quã Semproniũ flaminiũq; imitetur:ne nihil actũ cẽseret: exacta prope æstate per ludificationẽ hostis:medicos quoq; plus interdũ quiete quã mouẽdo atq; agendo proficere:haud paruã rem esse a totiens uictore hoste uinci desisse:& a continuis cladibus respirasse.Hoc neqquã præmonito magistro equitũ Romã est ꝓfectus.Principio æstatis:quo hæc gerebãt i Hispania quoq; terra mariq; cœptum bellum est.Asdrubal ad eum nauiũ numeꝝ:quem a fratre istructum paratũq; acceperat:decẽ adiecit.Quadraginta nauiũ classẽ Himilconi tradit:atq; ita Carthagine ꝓfectus nauibus ꝓpe terrã exercitũ in littore ducebat:paratus cõfligere:quacũq; pte copiaꝝ hostis occurrisset.Gn. Scipioni:posteaquã mouisse ex hybernis hostẽ audiuit:primo idẽ cõsilii fuit:deinde minus terra ꝓpter ingẽtem famã nouoꝝ auxilioꝝ cõcurrere ausus:delecto milite i naues iposito:quiq; & triginta nauium classe ire obuiã hosti pergit.Altero a Taracone die ad stationẽ.xx.millia passuũ distantẽ ab ostio puenit amnis Iberi:inde duæ massiliẽsiũ speculatoriæ missæ rettulerũt classẽ punicã stare i ostio flumis: castraq; i ripa posita:itaque ut i prouidos icautosq; uniuerso simul effuso terrore opprimeret:sublatis anchoris ad hostem uadit. Multas & locis altis positas turres Hispania habet:quibus & speculis: & propugnaculis aduersus latrones utunt.Inde primo cõspectis hostiũ nauibus:datũ signũ Asdrubali est:tumultusq; prius in terra & castris: quã ad mare & ad naues est ortus:nondũ aut pulsu remorũ strepituq; alio nautico exaudito:aut aperientibus classem ꝓmontoriis: cum repente alius super alium ab Asdrubale missus:quietos uagosq; in littore: in tentoriis suis nihil minusquam hostẽ: aut præliũ eo die expectantes:cõscẽdere naues ꝓpere: atq; arma capere iubet:classem romanã iam haud ꝓcul a portu esse.Hoc equites dimissi passim iperabãt. Mox Asdrubal ipse cũ omni exercitu aderat:uarioq; oĩa tumultu strepunt: ruentibus in naues simul remigibus militibusq; fugiẽtiũ magis e terra: quam in pugnam euntium modo. Vixdum omnes conscenderant: cũ alii resolutis loris: ut anchoram euellerent: alii: nequid teneat anchora:lora incidunt. raptimq; omnia præpropere agendo:militũ apparatu:nautica ministeria impediũt:trepidatione nautaꝝ capere:& aptare arma miles ꝓhibebat.Et iam romanus nõ appropinquabat mõ sed direxerat etiã i pugnã naues: itaq; nõ ab hoste & prælio magis pœni:quã suomet ipsi tumultu turbabant: & tẽtata uerius pugna:quã inita i fugã auerterũt classem.& cũ diuersi: ac diuerso late agmine a tã multis simul uenientibus haud sane ꝓtrabiles essent:in littus passim naues egerũt:atq; alii uadis:alii sicco littore excepti partim armati: partim inermes ad instructã p littus aciẽ suoꝝ ꝓfugere.Duæ tamẽ primo cõcursu captæ erãt punicæ naues:quattuor suppressæ.Romani:quãquã terra hostiũ erat:armataq; aciem toto prætentã i littore cernebãt: haud cunctanter tamẽ insecuti trepidã hostiũ classem:naues oẽs:quæ non aut ꝓfregerant proras littore illisas aut carinas fixerãt uadis:religatas puppibus in altũ extraxere:ad.v.&.xx.naues ex.xxx.cepere.Neq; id pulcherrimũ eius uictoriæ fuit:sed quod una leui pugna toto eius oræ mari potiti erãt:itaq; ad onustã classe ꝓfecti:ascẽsu a nauibus i terrã facto:cũ urbẽ ui cepissent:captãq; diripuissent: Carthaginẽ inde petũt:atq; omnem agrum circa depopulati:postremo tecta quoque cõiuncta muro: portisq; incenderunt.inde iam præda grauis ad Longunticam peruenit classis. Vbi uis magna sparti fuit ad rem nauticam collecta ab Asdrubale: quod satis in usum fuit sublato: cæterum omne incensum est: nec continentis modo proiectas oras præteruecta: sed in Ebusium insulam transmissum: ubi urbe: quæ caput insulæ est: biduum nequicquam summo labore oppugnata: ubi in spem irritam frustrari tempus animaduersum est: ad populationem agri uersi: direptis aliquot incensisque uicis: maiore quam ex continenti præda parta: cum in naues sese recepissent: ex Balearibus insulis legati pacem petentes ad Scipionem uenerunt. inde flexa retro classis: reditumque in citeriora prouinciæ: quo omnium populorum: qui Iberum incolunt: multorum & ultimæ Hispaniæ legati concurrerunt. Sed qui uere dicionis imperiique romani facti sunt: obsidibus datis: amplius populi fuerunt centum uiginti.Igitur terrestribus quoque copiis satis fidens romanus usque ad saltum castulonensem est progressus. Asdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concessit.Quietum inde fore uidebatur reliquum æstatis tempus:

fuisſetq; per pœnũ hoſtem:ſed præterquã quod ipſorum hiſpanoꝝ inquieta:auidaq; in nouas res ſunt ingenia.Mandonius uir nobilis:qui antea ilergetum regulus fuerat:poſteaquam romani a ſaltu receſſere:ad maritimã oram:concitis popularibus :ĩ agrũ pacatũ romanoꝝ ſocioꝝ ad populãdũ uenere:Aduerſus eos tribus millibus cum expeditis auxiliis a Scipione miſſis:leui certamine:ut tumultuariã manũ ſudere:multis occiſis:quibuſdã captis:magna pars armis exuta.Hic tamen tumultus cedentẽ ad Oceanũ Aſdrubalem cis Iberum ad ſocios tutandos retraxit.Caſtra punica in agro Ilergauonẽſium: caſtra romana ad nouã claſſem erãt:cũ fama repens alio uertit bellũ.Celtiberi principes :qui regionis ſuæ legatos obſideſq; dederant romanis:nuncio miſſo a Scipione exciti arma capiunt :prouinciãq; carthaginenſiũ ualido exercitu inuadunt:tria oppida ui expugnãt:inde cũ ipſo Aſdrubale duobus prælĩis egregie pugnãtes.xv. millia hoſtiũ occiderunt:quattuor millia cũ multis militaribus ſignis capiunt.Hoc ſtatu reꝝ in Hiſpania.P. Scipio in prouinciã uenit:ꝓrogato poſt conſulatũ ĩperio a ſenatu:miſſus cum.xxx.longis nauibus: & octo millibus militum:magnoq; cõmeatu adiecto.Ea claſſis ingens agmine onerariaꝝ procul uiſa:cũ magna letitia ciuium ſociorũq; portum Tarraconis ex alto tenuit.Ibi milite expoſito:ꝓfectus Scipio fratri cõiũgitur:ac deinde cõmuni aĩo cõſilioq; gerebant bellum.Occupatis igitur carthaginenſibus celtiberico bello :haud cũctanter Iberum tranſgrediuntur.nec ullo uiſo hoſte Saguntũ pergũt ire:quod ibi obſides totius hiſpaniæ cuſtodiæ traditos ab Annibale fama erat modico ĩ arce cuſtodiri præſidio.id unũ pignus ĩclinatos ab romana ſocietate omnium Hiſpaniæ populoꝝ aĩos morabatur:ne ſanguine liberoꝝ ſuoꝝ culpa defectiõis Iueretur.Eo uinculo Hiſpaniã uir unus ſollertia magis:quã fideli cõſilio exoluit.Açedux erat Sagunti nobilis hiſpanus fidus ante pœnis:tum:qualia plæraq; ſunt barbaroꝝ ingenia:cũ fortuna mutauerat fidẽ.cæterum tranſfugã ſine magnæ rei ꝓditione uenientẽ ad hoſtes:nihil aliud:quã unũ uile atq; infame corpus eſſe ratus:id agebat:ut quãmaxĩum emolumentũ ueluti nouis ſociis eẽt.circũſpectis igitur oĩbus:quæ fortuna poteſtatis eius poterat facere:obſidibus potiſſimũ tradẽdis aĩum adiecit:eã unã rẽ maxĩe ratus conciliaturã romanis prĩcipũ Hiſpaniæ amicitiã.Sed cũ ĩuſſu Boſtaris ꝓfecti ſciret nihil obſidũ cuſtodes facturos eẽ;Boſtarẽ ipſũ arte aggredit.caſtra extra urbẽ ĩ ipſo littore habebat Boſtar: ut aditum ĩtercluderet ex portu romãis:ibi eũ in ſecretũ abductũ uelut ignorantẽ mõet:in quo ſtatu ſit res:metũ cõtinuiſſe ad eã diẽ hiſpanoꝝ aĩos:quia ꝓcul romani abeſſent:nũc cis Ibeꝝ caſtra romana eẽ: arcem tutã ꝓfugiũq; nouas uolentibus res.Itaq; quos metus nõ teneat;beneficio & gratia deuinciẽdos eẽ: miráti Boſtari ꝓcunctãticq; quod nam id ſubitum tantæ rei donum poſſit eſſe.Obſides:inquit:in ciuitates remitte.id priuatim parẽtibus:quorum maximum nomen in ciuitatibus eſt:ſuis:& publice populis gratum erit :uult ſibi quiſque reddi:& habita fides ipſam plærunque obligat fidem.miniſterium reſtituendorum domos obſidum mihimet depoſco:ipſe:ut opera quoque impenſa conſilium adiuuem meum:& rei ſuapte natura gratæ:quãtam inſuper gratiam poſſim:adiiciam.Homini non ad cætera punica ingenia callido ut perſuaſit: nocte clam progreſſus ad hoſtium ſtationes: conuentis quibuſdam auxiliaribus hiſpanis:& ab iis ad Scipionem perductus:quid afferret:exprimit.fide accepta dataq;:ac loco & tempore conſtituto ad obſides tradendos Saguntum redit. Diem inſequentem abſumpſit cum Boſtare:mandatis ad rem gerendam accipiendis dimiſſus.cum ſe nocte iturum:ut cuſtodias hoſtium falleret:conſtituiſſet:ad compoſitam cum iis horam: excitatis cuſtodibus puerorum:profectus ueluti ignarus:in præparatas ſua fraude inſidias ducit. In caſtra romana perducti:cætera omnia de reddendis obſidibus:ſicut cum Boſtare conſtitutum erat:acta: per eũdem ordinem quaſi carthaginenſium nomine ſic ageretur.Maior aliquanto romanorum gratia fuit in re pari:quam quanta futura carthaginenſium fuerat.Illos enim graues ſuperboſque in rebus ſecundis expertos fortuna & timor mitigaſſe uideri poterat.Romanus primo aduentu incognitus anteã re clæmenti liberalique initium fecerat .Et Acedux uir prudens haud fruſtra uidebaẽ ſocios mutaſſe.Itaque ingenti cõ ſenſu ad defectionem omnes ſpectare: armaque extemplo mota forent:ni hyems:quæ romanos quoque & carthaginenſes cõcedere ĩ tecta coegit:interueniſſet.Hæc in Hiſpania quoq; ſecunda æſtate punici belli geſta:cum in Italia paululum interualli cladibus romanis ſolers cunctatio Fabii feciſſet:quæ ut Annibalem non mediocri ſollicitum cura habebat:tandem eum militiæ magiſtrum delegiſſe romãos cernẽtem: qui bellum ratione:non fortuna gereret:ita contempta erat inter ciues armatos pariter togatoſq; :utique poſteaquam abſente eo temeritate magiſtri equitum læto:ut prius dixerim:quam proſpero euẽtu pugnatum fuerat.Acceſſerant duæ res ad augendã inuidiam dictatoris:una fraude ac dolo Annibalis: quod cũ a profugis ei monſtratus ager dictatoris eſſet:omnibus circa ſolo æquatis ab eo uno ferrũ ignẽque & uim omnem hoſtium abſtineri iuſſit: ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet. Altera ipſius facto primo forſitan dubio quia non expectata in eo ſenatus auctoritas eſt ad extremum haud ambigue in maximam laudem uerſo in permutandis captiuis:quod ſicut primo punico bello factum erat: conuenerat ĩter duces romanos pœnumque ut quæ pars plus reciperet:quam daret:argenti pondo bina:& ſelibras in milite ꝑſtaret.cc.xlvii.cũ plures romanus:quã pœnus recepiſſet:argẽtumque ꝑ eis debitũ ſæpe iactata in ſenatu re:quoniã nõ cõſuluiſſet prẽs:tardius rogareẽ:ĩuiolatũ ab hoſte agꝝ miſſo Romã filio uẽdidit:fidẽq; publicã ĩpẽdio priuato exoluit.Annibal ꝑ Geryõis mœnibus:cuius urbis captæ atq; ĩcẽſæ a ſe ĩ uſũ horreorũ pauca reliq;rat tecta:ſtatiua habebat:ĩde frumẽtatũ duas exercitus ptes mittebat:cũ tertia ipe expedita ĩſtatõe erat:ſimul caſtris ꝑſidio & circũſpectãs necũde ĩpetus ĩ frumẽtatores fieret.Romãus tũc exercitus ĩ

agro larinati erat:præerat Minutius magiſter equitũ:ꝑfecto:ſicut ante dictũ eſt:ad urbem dictatore. Cæteꝝ caſtra:quæ ĩ mõte alto ac tuto loco poſita fuerũt:iam in planũ deferuntur,agitabanturq; pro ingenio ducis conſilia callidiora:ut impetus aut in frumentatores palantes:aut in caſtra relicta cũ leui manu præſidioq; fieret. Nec Annibalẽ fefellit:cũ duce mutatã eſſe belli rationẽ:& ferocius quã conſultius ré hoſtes geſturos. Ipe autẽ:quod minime quis crederet:cum hoſtis propius eſſet:tertiã partem militũ frumentatũ: duabus retentis in caſtris:dimiſit:deinde caſtra ipſa propius hoſtem mouit duo ferme a Geryone millia ĩ tumulum hoſti conſpectũ:ut intentũ ſciret eſſe ad frumentatores:ſi qua uis fieret tutandos. Propior inde ei atq; ipſis ĩminens romanoꝝ caſtris tumulus apparuit:ad quẽ capiendũ: ſi luce palam iretur: quia haud dubie hoſtibus breuiore uia præuentus eſſet:nocte clam miſſi numidæ ceperunt:quos tenentis locũ contempta paucitate Romani poſtero die cũ eieciſſent:ipſi eo tranſſerunt caſtra. Tum itaq; ut exiguum ſpatii uallum a uallo aberat:& idipſum tota prope cõpleuerat romana acies: ſimul & per aduerſa caſtra a caſtris Annibalis equitatus cũ leui armatura emiſſus in frumentatores late cædẽ fugãq; hoſtium palantiũ fecit. Nec acie certare Annibal auſus:quia tanta paucitate uix caſtra:ſi oppugnarentur:tutari poterant:iamque artibus Fabii pars exercitus aberat:iam fame ſedendo & cunctando bellũ gerebat:receperatq; ſuos in priora caſtra:quæ pro Geryonis mœnibus erant:iuſta quoq; acie & collatis ſignis dimicatũ quidam auctores ſunt:primo concurſu pœnum uſq; ad caſtra fuſum:inde eruptione facta repẽte uerſũ terrorem ĩ romãos. Numerii Decimi ſamnitis deĩde aduentu prælium reſtitutum. hunc principem genere ac diuitiis nõ Bouiani modo:unde erat:ſed toto ſamnio iuſſu dictatoris octo millia peditum & equites ducentos adducentem in caſtra:ab tergo cum apparuiſſet Annibali ſpeciem partis utriuſq; tribuiſſe noui ſubſidii: cumque Fabio ab Roma ueniente Annibalem inſidiarum quoque aliquid timentem recepiſſe ſuos Romanũ inſecutum adiuuante ſamnite:duo caſtella eo die expugnaſſe:ſex millia hoſtium cæſa: quinq; admodum romanorum nunciatũ eſt. Tamen in tam pari prope clade fama egregiæ uictoriæ cum uanioribus litteris magiſtri equitum Romam perlata:de iis rebus perſæpe & in ſenatu:& in concione actum eſt:cum læta ciuitate dictator unus nihil nec famæ:nec litteris crederet. Vt uera omnia eſſent: ſecunda ſe magis quã aduerſa timere diceret. Tum. M. Metellus tribunus plebis:id unũ enim uero ferendum eſſe negat: non præſentem ſolũ dictatorem obſtitiſſe rei benegerendæ:ſed abſentẽ etiam geſtæ obſtare:& inducẽdo bello ac ſedulo tempus terere:quo diutius in magiſtratu ſit: ſoluſq; & romæ & in exercitu ĩperiũ habeat. quippe conſulum alterum in acie cecidiſſe:alteꝝ ſpecie claſſis punicæ perſequendæ ꝑcul ab Italia ablegatum: duos ꝓtores Sicilia atq; Sardinia occupatos:quoꝝ neutra hoc tẽpore ꝓuincia ꝓtore egeat. M. Minutium magiſtrũ equitũ ne hoſtẽ uideret:neq; d reip. gereret:ꝑpe ĩ cuſtodiã habitũ. itaq; hercule non Samniũ mõ: quo iã tanq̃ trans Iberũ agro pœnis cõceſſũ ſit:ſed cãpanum calenũq; & falernũ peruaſtatos eẽ. ſedẽte Caſilini dictatore & legionibus populi romani aggꝝ ſuũ tutante:exercitũ cupientẽ pugnare:& magiſtrũ equitum clauſos ꝑpe ĩtra uallũ retentos:tanq̃ hoſtibus captiuis arma adẽpta:tandẽ ut abſceſſerit inde dictator: ut obſidiõe liberatos extra uallũ egreſſos fudiſſe ac fugaſſe hoſtes:quas ob res:ſi antiquus animus plebi romanæ eſſet:audacter ſe latuꝝ fuiſſe de Fabii ĩperio. Nunc modicã rogationẽ ꝑmulgatuꝝ de æquãdo magiſtri equitũ & dictatoris iure:nec tamẽ ne ita quidẽ prius dimittendũ ad exercitũ. Qu. Fabiũ: quã conſulem in locũ. G. Flaminii ſuffeciſſet. Dictator cõcionibus ſe abſtinuit ĩ actione minime popularis:nec inde ſenatu quidẽ ſatis æquis auribus audiebaꝫ. hunc cũ hoſtẽ extolleret uerbis:biẽniiq; clades ꝑ temeritatẽ atq; inſcitiã ducũ acceptas referret: magiſtroq; equitũ:qđ cõtra dictũ ſuũ pugnaſſet: rationẽ diceret reddẽ dam eſſe:ſi penes ſe ſumma ĩperii conſiliiq; ſit:ꝑpediẽ effectuꝝ ut ſciant hoĩes bono ĩperatori haud magni fortunã momẽti eſſe:mentẽ rationẽq; dominari ſe ſæuo tẽpore:& ſine ignominia ſeruaſſe exercitum: quã multa millia hoĩum occidiſſe ducere maiorẽ gloriã eſſe. Huius generis orationibus fruſtra habitis & conſule creato. M. Attilio Regulo:ne præſens de iure ĩperii dimicaret:pridie:quã rogationis ferendæ dies adeſſet:nocte ad exercitũ abiit. Luce orta:cũ plebis conciliũ eſſet: magis tacita ĩuidia dictatoris fauorque magiſtri equitũ aĩos uerſabat:quã ſatis audebãt hoĩes ad ſuadendũ:qđ uulgo placebat:ꝑdire: & fauore ſuperãte:auctoritas tamẽ deerat rogationi. Vnus inuẽtus ẽ ſuaſor legis. G. Terentius Varro:qui priore anno prætor fuerat:loco non humili ſolũ:ſed etiã ſordido ortus:patrẽ laniũ fuiſſe ferũt:ipſum inſtitoré merces filioq; hoc ipſo ĩ ſeruili eius artis miniſterio uſum. is iuuenis utrũ ex eo genere quæſtus pecunia a patre relicta:animũ ad ſpẽ liberalioris fortunæ iecit:togaq; & foꝝ placuere,ꝑclamando ꝓ ſordidis hoĩbus:cauſiſq; aduerſus rem & famã bonoꝝ primũ in notitiã populi:deinde ad honorẽ ꝓuenit. Quæſtura quoq; & duabus ædilitatibus plebeia & curuli: poſtremo & prætura perfunctus iam ad cõſulatus ſpem cum attolleret animos:haud parum callide auram fauorabilis populi ex dictatoria inuidia petit:ſicque plebis unus gratiã tulit. Omnes eam rogationem:quique Romæ:quique in exercitu erant: æqui atque iniqui præter ipſũ dictatorem in contumeliam eius latam acceperunt:ipſe:qua grauitate animi criminãtes ſe ad multitudinẽ inimicos tulerat:eadẽ & populi in ſe ſæuientẽ iniuriam tulit. acceptisq; in ipſo itinere litteris ſenatus conde æquato imperio:ſatis fidens haudquaquã cũ imperii iure artẽ ĩperandi æquatã: cunq; inuicto a ciuibus hoſtibuſq; animo ad exercitũ rediit. Minutius uero cũ iam ante uix tolerabilis fuiſſet: ſecũdis rebus ac fauore uulgi tum utiq; immodice immodeſteq; nõ Annibale magis uicto a ſe:quã Fabio gloriari: illũ in rebus aſperis unicum ac parem ducem quæſitum Annibali:maiorẽ minori dictatorẽ magiſtro equitũ quod

nulla memoria habeat annalium iussu populi æquatum in eadem ciuitate: in qua magistri equitum uirgas ac secures dictatoris tremere atq; horrere soliti sunt: in tantum suam fœlicitatem uirtutéq; enituisse. Ergo secutus se fortunam suam: si dictatoris cunctatio ignicie deos hominúq; iudicio damnata perstaret. Itaq; quo die primum congressus est cum Fabio: statuendum primum omnium esse ait: quémadmodum imperio adæquato utantur: se optimum ducere aut diebus alternis: aut si maiora iterualla placerét: partitis temporibus alterius summú ius imperiumq; esse: ut par hosti non solum consilio: sed uiribus etiã esset: siquam occasioné rei gerendæ habuisset. Qu Fabio haudquaquã id placere: omnia enim fortunã habituram quæcunq; temeritas collegæ habuisset: sibi cõmunicatum cum illo: non ademptũ imperiũ esse. Itaq; se nunquam uolentem parte qua posset reos consilio gerédaos cessurum: nec se tempora aut dies imperii cum eo exercitus diuisuros: suisq; consiliis: quoniam omnia non liceret: quæ posset seruaturos. Ita obtinuit: ut legiones: sicut consulibus mos esset: inter se diuiderét. Prima & quarta Minutio: Secunda & tertia Fabio euenerunt. Item equites pari numero sociumq; & latini nominis auxiliú diuiserunt: Castris se quoque seperari magister equitum uoluit. Duplex inde Annibali gaudium fuit: neq; enim quicquã eos: quæ apud hostes gerebant: eũ fallebat: & profugis multa indicantibus & per suos exploranté: Nam & liberam Minutii temeritatem se suo modo capturos: & sollertiæ Fabii dimidium uirium decessisse. Tumulus erat inter castra Minutii & pœnos: qui eũ occupasset: haud dubie iniquiorem erat hosti locum facturus. eum non tam capere sine certamine uolebat Annibal: quanquam id operæpretium erat: quam causam certaminis cum Minutio: quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat: & contra itus. Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori: quia non modo siluestre quicquã: sed ne uepribus quidem uestitum habebat: re ipsa natus detegédis insidiis: eo magis quod in nuda ualle nulla talis fraus timeri poterat. & erant in anfractibus cauæ rupes: ut quædam eas ducenos armatos possent capere. in has latebras: quot quenq; locũ apte insidere poterant: qnq; millia condũtur peditum equitũq;. necubi tamen aut motus alicuius temere egressi: aut fulgor armorum fraudem i ualle tam aperta detegeret: missis paucis prima luce ad capiendum: quem antediximus tumulum: auertit oculos hostium. Primo statim conspectu contempta paucitas: ac sibi quisq; deposcere pellendos inde hostis: ad locũ capiendum. Dux ipse inter stolidissimos ferocissimosq; ad arma uocat: & uanis animis & minis increpat hostem. Pricipio leuem armaturam dimittit: deinde conferto agmine mittit equites. Postremo cum omnibus subsidia quoq; itura mitti iubet: instructisq; legiõibus procedit. Et Annibal laborantibus suis: alia atq; alia crescente certamíe mittens auxilia peditum equitũq; iam iustam explicuerat aciem: ac totis utrinq; uiribus certabatur. Prima leuis armatura romanorum præoccupatum inferiore loco succedens tumulum pulsa: detrusosque terrorem in succedétem intulit equitem: & ad signa legionum refugit. peditum acies inter perculsos impauida solo erat: uidebaturque: si iusta aut recta pugna esset: haudquaquam impar futura: tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta: sed exorti repente insidiatores eum tumultum terroremque in latera utrinque: ab tergoque incursantes fecerunt: ut neque animus ad pugnam: neque ad fugam cuiquam spes superesset. Tunc Fabius primo clamore pauentium audito: deinde conspecta procul turbata acie ita est: inquit: non celerius quam timui deprehendit fortuna temeritatẽ: Fabio æquatus imperio Annibalem & uirtute: & fortuna superiorem uidet: sed aliud iurgandi succensendiq; tempus erit: nunc signa extra uallum proferte: uictoriam hosti extorqueamus confessionem erroris ciuibus: iam magna ex parte aliis cæsis: aliis circunspectantibus fugam: fabiana se acies repente uelut cælo demissa ad auxilium ostédit. Itaque priusquam ad coniectum teli ueniret: aut manum consereret: suos a fuga effusa & a feroci pugna hostis continuit: qui solutis ordinibus uage dissipati erant: undique confugerunt ad integram aciem: qui plures simul terga dederant: conuersi in hostem uoluentesq; orbem: nunc sensim referre pedem: nunc conglobatim restare: ac iam prope una acies facta erat uicti atque integri exercitus: inferebantque signa in hostem cum pœnus receptui cecinit: palam ferente Annibale ab se Minutium: se a Fabio uictum. Itaque per uariam fortunam diei maiore parte exacta: cum in castris reditum esset: Minutius conuocatis militibus. Sæpe ego: inquit: audiui milites: eum primum esse uirum: qui ipse consulat quid in re sit: secundum eum: qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere: nec alteri parere scit: eum extremi ingenii esse: nobis quoniam prima animi ingeniiq; negata sors est: secundam ac mediam teneamus: & dum imperare discimus: parere prudenti i animum inducamus: castra cũ Fabio iũgamus. ad prætoriũ eius signa cũ tulerimus: ubi ego eũ parentem appellauero: quod beneficio eius erga nos ac maiestate eius dignum est: uos milites eos: quorum uos modo arma dextræque texerunt: patronos salutabitis: & si nihil aliud: gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit. Signo dato: conclamatur inde ut colligantur uasa. Profecti agmine incedentes ad dictatoris castra in admirationé & ipsum & oés: qui circa erãt: cõuerterũt: ut cõstituta sunt ante tribunal signa: progressus ante alios magister equitum cum patrem Fabium appellasset: circũfusosq; militum eius patronos totũ agmen cõsalutasset: Parentibus inquit dictator meis: qbus te modo noíe: quo fando possũ: æquaui uitã tantũ debeo: tibi cum meã salutẽ: tũ omnium hos. Itaque plebiscitum quo oneratus magis: quã honoratus sum: primus ãtiquo abrogoq;: & qđ tibi mihiq; quod exercituique tuo cõseruato: ac conseruatori sit fœlix: sub imperium auspiciumque tuũ redeo: & signa hæc legionesque restituo. Tu quæso placatus me magistrũ equitũ hos ordinibus suis quéq; teneri iubeas. Tum dextræ interiunctæ militesque

concione dimissa: a notis ignotisque benigne atque hospitaliter inuitati: lætusq; dies ex admodum tristi pauloante ac prope execrabili factus. Romæ ut est plata fama rei gestæ: deinde litteris nõ magis ipsorum imperatorum: quam uulgo militum ex utroq; exercitu affirmata: pro se quisq; maximũ laudibus in cælũ ferre. Par gloria apud Annibalem: hostisq; pœnos erat: ac tum demũ sentire cũ romanis: atq; Italia bellum esse: nam biẽnio antea adeo & duces romanos & milites spreuerant: ut uix cũ eadẽ gente bellũ esse crederent: cuius terribilẽ eam famã a patribus accepissent. Annibalẽ quoq; ex acie redeuntẽ dixisse ferunt: tandem eam nubẽ: quæ sederet in iugis montiũ sollicitatã procellæ imbrẽ dedisse. Dum hæc geruntur ĩ Italia Gn. Seruilius Geminus consul cũ classe nauiũ circunuertit Sardiniæ & Corsicæ oram: & obsidibus utríq; acceptis in Africam transmisit. & priusquã ĩ continẽtem descensiones faceret. Mœnia insula uastata & ab incolentibus circa eam: ne & ipsoꝝ ureretur: diriperetur q; ager. x. talentis argenti acceptis ad littora Africæ accessit: copiasq; exposuit: inde ad populandũ agrũ ducti milites: nauales q; socii iuxta effusi ac si ĩsulas cultoꝝ egentis predarent: itaq; in ĩsidias temere illati: cũ afrequẽtibus palantes & locoꝝ ignari circunuenirent: cũ multa cædæ ac fœda fuga retro ad naues cõpulsi sunt. Ad mille hoĩum cũ his Sempronio Blesõ quæstore amisso: classis a littoribus hostiũ plenis trepide soluta in Siciliã cursum tenuit: traditaq; lilybæi tota Attilio prætori: ut a legato eius. P. Sura Romã reduceretur. Ipse per Siciliã pedibus ꝓfectus freto ĩ Italiam traiecit. Litteriq; Fabii accitus: & ipse & collega eius. M. Attilius ut exercitum a se exacto iam prope semestri ĩperio acciperent. Omniũ prope ánales Fabiũ dictatorem aduersus Annibalẽ rem gessisse tradũt: Celius etiã eũ primũ a populo creatũ dictatorẽ scribit. Sed & Celiũ & cæteros fugit uni consuli. Gn. Seruilio: qui tunc procul in Gallia ꝓuincia aberat: ius fuisse dicẽdi dictatoris. Quã morã: quia expectare ciuitas iam territa clade nõ poterat: eo decursum est: ut a populo crearẽ: qui pro dictatore esset: res ĩde gestas gloriamq; ĩsignem ducis & augendæ titulũ imaginis posteris: ut dictator pro dictatore diceret: facile obtinuisse. Adeoq; ĩopia est coactus Annibal: ut nili tũ fugæ speciẽ abeundo timuisset: Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis: si insequentes cõsules eisdẽ artibus bellũ gererent. Consules. M. Attilius Fabianus: Geminus Seruilius Musitanus exercitu accepto hybernaculis mature communitis (tum autũni erat tẽpus) Fabii artibus cũ summa inter se cõcordia bellũ gesserunt. Frumentatũ exeunti Annibali diuersis locis opportune aderãt carpentes agmẽ: palantesq; excipiẽtes. In casum uniuersæ dimicationis: quã oĩbus artibus petebat hostis: nõ ueniebant. Cũ ad Geryonem iam hyeme ĩpendente cõstitisset bellũ: neapolitani legati Romã uenere: ab iis quadraginta pateræ aureæ magni põderis in curiã illatæ: atq; ita uerba facta: ut dicerent: scire se romani populi ærariũ bello exhauriri: & cũ iuxta ꝓ urbibus agrisq; sociorum: ac ꝓ capite: atq; arce Italiæ urbe romana: atq; ĩperio geratur: æquũ censuisse neapolitanos qđ auri sibi cũ ad ipsoꝝ ornatũ: tum ad subsidiũ fortunæ a maioribus relictũ foret: eo iuuare populũ romanũ: siquã opem in sese crederent: eodem studio fuisse oblaturos. gratũ sibi patres romanos populũq; factuꝝ: si oẽs res neapolitanoꝝ suas dixissent: dignosq; iudicauerint: a quibus donũ aĩo ac uoluntate eoꝝ: qui libẽter darent: quã re maius ampliusq; acciperent. Legatis gratiæ actæ ꝓ munificentia curaq;. Patera: quæ põderis minimi fuit: accepta. per eosdẽ dies spectator carthaginẽsis: qui per bienniũ fefellerat: Romæ deprehensus præcisis manibus dimittitur. Et serui quinq; & uiginti in crucẽ acti: quod in cãpo martio cõiurassent. indici data libertas: & æris grauis. xx. millia. Legati & ad Philippũ macedonũ regem missi ad deposcẽdum Demetriũ Phalerium: qui bello uictus ad eum fugisset: & alii ĩ ligures ad expostulandum: quod pœnum opibus auxiliisque suis iuuissent: simul ad uisendum ex propiquo quæ in boiis atque insubribus gererentur. Ad Pineum quoque regem in illyricos legati missi ad stipendium per eos dies accipiendum. Adeo & si bellũ esset ingens in ceruicibus nullius usquã terraꝝ rei cura romanos ne longinqua quidẽ effugiebat: in religionem etiam uenit ædem Concordiæ: quã per seditionẽ militarẽ biẽnio ante. L. Manlius prætor in Gallia uouisset: locatã ad id tẽpus nõ esse: itaq; duunuiri ad eam rem creati ab Aemylio prætore urbis. Gn. Pupius & Ceso Quintius Flaminius ædem in arcem faciendam locauerunt. Ab eodem prætore ex senatusconsulto litteræ ad consules missæ: ut si iis uideretur: alter eorum ad consules creandos Romam ueniret. se in eam diem: qua iussissent: comitia edictuꝝ. Ad hæc a consulibus rescriptum: sine detrimento reip. abscedi non posse ab hoste: itaq; per interregem comitia habenda esse potius: quam cõsulum alter a bello uocaretur. Patribus rectius uisum est dictatorem a consule dici comitiorum habendorũ causa dictus. L. Veturius Philo. M. Pompõium Mathonem magistrum equitum dixit. his uitio creatis: iussisq; die quartodecimo se magistratu abdicare: ad interregnum res rediit. Consulibus propagatum in annum imperium: interreges proditi a patribus. Gn. Claudius: Appii Filius Cento: inde. P. Cornelius Asina: in eius interregno comitia habita magno certamine plebis ac patrum. G. Terentium Varronem: quem sui generis hominem plebs insectatione principum popularibusque artibus conciliatum ab. Qu. Fabii opibus ex dictatorio imperio concussi aliena inuidia splendentem: uulgus etiam extrahere ad consulatum nitebat. Patres sũma ope obstabãt: ne se ĩsectãdo sibi æquari assuescerẽt hoies. Bebius Herennius tribunus pl. cognatus. G. Terẽtii criminãdo nõ senatũ mõ: sed etiã augures: qđ dictatorẽ ꝓhibuissẽt comitia pficere ꝓ iuuidiã eoꝝ: fauorẽ cãdidato suo cõciliabat. Ab hoĩbus nobilibus ꝓ multos ános bellũ quærẽtibus: Annibalẽ ĩ Italiã adductũ: ab iisdẽ: cũ debellari possit: fraude id bellũ trahi. cũ q̃ttuor militũ legiõibus uniuersis pugnari posset: apparuisse eo quod. M. Minutius absente Fabio prospere pugnasset. duas legiones hosti ab

eodem obiectas:deinde ex ipsa cæde ereptas:ut pater patronusq; appellaretur:qui prius uincere prohibuisset romanos: quā uinci.Consules deinde fabianis artibus cū debellari posset:bellum traxisse:id fœdus inter oēs nobiles ictum:nec finē ante belli habituros quā consulem uere plebeiū:ideſt hoiem nouum fecissent:Nam Plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris: & conténere plebem:ex quo cōtemni desierīt a patribus cœpisse:cui non id appareret:id actum & quæsitū esse:ut interregnum iniretur:ut in patȝ potestate comitia essent:id cōsules ambos ad exercitum morando quæsisse:id postea:quia inuitis iis dictator esset dictus:comitioȝ causam expugnatā esse:ut uitiosus dictator per augures fieret.Abhorrere igit̄ interregnum eos:consulatum unum certe plebis romanæ esse:populum libeȝ habituȝ:ac datuȝ ei:qui magis uincere:quamdiu imperare malit.Cum his orationibus accensa plebes esset: tribus patritiis petentibus.P. Cornelio Merenda:L.Manlio Volsone:M. Aemylio Lepido:duobus nobilibus iam familiaribus plebei G.Attilio Serrano:& Acilio Peto:quoȝ alter pontifex:alter augur erat.G. Terentius cōsul unus creatur: ut in manu eius essent comitia rogando collegæ tū:cū experta eēt nobilitas paȝ fuisse uiriū in cōpetitoribus eius.L.Aemylius Paulus:qui cū.M.Lællio consul fuerat:& dānatione collegæ:& sua prope ambustus euaserat: infessus plebi diu ac multū recusans ad petitionē cōpulsus uiris proximo comitiali die concedētibus omnibus: qui cū Varrone certauerāt parte magis in aduersa:quā collega datur cōsuli. Ante prætoriana comitia habita creati.M.Pomponius Matho:&.P.Furius Philo.Romæ urbana sors iuridicum Pomponio inter ciues romanos:& peregrinos euenit.Additi duo prætores.M.Claudius Marcellus in Siciliam L.Posthumius Albinus in Galliā:omnes absentes creati sunt:nec quisquā eoȝ præter Terentiū cōsulem erat:cui iam antea mādatus honos nō fuisset:præteritis aliquot fortibus ac strenuis uiris:quia in tali tempore nullus nouus magistratus uidebatur dandus.Exercitus quoq; multiplicati sunt. Quantæ autē peditum equitūq; additæ sint copiæ:adeo numero & genere copiaȝ uariant auctores:ut uix quicquā satis certum affirmare ausim :decē millia nouoȝ militū alii scripta in supplementū:alii nouas quattuor legiones quinq; legionibus additas:ut nouē legionibus rem gererent:numero quoq; peditū equitūq; legiones auctas millibus peditū:& centenis equitibus in singulas adiectis: ut quina millia peditū tercēti equites eēnt: sociisq;:ut duplicē numeȝ equitū darent:pedites æquarēt.Septē & octoginta quinque millia armatoȝ & .cc.in castris romanis:cū pugnatū eēt ad Cannas:quidā auctores sunt.Illud haudquaquā discrepat:maiore conatu atq; īpetu rem actam:quā prioribus ānis:quia spem posse uinci hostē dictator præbuerat. Cæteȝ priusquā signa nouæ legionis ab urbe mouerēt:decēuiri libros adire:ac inspicere iussi propter territos uulgo homines nouis ꝓdigiis:Nam & Romæ in Auentino:& Ariciæ nunciatū erat sub idem tempus lapidibus pluuisse:& multo cruore signa in sabinis cædis:aquas e fonte calidas manasse:id quidē & quid sæpius acciderat:magis terrebat:& in uia Fornicata:quæ ad campum erat:aliquot homines de cælo tacti exaniatique fuerant.Ea prodigia ex libris procurata.Legati a Pesto pateras aureas Romam attulere.iis sicut neapolitanis gratiæ actæ: aurum non acceptum.Per eosdem dies ab Hierone classis ostiam cum magno apparatu accessit.legati syracusani in senatum introducti nunciarunt cædem.G.Flaminii exercitusque allatam adeo affeciſſe regem Hieronem:ut nulla sui propria regnique sui clade moueri magis potuerit. itaq; quanquam probe sciat magnitudinem populi romani admirabiliorem prope aduersis rebus: quam secūdis esse:missa tamen a se omnia:quibus a bonis fidelibusq; sociis bella iuuari soleant: quæ ne accipere abnuant:magnopere se publice orare.Iam omnium primum omnis causa uictoriā auream pondo.ccc.xx.afferre sese.acciperent eam:tenerentq;:& haberent propriam & perpetuam. aduexisse etiam trecenta millia modioȝ tritici:ducenta hordei:ne commeatus deessent.& quātum præterea opus esset:quo iussisset:subuecturos.milite atq; equite scire nisi romani latiniq; nominis non uti populum romanum.leuium armatorum auxilia etiam externa uidisse in castris romanis : itaq; misisse mille sagitarioȝ ac funditoȝ aptam manum aduersus funditores ac mauros:pugnacesque alias gentes.Ad ea dona consilium quoq; addebant: ut prætor:cui Sicilia prouincia esset:classem in Africam traiiceret:ut & hostes i terra sua bellum haberēt: minusque laxamenti daretur iis:ad auxilia Annibali summittenda.Ab senatu ita responsum regi est.Virū bonum egregiumque socium Hieronem esse:atque uno tenore: ex quo in amicitiam populi romani uenerit:fidem tenuisse:ac rem romanam omni tempore omni loco munifice adiuuisse :id perinde ac deberet pergratum populo romāo esse. Aurum & a ciuitatibus quibusdam allatum nō accepisse:populum romanum gratia regis uictoriam omenque accipere:sedemque ei se diuæ dare dicareue Capitolium: templū Iouis Optimi Maximi:in ea arce urbis Romæ sacratam uolentem : propitiamq; firmam ac stabilem fore populo romano.Funditores sagittariique & frumentum traditum consulibus: quinqueremes ad nauium classem:quæ cum.M.Octacilio prætore in Sicilia erant.quinque & uiginti additæ:permissumq; est:ut si e rep.censeret esse:in Africam traiiceret.Delectu perfecto:consules paucos morati dies:dum socii a noīe latino uenirēt.Milites tunc:quod nunquā antea factū erat:iureiurādo a tribunis militū adacti iussu consulum conuenturos : neque iniussu abituros : nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat : & ubi ad decuriatum & centuriatum conueniſſent : sua uoluntate ipsi inter se equites decuriati:centuriati pedites coniurabant: sese fugæ atque formidinis causa non abituros : neque ex ordine recessuros : nisi teli sumendi:aut petendi : aut hostis feriendi : aut ciuis seruandi causa : id ex uoluntario inter ipsos fœdere a tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionem translatum . Conciones : priusquam ab urbe signa

mouerentur:consulis Varronis multæ ac feroces fuerunt:denunciantes bellum accersitũ in Italiam a nobilibus:mansurũq; ĩ uisceribus reip:si plures Fabios imperatores haberet.Se quo die hostem uidisset profecturum.Collegæ eius Pauli una:pridie quã ex urbe proficiscerentur :concio fuit uerior :quã gratior populo:quia nihil inclæmẽter ĩ Varronẽ dictũ: nisi id mõ:Mirari se quo mõ quis dux priusquã aut suũ:aut hostium exercitũ:locoꝝ situ:naturam regionis nosset:iam nũc locatus in urbe: sciret quæ sibi agenda armato forent.& diẽ quoq; prædicere posset:qua cũ hoste signis collatis esset dimicaturus . se quæ consilia magis res dent hoibus:quã hoes rebus:ea ante tempus ĩmatura non præceptuꝝ.optare:ut quæ caute atque cõsulte gesta essent:satis ꝓspere euenirent.Temeritatẽ:præterquã quod stulta sit : infœlicẽ etiã ad id locoꝝ fuisse:eũ sua sponte apparebat tuta celeribus cõsiliis præposituꝝ :& quo id cõstantius ꝓseueraret: Fabius Maximus sic eũ ꝓficiscentem allocutus fertur.Si aut collegã:id quod mallẽ tui similem:L.Aemyli haberes:aut tu collegæ tui similis esses: supuacanea esset oratio mea:nã & duo boni cõsules :etiã me tacente oĩa erep.fide uestra faceretis.& mali nec mea uerba auribus uestris:nec cõsilia aĩs reciperetis.Nũc & collegam tuũ: & te talem uirũ intuenti mihi tecũ omnis oratio est:quẽ uideo nequicquã & uiꝝ bonũ: & ciuem fore:si altera parte claudicet resp.malis cõsiliis:idem & bonis iuris & potestatis erit. Erras enim.L. Paule:si tibi minus certaminis cũ.G.Terentio:quã cũ Annibale futuꝝ censes.nescio an ifestior hic aduersarius:quã ille hostis maneat:& cũ illo in acie tantũ:cũ hoc oĩbus locis ac temporibus certaturus es:& aduersus Annibalem legionesq; eius tuis equitibus ac peditibus pugnandũ tibi sit:Varro dux tuis militibus te sit oppugnaturus.omni etiã tibi causa adsit.G.Flaminii memoria:tum ille cõsul demũ & in prouincia: & ad exercitũ cœpit furere.hic priusquã peteret consulatũ:deinde in petẽdo consulatu: nũc quoq; consul priusquã castra uideat aut hostẽ:insanit:& qui tantas iam nũc ꝓcellas:prælia:atq; acies inter togatos ciet: quid inter armatã iuuentutẽ cẽses futuꝝ:& ubi extemplo uerba res sequitur.Atq; qui si hic :quod facturum se denunciat:extẽplo pugnauerit:aut ego rem militarẽ:belli hoc genus:hostẽ hũc ignoro:aut nobilior alius Trasimeno locus nostris cladibus erit.Nec gloriãdi tẽpus aduersus unũ est:ut ego cõtẽnendo potius:quã appetẽdo gloriã modũ excesserim.sed ita res habet:una ratio belli gerẽdi aduersus Annibalẽ est: quã ego gessi.nec euentus docet hoc stultoꝝ:iste magister ẽ:sed eadem ratio:quæ fuit futura : quæ donec res eadẽ manebunt:ĩmutabilis erit.In Italia bellũ gerimus:in sede ac solo nostro oĩa circa plena ciuiũ : ac socioꝝ sunt:armis:uiris:equis:cõmeatibus iuuant:iuuabũtq;.id iam fidei documentũ in aduersis rebus nostris dederũt.meliores:prudentiores:cõstantiores nos tempus diesq; facit.Annibal contra in aliena: in hostili est terra:inter oĩa inimica infestaq;:ꝓcula a domo:procul a patria:neq; illi terra:neq; mari est pax: nullæ eum urbes accipiunt:nulla mœnia:nihil usquã sui uidet:in diẽ rapto uiuit:partẽ uix tertiam eius exercitus hẽt: quo Ibeꝝ amnẽ traiecit:plures fames:quã ferrũ absũpsit.nec his paucis iam uictũ suppeditat. dubitas ergo: qn eũ sedẽdo supaturi simus:q̃ senescit ĩ dies:nõ cõmeatus:nõ supplemẽtũ:nõ pecuniã hẽt: quãdiũ ꝓ Geryonis castelli Apuliæ iopis: tãq̃ ꝓ Carthagis mœnibus pugnatũ ẽ:sed ne aduersus te quidẽ ego gloriabor .P.Seruilius atq; Acilius ꝓximi cõsules:uide:quẽadmodũ eũ ludificati sũt:hæc una salutis ẽ uia.L. Paule:quã difficilẽ infestãq; ciues magis:quã hostes facient.Idem enim tui qđ hostiũ milites uolũt: idem Varro consul romanus:qđ Annibal pœnus ĩperator cupit:duobus ducibus unus resistat oportet.resistes autẽ aduersus famã rumoresq; hoĩum: si satis firmus steteris.Si te neq; collegæ uana gloria:neq; tua falso ifamia mouerit. A ueritate laborare nimis ius sæpe aiunt extingui nunquã.Gloriã qui ꝓspreuerit:ueram habebit:sine timidũ ꝓ cauto:tardũ ꝓ cõsiderato:imbellẽ ꝓ perito belli uocẽt.Malo te sapiens hostis metuat:quã stulti ciues laudẽt:oĩa audentẽ contẽnet Annibal.nil temere agentẽ metuet.Nec ego:ut nihil agatur:sed ut agentẽ te ratio ducat nõ fortuna:tuæ potestatis semper:tuaq; oĩa sint:armatus:intentusque sis:neq; occasioni tuæ desis:neq; suam occasionẽ hosti des:oĩa non ꝓperanti clara certaq; erunt.festinatio ĩprouida est & cæca.Aduersus ea oratio consulis haud sane læta fuit.magis fatentis ea: quæ diceret: uera: quã facilia actu eẽ.dictatori magistrũ equitũ ĩtolerabilẽ fuisse.Quid cõsilii aduersũ collegã seditiosũ:ac temerariũ uiꝝ:atq; auctoritatis fore! se populare incendiũ priore cõsulatu semiustum effugisse:optare:ut omnia ꝓspere euenirent.At siquid aduersi caderet:hostiũ se telis potius:quã suffragiis iratoꝝ ciuiũ caput obiectuꝝ.Ab hoc semone ꝓfectum paulũ tradunt:ꝓsequentibus primoribus patrum.Plebeiũ consulem sua plebs ꝓsecuta turba:quã dignitatẽ cõspectior. Vt in castra uenere:ꝑmixto nouo exercitu ac uetere castris bifariam factis:ut noua minora esset ꝓpius Annibali:in ueteribus maior pars:& omne robur uiroꝝ esset.tum anni prioris consulem.M.Acilium ætatem excusantem Romam miserunt.Geminium Seruiliũ in minoribus castris legioni romanæ:& socium peditum equitumq; duobus millibus præficiũt.Annibal: quanquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat:tamen aduentu consulum mire gaudere : non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat:sed ne unde raperet:quidem quicquam reliquerat:omni undique frumento : posteaquam ager parum tutus erat:in urbes munitas conuecto :ut uix decem dieꝝ:qđ compertũ postea est:frumentũ supesset.Hispanorũq; ob inopiam trãsitio parata fuerit:si maturitas tempoꝝ expectata foret.Cæteꝝ temeritati cõsulis ac præpropero ingenio materiã etiã fortuna dedit:qđ in ꝓhibẽdis ꝑdatoribus tumultuario prælio ac ꝓcursu magis militũ:quã ex ꝑparato aut iussu ĩperatoꝝ orto:haudquaquã par pœnis dimicatio fuit.ad.M. &.cc. cæsis non plus romanorum sociorumque .c. occisis :cæterum uictoribus effusse sequentibus metu insidiarum abstitit Paulus consul: cuius eo

die(nam alternis ꝑitabant)imperiū erat: Varrone indignante ac uociferante emissum hostē emanibus. debellariq; ni cessatū foret: potuisse. Annibal id damnū haud ægerrime pati: quin potius credere: uelut inescatam temeritatē ferocioris consulis ac nouoꝝ militū esse: itaq; locum & tēpus insidiis aptum se habere ratus: nocte ꝓxima nihil præter arma secum ferentis milites ducens: castra plena omnis fortunæ publicæ priuatæq; reliquit: transq; ꝓximos mōtes leua pedites instructos condit: dextera equites: impedimēta per cornu in mediū agmen traducit: ut diripiēdis uelut desertis fuga dominoꝝ castris occupatū: impeditūq; hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes: ut fides fieret: dum ipse longius spatiū fuga præriperet: falsa imagine castroꝝ: sicut Fabium priore āno frustratus fuerat: in locis tenere cōsules uoluisse. Vbi illuxit: subductæ primo stationes: deinde ꝓpius adeuntibus insolitū silentiū admirationē fecit. iam satis cōperta solitudine ī castris: cōcursus fit ad ꝓtoria consulum: nunciantiū fugam hostiū adeo trepidā: ut tabernaculis stantibus castra reliquerint: quoq; fuga obscurior esset: crebros etiā relictos ignes. Clamor īde ortus: ut signa ꝓferri iuberent: ducerentq; ad ꝓsequendos hostes: ac ꝓtinus castra diripienda. Et consul alter uelut unus turbæ militaris erat. Paulus etia atq; etiā dicere ꝓuidendū ꝑcauendūq; esse postremo cū aliter neq; seditionē: neq; ducē seditionis sustinere posset: M. Statilium ꝑfectum cū turma lucanoꝝ exploratum misit: qui ubi adequitauit portis: subsistere extra muniméta cæteris iubet: ipse cū duobus equitibus uallū intrauit: speculatusq; omnia cū cura renunciat insidias ꝓfecto esse: ignes in ꝑte castroꝝ: quæ uergant ī hostem: relictos: tabernacula apta: & oīa cara in ꝓmptu relicta: argentū quibusdā in locis temere ꝑ uias obiectum ad ꝑdam uidisse. Quæ ad detinendos a cupiditate aīos nunciata erant: ea accenderunt: & clamore sublato a militibus: nisi signum det: sine ducibus ituros: haudquaquā defuit: nam extemplo Varro signū dedit ꝓficiscendi. Paulus: cū ei sua sponte cunctāti pulli quoq; auspicio nō addixissent: nunciari iam efferē ti porta signa collegæ iussit: Quod quāquā Varro ægre est passus: Flaminii tamen recens casus Claudiiq; consulis primo punico bello memorata naualis clades religionē aīo incussit. Dii ꝓpe ipsi eo die magis distulere: quā ꝓhibuere īminentē pestem romanis: nā forte ita euenit: ut cū referri signa in castra iubēti consuli milites non parerent: serui duo Formiani unus: alter Sidicini equitis: qui Seruilio: atq; Acilio consulibus inter pabulatores excepti a numidis fuerāt: ꝓfugerent eo die ad dominos: qui deducti ad consules denunciāt oēm exercitū Annibalis trans ꝓximos mōtes sedere ī īsidiis. Hoꝝ opportunus aduētus consules imperii potētes fecit: cū ambitio alterius suam primū apud eos praua indulgentia maiestatē soluisset. Annibal posteaq; motos magis incōsulte romanos: quā ad ultimū temere euectos uidit: nequicquam detecta fraude in castra rediit. Ibi plures dies ꝓpter inopiā frumenti manere nequibat: nouaq; consilia in dies non apud milites solū mixtos ex colluuione oīum gentiū: sed etiā apud ipsum ducem oriebant: nam cū initio fremitus: de inde aperta uociferatio fuisset exposcentiū stipendiū debitū quærentiūq; annonā primo: postremo famem. & mercænnarios milites maxie hispani generis de traditione cœpisse consiliū fama esset: ipse etiā Annibal interdū de fuga ī Galliam dicitur agitasse: ita: ut relicto peditatu omni: cū eq tatu se proriperet. Cum hæc cōsilia: atq; hic habitus animoꝝ esset in castris: mouere inde statuit in calidiora: atq; eo maturiora messibus Apuliæ loca. simul quo longius ab hoste recessisset: transfugia ꝑditiora leuibus ingeniis essent. Profectus est nocte ignibus similiter factis: tabernaculisq; paucis relictis in specié: ut insidiarum par priori metus cōtineret romanos: sed per eundē Lucanū Statilium oībus ultra castra transq; mōtes exploratis: cū relatū esset: uisum ꝓcul hostiū agmē: tum die sequenti eius insequēdi cōsilia agitari cœpta: cū utriusq; cōsulis eadē: quæ semper ante fuisset: sententia. Cæteꝝ Varroni fere oēs: Paulo nemo præter Seruilium prioris anni consulē assentirent: maioris partis sententias ad nobilitandas clade romana Cannas urgente fato ꝓfecti sunt. Prope eū uicum Annibal castra posuerat auersa a Vulturno uento: qui campis torridis siccitate nubes puluris uehit: id cū ipis castris ꝑ cōmodū fuit: tū salutare præcipue futuꝝ erat cū aciem dirigerent ipsi auersi: terga tantū afflante uento ī occecatū puluere effuso hostē pugnaturi. Consules satis exploratis itineribus sequentes pœnū: ut uentū ad Cannas est: ubi in cōspectu pœnū habebant: bina castra cōmuniunt: eodē ferme interuallo: quo ad Geryonem: sicut ante copiis diuisis. Aufidus amnis utrisq; castris affluens aditū aquatoribus ex sua cuiusq; opportunitate haud sine certamīe dabat. ex minoribus tamen castris: quæ posita trans Aufidū erant: liberius aquabant romani: quia ripa ulterior nullū habebat hostium præsidium. Annibal spem nactus loci ad equestrē pugnā: qua parte uiriū iuictus erat: facturus copiā pugnandi cōsulibus dirigit aciē: lacessitq; numidaꝝ ꝓcursatione hostes. Inde rursus sollicitari seditione militari ac discordia cōsulū romana castra: cum Paulus Aemylius Sempronii & Flaminii temeritatem Varroni: Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabii obiiceret: testareturque deos & homines: hic nullam penes se culpam esse: quod Annibal uelut suam cepisset Italiam: se constrictū a collega teneri: ferrum atque arma iratis & pugnare cupientibus adimi militibus. Ille siquid proiectis ac proditis ad inconsultam atque improuidam pugnam legionibus accideret: se omnis culpæ exortem: omnis tamen euentus participem fore diceret: uideret: ut quibus lingua prompta: ac temeraria esset: æque in pugnam uigerent manus. Dum altercationibus magis: quam consiliis tempus teritꝝ: Annibal ex acie: quā ad multum diei tenuerat instructam: cum in castra cæteras reciperet copias: numidas ad inuadendos ex minoribus castris romanorum aquatores trans flumen mittit. Quam inconditam turbam: cum uixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent: instationem quoq; pro uallo locatam: atque ipsas prope

portas euecti sunt: id uero indignum uisum a tumultuario auxilio:iã etiã castra romana terreri:ut ea mõ una causa:ne extemplo transirent flumen:dirigerentq; aciem:tenuerit romanos: quod summa imperii eo die penes Paulum fuerit.Itaq; Varro postero die:cuius sors eius diei iperii erat:nihil consulto collega:propositum signum dedit: instructisq; copiis flumen transiuit:sequente Paulo:quia magis non probare:quã non adiuuare consiliũ poterat.Transgressi flumen eas quoq;:quas in castris minoribus habuerant copias: suis adiũgunt: atq; ita instructa acie i dextero cornu(id erat flumen propius)Romanos equites locãt:deide pedites.Leuum cornu extremi equites socior:intra pedites ad mediũ iũcti legionibus romanis tenuerũt iaculatores.ex cæteris leuium armor auxiliis prima acies facta:consules cornua tenent: Terẽtius leuum: Aemylius dexterum.Geminio Seruilio media pugna tuenda data.Annibal luce prima balearibus leuique armatura præmissa transgressus flumẽ:ut quosq; traduxerat ita in acie locabat.Gallos hispanosq; equites prope ripam leuo in cornu aduersus romanum equitatũ.dexterum cornu numidis equitibus datũ.media acie peditibus firmata ita:ut afrorum utraque cornua essent:interponerentur his medii galli atq; hispani. afros romanam magna ex parte crederes aciem:ita armati erant armis:& ad Trebiam:cæterum magna ex parte ad Trasimenũ captis. Gallis hispanisq; scuta eiusdem formæ fere erant. dispares ac dissimiles gladii. Gallis prælongi ac sine mucronibus:hispano puncti magis: quã cæssim assueto petere hostem:breuitate habiles:& cum mucronibus.Ante cæteris armati:is gentiũ harum habitus:tum magnitudine corporum: tum specie terribilis erat.Galli super umbilicũ erant nudi. Hispani linteis prætextis purpura tunicis candore miro fulgentibus:constiterant.Numerum omniũ:qui tum peditum equitũq; in acie stetere:illũ ferunt:uidelicet quadraginta peditũ millia decem equitũ.Duces cornibus præerãt: sinistrũ Asdrubal:dexterum regebat Maharbal:mediã aciem Annibal ipse cum fratre Magone tenuit solus:seu de industria ita locatus:seu quod forte ita stando popportune utriq; parti obliquus erat.Romanis in meridiẽ:pœnis i septẽtrionem uersis:uentus:quẽ Vulturum incolæ regionis uocant:aduersus romanos coortus:multo puluere in ipsa ora uoluendo:pspectum ademit:clamore sublato,pcursum auxiliis & pugna leuibus primũ armis commissa:deinde equitum.Gallor hispanorũq; leuũ cornu cũ dextero romano cõcurrit minie equestris more pugnæ:frontibus enim aduersus concurrendum erat:quia nullo circa ad euagandum relicto spatio: hinc amnis:hinc peditũ acies claudebant.indirectũ utrinq; nitentes:stãtibus ac consertis.postremo turbatis equis uir uir amplexus detrahebat æquo:pedestre magna iã ex parte certamẽ factũ erat:acrius tamen: quã diutius pugnatũ:pulsiq; romani equites terga uertunt.sub equestris finem certaminis coorta est pedi tum pugna.primo & uiribus & animis pares constabant ordines gallis hispanisq;.Tandem romani diu ac sæpe consilio agitabant:qua fronte acieque densa impellerent hostium cuneum nimis tenuem: eoq; par ualidum a cætera,pminentem acie.impulsis deinde:ac trepide referentibus pedem insistere:ac tenore uno p præceps pauore fugientiũ agmẽ i mediã primum aciẽ illati:postremo nullo resistẽte: ad subsidia afror peruenerunt:qui utrinq; reductis alis constiterant:mediiq; galli:hispaniq; steterunt aliquantũ ,pminente acie,qui cuneus ut pulsus æquauit frontẽ primum:deinde nitendo etiam sinum i medio dedit .Afri circa iam cornua uim fecerãt:irruentibusq; incaute in mediũ romanis circũdedere alas. mox cornua extendẽdo clausere & a tergo hostes .hic romãi defũcti neqcquã prælio uno:omissis gallis hispanisq;:quor terga ceciderant: etiã aduersus afros pugnam ineunt:non tantum eo iniquam: quod inclusi aduersus numidas circunfusos:sed etiã quod fessi cum recentibus ac uegetis pugnabant:iam & in sinistro cornu romão:ubi socior equites aduersus numidas steterant:consertum prælium erat;segne primo:& a punica cœptũ fraude.Quingenti ferme milites numidæ præter cõsueta arma telaq; gladios occultos sub loricis habẽtes specie transfugar:cum ab suis parmas post terga habentes adequitassent:repente ex equis desiliunt:parmisq; & iaculis ante pedes hostium ,iectis in mediam aciem accepti:ductiq; ad ultimos considere a tergo iubẽtur:ac dum prælium ab omni parte conseritur:quieti manserunt.Posteaquã omniũ oculos:animosq; occupauerat certamen:tum arreptis scutis:quæ passim inter aceruos cæsor corpor strata erant:uersam adoriuntur romanam aciem:tergaq; ferientes:ac poplites cædentes stragem ingentem dederunt: ac maiorẽ aliquanto pauorem ac tumultum fecerunt.Cum alibi terror ac fuga:alibi ptinax i mala iam spe prælium esset:Asdrubal:qui ea pte perat:subductos ex media acie numidas:quia segnis eor cum aduersis pugna erat:ad psequẽdos passim fugientes mittit.Hispanos & gallos pedites:afris iam ,ppe fessis:cæde magis quã pugna adiungit.Parte altera pugnæ Paulus:quanquã primo statim prælio funda grauiter ictus fuerat:tamen & occurrit sæpe cũ cõsertis Annibali:& aliquot locis prælium restituit:ptegentibus eum equitibus romanis:omissis postremo equis:quia consulẽ ad regẽdum equũ uires deficiebant:cum denũcianti cuidem iussisse consulem ad pedes descendere equites:dixisse Annibalem ferunt:quam mallem uinctos mihi traderent equites.Tum pedestre prælium:quale iam haud dubia hostium uictoria fuit:cum uicti more i uestigio mallent:quam fugere:uictores morantibus uictoriam irati trucidarent:quos pellere non poterant: pepulerũt tamẽ iam paucos supatos:& labore ac uulneribus fessos.inde dissipati omnes sunt:equosq; ad fugam:qui poterant:repetebant.Gn.Lentulus.tribu.militum cum præteruehens equo sedentem in saxo cruore oppletum consulem uidisset:L.Aemyli inquit: quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ dii respicere debent:cape hunc equum:dum & tibi uirium aliquid supereſt:comes ego te tollere possum: ac protegere:ne funestam hanc pugnam morte cõsulis feceris:etiam sine hoc lachrymar satis luctusque est.

Ad ea cõsul:tu quidem.Gn. Corneli macte uirtute esto:sed caue frustra miserando:exiguum tẽpus e manibus hostium euadendi absumas.Abi:nuncia publice patribus urbẽ Romã muniant:ac priusquã hostis victor adueniat:psidiis firmẽt.priuatimq;.Qu. Fabio Aemyliũ pceptoꝝ eius memoré extitisse : & uixisse : & adhuc mori. & tu me ĩ hac strage militũ meoꝝ patere expirare:ne ut reus ĩtereã: causaq; consulatus accusator collegæ existã:ut alieno crimine ĩnocentiã meam ꝓtegam.Hæc exigentem prius turba fugientium ciuiũ:deinde hostes oppressere cõsulem:ignorantes quis esset:obrueruntq; telis.Lentulum in tumulum abripuit equus:tum inde effusæ fugiunt.Septem millia hoĩum in minora castra:decem ĩ maiora:duo ferme in uicum ipsum Cannas pfugerunt:qui extemplo a Cartalone:atq; equitibus nullo munimento tegẽte uicũ circũuenti sunt.Cõsul alter seu forte:seu cõsilio nulli fugientiũ ĩfestus agmini:cũ qnquagita fere equitibus Venusiã ꝓfugit:quadraginta millia peditũ:duo millia septingẽti equites:& tanta ꝓpe ciuiũ sociorũq; pars cæsi dicunt:In his alter cõsulũ.Quæstores.L.Acilius : &.L. Furius Bibaculus.xxi.tri.mili. cõsulares quidã prætoriiq; ædilitii inter eos.Gn.Seruilius:&.G.Minutius Numatius:qui magister equitũ priore anno aliquot diebus ante fuerat.lxxx.præterea senatores:aut qui eos magistratus gessissent:unde ĩ senatũ legi deberent:cum sua uoluntate ĩ legionibus milites facti essent.Capta eo prælio tria millia peditum:& equites trecenti dicuntur.Hæc est pugna cannensi clade nobilitata: per cætera alliensi : utque illa iis : quæ post pugnam accidere : leuior: quia ab hoste cessatum est:sic strage exercitus grauior: fœdiorq; fuit fuga.náq; ad Alliam fuga sicut urbem prodidit:ita exercitum seruauit : ad cannas fugientem consulem uix quinquaginta secuti sunt:alterius morientis prope totus exercitus fugit.Binis ĩ castris cum multitudo semiermis sine ducibus esset:nuncium:qui maioribus præerant:mittunt:dum prælio deinde ex letitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret: ut ad se transirent:uno agmine Cannusiũ abituros esse.eam sententiã alii totã aspernari:cur enim illos:qui ad se accersant:ipsos non uenire:cum æque cõiũgi possent:quia uidelicet plena hostium omnia in medio essent : & alioꝝ quã sua periculo corpora tanto mallent obiicere.Aliis non tam sententia displicere:quã animus deesse.P.Sempronius Tuditanus.tri.militũ Capi ergo mauultis:inquit:ab auarissimo & crudelissimo hoste:æstimariq; capita uestra:& exquiri pretio ab ĩterrogãtibus romanus ciuis sis:an latinus socius:ut ex tua cõtumelia & miseria alteri honos quæratur nõ tibi:nõ uos quidem.L.Aemylii:qui se bene mori:quã turpiter uiuere maluit: & tot fortissimoꝝ uiroꝝ:qui circa eum cumulati iacẽt:similes estis.sed anteaquã opprimat lux:maioraq; hostiũ agmina obsepiant iter:p hos: qui inordinati atq; incomposiți obstrepunt:porta erũpamus ; ferroq; atq; audacia iter fiat:quãuis p cõfertos hostes cuneo quidem hoc lassum atq; solutũ agmẽ:ut si nihil obstet:trãsibimus.Itaque ite mecũ:qui & uosmetipsos:& remp.saluã uultis.Hæc ubi dicta dedit:stringit gladiũ; cuneoq; facto per medios uadit hostes:& cũ in latus dexteꝝ:quod patebat:numidæ iacularent:translatis in dexterã partem scutis:in maiora castra ad tria millia & sexcentos euaserũt:atq; inde ꝓtinus alio magno agmine adiũcto Cannusium incolumes ꝓueniunt.Hæc apud uictos magis ĩpetu aĩoꝝ: quem ingenium suum cuique aut sors dabat:quã ex cõsilio ipsoꝝ:aut imperio cuiusquã agebant.Annibali uictori cum cæteri circũfusi gratularent:suaderẽtq;:ut tanto perfunctus bello:diei quod reliquũ esset : noctisq; insequentis quietẽ & ipse sibi sumeret:& fessis daret militibus:Maharbal præfectus equitũ minime cessandum ratus:immo:ut quid hac pugna sit actũ:scias:die quinto:inquit:uictor ĩ Capitolio epulaberis.sequere cũ equite : ut prius te uenisse:quã uentuꝝ sciant.Præcedãt:Annibal inquit:inimici:læta res ẽ:sed uia maior: quã ut eã statim capere animo possim:itaq; uolũtaté se laudare Maharbalis ait:ad cõsilium prænsandũ tempus opus esse. Tum Maharbal:non oĩa eidẽ dii dedere.Vincere scis Annibal:uictoria uti nescis.Mora eius diei satis creditẽ saluti fuisse urbi:atq; imperio.Postero die ubi primũ illuxit:ad spolia legenda fœdãq; etiã hostibus spectãdam stragẽ insistunt.lacebãt tot romanoꝝ millia pedites & equites passim:ut quẽ cuiq; sors aut pugna iunxerat aut fuga. assurgentes quidã ex strage media cruenti:quos stricta matutino tempore excitauerãt uulnera:ab hoste oppressi sunt:quosdã & iacentis uiuos succisis fœminibus poplitibusq; inuenerunt nudantes ceruicẽ:iugulúq; & reliquũ sanguinem inuitãtes haurire.Inuenti sunt quidã:mersis ĩ effossam terrã capitibus:quos sibi ipsos fecisse foueas:obruentes ora subiecta:supq; humo iniecta intercluisse spiritũ apparebat.Præcipue cõuertit oẽs subtractus numida mortuo superincũbẽti romano uiuus:naso auribusque laceratis:cũ manibus ad capiendũ telum inutilibus in rabiem ira uersus:laniando dentibus hostẽ expirasset.Spoliis ad nutũ delectis.Annibal ad minora ducit castra oppugnãda:& oĩum primũ brachio fluminis obiecto:eos excludit.Cæteꝝ ab omnibus labore:uigiliis:uulneribus etiã fessis maturior ipsoꝝ spe deditio ẽ facta : pacti ut arma atq; equos traderẽt:ĩ capita rõana tricenis nũmis quadrigatis:ĩ socios duce nis:in seruos cẽtenis ; & eo pretio persoluto cum singulis abirent uestimẽtis:in castra hostis acceperũt:traditiq; in custodiã oẽs sunt:sed seorsum ciues:sociiq;.Dum ibi tẽpus teritur: ĩterea cũ ex maioribus castris: quibus satis uirium aut animi fuit:ad quattuor millia hoĩum &.cc.equites:alii agmine:alii palãtes passim per agros:quod haud minus tutũ erat:Cannusium pfugissent:castra ipsa a sauciis & timidis eadem condicione:qua altera tradita hosti.Præda ĩgens parta ẽ:& præter equos uiroſq;:& siquid argẽti: quod plurimũ in faleris equoꝝ erat:nam ad uescẽdum facto perexiguo utiq; militantes utebantur:omnis cætera præda diripienda data est.Tum sepeliendi causa in unum corpora suoꝝ conferri iussit.Ad octo millia dicuntur fuisse fortissimorum uiroꝝ.Consulem conquisitum sepultũq; quidam auctores sunt.Eos: qui Cannusiũ

perfugerant:mulier Paula nomine Busa genere: clara diuitiis:mœnibus tantum:tectisq; a cannusinis acceptos frumento ueste uiatico etiam iuuit. Pro qua ei munificentia postea bello perfecto a senatu honores habiti sunt. Cæterum cum ibi tribuni militum quattuor essent:Fabius Maximus de legiõe prima: cuius pater priore anno dictator fuerat:& de legione secũda.L.Publius Bibulus:&.P.Cornelius Scipio: & de legione tertia.Ap.Claudius Pulcher:q; ꝓxime ædilis fuerat:oĩum cõsensu ad.P.Scipionẽ admodũ adolescentẽ:& ad Ap. Claudiũ summa ĩperii delata est:quibus cõsultantibus inter paucos de summa reꝝ nũciat.P.Furius Philus cõsularis uiri filius:nequicquã eos cõsultare:spem perditam fore:destitutam:complo ratãq; rem esse publicã.Nobiles iuuenes quosdam:quoꝝ principem.L. Cecilium Metellum mare ac naues spectare:ut deserta Italia ad regum aliquẽ trãsfugiat.Quod malũ:ꝑterquã quod attrox sup tot clades: etiam nouum:cũ stupore ac miraculo torpidos defixisset:& qui aderant:conciliũ aduocandũ de eo censerent.Negat cõsilii ré esse Scipio:iuuenis fatalis dux huiusce belli:audendũ atq; agendum:nõ consultandũ esse in tanto malo ait.Irent secũ ex templo armati:qui rempublicã saluam uellent.nusquã uerius:quã ubi ea cogitent: hostiũ castra esse.Pergit deinde ire sequẽtibus paucis in hospitiũ Metelli.Et cũ cõcilium ibi iuuenũ:de qbus allatũ erat:iuenisset:stricto sup capita cõsultãtiũ gladio:Ex mei animi sẽtẽtia:ĩquit:iuro: ut ego rempublicã nõ deserã: neq; aliũ ciuẽ romanũ deserere patiar:si sciens fallo: tũ me Iupiter Optime Maxime domũ:familiam:remq; meam pessimus leo afficiat.In hæc uerba.L.Cecili iures:expostulo. cæteriq;:qui adestis:qui non iurauerit:in se hunc gladium strictũ esse sciat.Haud secus pauidi:quam si uictorẽ Annibalem cernerent:iurant omnes:custodiendosq; semetipsos contra Annibalẽ Scipioni tradunt.Eo tẽpore:quo hæc Cannusii agebant: Venusiam ad consulem ad quattuor millia peditum equitũq;:qui sparsi fuga per agros fuerant:præuenere.Eos oẽs uenusini per familias benigne accipiendos curandosq; cũ diuisissent:ĩ singulos equites togas:& tunicas:& quadrigatos nũmos quinosuicenos:& peditibus denos: & arma:quibus deerãt:dederũt.cæteraq; publice ac priuatim hospitaliter facta:certatũq;:ne a muliere cannusina populus uenusinus officiis uinceret.Sed ĩ se grauius onus Busæ multitudo faciebat:& iam ad decẽ millia hominũ erant.Appiusq; & Scipio:posteaquam incolumen esse alteꝝ consulem acceperũt:nũcium extẽplo mittũt:quãtæ secũ peditũ equitũq; copiæ essent:sciscitatũq; simul utrũ Venusiã adduci exercitũ an manere iuberet Cãnusii.Varro ipse copias Cãnusiũ traduxit.Et iam aliqua species cõsularis exercitus erat:mœnibusq; secreti & si nõ armis ab hoste uidebantur defensuri. Romam ne hasqdem reliqas superesse ciuiũ:sociorũq;:sed occidione occisum cum duobus exercitibus consulem:deletasq; omnes copias allatum fuerat.Nunquã salua urbe tantum pauoris tumultusq; intra mœnia romana fuit. itaq; succũbam oneri:neq; aggrediar narrare:quæ differendo minora uero facio.Consule exercituq; ad Trasimenũ priore anno amisso:nõ uulnus sup uulnus:sed multiplex clades cũ duobus cõsulibus cõsulares exercitus amissi nunciabãtur.nec ulla iam castra romana:nec ducem:nec militẽ esse.Annibalis Apuliã & Samniũ esse:ac iam ꝑpe totã Italiã factã.nulla ꝑfecto alia gens tanta mole cladis nõ obruta esset.Cõparem cladẽ ad Egatis insulã carthaginẽsium prælio nauali acceptã:qua fracti Sicilia:ac Sardinia cessere:hinc uectigales:ac stipẽdiarios fieri se passi sunt:aut pugnã aduersam in Africa:cui postea Annibal succubuit:nulla ex parte cõparandæ sũt:nisi:quod minore animo latæ sunt.P.Furius Philo:&.M.Põponius prætores senatũ in curiã Hostiliã uocauerũt:ut de urbis custodia cõsulerent:neq; enĩ dubitabãt:deletis exercitibus:hostem ad oppugnandã Romã:quod unũ opus belli restaret:uentuꝝ.Cum malis sicut ingẽtibus:ita ignotis:nec consilium quidẽ satis expedirent:obstrepetq; clamor lamentantium mulierum:& nondum palã facti:uiui:mortuiq; ꝑ omnes pœne domos cõplorarent ꝑmiscue.Tũ Fabius Maximus cẽsuit equites expeditos:& Appia & latina uia mittẽdos:qui obuiã euntes ꝑcunctarent:aliquos ꝑfectos ex fuga passim dissipatos forte refert:quæ fortuna cõsulũ atq; exercituũ sit.& siquid dii ĩmortales miseri imperii reliquũ romão nomini fecerint:ubi eæ copiæ sint:quose Annibal post præliũ cõtulerit:quid paret:quid agat: acturusq; sit:hæc explorãda:noscẽdaq; ꝑ impigros iuuenes esse.Illud ꝑ patres ipsos agendũ:quoniã magistratũ paꝝ sit: ut tumultũ ac trepidationẽ in urbe tollãt: matronasq; publico arceãt:cõtinericq; intra suum quanq; limen cogãt:cõploratus familiaꝝ coerceãt:silẽtiũ per urbẽ faciãt.Nũcios reꝝ oĩum ad prætores deducẽdos curẽt. suæ quisq; fortunæ domi auctorẽ expectet.Custodes præterea ad portas ponãt:qui ꝑhibeãt quẽquã egredi urbem.cogãtq; hoĩes:nullã nisi urbe salua ac mœnibus:saluté sperare:ubi cõticuerit tumultus recte tũ in curiã patres reuocãdos:cõsulendũq; de urbis custodia esse. Cũ in hanc sententiã pedibus omnes issent: summotaq; foro magistratus turba:patres diuersi ad sedẽdos tumultus discessissent:tũ demũ litteræ a Terentio cõsule allatæ sunt.L. Aemyliũ cõsulem:exercitũq; cæsum:euasumq; se esse reliquias tãtæ cladis uelut ex naufragio colligẽtem:ad.x.millia militũ ferme esse ĩ cõpositoꝝ:inordinatorũq;. Sed Annibalẽ nũc sedere ad Cannas:in captiuoꝝ pretiis ꝑdaq; alia:nec uictoris animo:nec magni ducis more metientẽ.Tũ priuatæ quoq; per domos clades uulgatæ sunt:adeoq; totã urbem compleuit luctus:ut sacrum anniuersariũ Cereris intermissum sit:quia nec lugentibus id facere est fas:nec ulla ĩ illa tẽpestate matrona luctus expers fuerat.Itaq; ne ob eãdẽ cãm alia quoq; sacra publica:aut priuata desererent:senatusc̃ consulto diebus xxx.luctus ẽ finitus.Cæteꝝ:cũ sedato urbis tumultu reuocati ĩ curiã patres essent:aliæ insup ex Sicilia litteræ allatæ sunt a.T.Octacilio ꝑprætore regnũ Hieronis classe punica uastari:cui: cum opem imploráti ferre uellent:nunciatum iis est.aliã classem ad Egadis insulam stare paratã instructãq;:ut ibi se uersos ad

tuẽdam ſyracuſanam oram pœni ſenſiſſent: Lylibæum extemplo: puinciaq; aliam romanã aggrederent. itaque claſſe opus eſſe: ſi regem ſocium Siciliaq; tueri uellent. Litteris conſulis prætoriſq; lectis: Appium Claudium: qui claſſi ad Hoſtiam ſtanti præeſſet. Cannuſium ad exercitum mittendum: ſcribendumq; conſuli: ut cum prætori exercitum tradidiſſet: primo quoq; tempore: quantum per commodum reip. fieri poſſet: Romã ueniret. Territi etiã ſuper tãtas clades: tum cæteris ꝓdigiis: tum quod duæ ueſtales eo anno Opimia: atq; Floronia ſtupri compertæ. & altera ſub terram: ut mos eſt: ad portam Collinam necata fuerat: altera ſibimetipſa mortẽ conſciuerat. L. Cantilius ſcriba põtificũ: quos nunc minores pontifices appellãt: qui cum Floronia ſtuprum fecerat: a pontifice maximo eo uſq; uirgis ĩ cõmitio cæſus erat: ut inter uerbera expiraret: hoc nefas cũ inter tot: ut fit: clades in prodigium uerſum eſſet: decenuiri libros adire iuſſi ſunt. Et Fabius Pictor Delphos ad oraculum miſſus ſciſcitatum: q̃bus precibus ſupplicationibuſq; deos poſſent placare: & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ gallus & gallina: græcus & græca ĩ foro Boario ſub terra uiui demiſſi ſunt: in locum ſaxo conſectũ ibi ante oſtiis humanis minime romano ſacro imbutũ. Placatis ſatis: ut rebãtur: deis: M. Claudius Marcellus ab Hoſtia milites: quos ĩ claſſem ſcriptos habebat: Romã: ut urbi præſidio eſſent: mittit: ipſe legione claſſis (ea tertia legio erat) cũ Tri. mili. Theanũ Sidicinũ præmiſſa: claſſe tradita. P. Furio collegæ: paucos poſt dies Cãnuſium magnis itineribus cõtẽdit. Dictator ex auctoritate patꝝ D. Iunius: &. T. Sẽpronius magiſter equitũ delectu edicto iuniores ab annis. xvii. & quoſdam prætextatos ſcribunt. Quattuor ex his legiones: & mille equites effecti. item ad ſocios latinũq; nomẽ ad milites ex formula accipiẽdos mittũt: arma: tela: alia parari iubẽt. Et hoſtiũ ſpolia uetera detrahũt templis porticibuſque. Et aliam formam noui delectus ĩopia liberoꝝ capitũ ac neceſſitas dedit. Octo millia iuuenum ualidorum ex ſeruitiis: prius ſciſcitantes ſingulos uellentne militare: empta publice armauerũt. Hic miles magis placuit cũ pretio minore redimi: quã captiuoꝝ copia fieret. Nãq; Annibal ſecundum tam ꝓſperam ad Cannas pugnam: uictoris magis: quã bellũ gerentis intẽtus curis: cum captiuis productis ſeparatiſq; ſociis ſicut ante ad Trebiam: Traſimenũq; lacum benigne allocutus: ſine pretio dimiſiſſet: romanos quoq; uocatos: quod nunquã alias antea: miti ſatis ſermone alloquit. Nõ interniciõe ciuiũ ſibi eſſe cũ romanis bellũ: de dignitate atq; imperio certare: & patres uirtuti romanæ ceſſiſſe: & ſe id adniti: ut ſuæ ĩuicem ſimul fœlicitati: & uirtuti cedat: itaq; redimẽdi ſe captiuis copiã facere: pretiũ fore ĩ capita equiti quingenos quadrigatos nũmos: tricenos pediti: ſeruo centũ. Quanquam aliquantum adiiciebat equitibus ad id pretiũ: quod pepigerant dedẽtes ſe: læti tamen quãcunq; cõdicionẽ paciſcẽdi acceperũt. Placuit ſuffragio eorum decẽ eligi: qui Romã ad ſenatũ irent: nec pignus aliud fidei acceptũ: quã ut iurarẽt ſe redituros. Miſſus cũ his Carthalo nobilis carthaginenſis: qui ſi forte ad pacẽ inclinarẽt animos: cõdicionẽ ferret. Cũ egreſſi caſtris eſſent: unus ex iis minime romani ingenii homo: uelut aliquid oblitus: iuriſiurãdi ſoluendi cauſa: cũ in caſtra rediſſet: ante noctem comites aſſequit. Vbi eos Romã uenire nũciatũ eſt: Carthaloni obuiam lictor miſſus: qui dictatoris uerbis nũciaret: ut ante noctẽ excederet finibus romanis. Legatis captiuoꝝ ſenatus ab dictatore datus é. Quoꝝ príceps. M. Iunius. P. C. inquit: nemo ueſtrũ ignorat nulli unq̃ ciuitati uiliores fuiſſe captiuos: quã noſtræ: cæteꝝ: niſi nobis plus iuſto noſtra placet cauſa: nõ alii unq̃ minus negligẽdi uobis: quã nos: in hoſtiũ poteſtatẽ uenerũt. non enĩ ĩ aciem ꝑ timorem arma tradidimus: ſed cum prope ad noctem ſuperſtantes tumulis cæſoꝝ corpoꝝ: præliũ extraxiſſemus: in caſtra recepimus nos. diei reliquũ ac noctẽ iſequẽtẽ feſſi labore ac uulneribus uallũ ſumus tutati: poſtero die circunſeſſi ab exercitu uictore: aqua arcemur: nec ulla alia iam per cõfertos hoſtes erũpendi ſpes erat: nec eſſe nefas duceremus: quinquaginta millibus hoĩum ex acie trucidatis noſtra: aliquẽ ex cannenſi pugna romanũ militẽ reſtare: tunc demum pacti pretiũ: quo redempti dimitteremur: arma: in quibus nihil iam auxilii erat: hoſti tradidimus. Maiores noſtros quoq; acceperamus ſe a gallis auro redemiſſe: & patres noſtros aſprimos illos ad cõdicionem pacis: legatos tamẽ ad captiuoꝝ redimendoꝝ gratiam Tarentũ miſiſſe: itaq; in Italia cũ gallis: & ad Heracleã cũ Pyrrho: utraq; nõ tam clade infamis: quam pauore & fuga pugna fuit. Cannenſes cãpos acerui romanoꝝ corpoꝝ tegunt: nec ſuperſumus pugnæ: niſi in quibus trucidandis ferrũ & uires hoſti defecerũt. Sũt etiam de noſtris quidam: qui nec in acie quidẽ refugerunt: ſed præſidio caſtris relicti: cũ caſtra traderentur: in poteſtatem hoſtium uenerunt. Haud equidem ullius ciuis: aut cõmilitonis fortunæ: aut condicioni inuideo. Nec premendo alium me extuliſſe uelim uideri: ne illi quidem: niſi uelocitatis pedum & curſus aliquod præmium eſt: qui plæriq; inermes ex acie fugiẽtes non priuſquam Venuſiæ: aut Cannuſii conſtiterunt: ſe nobis merito prætulerunt: gloriatiq; ſunt in ſe pluſquã in nobis præſidii reip. eẽ. Sed illis: ut bonis & fortibus uiris utemini: & nobis iam promptioribus pro patria: quod beneficio ueſtro redempti atq; in patriam reſtituti fuerimus. Delectum ex omni ætate & fortuna habetis. octo millia armari ſeruoꝝ audio: non minor numerus noſter eſt: nec maiori pretio redimi poſſumus: quam hi emũtur: nã ſi conferam nos cum illis: iniuriam romano nomini faciam. illud etiam in tali conſilio uobis animaduertendum. P. C. cenſeam: ſi tam duriores eſſe uelitis: quid nullo noſtro merito faciatis: cui nos hoſti relicturi ſitis. Pyrrho uidelicet: qui nos hoſtium numero habuit captiuos: an barbaro ac pœno: qui utrum auario: an crudelior ſit: uix æſtimari poteſt. Si uideatis cathænas ſquallorem: deformitatemq; ciuium ueſtrorum: non minus profecto uos ea ſpecies moueat: quam ſi ex altera parte cernatis ſtratas cannenſibus cãpis

legiões uestras:ítueri potestis ſollicitudinẽ:& lachrymas í uestibulo curiæ ſtantiũ cognatorꝝ nostrorꝝ expectátiũq; resp̃sũ uestrũ:cũ ii ꝑ nobis proq; iis:q; abſunt:ita ſuſpẽſi ac ſolliciti ſunt: quẽ cẽſetis animũ ipſorꝝ eſſe:quorꝝ í diſcrimine uita libertaſq; eſt:ſi mediuſfidius ipſe í nos mitis Annibal cõtra naturã ſuã eſſe uelit: nihil tamẽ nobis uita opus eẽ cẽſeamus:cũ ídigni:ut a uobis redimeremur:uiſi ſumus. Rediere Romam quondã remiſſi a Pyrrho ſine pretio capti:ſed rediere cũ legatis primoribus ciuitatis ad redimẽdos ſeſe miſſis. Redeam ego í patriã trecẽtis nũmis nũc æſtimatus ciuis. Suũ quiſq; habet animum .P.C. Scio in diſcrimine eſſe uitã corpuſq; meũ. magis me famæ periculũ mouet:ne a uobis damnati:ac repulſi abeamus. neq; enim uos hoſtes pretio pepciſſe credent. Vbi is finẽ fecit:extemplo ab ea turba:quæ í comitio erat:clamor flæbilis eſt ſublatus:manuſq; ad curiã tendebãt orãtes:ut ſibi liberos:fratres:cognatos redderent. Fœminas quoq; metus:ac neceſſitas turbæ huic uirorꝝ í foro immiſcuerat. Senatus:ſummotis arbitris:cõſuli cœpit:ibi cũ ſententiis uariaret:& alii redimẽdos de publico:alii nullam publicam impenſã faciendam:nec ꝓhibendos ex priuato redimi:ſi quibus argentũ in præſentia deeſſet: dandam ex ærario pecuniã mutuã:prædiis:prædibuſq; cauẽdum populo cenſerent. Tum. T. Manlius Torquatus: priſcæ ac nimis duræ:ut plæriſq; uidebat:ſeueritatis:íterrogatus ſentẽtiam ita locutus fertur. Si tantũ modo poſtulaſſent legati pro iis: qui í hoſtiũ poteſtate ſunt:ut redimerent:ullius ſine íſectatione eorꝝ breui ſententiã peregiſſem:quid enim aliud:quã admonendi eſſetis:ut morẽ traditũ a patribus:neceſſario ad rem militarem exemplo ſeruaretis? Nunc aũt cũ ꝑpe gloriati ſint:quod ſe hoſtibus dediderít:præferriq; non captis modo in acie ab hoſtibus:ſed etiã iis:qui Venuſiam Cannuſiũq; præuenerũt: atq; ipſi. G. Terentio cõſuli æquum cenſuerint:nihil uos eorꝝ. P.C. quæ illic acta ſunt:ignorare patiar. Atq; utinã hæc: quæ apud uos acturus ſum:Cannuſii apud ipſũ exercitũ agerẽ. optimũ teſtem ignauiæ cuiuſq; & uirtutis. aut unus hic ſaltem adeſſet. P.C. Sempronius:quẽ ſi iſti ducem ſecuti eſſent milites:hodie in caſtris romanis nõ captiui in hoſtium poteſtate eſſent:& cum feſſis pugnando hoſtibus:tum uictoria lætis:& ipſis plæriſq; regreſſis in caſtra ſua:noctem ad erũpendũ liberam habuiſſent:& ſepta armatorꝝ hoſium erumpere etiam inter cõfertos hoſtes potuiſſent. Neq; ꝑ ſe ipſi hoc facere conati ſunt:neq; alium ſequi uoluerunt. Nocte ꝑpe tota P. Sempronius Tutidanus nõ deſtitit admonere adhortariq; eos:dũ paucitas hoſtiũ circa caſtra:dũ quies: ac ſilẽtium eſſet:dum nox incœptum tegeret:ſe ducem ſequerent:ante lucem ꝓuenire in tuta loca: in ſociorꝝ urbes poſſe:Sicut auorꝝ memoria. P. Decius Tri. mili. í Samnio:Sicut nobis adoleſcẽtibus priori punico bello Calphurnius Flama:trecentis uoluntariis cum ad tumulum eos capiendum ſitũ inter medios hoſtes duceret:dixit:Moriamur milites:& morte nſra eripiamus ex obſidione circunuẽtas legiones. Si hoc nec. P. Sempronius diceret:nec uiros quidẽ:nec romanos uos duceret. Si nemo tantæ uirtutis exiſteret comes uiã nõ ad gloriã magis:quã ad ſalutem ferẽtem demonſtraret:ducẽ ſe in patriã:ad parẽtes:ad cõiuges ac liberos facit:ut ſeruemini:deeſt uobis animus. Quid ſi moriẽdum ꝓ patria eſſet:faceretis? quinquaginta millia ciuium ſociorũq; circa uos eo ipſo die cæſa iacent:ſi tot exempla uirtutis nõ mouent: nihil unquã mouebit. ſi tanta clades uobis uilem uitam nõ fecit:nulla faciet:& liberi:atq; ícolumes deſiderate patriã immo deſiderate:dũ patria ẽ:dũ ciues eius eſtis. ſero nũc deſideratis: dimminuti capite. abalienati iure ciuiũ:ſerui carthaginẽſium facti:pretio redituri eſtis eo:unde ignauia:ac nequitia abiſtis? P. Semproniũ ciuẽ noſtrũ non audiſtis arma capere:ac ſe iubẽte ſequi. Annibalem paulopoſt audiſtis:caſtra ꝑdi:& arma tradi iubẽtem. Quã ego ignauiã iſtorꝝ accuſo? cum ſcelus poſſim accuſare? non enim modo ſequi recuſarunt benemonẽtem:ſed obſiſtere ac retinere conati ſunt:ni ſtrictis gladiis uiri fortiſſimi inertis ſummouiſſent. Prius inquã. P. Sempronio per ciuiũ agmẽ:quã per hoſtiũ fuit erũpẽdũ:hos ciues patria deſideret? Quorꝝ:ſi cæteri ſimiles fuiſſent neminem hodie ex iis:qui ad Cãnas pugnauerũt:ciuẽ haberet. Ex millibus ſeptẽ armatorꝝ ſexcenti extiterũt:qui erũpere auderent. qui í patriã liberi atq; armati redirent. neq; iis ſexcẽta millia hoſtiũ obſtitere:quã tutũ iter duarꝝ ꝑpe legionũ agmini futurꝝ cẽſetis fuiſſe? haberetis hodie uiginti millia armatorꝝ Cannuſii fortia fidelia. P.C. Nũc aũt quemadmodũ hi boni fideleſq; : nam fortes ne ipſi quidem dixerint : ciues eſſe poſſunt:niſi quis credere poteſt fuiſſe:qui erũpẽtibus:quin erũperent:obſiſtere conati ſint:aut nõ inuidere eos tũ incolumitati:tum gloriæ illorꝝ ꝓ uirtutẽ partæ:cũ ſibi timorẽ:ignauiãq; ſeruitutis ignominioſæ cauſam eſſe ſciant? maluerũt in tẽtoriis latentes ſimul lucẽ atq; hoſtem expectare:cum ſilentio noctis erumpendi occaſio eſſet. Ad erumpendum e caſtris defuit animus: ad tutanda fortiter caſtra animum habuerũt. dies ac noctes aliquot obſeſſi:armati ſe ipſi tutati uallo ſũt: tandem ultima auſi:paſſiq;:cũ omnis ſubſidia uitæ deſunt:affectiſq; fame:uiribus:arma iam ſuſtinere nequirent:neceſſitatibus magis humanis:quam armis uicti ſũt. Orto ſole hoſtis ad uallum acceſſit: ante ſecundam horã nullam fortunam certaminis experti tradiderũt arma:ac ſeipſos. Hæc uobis ipſorꝝ per biduum militia fuit. Cum acie ſtare ac pugnare decuerit:tum in caſtra refugerũt. Cum ꝓ uallo pugnandum erat:caſtra tradiderunt:neq; in acie:neq; in caſtris utiles. Quos redimam:cum erumpere caſtris oportet: cũctamini:ac manetis. Cum manere:& caſtra tutari armis neceſſe eſt:& caſtra:& arma:& uoſipſos traditis hoſti. Ego non magis iſtos redimendos. P.C. cenſeo:quam illos dedendos Annibali:qui per medios hoſtis e caſtris eruperunt:ac per ſummam uirtutem ſe patriæ reſtituerunt. Poſteaquã Manlius dixit: quanquam patrum quoq; plæroſq; captiui cognatione attingebant:præter exemplum ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgẽtis:pecuniæ quoq; ſumma hoſtes mouit:quia nec ærarium exhaurire: magna

iam summa erogata in seruos ad militiam emendos:armandosq;:nec Annibalem maxime huiusce rei: ut fama erat:egentē locupletari uolebāt.Cum triste responsum non redimi captiuos redditū esset: nouusq; super ueterem luctus:tot iactura ciuium:adiectus esset:cū magnis flætibus questibusq; ad portā legatos ꝓsecuti sūt.Vnus ex iis domum abiit:quod fallaci reditu ī castra iureiurando se exoluisset.Quod ubi innotuit:relatūq; est ad senatū:omnes censuerunt compræhendendum:& custodibus publice datis:deducē dum ad Annibalem.Est & alia de captiuis fama.x.primos uenisse.de eis cum dubitatum in senatu esset: admitterentur in urbem nec ne:ita admissos esse:ne tamen iis senatus daret.Morantibus deinde longius oīum spe:alios īsuper tres legatos uenisse.L.Scriboniū:&.G.Calphurniū:&.L.Mālium. Tum demum ab cognato Scribonii Tri.Pl.de redimēdis captiuis relatū esse.Nec censuisse redimendos senatum:& nouos legatos tres ad Annibalē reuertisse:decem ueteres remansisse:quod ꝓ causam recognoscēdi nomina captiuoꝝ ad Annibalē ex itinere regressi: religione exoluissent sese.De iis dedendis magna cōtentione actum in senatum esse:uictosq; paucis sententiis:qui dedendos censuerint.Cæteꝝ ꝓximis cēsoribus adeo oībus notis ignominiisq; cōfectos esse:ut quidā eoꝝ mortē sibiipsi cōsciuerint.Cæteri nō foro solum omni deinde uita:sed ꝓpe luce ac publico caruerint.Mirari magis adeo discrepare inter auctores:quā quid ueri sit: discernere queas.Quāto ante maior hæc clades supioribus cladibus fuerit:uel ea res indicio ē:qui socioꝝ ad eā diē firmi steterāt:tū laborare cœperūt:nulla ꝓfecto alia de re:quā quod desperare cœperāt de imperio.Defecere autem ad pœnos hi populi:attellani:calatini:hirpini:appuloꝝ pars:samnites præter pennos: brutii omnes:lucani:præter hos surrentini:& græcoꝝ omnis ferme ora:tarentini:metapontini:crotonenses:locriq;:& cisalpini omnes galli.Nec tamen hæ clades defectionesq; socioꝝ mouerūt: ut pacis unq̄ mētio apud romanos fieret.neq; ante cōsulis romani aduentū:nec posteaquā is rediit:renouauitq; memoriā acceptæ cladis.Quo in tēpore ipso adeo magno animo ciuitas fuit:ut cōsuli Varroni ex tanta clade:cuius ipse maxima causa fuisset:redeunti & obuiā itum freqenter ab omnibus ordinibus sit : & gratiæ actæ:qđ de reip.nō desperasset.Qui si carthaginensium ductor fuisset:nihil recusandum supplicii foret.

LIBER TERTIVS.

ANNIBAL POST CANNENSEM PVGNAM CASTRA CAPTA AC DIrepta cōfestim ex Appulia ī Sāniū mouerat.accitus ī hirpinos a Statio pollicēte se Consam traditurꝝ.Consanus erat Trebius nobilis īter suos: sed premebat eū cōsanorum factio familiæ ꝓ gratiā romanoꝝ potentis.Post famā cannensis pugnæ uulgatūq; crebris sermonibus aduētum Annibalis:cum Consam urbē excessisset:sine certamine tradita urbs pœno:præsidiumq; acceptū est.Ibi præda omni:atq; īpedimentis relictis:exercitu partito:Magonem regionis eius urbes aut deficientes a romanis accipere:aut detrectantes cogere ad defectionem iubet:ipse ꝓ agrum campanum mare inferum petit oppugnaturus Neapolim: ut urbē maritimam haberet. Vbi fines neapolitanoꝝ intrauit:numidas partim ī īsidiis(& plærāq; cauæ sunt uiæ:sinusq; occulti) quacūq; arte poterat:disponit:alios præ se actam prædam ex agris ostētantis:obequitare portis iussit: ī quos: quia nec multi & incōpositi uidebant:cū turma equitū erupisset:a cedentibus consulto tracta ī insidias ac circunuenta est:nec euasisset quisquā ni mare ꝓpinquū:& haud ꝓcul littore naues piscatoriæ plæræq; cō spectæ pitis nādi dedissent effugium:aliquot tamē eo prælio nobiles iuuenes cæsi sunt:iter quos & Egeas præfectus equitum intēperantius cedentes secutus cecidit.Ab urbe oppugnāda pœnum abstinuere:cōspecta mœnia haudquaquā prōpta oppugnāti.Inde Capuā flectit iter luxuriantem longa fœlicitate:ac indulgētia fortunæ.maxime tamē iter corrupta oīa licentia plebis sine modo libertatem exercentis. senatū & sibi & plebi obnoxiū fecerat Pacuuius Calanius nobilis inde ac popularis homo:cæteꝝ malis artibus nactus opes.Is cum eo forte anno:quo res male gesta ad Trasimenum ē:in summo magistratu esset: iādiu infestā senatui plebē ratus:per occasionē nouandi res:magnū ausuram facinus:ut si in ea loca Annibal cū exercitu uictore uenisset:trucidato senatu traderet Capuam pœnis improbus homo : sed nō ad extremū perditus:cū mallet incolumi:quā euersa repu.dominari:nullam autem incolumē esse orbatā publico consilio crederet:rationē iniit: qua & senatum seruaret:& obnoxium sibi:ac plebi faceret.Vocato senatu : cū sibi defectionis a romanis consilium placituꝝ nullo modo:nisi necessarium fuisset:præfatus esset:quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet:filiā Romā nuptum Liuio dedisset:cæteꝝ maiorem multo rem magisq; timendam instare:non enim per defectionē ad tollendum ex ciuitate senatum plebē spectare:sed per cædē senatus uacuam remp.tradere Annibali:ac pœnis uelle.eo se periculo posse liberare eos:si pmittant sibi:& certaminum in rep.obliti credant. Cum omnes uicti metu præmitterent:Claudam in curia uos:inquit:& tanquā & ipse cogitati facinoris particeps:approbando consilia:quibus nequicquā aduersarer:uiam saluti uestræ inueniam:in hoc fidem:quam uultis ipsi:accipite.Fide data egressus claudi curiam iubet:præsidiumq; in uestibulo reliquit:nequis adire curiam iniussu suo:neue inde egredi possit.Tūc uocato ad concionem populo:quod sæpe:inquit:optastis campani:ut supplicii sumendi uobis ex improbo: ac detestabili senatu potestas esset:eam nunc non per tumultum expugnantes domos singulorum : quas

præsidiis clientũ seruorũq; tuent cum summo uestro periculo: sed tutam habetis ac liberã. Clausos oẽs in curiam accipite solos inermes:nec quicquã raptim:aut forte temere egeritis. de singulorum capite uobis ius sententiæ dicendæ faciam :ut quas : quis emeritus est:pœnas pendat.Sed ante omnia:ita uos iræ idulgere oportet:ut potioré ira salutem:atq; utilitatem uestram habeatis.Et enim hos:ut opinor: odistis senatores:nam senatum omnino non habere nõ uultis.quippe aut rex quod abominandũ : aut qđ unũ liberæ ciuitatis consilium est:senatus habendus est.Itaq; duæ res simul agendæ sunt uobis : ut & ueteré senatum tollatis:& nouum cooptetis.citari singulos senatores iubebo:de quoꝝ capite uos cõsulam : quod de quoq; censueritis fiet:sed prius ĩ eius locũ uirum fortem:ac sternuum nouum senatorem cooptabitis: quam de noxio suppliciũ sumatur.Inde consedit:& nominibus in urnam coniectis:citari : quod primum sorte nomen excidit:ipsumq; e curia ꝓduci iussit.Vbi auditum est nomẽ:malum & improbum ꝓ se quisque clamare:& supplicio dignum.Tum Pacuuius:uideo:quæ sententia de hoc sit data:eiicitur pro malo : ac improbo:bonum senatorem:& iustum eligite.Primo silentium erat inopia potioris subiiciundi.Deinde:cũ aliqui omissa uerecũdia quẽpiã noĩasset: multo maior extẽplo clamor oriebaţ:cũ alii negarẽt nosse:alii nũc probra: nunc humilitatẽ:sordidãq; inopiam:& pudendæ artis : aut quæstus genus obiicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est factum:ut ipsius pœnitere homines appareret. Quem autem in eius substituerent locum deesse:quia nec eosdem nominari attinebat nihil aliud: quam ad audienda ꝓbra noĩatos:& multo humiliores:obscurioresq; cæteri erant eis : q primi memoriæ occurrebant . Ita dilabi hoĩes notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes esse iubentesque senatum ex custodia dimitti. Hoc modo Pacuuius cum obnoxium uitæ beneficio senatum multo sibi magis:quam plebi fecisset: sine armis iam omnibus concedentibus dominabatur . Hinc senatores omissa dignitatis: libertatisque memoria plebem affari:salutare:benigne inuitare:apparatis accipere epulis : eius causas suscipere:ei semper parati adesse:secundũ eam in litem iudices dare:quæ magis popularis aptiorq; in uulgus fauori conciliando esset.Iam uero nihil ĩ senatu actum aliter:quã si plebis ibi esset conciliũ.Prona semper ciuitas in luxuriã:non ingeniorum modo uitio:sed afluẽti copia uoluptatũ:& illecebris omnis amœnitatis maritimæ:terrestrisq;:tum uero ita obsequio principum:& licentia plebes lasciuire: ut nec libidini:nec sumptibus modus esset.ad contemptum legum:magistratuũ:senatusq; accessit.tum post cannensem cladem:ut cuius aliqua erat uerecũdia:romanũ quoq; imperiũ spnerent.Id modo erat ĩ mora:ne id extemplo efficerent:quod cõnubium uetustum multas familias claras:ac potentes romanis miscuerat: & quod:cum militarent aliquot annos apud romanos maximum uinculum erant: trecenti equites nobilissimus quisq; campanorum in præsidia sicularum urbium delecti a romanis ac missi.Hoꝝ parentes:cognatiq; ægre ꝓuicerunt:ut legati ad consulem romanum mitterentur,missi nondum Cannusium ꝓfectũ: sed Venusiæ cum paucis:ac semiermibus consulem inuenerunt:quam poterat maxime miserabilem bonis sociis:supbis atq; infidelibus:ut erant campani:spernẽdum: & auxit reꝝ suaꝝ:suiq; contemptum cõsul nimis detegẽdo cladem:nudẽdoq;: Nam cum Legati ægre ferre senatum populumq; cãpanum:aduersi quicquam euenisse romanis nunciassent:pollicerenturq; oĩa:quæ ad bellũ opus essent.Morem:inquit: magis loquẽdi cũ sociis seruastis campani:iubẽtes:quæ opus essent ad bellum imperitare:quã cõueniẽter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis.Quid enĩ nobis ad Cannas relictũ est:ut quasi aliquid habeamus:id quod deest expleri a sociis uelimus?pedites uobis ĩperemus:tanq̃ eqtes habeamus ? pecuniã deesse dicimus:tanquã ea tãtũ desit?nihil ne quod suppleremus quidem nobis reliquit fortuna: legiones: equitatus:arma:signa:equi:uiriq;:pecunia:cõmeatus aut ĩ acie:aut in ruinis postero die amissis castris perierũt , itaq; nõ iuuetis nos in bello oportet campani:sed cum pœno bellum pro nobis suscipiatis.Veniat ĩ mentem:ut trepidos quondã maiores uestros intra mœnia cõpulsos:nec samnitem modo hostem : sed sidicinum pauentes receptos in fidem apud Satriculam defenderimus.Cœptum ꝓpter uos cum samnitibus bellũ per centum ꝓpe annos uariante fortuna euentũ tulerimus.Adiicite ad hæc:quod fœdus æquũ dedimus:quod leges nostras:quod ad extremũ id:quod ante cannensem certe cladẽ maximũ fuit:ciuitatẽ nostrã magnæ parti uestrum dedimus:cõmunicauimusq; uobiscum.Itaq; communem uos hanc cladem: quæ accepta est credere campani oportet:cõmunem patriam tuendam arbitrari esse.Nõ cum samnite aut ethrusco res est:ut cũ a nobis ablatum sit:in Italia tamẽ imperiũ maneat.Pœnus hostis : ne Africæ quidẽ indigena ab ultimis terraꝝ oris:freto Oceani:Herculisq; columnis expertem omnis iuris:& condicionis: & linguæ ꝓpe humanæ militem trahit.Hũc natura ĩmitem:moribusq; ferum:insuper dux ipse efferauit: pontibus ac molibus ex humanoꝝ corpoꝝ strue faciendis:& quod proloqui etiam piget:uesci humanis corporibus docendo.hos ifandis pastos epulis:quos contingere etiam nefas sit : uidere atq; habere dominos:& ex Africa:& a Carthagine iura petere:& Italiam numidaꝝ & mauroꝝ pati prouinciam esse: cui nõ genito modo in Italia detestabile sit?Pulchrum erit campani ꝓlapsum clade romanum imperium uestra fide:uestris uiribus retentum ac recuperatum esse.Triginta millia peditũ:quattuor equitum arbitror ex Campania uos scripsisse.iam pecuniæ affatim esse frumẽtiq;: qui si parem fortunæ uestræ habetis fidem: nec Annibal se uicisse sentiet:nec romani se uictos esse.Hac oratione consulis dimissis redeuntibusq; domum legatis:unus ex iis Virius Subius tempus uenisse ait:quo campani non agrum solũ a romanis quondam per iniuriam ademptum recuperare:sed imperio Italiæ potiri possint.fœdus enim cum Annibale :

quibus uelint legibus facturos neque controuersia fore:quin ipse confecto bello Annibal uictori i Africa hinc decedat:exercitusq; deporter:Italiæ imperiu campanis relinquat.hæc Virio loquenti assensi omnes: ita renunciant legationé:uti deletum oibus uideret nomen romanum,extemplo plebes ad defectioné ac pars maxima senatus spectare.Extracta tamen auctoritatibus seniorum per paucos dies est res,postremo uicit sententia plurium:ut iidem legati:qui ad consulem romanum ierat:ad Annibalem mitterent.Quo priusquam iretur:certusq; defectionis consilium esset:Romam legatos missos a campanis in quibusdam annalibus inuenio:postulates:ut alter cosul campanus fieret:si rem romana adiuuari uellent. Indignatioe orta summoueri a curia iussos esse:missumq; lictorem:qui ex urbe educeret eos:atq; eo die manere extra fines romanos iuberet.Quia nimis compar latinoz quodam postulationi erat:Cæliusq; & alii quia haud sine causa prætermiserat scriptores:ponere p certo sum ueritus.Legati ad Annibalem uenerunt:pacemq; cu eo his codicionibus fecerunt:Nequis imperator magistratusue pœnoz ullum ius i ciuem campanum haberet:neue ciuis campanus inuitus militaret:munusue faceret:ut suæ leges: sui magistratus campanis essent :ut trecetos ex romanis captiuos pœnus daret campanis:quos ipsi elegissent:cum quibus equitum campanoz:qui in Sicilia stipendia facerent:pmutatio fieret.Hæc pacta.Illa insuper:qua quæ pacta essent: facinora campani ediderunt:nam præfectos socium:ciuesq; romanos alios partim aliquo militiæ munere occupatos:partim priuatis negotiis implicitos plebs repete omnis compræhensos: uelut custodiæ causa balneis includi iussit:ubi feruore atq; æstu anima intercluſa fœdum i modum expirarent. Ea ne fieret: neue legatio mitteretur ad pœnum summa ope Decius Magius uir: cui ad summa auctoritate nihil præter sanam ciuium mentem defuit:restiterat.Vt uero præsidium mitti ab Annibale audiuit: Pyrrhi superbam dominatione:miserabileq; tarentinoz seruitutem exempla referens:primo ne reciperet præsidium palam uociferatus est:deinde:ut receptu:aut eiiceretur:aut si malum facinus:quod a uetustissimis sociis: cosanguineisq; defecissent:forti ac memorabili facinore purgare uellet ut interfecto punico præsidio restituerent se romanis.Hæc(neq; enim occulte agebatur)cum relata Annibali essent:qui uocarent Magiu ad sese:in castra primo misit.Deinde cum eis ferociter negasset se iturum:nec enim Annibali ius esse i ciuem campanum:concitatus ira pœnus compræhendi hominem uictumq; attrahi ad se iussit.Veritus deinde nequid inter uim tumultus:atq; excitationem animorum inconsulti certaminis oriretur: ipse præmisso nucio ad Marium Blosium prætorem campanum postero die se Capuæ futurum: proficiscit e castris cum modico præsidio.Marius concione aduocata edicit:ut frequentes cum coiugibus ac liberis obuiam iret Annibali.Ab uniuersis id no obedienter modo:sed enixe fauore etiam uulgi & studio uisendi tot iam uictoriis claz imperatorem factum est.Decius Magius nec obuiam egressus est: nec quo timore aliqué ex cosciétia significare posset:priuatim se tenuit.In foro cu filio:clientibusq; paucis otiose inambulauit.Trepidáte tota ciuitate ad excipiédum pœnu:uisendu.Annibal ingressus urbem senatum extemplo postulat:præcátibusq; ide primoribus ciuitatis campanoru nequid eo die fere gereret: diemq; ut ipse aduentu suo festum lætus ac libens celebraret quanq; præceps ingenio in ira erat:tamen: nequid in principio negaret uisendo urbe:magnam diei partem consumpsit.Diuersatus est apud Munios Celeres:Steniu: Pacuuiumq; inclytos nobilitate ac diuitiis. Eo Pacuuius Calanius:de quo ante dictum est:princeps factionis eius:quæ attraxerat re ad pœnos:filium iuuenem adduxit.Abstractumq; ab se a Decii ait latere: cu quo ferociſſime pro romana societate aduersus punicum fœdus steterat:nec eum aut inclinata in partem alteram ciuitas:aut patria maiestas sententia depulerat.Huic tum pater iuueni Annibalem magis deprecando:quam purgando placuit:uictusq; patris precibus lachrymisq; etiam ad cænam eum cum patre uocari iussit:cui conuiuio neminem campanum præterquá hospites: lubelliumq; Tauream insignem bello uirum adhibiturus erat.Cœperunt epulari de die:& conuiuium non ex more punico aut militari disciplina esse:sed ut in ciuitate:atq; etiam modo:diu ad uarias omnium uoluptatum illecebras instructu.Vnus nec dominorum inuitatione:nec ipsius interdu Annibalis Calanii filius perolla uici potuit:ipsi quæ ualitudine excusans patri:animi quoq; eius mirabilem interturbationem cum quæreret:ante solis ferme occasum patre Calaniu ex couiuio egressum secutus filius:ubi in secretum hortus erat:posticis ædium peruenerunt:Consilium:inquit:affero pater:quo no uenia solum peccati: quo defecimus ad Annibalem impetrare ab romanis:sed i multo maiore dignitate:& gratia simus capani:quam fuimus unquam.Cum mirabudus pater:quidnam id esset cosilii:quæreret:toga reiecta ab humero latus succinctum gladio nudat: Iam ego:inquit:sanguine Annibalis sanctiam romanum fœdus.Te id prius scire uolui:si forte adesse: du facinus patratur:malles.Quæ ubi uidit:audiuitq; senex:uelut si iam agendis:quæ audiebat:itereſſet cum metu:Per ego te:inquit fili: quæcunq; iura liberos iungunt parentibus: precor: quæsoq;: ne ante oculos patris facere:& pati omnia infanda uelis.paucæ horæ sunt:intra quas iurantes per quicquid deorum est: dextras dextræ iungentes fidem obstrinximus:ut sacrata fide mansissemus digressi a colloquio extemplo in eum armamur iurgiis:ab hospitali mensa:ad quam tertius campanoz adhibitus ab Annibale es: eam ipsam mensam cruétare uis hospitis sanguine:Annibalem pater filio meo potui placare:filiu Annibali no possum?Sed si nihil sancti:non fides:non pietas:no religio:audiátur infanda si no pernicié nobis cu scelere afferu.Vnus aggressurus es Annibale?quid illa turba tot liberoz seruoruq;?Quid in unu intéti oium oculi? Quid tot dextræ?torpescent ne in amentia illa?uultum ipsius Annibalis: quem armati exercitus

tremũt:quẽ horret populus romanus:tu fustinebis. Talis auxilia desunt:meipsũ ferire:corpus meũ opponentẽ ꝓ corpore Annibalis fustinebis? Atqui ꝓ meũ pectus petendus ille tibi atq; trãsfigendus est. deterreri hic sine te potius:quã illic uici.ualeãt preces apud te meæ:sicut ꝓ te hodie ualuerũt:lachrymẽtem inde iuuenem cernens mediũ cõplectit:atq; osculo hærẽs:nõ ante precibus obstitit:quã peruicit: ut gladiũ poneret:fidẽq; daret:nihil factuꝝ tale. Tum iuuenis ego quidẽ:inquit:quã patriæ debeo pietatẽ:exoluam patri.tuã doleo uicem:cui ter ꝓditæ patriæ sustinendũ crimen est:semel cũ defectionẽ inisti ab romanis: iteꝝ cũ pacis cũ Annibale fuisti auctor:tertiũ hodie:cũ restituendæ romanis Capuæ mora:atq; ĩpedimẽtum tu es. O patria ferrum:quo ꝓ te armatus hanc arcem defendere uolebãt:hosti minime parcens: quãdo parens extorquet:recipe. Hæc cũ dixisset:gladiũ in publicũ transmaceriam hosti abiecit:& quo minus res suspecta esset:seipse cõuiuio reddidit. Postero die senatus frequens datus Annibali ubi prima eius oratio pbãda ac benigna fuit:qua gratias egit cãpanis:quod amicitiã suã romanæ societati præposuissent: & inter cætera ꝓmissa magnifica pollicitus breui caput Italiæ omni Capuã fore:iuraq; inde cũ cæteris populis romanũ etiam petituꝝ. Vnũ esse exorté punicæ amicitiæ fœderisq; secum facti: quem neq; esse campanum:neq; dici debere:Magium Decium.eum postulare ut sibi dedatur:ac se præsente de eo referat: senatusq; consultum fiat. Omnes ĩ eam sententiã ierunt:quanquã magnæ parti & uir indignus ea calamitate:& haud paruo initio minui uidebatur ius libertatis:egressus curia in templo magistratum consedit:cõprehendiq; Magium Decium:atq; ante pedes destitutũ causam dicere iussit. Qui cum manente ferocia animi:negaret lege fœderis id cogi posse:tũ iniectæ cathænæ:duciq; ante lictorẽ in castra ẽ iussus. Quoad capite aperto est ductus:cõcionabundus incessit:ad circunfusam undiq; multitudinẽ uociferãs:habetis libertatẽ campani:quã petistis. foro medio:luce clara:uidentibus uobis: nulli campanoꝝ secundus uictus ad mortem rapior. Quid uiolentius capua capta fieret? Ite obuiam Annibali.exornate urbẽ:diemq; aduẽtus eius cõsecrate:ut hũc triumphũ de ciue uestro spectetis. Hæc eo uociferãte:cum moueri uulgus uideret:obuolutũ caput est.otiusq; rapi extra portẽ iussus ẽ. Ita ĩ castra ꝓducit:extemploq; ĩpositus in nauim: & Carthaginẽ missus:ne motu aliquo. Capuæ ex ĩdignitate rei orto: senatũ quoq; pœniteret dediti pricipis.& legatione missa ad repetendum eũ:ne aut negando rẽ:quã primũ peterẽt: offendẽdi sibi noui socii: aut tribuẽdo:habẽdus Capuæ esset seditionis ac turbaꝝ auctor. Nauem Cyrenas detulit tẽpestas: quæ tũ in dicione regum erat. Ibi cum Magius ad statuã Ptolomæi regis cõfugisset:deportatus a custodibus Alexãdriã ad Ptolomæũ.dũ eũ docuisset cõtra ius fœderis uictũ se ab Annibale esse:uiculis liberat. Permissũq; ut rediret seu Romã:seu Capuã mallet. Nec Magius Capuã sibi tutã dicere:& Romã eo tpe:quo ĩter romanos:campanosq; bellũ sit:transfugæ magis:quam hospitis fore domicilium. Nusquam magis malle: quam in regno eius uiuere:quẽ uindicẽ atq; auctorẽ habeat libertatis. Dũ hæc gerunt. Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romã rediit.responsũq; ex scripto recitauit. diuina quoq; ĩ eo erãt: quibus quoq; modis supplicaret. Tũ si ita facitis romani:uestræ res meliores:fortioresq; erũt.magisq; ex sententia respu. uestra uobis ꝓcedet.uictoriaq; duelli populi romani erit Phythio Apollini rep., uestra bene gesta: seruataq; lucris meritis donũ mittitote.deque præda:manubiis:spoliisq; honorẽ habetote. Hæc ubi ex græco carmine interpretata recitauit:tum dixit:se oraculo egressum extemplo his omnibus diuis rẽ diuinã thure:ac uino feciss.iussũq; ab antistite:sicut coronatus laurea corona:& oraculũ adisset:& rẽ diuinã feciss: ita coronatũ nauim ascendere:nec ante deponere eã:quã Romã peruenisset. Se quæcunq; imperata sint:cum summa religione ac diligẽtia executum:coronã Romæ ĩ ara Apollinis deposuisse. Senatus decreuit:ut hæres diuinæ supplicationesq; primo quoq; tẽpore cũ cura fierent. Dũ hæc Romæ:atq; in Italia gerunt:nũcius uictoriæ ad Cãnas Carthaginẽ uenerat. Mago Amilcaris filius nõ ex ipsa acie a fratre missus: sed retẽtus aliquot dies ĩ recipiẽdis ciuitatibus brutioꝝ:quæ deficiebãt. Is:cũ ei senatus datus eẽt:res gestas ĩ Italia a fratre exposuit:cũ sex imperatoribus eũ: quoꝝ quattuor cõsules:duo dictator ac magister equitum fuerit:cũ sex cõsularibus exercitibus cõflixisse.occidisse supra ducẽta millia:supra.l.millia hostiũ cepisse. ex quattuor cõsulibus duos occidisse:ex duobus sauciũ alteꝝ:alteꝝ toto exercitu amisso:uix cũ.l. hoibus effugisse:magistrum equitũ:qui cõsularis potestatis sit:fusum fugatũq; dictatorẽ quia se in aciẽ nunquã cõmiserit:unicũ haberi imperatorẽ.brutios appulosq;:partem samnitũ: ac lucanoꝝ defeciss ad pœnos. Capuam: quod caput non Campaniæ modo:sed post afflictam rem romanam cannensi pugna Italiæ sit: Annibali se tradidisse.pro his tot:tantisque uictoriis rerum sacrum diis immortalibus agi:haberiq;. Ad fidem deinde tam lætaꝝ rerum effundi iussit in uestibulo curiæ annulos aureos:qui tantus aceruus fuit ut:metentibus dimidium super tres modios expleꝝ:sint quidam auctores. Fama tenuit:quæ propior uero est:haud plus fuisse modio. Adiecit deinde uerbis:quo maioris cladis indicium esset:neminẽ nisi equitum:atq; ipsorum primores id gerere ĩsigne. Summa fuit orationis: quo propius spes belli perficiendi sit: eo magis ope iuuandum Annibalem esse. procul enim a domo militiam esse:in media hostium terra magnam uim frumenti pecuniæq; absumi:& tot actis: ut hostium exercitus deleꝝ: ita uictoris etiam copias parte aliqua minuisse. Mittendum igitur supplementum esse:mittendam in stipendium pecuniam: frumentumque tam benemeritis de nomine punico militibus. Secũdum hæc dicta Magonis lætis omnibus: Himilco uir factionis barchinæ locum Hannonis increpandi esse ratus: Quid est Hanno: inquit: etiam nunc pœnitet belli susceptiaduersus romanos? iube dedi Annibalem: ueta in tam prosperis

rebus grates diis īmortalibus agi. Audiamus romanum ſenatorem ī carthaginenſium curia. Tum Hanno tacuiſſem hodie patres cōſcripti: nequid in cōmuni omni gaudio minus lætū: quod eſſet: uobis loquerer. Nunc interroganti ſenatori pœniteat ne me adhuc ſuſcepti aduerſus romāos belli? ſi reticeā: aut ſuppus: aut obnoxius uidear: quoꝝ alterū eſt hoīs alienæ libertatis obliti: alterū ſuæ. Reſpōdeā: inqt: Himilconi: nō deſiſſe pœnitere me belli: neqꝫ deſituꝝ eſſe ante iuictū noſtrū imperatorē incuſare: quā finitum aliqua tolerabili cōdicione bellū uidero. nec mihi pacis antiquæ deſideriū ulla alia res: quā pax noua: finiet. itaqꝫ iſta: quæ modo Mago iactauit: Himilconi cæteriſqꝫ Annibalis ſatellitibus iā læta ſunt: Mihi poſſunt læta eſſe: quia res bello bene geſtæ: ſi uolumus fortuna uti: pacē nobis eqorē dabūt: nā ſi prætermittimus hoc tēpus: quo magis dare: quā accipere poſſumus uideri pacem: uereor ne hæc quoqꝫ lætitia luxuriæ nobis: ac uana euadat. Quæ tamē nūc quoqꝫ q̄lis eſt? occidi exercitus hoſtiū. mittite milites mihi. quid aliud rogares: ſi eſſes uictus? hoſtiū cepi bina caſtra: prædæ uidelicet plena: & cōmeatuū: frumētū & pecuniam date. Quid aliud inquā: ſi ſpoliatus: ſi exutus caſtris eſſes: peteres? Et ne oīa ipſe mirer: mihi quoqꝫ: quoniā reſpondī. Himilcōi: iterrogare ius faſqꝫ eſt. uelim ſeu Himilco: ſeu Mago reſpōdeat: cū ad iternicionē romāi imperii pugnatū ad Cannas ſit: cōſtetqꝫ in defectionē totā Italiam eē: primū ecqs latini noīs populus defecerit ad nos? deīde ecquis homo ex. v. &. xxx. tribus ad Annibalē trāſfugerit. Cum utrunqꝫ Mago negaſſet: Hoſtiū quidē Romæ: inquit: adhuc multū ſupeſt. Sed multitudo ea: quid animoꝝ: quidue ſpei habeat: ſcire uelim. Cum id neſcire ſe Mago diceret: Nihil facilius ſcitu eſt: inquit. Ecquos legatos ad Annibalem romani miſerunt de pace? ecquā denīqꝫ mentionē pacis Romæ factā eſſe allatū ad uos eſt: cū id quoqꝫ negaſſet: Bellū igitur tam: inquit: integrū habemus: quā habuimus qua die Annibal in Italiā eſt ingreſſus. Quam uaria uictoria priore punico bello fuerit: plæriqꝫ: qui meminerimus: ſūpſumus. nūquā terra mariqꝫ magis ꝓſpere res noſtræ uiſæ ſunt: quā ante cōſules Luctatiū: &. A. Poſthumiū fuerūt. Luctatio & Poſthumio cōſulibus: deuicti ad Egatis inſulas ſumus: quod ſi id: quod dii omen auertant: nūc quoqꝫ fortuna aliqd uari auerit: tū pacē ſperatis: cū uincimur: quā nūc: cum uincimus: dat nemo? Ego: ſiquis cōſultet: ſeu de ferenda hoſtibus pace: ſeu accipienda: habeō: quid ſentētiæ dicam. Sed de iis: quæ Mago poſtulat: refertis. Nec uictoribus mitti attinere puto: & fruſtrātibus nos falſa atqꝫ inani uictoria multo minus cenſeo mittēda eē: Haud multos mouit Hannonis oratio: nā & ſimultas cū familia Barchina leuioꝝ auctoꝝ faciebat: & occupati animi præſenti lætitia: nihil: quo uanius fieret gaudiū ſuū: auribus admittebāt. debellatūqꝫ mox fore: ſi adniti paululū uoluiſſent: rebant. Itaqꝫ ingenti cōſenſu fit ſenatuſconſultū: ut Annibali. xl. numidarū millia in ſupplementū mitterent: &. xl. elephanti: & argenti multa talenta. Dictatorqꝫ cū Magone in Hiſpaniam præmiſſus eſt ad cōducenda. xx. millia peditū: quattuor equitū: quibus exercitus: qui in Italia: quiqꝫ in Hiſpāia erāt: ſupplerent. Cæteꝝ hæc: ut in ſecūdis rebus ſegniter otioſæqꝫ geſta ſunt. Romanos præter inſitam induſtriā aīs fortuna etiā cūctari prohibebat: Nam nec cōſul ulli rei: quæ per eū agenda eſſet: deerat: & dictator. M. Iunius rebus diuinis perfectis: latoqꝫ ut ſolet ad populum: ūt equum aſcendere liceret: ꝓter duas urbanas legiones: quæ principio anni a cōſulibus cōſcriptæ fuerant: & ſeruoꝝ delectū: cohortesqꝫ ex agro piceno: & gallico collectas: ad ultimū ꝓpe deſperatæ reip. auxiliū: cū honeſta utilibus cedūt: deſcendit equo: dixitqꝫ: Qui capitalē fraudē auſi: quiqꝫ pecunia iudicati in uinculis eſſent: qui eoꝝ apud ſe milites fierent: eos noxa pecuniaqꝫ ſe exolui iuſſuꝝ. Ea ſex millia hoīum gallicis ſpoliis: quæ triūpho. G. Flaminii tranſlata erāt: armauit: itaqꝫ cū. xxv. millibus armatoꝝ ab urbe ꝓficiſcitur. Annibal Capua recepta: cū iteꝝ neapolitanoꝝ aīos partim ſpe: partim metu nequicquā tentaſſet: in agrū nolanū exercitū traducit: & ut nō hoſtiliter ſtatim: quia nō deſperabat uoluntariā deditionē: ita ſi morarent ſpem: nihil eorū: quæ pati aut timere poſſent: prætermiſſurus. Senatus ac maxīe primores eius ī ſocietate romana perſtare. Plebs nouaꝝ: ut ſolet: rerū auida: atqꝫ Annibalis tota eſſe: metūqꝫ agroꝝ populationis: & patiēda in obſidione multa grauia indignaqꝫ ꝓponere aīo. Neqꝫ auctores defectionis deerāt: itaqꝫ ubi ſenatum metus accepit: ſi palam cōtra tenderent: reſiſti multitudini cōcitatæ nō poſſe: clam ſimulando dilationē mali iueniūt placere enim ſibi defectionē ad Annibalē ſimulant: quibus autē condicionibus in fœdus: amicitiāqꝫ nouā tranſeant paꝝ cōſtare. Ita ſpatio ſumpto: legatos ꝓpere ad prætorē romanū Marcellū Claudiū: qui Caſilini cū exercitu erat: mittūt: docentqꝫ quāto in diſcrimīe ſit nolana res: agrū Annibalis eſſe: & pœnoꝝ urbē extēplo futurā: niſi ſubueniatur. cōciliando plebi ſenatū: ubi uelint: defecturos: ſenatū ſe ne deficere præſtinarent effeciſſe. Marcellus collaudatis nolanis: eadē ſimulatione extrahi rem in ſuū aduentū iuſſit. Interim celari: quæ ſecū acta eēnt: ſpemqꝫ oēm auxilii romāi. Ipſe a Caſilino Calatiā petit: Inde Vulturno amne traiecto: perqꝫ agrū ſaticulanū: trebeianūqꝫ ſuper Sueſſulā per montes Nolam peruenit. Sub aduentū prætoris romani pœnus agro nolano exceſſit: & ad mare proxime Neapolin deſcendit: cupidus marini oppidi potiundi: quo curſus nauibus tutus ex Africa eſſet. Cæterum poſteaquam Neapolin a præfecto romano teneri accepit: M. Iunius Syllanus erat: ab ipſis neapolitanis accitus: Neapoli quoqꝫ ſicut Nola nō admiſſus petit Nuceriā. Eam cū aliquandiu circunſediſſet: ſæpe ui: ſæpe ſollicitādis nequicqꝫ nūc plebe: nūc principibus fame demum in deditionem accepit. pactus: ut inermes cum ſingulis abirent ueſtimentis. Deinde: ut qui a principio mitis omnibus italicis: præter romanos uideri uellet: præmia atque honores iis: qui remā ſiſſent: ac militare uellent ſecum: propoſuit. Nec ea ſpes quenquam tenuit. Dilapſi omnes quocunque hoſpicia: aut fortuitus animi impetus tulit per Campaniæ urbes: maxime Nolam: Neapolinque. Cum ferme

triginta ſenatores:ac forte primus quiſq; Capuā petiſſet:excluſi inde:quod portas Annibali clauſerūt:Cumas ſe contulerūt.Nuceriæ præda militi data eſt.urbs direpta atq; incenſa.Nolam Marcellus non ſui magis fiducia præſidii :quā uoluntate principū tenebat.Plebes timebatur:& ante oēs.L. Bantius:qué conſenſus attentatæ defectionis:ac metus a prætore romano:nūc ad proditioné patriæ:nūc: ſi ea die fortuna defuiſſet:ad tranſfugiendū ſtimulabat.erat iuuenis acer:& ſocioꝝ ea tépeſtate nobiliſſimus eques.Seminecē eum ad Cannas in aceruo occiſoꝝ corpoꝝ inuentū:curatūq; benigne etiā cū donis Annibal domū remiſerat.Ob eius gratiā meriti rem nolanā in eius dicionēq; dare uoluerat pœno:Anxiūq; eū & ſollicitū cura nouādi res prætor cernebat.Cæteꝝ cū aut pœna cohibēdus eſſet :aut beneficio cōciliādus ſibi aſſumpſiſſe: quā hoſti ademiſſe: forté acſtrenuū maluit ſociū:accitūq; ad ſe benigne appellat. Multos eū iuuidos inter populares habere inde exiſtimatu facile eſſe:qđ nemo ciuis nolanus ſibi indicauerit : quammulta eius egregia facinora militaria eſſent.Sed qui in romanis militauerit caſtris:nō poſſe obſcurā eius uirtutē eſſe. multos ſibi:qui cū eo ſtipendia fecerít :referre:qui uir eſſet ille:quæque & quotiens pericula pro ſalute ac dignitate populi romani adiſſet. utiq; cannenſi pugna nō prius prælio abſtiterit: quā ꝑpe exanguis ruina ſuper incidentiū uiroꝝ:equoꝝ: armorūq; ſit oppreſſus.itaq; macte uirtute eſto:īquit:apud me:cui omnis honor:atq; omne præmiū erit:& quo frequētius mecū fueris:ſenties eā rē tibi dignatati: atq; emolumēto eſſe.Lætoq; iuueni ꝑmiſſis equū eximiū ex dono dat.Bigatoſq; quingentos quæſtorem numerare iubet. Lictoribus īperat:ut ſe adire:quotiens uelit:patiātur .Hac comitate Marcelli ferocis iuuenis animus adeo eſt mollitus:ut nemo īde ſocioꝝ rē romanā fortius ac fidelius iuuerit.Cum Annibal ad portas eſſet:)Nolam enim rurſus a Nuceria mouerat caſtra)plebes quoq; nolana deintegro ad defectionē ſpectare .Marcellus ſub aduentu hoſtiū intra muros ſe recepit:nō caſtris metuens:ſed ne prodendæ urbis occaſioné nimis multis in eam īminētibus daret:inſtrui deinde utrinq; acies romanoꝝ cœptæ ꝑ mœnibus Nolæ : pœnorum ante caſtra ſua.prælia hinc parua inter urbem caſtraq; & uario euentu fiebant:quia duces nec prohibere paucos temere rogantes:nec ſignū dare uniuerſæ pugnæ uolebāt.In hac comitiaria iam duoꝝ exercituum ſtatione principes nolanorū nūciāt Marcello nocturna colloquia inter plebem ac pœnos fieri: ſtatutumq; eſſe:ut cum romana acies egreſſa portis iret:impediméta eoꝝ ac ſarcinas diriperent: clauderétq; deinde portas:muroſq; occuparent:ut potientes rerum ſuarum:atq; urbis pœnum inde pro romano acciperét.Hæc ubi nūciata ſūt Marcello:collaudatis ſenatoribus nolāis:priuſquā aliquis motus ī muris oriref: fortunam pugnæ experiri ſtatuit.Ad tris portas ī hoſtes uerſas:tripartito exercitū īſtruxit.īpediméta ſubſequi iuſſit.calōes: lixaſq;:& īualidos milites uallū ferre.media porta robora legionum:& romāos equites duabus circa portis nouos milites:leuéq; armaturā:ac ſocioꝝ equites ſtatuit.Nolani muros portaſq; adire uetiti.ſubſidiaq; deſtinata īpedimētis data.ne occupatis plio legiōibus:ī ea impetus fieret .ita inſtructi intra portas ſtabant.Annibali ſub ſignis:id qđ per aliquot dies fecerat:ac multū diei in acie ſtanti primo miraculo eſſe:quod nec exercitus romanus porta egrederef :nec armatus quiſquā in muris eſſet.Ratus deinde ꝑdita colloquia eſſe: metuq; reſides factos:partē militū in caſtra remittit :iuſſos ꝑpere apparatū omnē oppugnandæ urbis in primā aciem afferre:ſatis fidens:ſi cūctantibus inſtaret:tumultū aliqué in urbe plebem moturā.moxq;:dum in ſua quiſq; miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna : ſucceditque ad muros acies:patefacta repéte porta:Marcellus ſigna canere clamoréq; tolli:ac pedites primū: deinde equites quāto maximo poſſent īpetu:in hoſté erūpere iubet.Satis terroris tumultuſq; in acié mediā intulerūt: cū duabus circa portis.P.Valerius Flaccus:&.G.Aurelius legati ī cornua hoſtiū erupere.Addidere clamoré lixæ caloneſq;:& alia turba cuſtodiæ īpedimentoꝝ appoſita:ut paucitatē maxīe ſpernētibus pœnis:ingentis repente exercitus ſpecié fecerit.Vix equidé auſim affirmare:quod quidā auctores ſunt:duo millia:&.ccc.hoſtium cæſos:non plus uno romanoꝝ amiſiſſe:ſiue tanta:ſiue minor uictoria fuit: ingens eo die res: ac neſcio:an maxīa illo bello geſta ſit.Non uinci enim ab Annibale uincētibus difficilius fuit:quā poſtea uincere.Annibal ſpe potiūdæ Nolæ adempta:cū Acerras receſſiſſet:Marcellus extemplo clauſis portis cuſtodibuſq; diſpoſitis:ne quis egrederef : quæſtioné ī foro de iis:qui clam in colloquiis hoſtium fuerāt:habuit. Supra.lxx.dānatos ꝑditionis ſecuri ꝓcuſſit:bonaq; eoꝝ iuſſit publica eſſe: & ſumma reꝝ ſenatui tradita: cū exercitu omni ꝑfectus:ſupra Sueſſulā caſtris poſitis cōſedit.Pœnus Acerras primū ad uoluntariā dedi tionem conatus plicere:poſteaquā uidit inde obſtinatos:obſidere atq; oppugnare parat. Cæteꝝ acerranis plus animi:quā uiriū erat.itaq; deſperata tutela urbis:ut circūuallari mœnia uiderét:priuſquā continuarētur hoſtiū opera:ꝑ ītermiſſa muniméta:neglectaſq; cuſtodias ſilētio noctis dilapſi:ꝑ uias inuiaq;:quaque aut cōſiliū:aut terror tulit:in urbes Campaniæ:quas ſatis certū erat:nō mutaſſe fidē: ꝑfugerūt. Annibal Acerris direptis:atq; īcenſis:cū a Caſilino dictatoré romanū legioneſq; nūcii accipi nūciaſſent:ne quiſquā tā in ꝓpiquis hoſtiū caſtris Capuæ quoq; recurrat:exercitū ad Caſilinū ducit. Caſilinū eo tépore ꝓneſtini habebant cum romanis paucis latinique nominis :quos eodem audita cannenſis clades cōtulerat . hi non confecto Præneſte ad diem delectu:ſerius profecti domo cū Caſilinum ante aduerſæ pugnæ famam ueniſſent:& aliis aggregarét romanis ſeſe:ſociiſq;: profecti a Caſilino:cū ſatis magno agmine irent:auertit eos retro Caſilinum nuncius cannenſis pugnæ.ibi cum dies aliquot ſuſpecti campanis timenteſque cauendis ac ſtruendis inuicem inſidiis traduxiſſent: iamque de Capuæ defectione agi :accipique Annibalem ſatis pro certo habuere: interfectis nocte oppidanis partem urbis: quæ citra Vulturnum eſt (eo

enim diuiditur amni) occupauere: idq; præsidiũ Casilini habebãt romani. Addit & perusina cohors hoies cccc. & .lx. eodẽ nuncio: quo ꝓnestini paucos ante dies Casilinũ cõpulsi: & satis ferme armatoꝝ ad tam exigua mœnia: & flumĩe altera parte cincta tuenda erat. Penuria fruméti nimiũ etiã: ut uideret: hoĩum efficiebat. Annibal cũ iam inde haud ꝓcul esset: getulos cũ præfecto nomĩe Isãlca præmittit. Ac primo: si fiat colloquii copia: uerbis benignis ad portas aperiendas: præsidiũq; accipiendũ pellicere iubet. Sin in pertinacia perstẽt rẽ gerere ac tẽtare: siqua parte urbẽ inuadere possit. Vbi ad mœnia accessere: quia silentiũ erat: solitudo uisa: metuq; cõcessum barbarus ratus moliri portas & seras: claustraq; effringere parat. Cũ patefactis repente portis cohortes duæ ad idipsum instructæ ĩtus ingenti cũ tumultu erũpunt: stragéq; hostium faciunt: Ita primis repulsis Maharbal cũ maiore robore uiroꝝ missus nec ipse eruptionẽ cohortium sustinuit. Postremo Annibal castris ante ipsa mœnia oppositis: paruã urbẽ: paruũq; præsidium: summa ui: atq; omnibus copiis oppugnare parat. Ac dum instat lacessitq; corona undiq; circũdatis mœnibus: alquot milites: & prõptissimũ quẽq; e muro: turribusq; ictos amisit. Semel ultro erũpentis agmĩe elephantoꝝ opposito prope intercluſit: trepidosq; cõpulit in urbẽ satis multis: ut ex tanta paucitate interfectis plures cecidissent: ni nox prælio interuenisset. Postero die omniũ animi ad oppugandũ accendũtur. Vtiq; posteaq; corona aurea muralis ꝓposita est: atq; ipse dux castelli plano loco positi segnẽ oppugnationẽ Sagunti expugnatoribus exprobrabat: Cannaꝝ Trasimeniq; & Trebiæ singulos monens uniuersosq; ide uineæ quo que cœptæ agi: cuniculiq; nec ad uarios cõatus hostium aut uis ulla: aut ars deerat. Socii romanoꝝ ꝓpugnacula aduersus uineas statuere: transuersis cuniculis hostium cuniculos excipere: & palã & clam cœptis obuiam ire: donec pudor etiam Annibalẽ ab incœpto auertit. Castris cõmunitis ac præsidio modico impositio: ne omissa res uideret: in hyberna Capuã cõcessit. Ibi partẽ maiorẽ hyemis exercitũ ĩtectis habuit: aduersus oĩa humana mala sæpe ac diu durantẽ: bonis inexpertũ: atq; insuetũ. Itaq; quos nulla mali uicerat uis: perdidere nimia bona: ac uoluptates ĩmodicæ: & eo ĩpensius: quo auidius ex insolentia in eas se immerserant. Somnus enim: & uinũ: & epulæ: & scorta: lineaq; & otiũ: cõsuetudine in dies blandius ita eneruauerunt corpora aĩosq; ut magis deinde præteritæ uictoriæ eos: quã præsentes tutarent uires. Maiusq; id peccatũ ducis apud peritos artiũ militariũ habetur: quã qđ nõ ex cannẽsi acie ꝓtinus ad urbem Romã duxisset. Illa enĩ cunctatio distulisse modo uictoriã uideri potuit: hic error uires ademisse ad uincendum. Itaq; hercule uelut si cũ alio exercitu a Capua exiret: nihil usquã pristinæ disciplinæ tenuit: nã & redierunt plæriq; scortis ĩpliciti: & ubi primum sub pellibus haberi cœpti sunt: uiaq; & alius labor militaris excepit: tyronum modo corporibus animisq; deficiebant. Et deinde per omne æstiuoꝝ tẽpus magna pars sine cõmeatibus ab signis dilabebant: neq; aliæ latebræ: quã Capua desertoribus erant. Cæterum miteſcẽte iam hyeme ducto ex hybernis milite Casilinũ redit. Vbi quãquã ab oppugnatione cessatũ erat: obsidio tamen cõtinuata oppidanos præsidiũq; ad ultimũ inopiæ adduxerat. Castris romanis tunc Sempronius præerat: dictatore auspicioꝝ repetẽdoꝝ causa ꝓfecto Romã. & ipsum cupientẽ ferre auxilium obsessis Vulturnus amnis ĩflatus aqs: & preces nolanoꝝ: atq; acerranoꝝ tenebãt cãpanos timentiũ: si præsidiũ romanũ abscessisset. Gracchus assidens tantũ Casilino: quia prædictũ erat dictatoris: ne quid absente eo rei gereret: nihil mouebat: quãquã: quæ facile omnẽ patientiã uincerent: nunciabãtur a Casilino: nã & præcipitasse se quosdam nõ tolerãtes famẽ constabat: & stare inermes in muris: nuda corpora ad missiliũ teloꝝ ictus præbẽtes. ea ægre patiens Gracchus: cum neque pugnam cõserere dictatoris iniussu auderet: pugnãdum autem esse: si palam frumentum importare uellet: uideret: neque clam importandi spes esset: ferre ex agris circa undique conuecto: cum quamplura dolia complesset: nuncium ad magistratum Casilinum misit: ut exciperent dolia: quæ amnis deferret. in sequenti nocte: intentis omnibus in flumen: ac spẽ ab nuncio romano factam: dolia medio amni missa defluxerunt. Aequaliter inter omnes frumentũ diuisum. Id postero quoque die ac tertio factum est: nocte & mittebantur & perueniebant: eo custodias hostium fallebant. imbribus deinde continuis citatior solito amnis transuerso uertice dolia impulit ad ripã: quam hostes seruabãt: ibi hærentia inter obnata ripis salicta aspiciuntur: nunciatumq; Annibali est: & deĩde intentiore custodia cautum: nequid falleret Vulturno ad urbem missum. Nuces ĩde fusæ a romanis castris: cum medio amni ad Casilinum defluerent: cratibus excipiebantur. Postremo ad id uentũ inopiæ est: ut lora detractasq; scutis pelles: ubi feruida mollissent aqua: mandare conarentur. nec muribus: alioue animali abstinerẽt. & omne hærbarum radicumq; genus aggeribus infimis muri eruerent. Et cum hostes obarassent: quicquid hærbidi terreni extra murum erat: raparum sæmen iniecerunt, ut Annibal eo ne usq; dũ ea nascantur: ad Casilinũ sessurus sum? exclamaret. Qui nullã ante pactionẽ auribus admiserat, tũ demũ secũ agi est passus de redẽptione liberoꝝ capitũ. Septũces auri ĩ singulos preciũ cõuenit. fide accepta sese tradiderũt. donec omne auꝝ psolutũ est: in uinculis habiti. Tũ remissi Cumas cũ fide. Id uerius ẽ: quã ab eqte iabeũtis imisso interfectos. Prænestini maxĩa pars fuere: ex quĩgentis septuaginta: qui in præsidio fuerunt: minus dimidiũ ferrum famesque absumpsit. Cæteri incolumes Prænestẽ cum prætore suo Manitio: scriba iis antea fuerat: redierũt. Statua eius ĩdicio fuit Prænestẽ ĩ foro statuta: loricata: amicta toga: uelato capite: & tria signa cũ titulo lamĩæ æneæ ĩscripto. Manitiũ ꝓ militibus: q Casilini ĩ pſidio fuerĩt: uotũ uouisse. Idẽ titulus tribus signis in ædẽ Fortunæ positis subiectus. Casilinũ oppidũ redditũ campanis ẽ: firmatũ septingentorũ militum de exercitu Annibalis præsidio: ne ubi pœnus inde abscessisset: romani impugnarẽt Prænestinis

militibus romanus ſenatus duplex ſtipendiũ:& quinquẽnii militiæ uacationẽ decreuit.Ciuitate cum donarentur ob uirtutẽ:nõ mutauerunt. Perſinoꝝ caſus obſcurior fama eſt :quia nec ipſoꝝ monumẽto ullo eſt illuſtratus:nec decreto romanoꝝ.Eodem tẽpore petellinos : qui uni ex brutiis manſerant ĩ amicitia romana:nõ carthaginenſes modo:qui regionẽ obtinebant:ſed brutii quoq; cæteri ob ſeparata a ſe conſilia oppugnabant:quibus cum obſiſtere malis nequirent:petellini legatos Romã ad præſidiũ petendum miſerunt:quoꝝ preces lachrymæq;(inqueſtus enim flæbiles:cũ ſibi metipſi conſulere iuſſi ſunt:ſeſe in ueſtibulo curiæ ꝓfuderunt)ingentẽ miſericordiã patribus:ac populo mouerunt. Conſultiq; iterũ a.M. Aemylio prætore patres:circũſpectis omnibus ĩperii uiribus: fateri coacti:nihil iam longinquis ſociis in ſe præſidii eſſe:redire domum:fideq; ad ultimum expleta:conſulere ſibimetipſos in præſenti fortuna iuſſerunt. Hæc poſteaquam renũciata legatio petellinis eſt:tantus repẽte mœror pauorque ſenatum eorum cepit: ut pars profugiendi:qua quiſq; poſſet:ac deſerendæ urbis auctores eſſent:pars adiungẽdi ſe:cæteris brutiis:ac per eos dedẽdi Annibali. Vicit tamẽ ea pars:quæ nihil raptim:nec temere agendũ:cõſulendũq; deintegro cenſuit.Relaxata poſtero die:per minorẽ trepidationẽ retinuerũt optimates :ut cõuectis oĩbus ex agris urbẽ ac muros firmarent. Per idem fere tẽpus litteræ ex Sicilia Sardiniaq; Romã allatæ.Priores ex Sicilia Octacilii proprætoris in ſenatu recitatæ ſunt.L.Furiũ prætorẽ cum claſſe ex Africa Lilybæũ ueniſſe:ipſum graiter ictum: ſaucium in diſcrimine eſſe uitæ ultimo.militiæ naualibus ſociis neq; ſtipendiũ: neq; frumẽtũ ad diem dari:neq; unde detur:eſſe: magnopere ſuadere:ut quãprimum ea mittanẽ:ſibiq;:ſi ita uideatur:ex nouis prætoribus ſucceſſorẽ mittant.Eadẽq; ferme de ſtipendio:frumentoque ab.A.Cornelio Mammula proprætore ex Sardinia ſcripta. Reſpõſũ utriſq; nõ eẽ:unde mitteretur.Iuſſiq; ipſi claſſibus ac exercitibus ſuis conſulerent.Octacilius ad unicũ ſubſidiũ populi romani Hieronẽ legatos cum miſiſſet :ĩ ſtipendium quantũ argentũ opus fuit:& ſex mẽſium frumentũ accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates ſociæ benignæ contulerunt.Et Romæ quoq; ꝓpter penuriã argenti triunuiri mẽſarii rogatione Minutii tribuni pl.facti L. Aemylius:qui cõſul cenſoreq; fuerat:&.M.Attilius Regulus:qui bis cõſul fuerat:&.L. Scribonius Libo: qui tum tribunus pl.erat:& duũuiri creati.M.&.G.Attilius ædem concordiæ:quã.L.Manlius prætor uouerat:dedicauerunt .Et tres pontifices creati.Qu.Cecilius Metellus: Quintus Fabius Maximus.&. Qu. Fuluius Flaccus in locũ.P.Scantinii demortui : &.L.Aemylii Pauli conſulis:&. Qu.Elii Pæti: qui ceciderunt pugna cannẽſi .cum cætera:quæ continuis cladibus fortuna minuerat: quatũ conſiliis humanis eſſe qui poterant:patres expleſſent:tandem ſe quoq;:& ſollitudinẽ curiæ:paucitatẽq; conuenientium ad publi cum conſiliũ reſpexerunt.nõ enim poſt.L.Aemyliũ:&.G.Flaminiũ cenſores ſenatus electus fuerat:cũ tantum ſenatoꝝ aduerſæ pugnæ:ad hoc ſui quẽq; caſus ꝑ quinquẽniũ abſumpſiſſent.Cũ de ea re.M.Aemyliusprætor:dictatore poſt Caſilinũ amiſſum ꝓfecto iam ad exercitum:expoſcentibus cũctis retuliſſet:tum Sp.Carbilius cum longa oratõe non ſolũ inopiã:ſed paucitatẽ etiã ciuium:ex quibus in partes legerentur: conqueſtus eſſet:explendi ſenatus cauſa:& iungẽdi arctius latini noĩs cũ pro magna re ſe ſuadere dixiſſet: ut ex ſingulis populis latinoꝝ binis ſenatoribus:ſi patres romani cenſuiſſent:ciuitas daret: atq; in demortuorum locũ in ſenatũ legerentur.Eam ſententiã haud æquioribus animis:quã ipſoꝝ quõdã poſtulatum latinoꝝ patres audierunt:& cũ fremitus indignantiũ tota curia eſſet:& præcipue Manlius eſſe & nũc ſtirpis eius uirum diceret:qui quondã in Capitolio cõſul minatus eſſet:quem latinũ in curia uidiſſet:eum ſua manu ſe interfectuꝝ.Qu.Fabius Maximus nunquã alieniore tẽpore mentionẽ factam in ſenatu dixit:quã inter tam ſuſpẽſos ſocioꝝ aĩos:incertãq; fidem:id tantum:quod ĩſuper ſollicitaret eos :eam unius hoĩs temerariã uocem ſilentio omniũ extinguendã eſſe:& ſiquid unquã arcani ſanctiue ad ſilendũ ĩ curia fuerit: id omniũ maxime tegendũ:occulendũ:obliuiſcendũ:pro non dicto habendũ eſſe.Ita eius rei oppreſſa mẽtio eſt.Dictatorẽ:qui cenſor ante fuiſſet:uetuſtiſſimuſq; ex iis: qui uiueret:cenſoriis eſſet: creari placuit: q ſenatum legeret:Acciriq;.G.Terentiũ ad dictatorẽ dicendũ iuſſerunt: qui eo ex Appulia relicto ibi præſidio:cũ magnis itineribus Romã rediſſet:nocte ꝓxima: ut mos erat:M.Fabiũ Buteonẽ ex.S.C. ſine magiſtro equitũ dictatorẽ ĩ ſex mẽſes dixit,Is:ubi cũ lictoribus ĩ roſtra aſcendit: neq; duos dictatores tempore uno:qđ nunquã antea factũ eẽt:ꝓbare ſe dixit:neq; dictatorẽ ſe ſine magiſtro equitũ: nec cenſoriã uim ꝓmiſſam uni & eidẽ iterũ:nec dictatori niſi rei gerendæ cauſa creato ĩ ſex mẽſes datũ imperiũ: quæ ĩmoderata ſors:tẽpus:ac neceſſitas fecerint:iis ſe modũ ĩpoſituꝝ:nã neq; ſenatu quenquã motuꝝ ex iis:quos.G. Flaminius.L.Aemylius cẽſores in ſenatũ legiſſent.trãſcribi tantũ recitariq; eos iuſſuꝝ:ne penes unũ hominẽ iudiciũ arbitriũq; de fama ac moribus ſenatoris fuerit:& ita ĩ demortuoꝝ locũ ſubuectuꝝ: ut ordo ordini:nõ homo homini ꝑlatus uideret.Recitato uetere ſenatu:ĩde primũ ĩ demortuoꝝ locũ legit:q poſt L.Aemyliũ.G.Flaminiũ cẽſores curulẽ magiſtratũ cepiſſent:necdũ ĩ ſenatu lecti eẽnt:ut qſq; eoꝝ ſenator primus creatus erat:tũ legit:q ædiles:tribuni:ꝑtores:quæſtoreſue fuerãt:tũ ex iis:q magiſtratus cepiſſent: q ſpolia ex romão hoſte fixa domi haberẽt:aut ciuitatẽ romanã accepiſſet:ita.clxxvii. cũ ĩgẽti approbatõe oĩum ĩ ſenatũ lectis:extẽplo ſe magiſtratu abdicauit:priuatuſq; de roſtris deſcẽdit:lictoribus abire iuſſis: turbæq; ſe ĩmiſcuit priuatas agẽtiũ res:tps hoc ſedulo terẽs:ne deducẽdi ſui cã populũ de foro abduceret. neq; tamẽ elãguit cura hoĩum ea mora:frequẽteſq; eũ deduxerunt domũ. Conſul nocte inſequenti ad exercitum rediit :non facto certiore ſenatu: ne comitiorum cauſa in urbe retineretur.Poſtero die conſultus a.M.Pomponio prætore ſenatus decreuit dictatori ſcribendum:uti ſi e rep. cenſeret eſſe:ad conſules ſub-

rogandos uenſret cum magiſtro equitũ:& prætore.M.Marcello:ut ex iis præſentibus noſcere patres poſ-
ſent: quo ſtatu reſp. eſſet:cõſiliaq; ex rebus caperent.Qui acciti erant:omnes uenerunt:relictis legatis:qui
legionibus præeſſent.Dictator de ſe pauca ac modice locutus:in magiſtrũ equitũ.T.Semproniũ Gracchũ
magnam parté gloriæ uertit.Comitia edixit:quibus.L. Poſthumius.iii. abſens:qui tũ Galliam ꝓuinciam
obtinebat:&.T.Sempronius Gracchus:qui tum magiſter equitũ:& eo occurrerat:cõſules crearenſ : Præ-
tores inde creati.M.Valerius Leuinus:Ap.Claudius Pulcher:Fuluius Flaccus:Qu.Mutius Scæuola.Dicta
tor:creatis magiſtratibus:Theanũ in hyberna ad exercitum rediit:relicto magiſtro equitũ Romæ:qui: cũ
poſt paucos dies magiſtratũ initurus eſſet: de exercitibus ſcribendis cõparandiſq; in annũ patres conſule-
ret.Cum eæ res maxime agerenſ:noua clades nunciata:alia ſuper aliá cumulante in eum annũ fortuna.L.
Poſthumiũ cõſulem deſignatũ in Gallia ipſum:atq; exercitũ deletos.Silua erat uaſta:Litanam galli uocãt:
qua exercitũ traducturus erat:eius ſiluæ dextera leuaq; circa uiã galli arbores ita inciderant:ut ímotæ ſta-
rent:mométo leui ípulſæ occiderent.Legiones duas romanas habebat Poſthumius:ſociũq; ab ſupero ma-
ri tantũ conſcripſerat:ut.xxv.millia armatoꝝ in agros hoſtium induxiſſet . Galli ora extremæ ſiluæ cum
circũſediſſent:ubi intrauit agmen ſaltũ:tum extremas arborũ ſucciſaꝝ ípellunt:alia in aliã inſtabilem per
ſe ac male hærenté incidentes ancipiti ſtrage:arma:uiros:equos obruerunt:ut uix decé hoíes effugerent:
Nam cũ exanimati plæriq; eſſent:arboꝝ truncis:fragmẽtiſq; armoꝝ cæterã quoq; multitudiné íopinato
malo trepidam galli ſaltũ omné armati circũſidentes íterfecerũt.paucis e tanto numero captis: qui flumís
pontem petentes:obſeſſo ante ab hoſtibus ponte:intercluſi ſunt.Ibi Poſthumius :omni ui ne caperef: oc-
cubuit.ſpolia corporis:caputq; ducis præciſum Boii ouantes templo:quod ſanctiſſimũ eſt apud eos: intu-
lerunt.purgato inde capite:ut mos eſt iis:caluam auro cælauerũt :idq; ſacrũ uas erat:quo ſolemnibus líba
rent:poculũq; idem ſacerdotis eſſe:ac tẽpli antiſtibus.Præda quoq; haud minor gallis:quam uictoria fuit:
nam &ſi magna pars animaliũ ſtrage ſiluæ oppreſſa erat:tamẽ cæteræ res:quia nihil diſſipatũ fuga eſt:ſtra
tæ per omné iacentis agminis ordiné inuentæ ſunt.Hac nunciata clade:cum per dies multos in tanto pa-
uore fuiſſet ciuitas:ut tabernis clauſis: uelut nocturna ſolitudine per urbẽ acta: ſenatus ædilibus negotiũ
daret:ut urbem circunirent:apeririq; tabernas:& mœſtitiæ publicæ ſpeciẽ urbi demi iuberent.Tũ.T.Sem
pronius ſenatum habuit:conſolatuſq; patres eſt:& adhortatus:ne qui cannenſi ruinæ non ſuccubuiſſent:
ad minores calamitates animos ſummitterent.Quod ad carthaginẽſes hoſtes Annibalemq; attinet : pro-
ſpera modo eſſet:ſicut ſperaret:fortuna:gallicum bellũ & omitti tuto:& diferri poſſe.ultionemq; eã frau
dis in deorum ac populi romani poteſtate fore.De hoſte pœno exercitibuſq;:ꝑ quos id bellum gereretur:
conſultandum:atq; agitandum.Ipſe primũ quid peditum equitumq;:quid ciuiũ:quid ſocioꝝ in exercitu
eſſet dictatoris: diſſeruit.Tum Marcellus ſuaꝝ copiarũ ſummam expoſuit.Quid in Appulía cum.G. Te-
rentio conſule eſſet: a peritis quæſitum eſt.duo ne conſulares exercitus ſatis firmati tãtum bellum effice-
rent inibatur ratio.Itaq; Galliam:quanquam ſtimulabat iuſta ira:omitti eo anno placuit.exercitus dicta-
toris conſuli decretus eſt.De exercitu:qui ex fuga cannẽſi eſſent:in Siciliæ caſtra duci:atq; ibi militare: do
nec in Italia bellum eſſet:placuit.Eodem ex dictatoris legionibus reiici militem:minimi quenq; roboris:
nullo præſtituto militiæ tempore:niſi quod ſtipendioꝝ legitimorũ eſſet.Duæ legiones urbanæ alteri cõ-
ſuli:qui in locũ.L.Poſthumii ſuffectus eſſet:decretæ ſunt.Eumq; cũ primum ſaluis auſpiciis poſſet: creari
placuit.Legiones præterea duas primo quoq; tempore ex Sicilia acciti:atq; inde conſul: cui legiones urba
næ euenirent:militũ ſumeret:quantũ opus eſſet.G.Terétio conſuli ꝓpagari ĩ annũ imperium: neq; de eo
exercitu::qué ad præſidiũ Appuliæ haberet:quicq; miniui.Dum hæc gerũtur in Italia apparanturq; : nihilo
ſegnius in Hiſpania bellũ erat:ſed ad eam diẽ magis proſpeꝝ romanis .P.&.Gn. Scipiones inter ſe partitis
copiis : ut.Gn:terra:P.mari nauibuſq; rem gereret.Aſdrubal pœnoꝝ íperator neutri parti uiriũ ſatis fidẽs:
ꝓculab hoſte interuallo ac locis tutis tenebat ſe :cui mulrũ ac diu obteſtáti quattuor millia peditũ & qn-
genti equites in ſupplementũ miſſi ex Africa ſunt.Tum refecta tandem ſpe caſtra propius hoſtem mouit:
claſſemq; & ipſe inſtrui parariq; iubet ad inſulas maritimãq; oram tutandum. In ipſo impetu mouendarũ
deintegro reꝝ ꝓculit eũ præfectoꝝ nauium tranſitio: qui poſt claſſem ad Iberum per pauorem deſertam
grauiter increpiti:nunquam deinde ſatis fidi aut duci:aut carthaginenſium rebus fuerant.Fecerant ii trãſ-
fugæ motum in carthefioꝝ gentem:deſciuerantq; iis auctoribus urbes aliquot:una etiam ab ipſis ui cap-
ta fuerat.In eam gentem uerſum ab romanis bellum eſt:infeſtoq; exercitu Aſdrubal ingreſſus agrum ho-
ſtium pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus:Calbum nobilem carthefiorum ducem cum ualido ex-
ercitu caſtris ſe detinenté aggredi ſtatuit.Præmiſſa ergo leui armatura:quæ eliceret hoſtis ad pugnam:pe-
ditum partem ad depopulãdum peragros paſſim dimiſit:ut palantes exciperent: ſimul & ad caſtra tumul-
tus erat : & per agros fugaque & cædes. Deinde undique diuerſis itineribus cum in caſtra ſe recepiſ-
ſent: adeo repente deceſſit animis pauor : ut non ad munimenta modo defendenda ſatis animorum
eſſet :ſed etiã ad laceſſendum hoſtem prælio. Erumpunt igitur agmine e caſtris tripudiantes more ſuo:
repentinaque eorum audacia terrorem hoſti pauloante ultro laceſſenti incuſſit . itaque & ipſe Aſ-
drubal in collem ſatis arduum : tutumque flumine etiam obiecto tum copias ſubducit:& præmiſſam
leuem armaturam : equiteſque palantes eodem recepit : nec aut colli : aut flumini ſatis fidens uallo
caſtra permuniit . In hoc alterno pauore certamina aliquot ſunt contracta : nec numida hiſpano

eques par fuit.nec iaculator maurus cetrato uelocitate pari:robore animi uiriūq; aliquantum præstanti. Posteaquā nec illicere pœnū ad certamen obuersati castris poterāt: neq; castroꝝ oppugnatio facilis erat: urbem Ascuā:quo finis hostiū ingrediens Asdrubal frumentū:cōmeatusq; alios conuexerat:ui capiūt:omniq; circa agro potiuntur:nec iam aut in agmīe:aut in castris ullo imperio cōtineri. Quam ubi negligētiā ex re:ut fit:bene gesta oriri sensērat Asdrubal:cohortatus milites ut palātes sine signis hostes aggrederentur:degressus colle pergit ire acie instructa ad castra.Quem ut adesse tumultuose nūciare: fugiētes ex speculis stationibusq; attulere:ad arma cōclamatū. Vt quisq; arma ceperat:sine signo:sine mperio:incōpositi: inordinati ī prælīū ruunt:iam primi cōseruerant manus:cū alii cateruatim currerēt: alii nondum e castris exissent:tum primo ipsa audacia terruere hostē:deinde rari in cōfertos illati:cum paucitas paꝝ tuta esset: respicere alii alios:& undiq; pulsi coire in orbem:& dum corporibus applicātur:armaq; armis iungūt:ī arctum cōpulsi:cū uix mouendis armis satis spatii esset corona militū cincti ad multū diei cæduntˉ.Exigua pars eruptione facta siluas ac mōtes petit:pariq; terrore & castra sunt deserta:& uniuersa gens postero die in deditionē uenit.Nec diu in pacato mansit:Nam subinde ab Carthagine allatum est:ut Asdrubal primo quoq; tēpore in Italiā exercitū duceret:quæ uulgata res per Hispaniā omniū fere aīos ad romanos auertit. itaq; Asdrubal extēplo litteras Carthaginē mittit:indicans quāto fama profectionis suæ damno fuisset. Si uero inde pergeret: priusquam Iberum transiret: romanorum Hispaniam fore: nam præterquam quod nec præsidiū:nec ducē haberet:quē relinqueret pro se:esse īperatores romanos:quibus uix æquis uiribus resisti posset:itaq; si ulla Hispaniæ cura esset: successorē sibi cū ualido exercitu mitterent:cui: si oīa prospere euenirent:non tamē otiosam prouinciā fore. Hæ litteræ quicquam primo admodū mouerunt senatū:tamen:quia Italiæ cura prior erat:nihil de Asdrubale:neq; de copiis eius mutatū est. Himilco cum exercitu iusto & aucta classe ad retinendā terra mariq;:ac tuendā Hispaniā est missus: qui ut pedestres nauales q; copias traiecit:castris cōmunitis:nauibusq; subductis:& uallo circūdatis:cū equitibus delectis ipse: quantū maxīe accelerare poterat:per dubios infestosq; populos iuxta intentus ad Asdrubalē puenit. Cum decreta senatus mandataq; exposuisset:atq; edidicisset ipse iuicē:quēadmodū tractandū bellū in Hispania foret:retro in sua castra rediit:nulla re:quā celeritate tutior:quod undiq; abierat: antequā populi cōsentierent.Asdrubal:priusquā moueret castra:pecunias īperat populis omnibus suæ dicionis.satis gnarus Annibalem transitus quosdā pretio mercatū:nec auxilia gallica aliter:quā cōducta habuisse inopem tantū iter ingressum uix penetratuꝝ ad alpes fuisse.Pecuniis igitur exactis:ad Iberū descendit.Decreta carthaginensium:& Asdrubalis iter ubi ad romanos sunt plata:omnibus omissis rebus:ambo duces iunctis copiis: ire obuiā cœptis:atq; obsistere parant:rati:si Annibali uix per se ipsi tolerando Italiæ hosti Asdrubal dux:atq; hispaniensis exercitus esset iūctus illis:romani finē īperii fore. His anxi curis ad Iberū contrahūt:copias. & transito amne:cū diu consultassent:utrū castra castris cōferrent:an satis. haberēt sociis carthaginēsium oppugnandis morari ab itinere ꝓposito hostem: urbē a propinquo flumīe Iberā appellatā: opulentissimā ea tempestate regionis eius oppugnare parāt.quod ubi sensit Asdrubal:pro ope ferenda sociis pgit ipse ire ad urbem deditā nuper in fidē romanoꝝ oppugnandā.Ita iam cœpta obsidio omissa a romanis ē:& uersū in ipsum Asdrubalem bellū:quinq; millium interuallo castra distantia habuere paucos dies: nec sine leuibus prælīis:nec ut in aciem exirent.Tandē uno eodēq; die uelut excompositō utrinq; signum pugnæ propositum est:atq; omnibus copiis in campum descensum est.Triplex stetit acies romana. peditum pars āte signa locata.pars post signa accepta.equites cornua cinxere:Asdrubal mediam aciem hispanis firmat:ī cornibus dextero pœnos locat:leuo afros:mercenariorumq; auxilia equitum:numidas pœnoꝝ peditibus:cæteros afros pro cornibus opponit.Nec omnes numidæ in dextero locati cornu:sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam:in recentē equum ex fessō armatis transultare mos erat:tanta uelocitas ipsis:tamq; docile equorum genus est.Cum hoc modo instructæ starent: imperatorum utriusq; partis haud ferme dispares spes erant:nam neq; multum quidem aut numero :aut genere militum hi aut illi præstabant.Militibus longe dispar animus.Romanis enim:quanquam procul a patria pugnarent:facile persuaserant duces pro Italia:atq; urbe Roma eos pugnare.itaq; uelut quibus reditus ī patriam:eo discrimine pugnæ uerteretur: obstinauerant animis uincere:aut mori. Minus pertinaces uiros habebat altera acies:nam maxima pars hispani erāt:qui uinci in Hispania:quam uictores in Italiam trahi malebant.primo igitur concursu:cum uix pila coniecta essent:media acies rettulit pedem.inferentibusque sese magno īpetu romanis terga uertit. Nihilo segnius ī cornibus prælium fuit.Hinc pœnus:hinc afer urget:& uelut ī circunuentos prælio ancipiti pugnant .Sed cū in mediū tota iā coisset romana acies: satis uirium ad dimouendū hostiū cornua habuit:ita duo diuersa prælia erāt: utroq; romāi: ut qui pulsis tandē mediis:& numero: & robore uiroꝝ præstarēt:haud dubie superūt. Magna uis hoīum ibi occisa. & nisi hispani:uix dū cōserto prælio:tā effuse fugissēt:p pauci ex tota supfuissent acie.Equestris pugna nulla admodū fuit:qa simul īcl inatā aciē mediā mauri numidæq; uiderūt:extēplo fuga effusa nuda cornua elephātis quoq; præse actis deseruere.Et Asdrubal usq; ad ultimū euētū pugnæ moratus e media cæde cum paucis effugit.Castra romāi cepere:atq; diripuere.Ea pugna:siqua dubia ī Hispāia erāt:romāis adiūxit.Asdrubaliq; non modo in Italiā traducendi exercitus: sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spem reliquit. Quæ posteaquam litteris Scipionum Romæ sunt uulgata: non tam uictoria:quam prohibito

Asdrubalis in Italiam transitu lætabantur. Dum hæc in Hispania geruntur: Petellia in brutiis aliquot post mensibus quā cœpta oppugnari erat: ab Himilcone præfecto Annibalis expugnata est. Multorūq; sanguine ac uulneribus ea pœnis uictoria stetit. Nec ulla magis uis obsessos: quam fames expugnauit: absumptis enim frugū alimētis carnisq; ois generis quadrupedū: sutrinæq; postremo coriis: hærbisq;: & radicibus: & corticibus teneris: structisq; rohis uescebāt uiscereq;. nec anteq̄ uires ad standū in muris: ferendaq; arma deerāt: expugnati sunt. Recepta Petellia: pœnus ad Consentiā copias traducit. Quam minus pertinaciter defensam ītra paucos dies in deditionē accepit. Iisdē ferme diebus & brutiorū exercitus Crotonē græcam urbem circūsedit: opulentā quondā armis uirisq;. iam adeo multis magnisq; cladibus afflictā: ut ois ætatis minus uiginti millia ciuium superessent. itaq; urbe defensoribus uastata facile potiti sunt hostes. Aræ tantum retentæ: in qbus inter tumultum captæ urbis e media cæde quidā effugere. Et locrēses desciuere ad brutios pœnosq; pdita multitudine a principibus. Regini tantūmodo regionis eius: & in fide erga romanos: & potestatis suæ ad ultimū māserunt. In Sicilia quoq; eadē inclinatio animorū peruenit. & ne domus quidē Hieronis tota ab defectione abstinuit. nanq; Gelo maximus stirpis: cōtępta simul senectute patris: simul post cannēsem cladem romana societate ad pœnos deficit. mouisset que ī Sicilia res: nisi mors adeo opportuna: ut patrē quoq; suspicōe aspergeret: armantē eū multitudinē sollicitantēq; socios absumpsisset. Hæc eo anno in Italia: in Africa: in Sicilia: in Hispania uario euētu acta. Exitu anni. Qu. Fabius Maximus a senatu postulauit: ut ædem Veneris Erycinæ: quā dictator uouisset: dedicari liceret. Senatus decreuit: ut T. Sempronius consul designatus: cum primū inisset: ad populū ferret: ut duunuiros esse iuberent ædis dedicandæ causā. Et. M. Aemylio Lepido: qui bis cōsul & augur fuerat: filii tres Lucius: Marcus: Quintus ludos funebres per triduū: & gladiatorū paria duo &. xx. per triduū ī foro dederāt. Aediles curules. G. Lectorius: &. T. Sempronius Gracchus consul designatus: qui in ædilitate magister equitū fuerat: ludos romāos fecerant: qui per triduū instaurati sunt. Plebeii ludi. M. Aurelio Cottæ: &. M. Claudio Marcello ter instaurati sunt. Circūacto tertio anno punici belli. T. Sempronius cōsul idibus martiis magistratum iniit. Prætoresq; Fuluius Faccus: qui ante cōsul censorq; fuerat: urbanā: M. Valerius Leuinus peregrinā sortē in iurisdicione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliā. Qu. Mutius Scæuola Sardiniā sortiti sunt. M. Marcello proconsuli imperiū esse populus iussit: quod post cannēsem cladem unus romanorū imperatorū in Italia prospere rem gessit. Senatus: quo die primū est in Capitolio cōsultus: decreuit: ut: quo anno duplex tributum imperaret: simplex confestim exigeret: ex quo stipendiū præsens omnibus militibus daret: præterquam qui milites ad Cannas fuissent. Inde de exercitibus ita decretū est: ut duabus legionibus urbanis. T. Sempronius consul Cales ad cōueniendū diem ediceret. Inde sex legiones in castra claudiana supra suessulam deducerentur. Quæ ibi legiones essent (erat autē cannēsis maxie exercitus) eas. Ap. Claudius Pulcher prætor in Siciliā traiiceret. Quæq; in Sicilia essent: Romā deportarentur. Ad exercitū: cui ad conueniendum Cales dies ędicta erat: M. Marcellus Claudius missus: isq; iussus in castra claudiana deducere urbanas legiones. Ad ueterē exercitū accipiendū deducendūq; in Siciliā. T. Metilius Croto legatus ab. Ap. Claudio est missus. Taciti primo expectauerāt hoīes: uti consul comitia collegæ creando haberet. Deinde ubi ablegatum: uelut de industria. M. Marcellū uiderunt: quē maxīe consule in eum annū ob egregie in prætura res gestas creari uolebāt: fremitus in curia est ortus. Quod ubi sensit consul: Vtrunq; inquit: e rep. fuit patres G. &. M. Claudium ad pmutandos exercitus in Campaniā pficisci: & comitia nō prius edici: quam is idem confecto: quod mandatū est: negotio reuertisset: ut uos cōsulē quē tempus reip. postularet: quēq; maxime uultis: haberetis. Ita de comitiis: donec rediit Marcellus: filētiū fuit. Interea duūuiri creati sunt. Qu. Fabius Maximus: & Attilius Crassus ædibus dedicandis. Menti Attilius. Fabius Veneri Erycinæ. Vtraq; in Capitolio est: canali uno discretæ. Et de trecentis equitibus cāpanis: qui in Sicilia cum fide stipendiis emeritis Romā uenerant delatum ad populū: ut ciues romani essent. Item uti municipes cumāi eēnt: pridie quam populus cāpanus a populo romano defecissent. Maxime: ut hoc ferretur: mouerat: qd quorū hoīum eēnt: scire seipsi negabant: uetere patria relicta in eā: in quā redierāt: nondum asciti. Posteaquā Marcellus ab exercitu rediit: comitia uni consuli rogando in locū. L. Posthumii edicuntur. Creatur ingenti cōsensu Marcellus: qui extēplo magistratū acciperet: cui ineunti consulatū: cū tenuisset: uocati augures: uitio creatum uideri pnunciauerunt. Volones quoq; patres (ita fama ferebant: quod tū primo duo plebeii cōsules facti essent) id deis cordi nō esse. in locū Marcelli: ubi is se magistratu abdicauit: suffectus Fabius Maximus. iii. Mare arsit eo anno. Ad Sinuessam bos equuleū peperit. Signa lauinii ad Iunonis Sospite cruore manauere. Lapidibusq; circa id templū pluuit: ob quē imbrem nouendiale ut assolet sacrū fuit. cæteraq; pdigia cū cura expiata. Consules exercitus iter se diuisērūt. Fabio exercitus: cui. M. Iunius dictator præfuerat: euenit. Sempronio uolones: qui fierent: & socioꝝ. xxv. millia. M. Valerio ptori legiones: quæ ex Sicilia redissent: decretæ. M. Claudius pcōsul ad eū exercitū: q supra Suessulā Nolæ psideret: missus. Prætores in Siciliā ac Sardiniā pfecti. Cōsules edixerūt: quotiēs senatū uocassēt: uti senatores: qbusq; ī senatu dicere sentētiā liceret: ad portā Capenā cōuenirēt. ptores: quorū iurisdicio erat: tribunalia ad disciplinā publicā posuerūt. eo uadimōia fieri iusserūt. ibiq; eo āno ius dictū est. Interī Carthaginē: ūde Mago frater Annibalis. xxii. millia peditū: & eqtes mille quingentos: elephātos. xi. argenti talenta multa ī Italiam transmissurus erat: cum præsidio lx. nauium longarū nūcius defert in Hispania rem male gestam: omnesq; ferme eius prouinciæ

populos ad romanos defeciſſe.Erant:qui Magonem cum claſſe ea copiiſq; omiſſa Italia in Hiſpaniã auerterent.Cum Sardiniæ recipiendæ repentina ſpes affulſit.Paruum ibi exercitum romanũ eſſe :ueteré prætorem inde Cornelium prouinciæ peritum decedere:nouum expectari. Ad hoc feſſos iam animos ſardorum eſſe diuturnitate imperii:& proximo iis anno acerbe atq; auare imperatũ:graui tributo:& collatione iniqua frumenti oppreſſos:nihil deeſſe aliud:quã auctorem:ad quem deficerent. Hæc clandeſtina legatio per principes miſſa erat:maxime eam rem moliente Harſicora:qui tum auctoritate atq; opibus longe primus erat.His nunciis prope uno tempore turbati :erectiq; Magoné cum claſſe ſua copiiſq; in Hiſpaniam mittunt.In Sardiniam Aſdrubalem cognométo Caluum deligunt ducẽ:& tantũ ferme copiarũ:quantum Magoni decernunt.& Romæ conſules tranſactis rebus:quæ in urbe agendæ erant:mouebant ſeſe iam ad bellum.T.Sempronius militibus Sinueſſam diem ad conueniendum edixit.&.Qu.Fabius conſulto prius ſenatu:ut frumenta omnes ex agris ante calendas iulias primas in urbes munitas conueherent: qui nõ inuexiſſent:eorum ſe agrum populaturũ:ſeruos ſub haſta uenditurũ:uillas incenſurũ:ne prætoribus quidem qui ad ius dicendũ creati erant:uacatio a belli adminiſtratione data eſt.Valerium prætoré in Apuliam ire placuit ad exercitum a Terentio accipiendum.cum ex Sicilia legiones ueniſſent:iis potiſſimum uti ad regionis eius præſidium:terentianũ mitti cum aliquo legatorũ.Et.xxv.naues.M.Valerio datæ ſunt:quibus oram maritimã inter Brũduſium & Tarentũ tutari poſſet.Par nauium numerus.Qu.Fuluio prætori urbis decretus:ad ſuburbana littora tutanda.G.Terentio proconſuli negotiũ datum:ut in piceno agro conquiſitionẽ militum haberet.lociſq; iis præſidio eſſet.Et.T.Attilius Craſſus:poſteaquã ædem Mentis ĩ Capitolio dedicauit:in Siciliam cum imperio:qui claſſi præeſſet:miſſus.In hanc dimicationẽ duorũ opulentiſſimorũ ĩ terris populorũ omnes reges gentesq; aios intenderant:Inter quos Philippus rex macedonum eo magis:quo propior Italiæ ac mari tantum Ionio diſcretus erat. Is ubi primũ fama accepit Annibalé alpes tranſgreſſum:ut bello inter romanos pœnũq; orto lætus erat:ita utrius populi mallet uictoriam eſſe: incertis adhuc uiribus fluctuatus animo fuerat.Poſteaquã tertia iam pugna: tertia uictoria cũ Annibale & pœnis erat:ad fortunã inclinauit:legatoſq; ad Annibalé miſit:qui uitantes portus brunduſinum tarenti numq;:quia cuſtodiis nauiũ romanorũ tenebãtur:ad Luciniæ Iunonis templũ ĩ terrã egreſſi ſunt.Inde per Appuliam petentes Capuam media ĩ præſidia romana illati ſunt:deductiq; ad.M.Valerium Leuinũ prætorem circa Numeriam caſtra habentem.Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps a Philippo rege ſe miſſum ait ad amicitiam ſocietatéq; iungendã cum populo romano:mãdata habere ad cõſules ſenatũ populumq; romanũ. Inter defectiones ueterũ ſociorũ Valerius noua ſocitate tã clari regis lætus admodũ hoſtẽ pro hoſpite comiter accepit .Dat qui proſequantur:itineraq; cum cura demõſtrent:quæ loca:quoſque ſaltus aut hoſtes:aut romani teneant .Xenophanes per præſidia romana in Campaniã:inde qua proximum fuit:in caſtra Annibalis peruenit . Fœduſq; cum eo:atq; amicitiã iũgit legibus his:ut Philippus rex quãmaxima claſſe:ducentas autẽ naues uidebatur effecturus :in Italiam traiiceret :& uaſtaret maritimam oram.bellum pro parte ſua terra mariq; gereret. Vbi debellatũ eſſet.Italia omnis cum ipſa urbe Roma carthaginenſium:atq; Annibalis eſſet.prædaq; omnis Annibali cederet.Perdomita Italia nauigarent in Græciam:bellũq;:cum quibus regibus placeret:gererent.quæ ciuitates continẽtiſq; inſulæ ad Macedoniã uergunt:eæ Philippi:regniq; eius eſſent.In has ferme leges inter pœnũ ducem: legatoſq; macedonum ictum fœduſ.Miſſiq; cum iis ad regis ipſius firmandã fidem legati Giſco: & Boſtar:& Mago:eodem ad Iunonis Luciniæ templum:ubi nauis occulta in ſtatione erat:peruenĩũt.Inde profecti:cum iam altũ tenerent:conſpecti a claſſe romana ſunt:quæ præſidio erat Calabriæ littoribus.Qu.Valerius Flaccus Corcyræos ad pſequendã trahendãq; nauium cũ miſiſſet:primo fugere regii conati:deinde:ubi celeritate uicti ceſſerunt: tradunt ſe romanis: & ad præfectũ claſſis adducti:cum quereret:qui:& unde:& quo tenderẽt curſum:Xenophanes primo ſatis iam ſemel fœlix mendaciũ ſtruere:a Philippo ſe ad romanos miſſum:ad:M.Valerium:ad quẽ unum iter fuit:tutũ peruenĩſſe.Campaniã ſuperare nequiſſe: ſeptam hoſtiũ præſidiis . Deinde ut punicns cultus :habituſq; ſuſpectos legatos fecit Annibalis:interrogatoſq; ſermo prodidit: tum comitibus eorũ ſeductis: ac metu territis:litteræ quoq; ab Annibale ad Philippum inuentæ:de pace iter regẽ macedonum pœnũq; ducem.Quibus ſatis cognitis:optimum uiſum eſt captiuos comiteſq; eorũ Romã ad ſe natum aut conſules :ubicũq; eſſẽt quãprimũ de portare.Ad id celerrime quinq; naues delectæ:ac .L.Valerius Antias:qui præeſſet :miſſus : eiq; mandatum:ut in omnis naues legatos partim cuſtodiendos diuideret:daretq; operam:ne quod iis colloquiũ inter ſe:neue cõmunicatio conſilii eſſet.Per idem tempus Romæ cum. A.Cornelius Mammula ex Sardinia prouincia decedens retuliſſet:qui ſtatus rerũ in inſula eſſet: ad bellũ ac defectionẽ omnis ſpectare.Qu.Minutium:qui ſucceſſiſſet ſibi:grauitate cæli : aquarũq; aduenientem exceptũ:non tam ĩ periculoſum:quã longum morbum implicitum diu ad belli uim ſuſtinendam inutilem fore:exercitũq; ibi:ut ſatis pacatæ prouinciæ præſidem eſſe:ita parum bello:quod motum iri uideretur:decreuerunt patres:ut Fuluius Flaccus quinq; millia peditum equites trecentos ſcriberet: eamq; legionem primo quoq; tempore in Sardiniam traiiciendã curaret:mitteretq; cum imperio: quẽ ipſi uideretur:qui rem gereret:quoad Minutius cõualuiſſet.Ad eam rem miſſus eſt.T.Manlius Torquatus:qui bis conſul:cenſorq; fuerat:ſubegeratq; in conſulatu ſardos.Sub idẽ fere tempus & a Carthagine in Sardiniam claſſis miſſa duce Aſdrubale:cui Caluo cognomẽ erat:fœda tempeſtate uexata ad Baleares inſulas ducit:

ibiq; adeo nõ armamenta modo: sed etiã aluei nauiũ quassati erãt: subductæ naues dũ reficiuntur: aliquãtum tẽporis triuerunt. In Italia cum post cannensem pugnã fractis partis alterius uiribus: alterius mollitis animis segnius bellũ esset: campani per se adorti sunt rẽ cumanã suæ dicionis facere, primo sollicitantes: ut ab romanis deficerẽt, ubi id pax processit: dolũ ad capiendos eos cõparant. Campanis oĩbus statutum sacrificiũ ad Hamas: eo senatum campanũ uentus certiores cumanos fecerũt: petierũtq; ut cumanus eo senatus ueniret ad consultandũ cõmuniter: ut eosdẽ uterq; populus socios: hostesq; haberet. Præsidiũ ibi armatũ sese habituros: nequid ab romanis noui periculi esset. Cumani: quãquam suspecta fraus erat: nihil abnuere: ita tegi fallax cõsiliũ posse rati. Interim. T. Sẽpronius cõsul romanus Sinuessæ: quo ad cõueniendum diem edixerat: exercitu lustrato transgressus flumen Vulturnũ circa Linternum castra posuit. Ibi: qa otiosa statiua erãt: crebro decurrere milites cogebat: ut tyrones (ea maxima pars uolonũ erat) assuescerent signa sequi: & in acie agnoscere ordines suos: inter quæ cõcordiæ maxima erat cura duci: itaq; legatis tribunisq; præceperat: ne quã exprobratio cuiquã ueteris fortunæ discordiã inter ordines sereret. Vetus miles tyroni: liber uoloni sese exæqri sineret, oĩs satis honestos generososq; ducerẽt: qbus arma sua: signaq; populus romanus cõmisisset. Quæ fortuna coegisset ita fieri: eandẽ cogere tueri factũ. Ea nõ maiore cura præcepta a ducibus sunt: quã a militibus obseruata. Breuiq; tanta concordia coaluerant oĩum animi: ut ꝓpe in obliuionẽ ueniret: qua ex cõdicione quisq; esset miles factus. Hæc agẽti Graccho legati cumani nunciarunt: quæ a campanis legatio paucos ante dies uenisset: & quid iis ipsi respondissent. Triduum post eum diem festum esse: non senatum solum omnem ibi futum: sed castra etiã & exercitum campanũ. Gracchus iussit cumanis omnia ex agris in urbẽ conuehere: & manere intra muros, ipse pridie: quam statutũ sacrificiũ campanis esset. Cumas mouet castra. Hamæ inde tria millia passuum absunt. Iam campani eo frequẽtes excõpositio conuenerant. Nec ꝓcul inde in occulto Marius Alfius: qui summus magistratus erat campanis: cũ. xiiii. millibus militũ habebat castra, is sacrificio apparando: & inter id instruendæ fraudi aliquãto intentior: quam muniendis castris: aut ulli militari operi fuit. Triduum sacrificatum ad Hamas. Nocturnũ erat sacrum: ita: ut ante mediã noctem cõpleretur. Huic Gracchus insidiandũ tempori ratus: custodibus ad portas positis nequis enunciare posset: a sexta ad decimã diei horam coactis militibus corpora curare: somnoq; operam dare: ut primis tenebris conuenire ad signum possent: uigilia ferme prima tolli iussit signa, silẽtiq; ꝓfectus agmine: cũ ad Hamas media nocte ꝓuenisset: castra campana: ut í peruigilio neglecta simul omnibus portis inuadit: alios somno stratos: alios ꝓpetrato sacro inermes redeũtes obtruncat. hoĩum eo tumultu nocturno cæsa plus duo millia cum ipso duce Mario Alfio. capta sunt signa militãria quattuor & triginta. Gracchus minus. C. militũ iactura castris hostiũ potitus Cumas se propere recepit Annibalem metuens: qui sup Capuam ad Tifata habebat castra. Nec eum ꝓuida uiri fefellit opinio: nam simul Capuam ea clades est nunciata: ratus Annibal ab re bene gesta: insolenter lætum exercitum: tyronum magna exꝑte seruorumq; spoliantem uictos: prædasq; agentem ad Hamas se inuentus: citatum agmen ꝑter Capuam rapit: obuiosq; ex fuga campanorum ꝑ duo ꝑsidia Capuã duci: saucios uehiculis tolli portariq; iubet: ipse ad Hamas uacua ab hostibus castra: nec quicquã præter recentis uestigia cladis: stratasq; passim corpora socio inuenit. Auctores erãt quidã: ut ꝓtinus ĩde Cumas traiiceret: urbẽq; oppugnaret. Id quanquã haud modice Annibal cupiebat: ut quia Neapolin nõ potuerat: Cumas saltẽ maritimam urbem haberet tamen: quia præter arma nihil secum miles raptim acto agmine extulerat: retro in castra supra Tifata se recepit. Inde fatigatus campanos precibus sequenti die cum omni apparatu oppugnãdæ urbis Cumas redit: populatoq; agro cumano: mille passus ab urbe castra locat. Tum Gracchus magis uerecundia in tali necessitate deserendi socios implorãtis fidem suã: populiq; romani substitit: quã satis fidẽs exercitui. Nec alter cõsul Fabius: q ad Cales castra habebat: Vulturnũ traducere audebat exercitum: occupatus primo auspiciis repetẽdis Romæ: dein ꝓdigiis: quæ alia super alia nunciabantur: expiãtiq; ea haud facile litari aruspices respõdebãt. Hæ causæ cum Fabium tenerẽt: Sempronius in obsidione erat: & iam operibus oppugnabatur. Aduersus ligneam ingentem turrim admotam urbi aliam turrim ex ipso muro excitauit consul romanus aliquanto altiorem: quia muro satis ꝑ se alto subiectis ualidis subliciis ꝓ solo usus erat. Inde primũ saxis sudibusq; & cæteris missilibus ꝓpugnatores urbem ac mœnia tuebantur. postremo: ubi ꝓmoueri adiunctam muro uiderũt turrim: facibus ardentibus plurimum simul ignem cõiecerunt. Quo incendio trepida armatoꝝ multitudo: cum de turri sese præcipitaret: eruptio ex oppido simul duabus portis facta: stationes hostiũ fudit: fugauitq; in castra: ut eo die obsesso: quã obsidẽti similior esset pœnus. Ad mille. cccc. carthaginẽsium cæsi. Vnde quadraginta uiui capti: qui circa muros & in stationibus solute ac negligenter agentes cũ nihil minus: quã eruptionẽ timuissent: eximprouiso oppressi sũt. Gracchus: prius quã se hostes ab repẽtino pauore colligerẽt: receptui signũ dedit: ac suos ĩtra muros recepit. Postero die Annibal secũda re elatũ consulẽ iusto prælio ratus certaturum aciem inter castra: atq; urbem instruxit. Cæterum posteaquam neminem moueri ab solita custodia urbis uidit: nec cõmitti quicq; temerariæ spei: ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumæ liberatæ sunt obsidione: iisdem diebus & in Lucanis ad Grumentũ. T. Sempronius: cui Lõgo cognomen erat: cũ Hãnone pœno, pspere pugnat. Supra duo millia hominũ occidit. &. cc. lxxx. milites amisit. Signa militaria ad. xli. cepit. Pulsus finibus lucanis Hanno retro in brutios sese recepit. Et ex hirpinis oppida tria: quæ a populo romano defecerant: ui

recepta p.M.Valeriũ prætorẽ.Vercelliũ:Siciliumq; auctores defectionis ſecuri ꝑcuſſi.Supra mille captiuoꝝ ſub haſta uenierũt.Alia militi præda conceſſa.exercituſq; Cumas reductus.Dũ hæc i lucanis: atque in hirpinis geruntur:quinq; naues:quæ macedonũ atq; pœnoꝝ captos legatos Romã portabant:a ſupero mari ad inferum circunuectæ ꝑpe omnem Italiæ oram:cum præter Cumas uelis ferunt: neq; hoſtiũ:an ſocioꝝ eſſent:ſatis ſciretur:Gracchus obuiam ex claſſe ſua naues miſit.cũ ꝑcunctando inuicem cognitũ eſſet conſulem Cumis eſſe:naues Cumas appulſæ:captiuiq; ad cõſulem deducti:& litteræ datæ. Cõſul litteris Philippi atq; Annibalis perlectis:cõſignata omnia ad ſenatum itinere terreſtri miſit. Cũ eodem fere die litteræ legatiq; Romã ueniſſent:& ꝑcunctatione facta:cũ ſcriptis cõgruerent:primo grauis cura patris inceſſit:cernẽtes quãta uix tolerantibus punicum bellũ macedonici belli moles inſtaret: Cui tamen adeo nõ ſuccubuerũt:ut extẽplo agitaretur:quẽadmodũ ultro inferendo bello auerterent ab Italia hoſtem. Captiuis in uincula conditis:comitibuſq; eorum ſub haſta uenditis:ad naues.xxv.quibus.P.Valerius Flaccus præfectus præerat:uiginti paratas alias decernũt.His cõparatis deductiſq; & additis quinq; nauibus: quæ aduexerãt captiuos legatos.l.naues ab Hoſtia Tarentũ ꝑfectæ: iuſſuſq; Valerius militibus uarronianis: quibus.L.Appius legatus Tarenti præerat:in naues impoſitis.lii.nauium claſſe nõ tueri modo Italiæ orã: ſed explorare de macedonico bello: ſi cõgruentia litteris legatorumq; indiciis Philippi conſilia eſſent: ut M.Valeriũ prætorem litteris certiorem faceret.iſq;.L.Apuſtio legato exercitui præpoſito Tarentum ad claſſem ꝑfectus primo quoq; tempore ĩ Macedoniam tranſmitteret:daretq; operam:ut Philippum in regno contineret.Pecunia ad claſſem tuendam bellumq; macedonicum ei decreta eſt:quæ.Ap.Claudio ĩ Siciliam miſſa erat:ut redderet Hieroni regi:& hæc per.L.Apuſtium legatum Tarenrum eſt deuecta: ſimul ab Hierone miſſa ducenta millia modium tritici:& hordei centum.Dum hæc Romani parãt:agũtq; : ad Philippum captiua nauis una ex iis:quæ Romã miſſæ erant:excuſſa fugit.Inde ſcitũ legatos cum litteris captos.itaq; ignarus de iis:quæ cũ Annibale legati ſui cõueniſſent:quæue legati eius ad ſe allaturi fuiſſẽt: legationẽ aliam cum eiſdem mandatis mittit.Legati ad Annibalem miſſi Heraclitus:cui Scotino cognomen erat:& Crito Boreuſetis;& Soſitheus Magnes.Hi proſpere tulerũt ac rettulerunt mãdata.Sed primo ſe æſtas circũegit:quã mouere:ac moliri quicquã rex poſſet.Tantum nauis una capta cum legatis momẽti fecit ad dilationem iminentis romanis belli.Et circa Capuam tranſgreſſo Vulturnum Fabio:poſt expiata tandem ꝑdigia ambo conſules rem gerebant.Combulteriam & Trebulam & Auſticulam urbes:quæ ad pœnum defecerant:Fabius ui cepit:præſidiaq; in iis Annibalis:campani permulti capti.Et Nolæ: ſicut priore ãno ſenatus romanoꝝ:plebs Annibalis erat.conſiliaq; occulta de cæde principum & ꝑditione urbis inibãtur.Quibus ne incœpta pficerent:inter Capuam caſtraq; Annibalis:quæ in Tifatis erant:traducto exercitu Fabius ſup Veſuuium in caſtris claudianis conſedit.Inde.M.Marcellum ꝑprætorem cum iis copiis:quas habebat:Nolam ĩ ꝑſidium miſit.Et ĩ Sardinia res p.T.Mãlium ꝓtorem adminiſtrari cœptæ: quæ omiſſæ erãt:poſteaquã.Qu.Minutius prætor graui morbo eſt implicitus . Manlius nauibus longis ad Caralis ſubductis:naualibuſq; ſociis armatis:ut terra rẽ gereret:& a prætore exercitu accepto : duo & uiginti millia peditũ:mille & ducẽros equites cõfecit.Cũ his equitũ peditũq; copiis ꝑfectus:ĩ agrũ hoſtiũ haud ꝑcul ab Harſicora caſtris caſtra poſuit.Harſicora forte ꝑfectus erat in pellidos ſardos ad iuuentutẽ armãdã:qua copias augeret.Filius eius noĩe Hoſtis caſtris præerat.is adoleſcẽtia ferox:temere prælio inito fuſus fugatuſq; ad.xxx.millia ſardoꝝ eo prælio cæſa:mille trecenti ferme uiui capti.Alius exercitus primo ꝑagros ſiluaſq; fuga agitatus.dein quo ducem fugiſſe:fama erat:ad urbẽ nomine Cornum:caput eius regionis cõfugit.Debellatũq; eo prælio in Sardinia eſſet:ni claſſis punica cum duce Aſdrubale:quæ tempeſtate deiecta ad baleares erat:in tempore ad ſpem rebellandi adueniſſet. Mãlius poſt famã appulſæ punicæ claſſis Caralis ſe recepit.ea occaſio Harſicoræ data pœno ſe iungendi.Aſdrubal copiis ĩ terrã expoſitis:& claſſe remiſſa Carthaginem:duce Harſicora ad ſociorum populi romani agrum populandum profectus Caralis ꝑuenturus erat:ni Mãlius obuio exercitu ab efluſa eum populatione continuiſſet. Primo caſtra caſtris modico interuallo ſunt obiecta:deinceps ꝑcurſationes:leuiaq; certamina uario euentu inita.Poſtremo deſcenſum ĩ aciem ſignis collatis iuſto prælio per quattuor horas pugnatũ.diu pugnã anciptem pœni Sardis facile uinci aſſuetis fecerũt.poſtremo & ipſi:cũ omnia circa ſtrage ac fuga ſardorum repleta eẽnt:fuſi:cæteꝝ terga dãtes cirducto cornu quo'pepulerat ſardos ĩcluſit rõanus. Cædes magis inde:quã pugna fuit.Duodecim millia hoſtiũ cæſa ſardoꝝ ſimul pœnorũq;.Ferme.iii.millia &.cc. capti. Et ſigna militaria ſeptem &.xx.Ante oĩa claram & memorabilẽ pugnã fecit Aſdrubal ĩperator captus:& Hãno:& Mago nobiles carthaginẽſes.Mago ex gente barchina ꝑpinqua cognatione Annibali iunctus.Hanno auctor rebellionis Sardis:belliq; eius haud dubie concitator.Nec ſardoꝝ duces minus nobilem eam pugnã cladibus ſuis fecerũt:Nã & filius Harſicoræ Hoſtis in acie cecidit:& Harſicora cum paucis equitibus fugiẽs:ut ſup afflictas res necẽ quoq; filii audiuit:nocte:ne cuiuſquam interuentus cœptum impediret:mortẽ ſibi conſciuit.Cæteris urbs Cornus eadem quæ ante fugæ receptaculum fuit:quã Manlius uictor exercitu aggreſſus intra paucos dies cepit.Deinde aliæ quoq; ciuitates:quæ ad Harſicoram ꝓnoſq; defecerãt:obſidibus datis dediderunt ſeſe.Quibus ſtipendio:frumentoq; imperato.p cuiuſq; aut uiribus: aut delicto:Caralis exercitum reduxit.ibi nauibus longis deductis:impoſitoq;:quẽ ſecum adduxerat: milite:Romã nauigat Sardiniãq; ꝑdomitã nũciat patribus.& ſtipẽdiũ quæſtoribus: frumẽtũ ædilibus:capti-

uoſq; Fuluio prætori tradidit. Per idem tēpus. T. Octacilius prætor. I. nauium a Lilybæo claſſe in Africā tranſuectus: depopulatuſq; agr̄ carthaginēſem: cū Sardiniā inde peteret: quo fama erat Aſdrubalem a Balearibus nuper traieciſſe: claſſi Africam repetēti occurrit: leuiq; armatura certamine in alto cōmiſſo ſeptem inde naues cū ſociis naualibus cepit: Cæteras metus haud ſecus: quā tempeſtas paſſim diſiecit. Per eoſdem forte dies & Bomilcar cū militibus ad ſupplementū Carthagine miſſis quadragintaq; elephantis: & cōmeatu Locros acceſſit. Quē ut incautū opprimeret. Ap. Claudius p̄ ſimulationē p̄uinciæ circuneundæ Meſſanā raptim: exercitu ducto: æſtu ſecundo Locros traiecit. iam inde Bomilcar ad Hannonē ī brutios p̄fectus erat: & Iocrenſes portas romanis clauſcrunt. Appius magno conatu: nulla re geſta: Meſſanam repetit. Eadem æſtate Marcellus ab Nola: quā præſidio obtinebat: crebras excurſiones ī agrum hirpinū & ſamnites caudinos fecit. adeoq; omnia ferro: atq; igni uaſtauit: ut antiquar̄ cladiū Samnio memoriā reno uaret. Itaq; extemplo legati ad Annibalem miſſi ſimul ex utraq; gente ita pœnū allocuti ſunt. Hoſtes populi romani Annibal fuimus primū p̄ noſipſi: quoad noſtra arma: noſtræ uires nos tutari poterāt. poſteaq; iis par̄ fidebamus Pyrrho regi nos adiunximus: a quo relicti pacem neceſſariam accepimus: fuimuſq; in ea per annos p̄pe quinquagīta ad id tempus: quo in Italiā ueniſti: tua nos non magis uirtus fortunaq; quā unica comitas ac benignitas erga ciues noſtros: quos captos nobis remiſiſti: ita conciliauit tibi: ut te ſaluo atq; incolumi amico non modo populum romanū: ſed ne deos quidem iratos: ſi dici fas eſt: timeremus. At hercule non ſolū īcolumi & uictore: ſed præſente te cū ploratum p̄pe coniugum ac liberor̄ noſtror̄ exaudire: & flagrantia tecta poſſes cōſpicere: ita ſumus aliquotiens hac æſtate deuaſtati. Vt. M. Marcellus non Annibal uiciſſe ad Cannas uideat̄: gloriēturq; romani: te ad unum modo ictum uigētem uelut iaculo emiſſo torpere. Per centū p̄pe annos cum populo romano bellum geſſimus: nullo externo adiuti nec duce: nec exercitu: niſi quod p̄ biēniū Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit uires: quam uiribus ſuis nos defendit. Non ego ſecūdis rebus nr̄is gloriabor: duos cōſules ac duos cōſulares exercitus a nobis ſub iugū miſſos: & ſiqua alia ut læta: aut mortifera: aut glorioſa nobis euenerūt: quæ aſpera aduerſaq; tunc acciderunt: minori īdignatione referre poſſumus: quam quæ hodie eueniunt. Magni dictatores cum magiſtro equitum binis cūſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros: ante explorato: & ſubſidiis poſitis: & ſub ſignis ad populādū ducebāt. Nūc p̄pe unius & parui ad tuendam Nolam præſidii præda ſumus. iam ne manipulatim quidē: ſed latronū mō p̄curſant totis finibus noſtris negligentius: quā ſi in romano agro uagarent̄. Cauſa aūt hæc eſt: quod neq; tu defendis: & noſtra iuuētus: quæ ſi domi eſſet: tutaret̄: oīs ſub ſignis militat tuis. nec te: nec exercitū tuum norim: niſi a quo tot romanas acies fuſas ſtrataſq; eſſe ſciam: & facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros uagos ſine ſignis palantes: quo quēq; trahit quāuis uana prædæ ſpes numidar̄ paucor̄ illi quidē præda erūt. præſidiūq; miſſum nobis & Nolæ ademeris: ſi modo quos: ut ſocios haberes dignos duxiſti: haud indignos iudicas: quos in fidē receptos tuearis. Ad ea Annibal reſpōdit: omnia ſimul facere hirpinos ſamniteſq; & īdicare clades ſuas: & petere præſidium: & quæri indefenſos ſe neglectoſq;. Indicandū aūt fuiſſe primū: deinde petendum præſidium: poſtremo ni impetratur: tum denīq; querēdū fruſtra opem imploratam. Exercitum ſe nō eſſe in agrū hirpinū ſamnitemue: ne & ipſe oneri eſſet: ſed in p̄xima loca ſocior̄ populi romani adductur̄. iis populandis: & militem ſuū repletur̄ ſe: & meru p̄cul ab iis ſummotur̄ hoſtes. Quod ad bellū romanū attineret: ſi Traſimeni: quam Trebiæ: ſi Cannar̄: quā Traſimeni pugna nobilior eſſet: Cānar̄ ſe quoq; memoriā obſcurā maiore uictoria factur̄. Cū hoc reſpōſo mūeribuſq; amplis legatos dimiſit. Ipſe p̄ſidio modico relicto ī Tifatis p̄fectus cū cætero exercitu ire Nolam pergit. Eodē Hāno ex brutiis cū ſupplemēto Carthagine aduecto atq; elephantis uenit. Ibi caſtris haud p̄cul poſitis: longe alia oīa inquirenti comperta ſunt: quā quæ a legatis ſocior̄ audierat: Nihil. n. Marcellus ita gerebat: ut aut fortunæ: aut temere hoſti cōmiſſū dici poſſet. Explorato cū firmiſq; præſidiis tuto receptu prædatum ierat: omniaq; uelut aduerſus Annibalem præſentē cauta p̄uiſaq; fuerūt. Tū ubi ſenſit hoſtem aduentare: copias intra mœnia tenuit: p̄ muros inambulare ſenatores nolanos iuſſit: & omnia circa explorare: quæ apud hoſtes fierent. Ex iis Hanno cū ad mur̄ ſucceſſiſſet: Herennium Baſſum: & Herium Petrium ad colloquiū euocatos: p̄miſſumq; Marcelli egreſſos: p̄ interpretem alloquitur. Annibalis uirtutē fortunāq; extollit. Populi romani obtegit ſeneſcētem cum uiribus maieſtatē. Quæ ſi paria eſſent: ut quondam fuiſſent: tamen expertis quam graue romanum imperium ſociis: quāta indulgentia Annibalis etiā in captiuos omnis italici nominis fuiſſet: punicā romanæ ſocietatē atq; amicitiam præoptādam eſſe. Si ambo conſules cum ſuis exercitibus ad Nolam eſſent tamen non magis pares Annibali futuros: quā ad Cānas fuiſſent: nedum prætor unus cum paucis & nouis militibus Nolam tutari poſſint. Ipſor̄ quam Annibalis intereſſe capta: an tradita Nola potiret̄. potitur̄ enim: ut Capuam Nuceriāq; potitus eſſet. ſed quid inter Capuæ Nuceriæq; fortunā intereſſet: ipſos p̄pe in medio ſitos nolanos ſcire. nolle ominari: quæ captæ urbi ceſſura forent: ſed potius ſpondere: ſi Marcellum cū præſidio: ac Nolam tradidiſſēt: neminem alium quam ipſos legem: qua ī ſocietatem amicitiāq; Annibalis uenirent: dicturos. Ad ea Herennius Baſſus reſpondit. Multos annos iam inter romanū nolanumq; populū amicitiā eſſe: cuius neutros ad eam diem pœnitere: & ſibi: ſi cum fortuna mutanda fides fuerat: ſero iam eſſe mutare eam: dedituris ſe Annibali nō fuiſſe accerſendum romanum præſidium. cū iis: qui ad ſe tuēdos uenīſſent: & oīa ſibi eē cōſociata: & ad ultimū fore. Hoc colloquiū abſtulit ſpē Annibali p̄ditionem

accipiendæ Nolæ.Itaq; oppidũ corona circũdedit:ut simul ab omni parte mœnia aggrederet. Quem ut successisse muris Marcellus uidit:instructa intra portã acie cum magno tumultu erupit. Aliquot primo impetu ppulsi cæsiq; sunt.deinde cõcursu ad pugnã facto:æquatisq; uiribus atrox esse cœpit pugna. Memorabilisq; inter paucas fuisset:ni ingentibus ꝓcellis effusus imber diremisset pugnantes. Eo die cõmisso modico certamíe atq; irritatis animis ĩ urbẽ romani:pœni ĩ castra sese receperũt.Tamẽ pœnoꝝ prima eruptione ꝓculsi ceciderũt haud plusquã triginta.Romanoꝝ nullus.imber continens per noctem totam usq; ad horã tertiam diei insequẽtis tenuit.Itaq;:quãquam utraq; pars auida certaminis erat:tamen eo die tenuerũt sese munimẽtis.Tertio die Annibal ꝓtem copiaꝝ prædatum in agrũ nolanũ misit. Quod ubi animaduertit Marcellus:extemplo in aciem copias eduxit.Neq; Annibal detractauit.Mille fere passuum inter urbẽ erãt:castraq; eo spatio(& sunt oĩa campi circa Nolam)cõcurrerũt. Clamor ex parte utraq; sublatus ꝓximos ex iis cohortibus:quæ in agros prædatũ exierant:ad prælĩũ iam commissum reuocauit. Et nolani aciem romanã auxerũt.Quos collaudatos Marcellus in subsidiis stare iubet:& saucios eferre: pugna abstinerent:nisi ab se signũ accepissent.Prælĩũ erat anceps:& summa ui:& duces hortabãtur : & milites pugnabãt.Marcellus uictis ante diẽ tertiũ:fugatisq; ante paucos dies a Cumis:pulsis priore anno a Nola ab se duce milite alio instare iubet:non oẽs esset in acie prædantes uagari in agro.Sed qui pugnẽt:marcere campana luxuria;uino:scortis:oĩbusq;:lustris ꝑ totam hyemem cõfectos . abisse illam uim uigoréq;: delapsa esse robora corpoꝝ aĩorũq;:quibus pyrenei alpiumq; supata sint iuga.reliquias illoꝝ uiroꝝ uix arma:mẽbraq; sustinẽtis pugnare.Capuam Annibali Cannas fuisse.ibi uirtutem bellicam:ibi militaré disciplinam:ibi præteriti temporis famã:ibi spem futuri extictam.Cũ hæc exprobrãdo hosti Marcellus suoꝝ militũ aĩos erigeret:Annibal multo grauioribus ꝓbris increpabat.Arma signaq; eadẽ se aiebat noscere;quæ ad Trebiã:Trasimenũq;:postremo ad Cannas uiderit habueritq;:militẽ aliũ ꝓfecto se in hyberna Capuã duxisse:alium inde eduxisse.Legatũ romanũ:& legionis unius atq; alæ magno certamine uix tolerantis pugnã;quos binæ acies cõsulares nunquã sustinuerunt.Marcellus tyrone milite:ac nolanis subsidiis fultus nos iam iteꝝ lacessit.Vbi ille meus miles est:qui erepto ex equo. G.Flaminio cõsuli caput abstulit?ubi qui.L.Paulum ad cannas occidit?ferrũ nõ habet?an dextræ torpẽt?an quid ꝓdigii ẽ aliud? Qui pauci plures uicere soliti estis:nũc paucis plures uix resistitis.Romã uos expugnaturos siquis duceret:fortes lingua iactabatis.En nunc minor res est:hic experiri uim: uirtuteq; uolo. expugnate Nolam cãpestrẽ urbem non flumine:non mari septam.Hinc uos ex tam opulenta urbe præda spoliisq; honustos uel ducam:quo uoletis:uel sequar.Nec bene;nec male dicta ꝓfuerunt ad confirmandos animos.Cũ omni parte pellerentur:romanisq; crescerent animi:non modo duce solum adhortante:sed nolanis etiam per clamorem fauoris indicem accendentibus ad ardorem pugnæ:terga pœni dederunt ; atq; ĩ castra compulsi sunt.Quæ oppugnare cupiẽtes milites romanos Marcellus Nolam reduxit cũ magno gaudio & gratulatione etiã plebis:quæ ante inclinatior ad pœnos fuerat.Hostiũ plus mille cæsi eo die;capti mille.dc. & signa militaria uiginti & duo.Elephãti quattuor ĩ acie occisi.Romanoꝝ minus mille interfecti. Posterum diẽ indutiis datis sepeliẽdo uterq; suos cæsos in acie cõsumpserũt.Spolia hostiũ Marcellus Vulcano uotũ cremauit.Tertio post die:ob iram credo aliquã:aut spem liberalioris militiæ:mille.cc.lxxii.equites mixti numidæ hispaniq; ad Marcellũ transfugerunt.Eoꝝ forti:fideliq; opera in eo bello usi sunt sæpe romani. Ager hispanis in Hispania:& numidis in Africa post bellum uirtutis causa latus datus est.Annibal ab Nola remisso in brutios Hannone cũ quibus uenerat copiis:ipse Appuliæ hyberna petit.circaq; Arpos consedit.Qu.Fabius:ut ꝓfectum in Appuliam Annibalem audiuit:frumento a Nola Neapoliq; in ea castra cõuecto:quæ super Suessulam erãt:munimẽtisq; firmatis:& præsidio:quod per hyberna ad tutandum locũ satis esset:relicto:ipse Capuã ꝓpius mouit castra:agrumq; campanũ ferro igniq; ẽ depopulatus:donec coacti sunt campani nihil admodum uiribus suis fidentes egredi portis:& castra ante urbẽ in aperto cõmunire.Sex millia armatoꝝ habebãt:peditem imbellem:equitatu plus poterãt.Itaq; equestribus prælĩis lacessebãt hostem.inter multos nobiles equites campanus acerrimus erat Iubellius cognomine Taurea : ciuis ibidem erat longe omnium campanoꝝ fortissimus eques adeo:ut cum apud romanos militaret:unus eũ romanus Claudius Asellus gloria equestri æquaret.Hic Taurea cũ diu ꝓlustrãs oculis obequitasset hostiũ turmis:tandẽ facto silentio:ubi esset Claudius Asellus quæsiuit.& quoniã uerbis secũ de uirtute ambigere solitus esset:cur nõ ferro decerneret?daretq; opima spolia uictus:aut uictor caperet?Hæc ubi Asello nũciata sunt in castra:id modo moratus ut cõsulem ꝓcunctaretur:liceret ne extra ordinem in ꝓuocantẽ hostem pugnare?ꝓmissu eius arma extemplo cepit:ꝓuectoq; ante stationes equo Tauream nomine cõpellauit:cõgrediq; ubi uellet:iussit.Iam romani ad spectaculũ pugnæ eius frequẽtes exierant : & campani non uallum modo castroꝝ:sed mœnia etiam urbis ꝓspectantes repleuerũt.Cum iam ante ferocibus dictis rẽ nobilitassent:ĩfestis hastis cõcitarũt equos:deinde libero spatio ĩter se ludificantes sine uulnere pugnam extrahebant.Tũ cãpanus romano equoꝝ ĩquit hoc non equitũ erit certamen:nisi e cãpo in cauã hãc uiã demittimus:ibi nullo ad euagandũ spatio cõminus cõserent manus.Dicto ꝓpe citius equũ ĩ uiã Claudius duxit.Taurea uerbis ferocior:quã re minime sis:inquit:cauteriũ in fossa?quæ uox ĩ rusticũ inde ꝓuerbiũ ꝓdita. Claudius:cũ ex uia lõge ꝑequitasset nullo obuio hoste in campũ rursus euectus;increpãs ignauiam hostis:cũ magno gaudio & gratulatione uictor in castra redit.Huic pugnæ equestri rẽ:quam satis certam

cõmunis exiſtimatio eſt:mirabilẽ adiiciunt quidam annales:cum refugientẽ ad urbẽ Tauream Claudius ſequeretur:patenti hoſtium portæ inuectum per alterá ſtupẽtibus miraculo hoſtibus intactum euaſiſſe. Quieta inde ſtatiua fuere:ac retro etiam conſul mouit caſtra: ut ſementem campani facerent. Nec ante uiolauit agrũ campanũ:quá iam altæ in ſegetibus hærbæ præbere pabula poterãt.Id cõuexit in claudiana caſtra ſuper Sueſſulã:ibiq; ædificauit hyberna.M.Claudio ꝓcõſuli imperauit: ut retẽto Nolæ neceſſario ad tuendam urbem præſidio:cæteros milites dimitteret Romã:ne oneri ſociis:& ſumptui reip.eſſent. Et T.Gracchus a Cumis Luceriã in Appuliã legiones cũ duxiſſet:M.Valeriũ inde prætorẽ Brunduſium cũ eo:quẽ Luceriæ habuerat:exercitu miſit:tuericq; orã agri ſalentini:& ꝓuidere quod ad Philippum bellũq; macedonicũ attineret iuſſit.Exitu æſtatis eius:qua hæc geſta cõſcripſimus:littere a Publio & Gnæo Scipionibus uenerũt:quãtas:quãq; ꝓſperas in Hiſpania res geſſiſſent: ſed pecuniã ĩ iis:ſtipendium:ueſtimentaq;:& frumentũ exercitui:& ſociis naualibus omnia deeſſe.Quod ad ſtipendiũ attineat: ſi ærariũ inops eſſet:ſe aliquam rationem inituros:quomodo ab hiſpanis ſumant.Cætera utiq; ab Roma mittenda eſſe: nec aliter aut exercitum:aut ꝓuinciam teneri poſſe.Litteris recitatis:nemo oĩum erat:quin & uera ſcribi: & poſtulari æqua fateret.Sed occurrebat animis:quantos exercitus terreſtres:naualeſq; tuerentur: quãtaque noua claſſis mox paranda eſſet:ſi bellũ macedonicũ moueretur.Siciliã ac Sardiniam: quæ ante bellũ uectigales fuiſſent:uix præſides ꝓuinciæ exercitus alere.Tributo ſumptus ſuppeditari:cum ipſũ tributũ cõferentiũ numeꝝ tantis exercitũ ſtragibus & ad Traſymenũ lacum:& ad Cannas ĩminutũ:qui ſupeſſent pauci:ſi multiplici grauarent ſtipendio:alia perituros peſte.Itaq; niſi fide ſtaret reſp.opibus nõ ſtaturam. prodeundum in concioné Fuluio prætori eſſe:indicandaſq; populo publicas neceſſitates:exhortandoſq; qui redẽpturis auxiſſent patrimonia:ut reip.ex qua creuiſſent tẽpus cõmodaret:cõducerẽtq; ex lege præbenda:quæ ad exercitum hiſpanienſem opus eſſent: ut cũ pecunia in ærario eſſet: iis primis ſolueretur. Hæc prætor in concione edixit:qua die ueſtimẽta frumentum hiſpanienſi exercitui præbẽda: quæq; alia opus eſſent naualibus ſociis:eſſet locaturus.ubi ea dies uenit:ad cõducẽdũ tres ſocietates aderant hoĩum undeuiginti.Quorum duo poſtulata fuere. Vnum:ne alii triennio eo publicani eſſent. Alterum:ut quæ nauibus impoſuiſſent: ad hoſtium pericula tempeſtatiſque in publico eſſent. Vtroq; ĩpetrato: conduxerũt.Priuataq; pecunia reſp.adminiſtrata.Hi mores:eaq; caritas patriæ per omnes ordines:uelut tenore uno pertinebat.Quẽadmodũ cõducta omnia magno animo ſunt:ſic ſumma fide præbita: Nec quicq; deſideratũ:ac ſi ex opulento ærario ut quondã alerentur.Cum hi commeatus uenerunt: Iliturci oppidũ ab Aſdrubale:atq; Magone:& Amylcare Bomilcaris filio ob defectionẽ ad romanos oppugnabantur.Inter hæc trina caſtra hoſtium:Scipiones cum in urbẽ ſocioꝝ magno certamine:ac ſtrage obſiſtentiũ ꝓueniſſent:frumẽtum: cuius ĩopia erat:aduexerũt.Cohortatiq; oppidanos:ut eodem animo mœnia tutarẽt: quo ꝓ ſe pugnantẽ romanũ exercitũ uidiſſent:ad caſtra maxima oppugnanda:quibus Aſdrubal præerat: ducunt.Eodem & duces:& duo exercitus carthaginenſium:ibi rem ſummam agi cernentes: conuenerũt. Itaq; eruptione e caſtris pugnatũ é. Lx.hoſtium millia eo die ĩ pugna fuerũt.Sedecim circa romanis:tamẽ adeo haud dubia uictoria fuit:ut plures numero:quã ipſi erãt romani:hoſtiũ occiderint:ceperint amplius tria millia hoĩum:paulominus equoꝝ:unde ſexaginta militaria ſigna:elephãtis.v.in prælio occiſis:terniſque caſtris eo die potiti ſũt.Iliturco obſidione liberato:ad Incibili oppugnãdũ punici exercitus traducti: ſuppletis copiis ex ꝓuincia:ut quæ maxime oĩum belli auida modo præda aut merces eſſet.Et tum iuuẽtute abundante:iterum ſignis collatis eadem fortuna utriuſq; partis pugnatum.Supra.xii.millia hoſtium cæſa:ſupraq; tria capta cũ ſignis duobus &.xl.nouem elephantis.Tum uero oẽs ꝓpe Hiſpaniæ populi ad romanos defecerunt.Multoq; maiores ea æſtate in Hiſpania:quã in Italia res geſtæ.

LIBER QVARTVS.

Tex Campania in brutios reditum eſt:Hanno adiutoribus & ducibus brutiis græcas urbes tentauit:eo facilius in ſocietate manentis romana: quod brutios: quos & oderant & metuebant:carthaginenſium partis factos cernebãt. Regiũ primũ tentatũ eſt.dieſq; aliquot ibi nequicquã abſumpti.Itaq; locrenſes frumẽtum:lignaq;:& cætera neceſſaria uſibus ex agris in urbem rapere etiam nequid relictum prædæ hoſtibus eſſet:& in dies maior omnibus portis multitudo effundi.poſtremo ii modo relicti in urbe erãt: qui reficerent muros ac portas:telaq; in propugnacula cõgerere cogebantur.In permixtam omnium ætatum ordinumq; multitudinem:& uagantem in agris magna ex parte inermem Amilcar pœnus equites emiſit: qui uiolare quenquam uetiti:tantum ut excluderent ex urbe fuga diſſipatos: turmas obiecere.Dux ipſe loco ſuperiore caſtra ponit:unde agros urbemq; poſſit conſpicere. Brutiorum cohortem adire muros: atq; uocare principes locrenſium ad colloquium iuſſit.& pollicentes amicitiam Annibalis: adhortari ad urbem tradendam:Brutiis in colloquio nullius rei primo fides eſt:deinde ut pœnus apparuit in collibus:& refugientes pauci:aliam omnem multitudinem in poteſtate hoſtium eſſe aſſerebant: tum metu uicti conſulturos ſe populum reſponderunt.Aduocataq; ex templo concione cum &

leuissimus quisq; nouas res: nouāque societatem mallet:& quorum propinqui extrā urbem intercluſi ab hoſtibus erāt: uelut obſidibus datis pignoratos haberēt aīos: pauci magis taciti ꝓbarent cōſtātem fidē: quā probatam tueri auderent:haud dubio in ſpeciem conſenſu fit ad pœnos deditio. L. Attilio præfecto præſidii: quiq; milites cum eo romani erant:clam in portum deductis atq; impoſitis in nauibus:ut Regium deueherentur.Amilcarem pœnoſq; ea condicione:ut fœdus extemplo æquis legibus fieret:in urbem acceperūt.Cuius rei ꝓpe non ſeruata fides eſt deditis:cum pœnus dolo dimiſſum romanū incuſaret:locrēſes ꝓfugiſſe ipſum cauſarentur.Inſecuti etiam equites ſunt:ſi quo caſu in freto æſtus morari: aut deferre naues in terram poſſent.Et eos quidem:quos ſequebantur:nō ſunt adepti: alias a Meſſana traiiciētis freto Regiū naues cōſpexerūt.Milites erant romani a Claudio prætore miſſi ad obtinendā urbem præſidio: itaq; Regio extemplo abſceſſum eſt.Locrenſibus iuſſu Annibalis data pax:ut legibus ſuis liberi uiuerent. Vrbs pariter & portus in poteſtate locrenſium eſſet.Societas eo iure ſtaret:ut pœnus locrenſem: locrenſiſq; pœnum pace ac bello iuuaret.Sic a freto pœni reducti frementibus brutiis:quia Regium ac Locros: quas urbes direpturos ſe deſtinauerant:intactas reliquiſſent.Itaq; per ſe ipſi conſcriptis armatiſq; iuuentutis ſuæ millibus.xv.ad Crotonem oppugnandum ꝓgunt ire:græcam & ipſam urbem:& maritimā plurimū acceſſuq; opibus:ſi in ora maris portū:ac urbē mœnibus ualidā tenuiſſent:credētes.Ea cura angebat: quod neq; nō accerſere ad auxiliū pœnos ſatis audebant:nequid non ꝓ ſociis egiſſe uiderent: & ſi pœnus rurſus magis arbiter pacis:quā adiutor belli fuiſſet:ne in libertatem Crotonis:ſicut ante Locroq; : fruſtra pugnaret.Itaq; optimū uiſū eſt ad Annibalē mitti legatos.caueriq; ab eo:ut receptus Croto brutioq; eēt. Annibal:cum præſentiū eam cōſultationē eſſe reſpondiſſet:& ad Hannonē eos reieciſſet:ab Hannone nihil certi allatū.nec enim diripi uolebant nobilem atq; opulentā urbem:& ſperabat:cū brutii oppugnarēt: pœnos nec ꝓbare:nec iuuare eā oppugnationē appareret:eo maturius ad ſe defecturos.Crotone nec conſilium unū inter populares:nec uolūtas erat.Vnus uelut morbus iuaſerat oēs Italiæ ciuitates:ut plebs ab optimatibus diſſentiret.ſenatus romanis faueret:& plebs ad pœnos retraheret. Eam diſſenſionē in urbe nūciat ꝓfuga quis brutiis:Ariſtomachū eſſe prīcipē plebis:tradēdæq; auctorē urbis: & ī uaſta urbe lataq; omnibus diſiectis mœnibus partitas ſtationes:cuſtodiaſq; ſenatoq; ac plebis eſſe quacunq; cuſtodiāt homines plebis:ea patere aditum.Auctore ac duce ꝓfuga brutii corona cinxerunt urbem. acceptiq; a plebe: primo impetu locos oēs:præter arcem cepere.Arcem optimates tenebant præparato iam ante ad talē caſum ꝓfugio.Eodem Ariſtomachus ꝓfugit:tanquā pœnis:nō brutiis auctor urbis tradēdæ fuiſſet. Vrbs Croto muq; in circuitu patentem.xii.millia paſſuū habuit ante pyrrhi aduentum in Italiā. Poſt uaſtitatē eo bello factam uix pars dimidia habitabaf.Flumen:quod medio oppido fluxerat:extra frequentia tectis loca præterfluebat muros:ꝓcul iis:qui inhabitabanf.ſex millia aberat ī urbe nobile templum: ipſa urbe erat nobilius:Laciniæ Iunonis ſanctum omnibus circa populis.Locus ibi frequēti ſilua: & proceris abietis arboribus ſeptus:læta in medio paſcua habuit: ubi omnis generis ſacrum deæ paſcebatur pecus ſine ullo paſtore: ſeparatimq; egreſſi cuiuſque generis greges nocte remeabant ad ſtabula. Nunquam inſidiis feraq; nō fraude uiolati hominū.Magni ergo fructus ex eo pecore capti.calūnaq; inde aurea ſolida facta:& ſacrata eſt.inclytūq; templū diuitiis etiā non tantū ſanctitate fuit.Ad miracula aliqua affinguntur plærūq; tam inſignibus locis.Fama eſt aram eſſe in ueſtibulo templi:cuius cinerem nullus unquā moueat uentus.Et arx Crotonis una parte imminens mari: altera uergente ī agrū ſitu tantum naturali quondā munita:poſtea & muro cincta:quo per auerſas rupes ab Dionyſio Siciliæ tyrāno per dolum fuerat capta. eam tum arcem ſatis:ut uidebaf:tutā crotoniatū optimates tenebāt:circūſedēte cum brutiis eos etiā plebe ſua.Poſtremo brutii:cū ſuis uiribus inexpugnabilē uiderēt arcē:coacti neceſſitate Hānonis auxiliū implorant.His cōdicionibus ad deditionē cōpellere crotoniatas conatus:ut coloniā brutioq; eo deduci:anti quāq; frequētiam eoq; recipere:uaſtam ac deſertam bellis urbem paterentur:omniū neminē præter Ariſtomachū mouit:morituros ſe affirmabant citius:quā immixti brutiis ī alienos mores:ritus:legeſque: & mox linguam uerterenf.Ariſtomachus unus quādo nec ſuadendo ad deditionē ſatis ualebat:nec ſicut urbem prodiderat:locū ꝓdendæ arcis inueniebat:tranſfugit ad Hannonē. Locrenſes breui poſt legati cum ꝓmiſſu Hannonis arcem ītraſſent:ꝓſuadēt:ut traduci ſe ī Locros paterenf.nec ultima experiri uellent. Iā hoc:ut ſibi liceret:impetrauerant & ab Annibale:miſſis ad idipſum tum legatis:ita Crotone exceſſum eſt: Deductiq; crotoniatæ ad mare naues conſcēdūt.Locros omnis multitudo abeunt.In Appulia ne hyems quidem quieta inter romanos atq; Annibalē erat:Luceriæ Sempronius cōſul:Annibal aut ꝓcul Arpis hybernabat.Inter eos leuia prælia ex occaſione:aut opportunitate huius:aut illius partis oriebanf. meliorq; eis romanus:& in dies cautior:tutiorq; ab inſidiis fiebat.In Sicilia romanus omnia mutauerat mors Hieronis.regnūq; ad Hieronymū nepotem eius tranſlatum pueq; uixdū libertatem:nedū dominationē modice latuq;:læte id ingenium tutores atq; amici ad præcipitandum in omnia uitia acceperūt.Quæ ita futura cernēs Hiero:ultima ſenecta uoluiſſe dicitur liberas Syracuſas relinquere:ne ſub dominatu puerili ludibrium bonis artibus partum firmatūq; iteriret regnum. Huic cōſilio eius ſumma ope obſiſtere filiæ: nomē regiū penes pueq; futuq; ratæ:regimē req; omnium penes ſe: uiroſq; ſuos Andronodorum & Zoilum:nam ii tutorum primi relinquebantur.Non facile erat nonageſimum iam agenti annum circunſeſſo dies: nocteſq; mulieribus blanditiis liberare animum:& conuertere ad publicam priuatamque curam.

Itaq; tutores numero quindecim puero reliquit: quos precatus est moriens: ut fidem erga populũ romanũ. I. annos ab se cultã inuiolatã seruarent. Iuuenémq; suis potissimũ uestigiis insistere uellét disciplinæq; in qua edoctus esset. Post hæc mandata cũ expirasset: tutores prodeunt: testaméto ꝓlato: puerogꝫ in concionem ꝓducto (erat aũt tunc. xv. ferme annorꝫ) paucis: qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erãt: approbãtibus testamẽtum: cæteris: uelut patre amisso: in orba ciuitate omnia timentibus: funus fit regium magis amore ciuiũ & caritate: quã cura suorꝫ celebre. Deinde cæteros auctores sũmouet Andronodorus: iuuenẽ iam esse dictitans Hieronymum: ac regni potentem: deponendaq; tutela: quæ ipsi cum pluribus communis erat in se unum omnium uires conuertit. Vix quidem ulli bono: moderatoq; regi facilius erat: fauor apud syracusanos: succedenti tanta caritate Hieronis. uerum enĩ uero Hieronymus: uelut suis uitiis desiderabilẽ efficere uellet aliũ: primo statim cõspectu omnia: quã disparia essent: ostẽdit: nã q ꝑ tot annos Hieronẽ filiumq; eius Gelonẽ nec uestis habitu: nec alio ullo insigni differentes a ciuibus cæteris uidissent: & aspexere purpuram: ac diadema: ac satellites armatos: quadrigisq; etiã albogꝫ equorum ex regia ꝓcedentem more Dyonisii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumq; cõuenientes sequebantur mores contẽpus oium hominum: superbæ aures: contumelioſa dicta: aditus nõ alienis modo: sed tutoribus etiam difficiles: libidines nouæ: inhumana crudelitas. itaque tantus omnis terror inuaserat: ut quidam ex tutoribus aut morte uoluntaria: aut fuga præuerterent metum supplicioꝫ. Tres ex iis: quibus solis aditus ĩ domũ familiarior erat: Andronodorus & Zoilus generi Hieronis & Thraso qdã de aliis quidẽ rebus haud magnopere audiebant. Tendendo aũt duo ad carthaginenses: Thraso ad societatẽ romanã: certamine: ac studiis interdũ in se cõuertebãt animũ adolescẽtium. Coniuratio in tyranni caput facta: ĩdicat ꝑ Calonẽ quẽdam æqualẽ Hieronymi: & iam inde a puero ĩ omnia familiaria iura assuetum. Index unum ex cõiuratis Theodorꝫ: a quo ipse appellatus erat: nominare potuit. qui cõprehensus: extemploq; traditus Andronodoro torquẽdus de se ipse haud cũctanter fassus consçios cælabat. Postremo cũ omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus laceraretur: uictum malis se simulans auertit a consçiis ĩ issontes indiciũ Thrasonẽ esse auctorem cõsilii mentit. nec nisi tam potenti duce cõfisos: rem tantã ausuros ab latere inde eos nominat tyranni: quorꝫ capita uilissima fingenti inter dolores gemitusq; occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus fecit. Itaq; extemplo tradit ad supplicium. Adiectiq; pœnæ cæteri iuxta insontes Cõscigꝫ nemo: cũ diu socius consilii torqueretur: aut latuit: aut fugit. Tãtum illis in uirtute ac fide Theodori fuit fiduciæ. Tãtũq; ipsi Theodoro uiriũ ad arcana occultãda. Itaq; quod unũ uiculũ cum romanis societatis erat: Thrasone sublato e medio extemplo haud dubie ad defectionẽ res spectabat. Legatiq; ad Annibalem missi: ac remissi ab eo cũ Annibale nobili adolescentulo: Hippocrates & Epicides nati Carthagine: sed oriundi a Syracusis exule auo: pœni ipsi materno genere: ꝑ hos iuncta societas Annibali ac syracusano tyranno. Nec inuito Annibale apud tyrannum mãserũt. Ap. Claudius prætor: cuius Sicilia ꝓuincia erat: ubi ea accepit: extemplo legatos ad Hieronymũ misit: qui cũ se ad renouãdam societatẽ: quæ cũ auo fuisset: uenisse dicerent: per ludibrium auditi: dimissique sunt: ꝓquirẽte per iocũ Hieronymo. Quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuisset: uix credibilia enim legatos Annibalis narrare: uelle quid ueri sit nunciari: sciregq; ut ex eo utram spem sequatur: consilium capiat. Romani cũ serio legationes audiri cœpissent: redituros se ad eum dicentes esse: monito magis eo: quã rogato: ne fidem temere mutaret: ꝓficiscunt. Hieronymus legatos Carthaginẽ misit ad fœdus ex societate cum Annibale faciẽdum. Pacto cõuenit: ut cũ romanos Sicilia expulissent (id autem breui fore: si naues atq; exercitum misissent) Himera amnis: qui ferme insulam diuidit: finis regni syracusani: ac punici imperii esset. Aliam deinde inflatus assentationibus eorum: qui eum non Hieronis tantum: sed Pyrrhi etiã regis materni aui iubebant meminisse: legationẽ misit: qua æquũ ceñsebat Siciliam sibi oẽm cedi: Italiæ imperium proprium quæri carthaginensi populo. Hanc leuitatem animi: ac iactationem neq; mirabantur in iuuene furioso: neq; arguebãt: dũmodo auerterent eum ab romanis. Sed omnia ĩ eo præcipitia ad exitum fuerunt: nam cũ præmissis Hippocrate: atq; Epicide cũ binis millibus armatorꝫ ad tentandas urbes: quæ præsidiis tenebant romanorꝫ: & ipse in leõtinos cum cætero omni exercitu (erãt autẽ ad. xv. millia peditum equitũq;) ꝓfectus esset: liberas ædes coniurati: & oẽs forte militabant: iminentes uiæ angustæ: qua descendere ad forum rex solebat: sumpserũt. ibi cum instructi armatiq; cæteri transitum expectantes starent: uni ex eis Indigemini fuit nomen: quia custos corporis erat: partes datæ sunt: ut cũ appropinquaret ianuæ rex: ꝑ causam aliquã in angustiis sustineret a tergo agmen. Ita ut cõuenerat factum é: tanquã laxaret latum pedem abstricto nodo moratus turbam Indigemines: tantum interualli fecit: ut cũ in prætereuntẽ sine armatis regem impetus fieret: cõfoderet aliquot prius uulneribus: quam succurri posset. Clamore & tumultu audito in Indigeminem iam haud dubie obstantem tela coniiciuntur: in quæ tamen duobus acceptis uulneribus euasit. fuga satellitũ ut iacentem uidere regem facta est. Interfectores pars in forꝫ ĩ multitudinẽ lætã libertate. pars Syracusas pergũt ad præoccupanda Andronodori: regiorũq; aliorꝫ cõsilia. In certo regꝫ statu. Ap. Claudius bellũ oriens ex ꝓpinquo cum cerneret: senatum litteris certiorem fecit: Siciliam carthaginensi populo & Annibali conciliari. Ipse aduersus syracusana cõsilia prouinciam: regniq; fines omnia conuertit præsidia. Exitu anni eius. Q. Fabius ex auctoritate senatus Puteolos per bellũ cœptum frequentari emporium: cõmuniit: præsidiũq; imposuit. Inde Romã comitiorꝫ causa ueniens ĩ eum:

quẽ primũ diẽ comitialẽ habuit:comitia edixit:atq; ex itinere præter urbem in campum descendit.eo die cum sors prærogatiuæ ante iuniorum exisset:eaq; T.Octacilium.M.Aemylium Regulum consules diceret:tum.Qu.Fabius;silentio facto:tali oratione est usus.Si aut pacem in Italia:aut bellum cum eo hoste haberemus:in quo negligẽtiæ:aut errori locus esset:qui uestris studiis:quæ i campũ ad mãdãdos: quibus uelitis:honores affertis:morã ullã offerret:is mihi paꝛ meminisse uidereꝛ uestræ libertatis.Sed cũ in hoc bello:cũ hoc hoste nũquã ab ullo duce sine ingenti uestra clade erratũ sit:eadẽ uos cura:qua armati i aciẽ descẽditis:inire suffragiũ ad creandos cõsules decet:& sibi sic quenq; dicere:Annibali imperatori parẽ cõsulem nomino.Hoc áno ad Capuã lubellio Taureæ cãpano sũmo equiti ꝓuocanti sũmus romanus eques Asellus Claudius oppositus.Aduersus gallum quondã ꝓuocantem i ponte Anienis Málium fidentem & animo & uiribus misere maiores nostri.Ob eandẽ cãm:ut multis annis post fuisse non negauerim:cũ.M. Valerio nõ diffidereꝛ aduersus similiter ꝓuocantẽ capienti gallũ arma ad certamẽ.Quẽadmodũ pedites equitesq; optamus ut ualidiores:si minus:ut pares hosti habeamus:ita duci hostiũ parẽ imperatorẽ quæramus.cũ qui est sũmus in ciuitate dux:eũ legerimus:tũ repẽte lectus:in annũ creatus aduersus ueterẽ ac ꝓpetuum imperatorẽ cõparabiꝛ:nullis neq; temporis:neq; iuris inclusum angustiis:quominus ita omnia gerat:administretq;:ut tempora postulabũt belli.nobis aũt i apparatu ipso:ac tantũ inchoantibus res: annus circũagitur.Quoniã quales uiros creare uos cõsules deceat satis est dictum:restat:ut pauca de eis : in quos prærogatiuæ fauor inclinauit dicã.M.Aemylius Regulus flamen est quirinalis:quẽ neq; mittere a sacris:neq; retinere possumus:ut nõ deũ aut belli deseramus curã.Octacilius ſororis meæ filiã uxorẽ:atq; ex ea liberos habet.Cæteꝛ nõ ea uestra in me:maioresq; meos merita sũt:ut nõ potioré priuatis necessitudinibus rẽp.habeã.Quilibet nautaꝛ:uectorũq; trãquillo mari gubernare potest:ubi sæua orta tẽpestas est: ac turbato mari rapitur uẽto nauis:tũ uiro:& gubernatore opus est.nõ tranquillo nauigamus : sed iã aliquot ꝓcellis submersi pœne sumus.itaq; quis ad gubernacula sedeat:sũma cura ꝓuidendũ:ac præcauẽdũ nobis ẽ.In minore re experti.T.Octacili operã tuã sumus:haud sane:cur ad maiora tibi fidamus:documẽti quicquã dedisti.Classem hoc anno:cui tu præfuisti:trium reꝛ causa parauimus:ut Africæ orã popularetur.ut tuta nobis Italiæ littora essent:ante omnia ne supplemẽtũ cũ stipẽdio:cõmeatuq; ab Carthagine Annibali trãsportaretur.Create cõsulẽ.T.Octaciliũ : nõ dico si omnia hæc:sed si aliquid eoꝛ reip.præstitit.Sin aũt:te classẽ obtinẽte: & uelut placato mari quælibet Annibali tuta atq; ĩtegra ab domo uenerũt: si ora Italiæ infestior hoc áno:quã Africæ fuit:qd dicere potes:cur te potissimũ ducẽ Annibali hosti opponãt:si cõsul esses:dictatorẽ dicendum exemplo maioꝛ nostroꝛ censeremus.neq; tu id ĩdignari posses: aliquẽ in ciuitate romana melioré bello haberi:quã te.magis nullius ĩterest: quã tua.T.Octacili:non ĩponi ceruicibus tuis onus:sub quo cõcidas.Ego magnopere suadeo eodem animo: quo si stantibus uobis i aciem armatis repente deligendi duo imperatores essent:quorum ductu atq; auspicio dimicaretis:hodie quoq; cõsules creetis:quibus sacraméta liberi nostri dicãt ad quoꝛ edictũ cõueniãt:sub quoꝛ tutela atq; cura militẽt.lacus Thrasimenus:& Cannæ triste ad recordationẽ exemplar:at ad præcauẽdũ simile utiles: documẽto sũt.Prærogatiua iunioꝛ in suffragium reuocata.Cũ.T.Octacilius ferociter eũ cõtinuare consulatũ uelle uociferareꝛ:atq; obstreperet:lictores ad eum accedere cõsul iussit:& quia in urbẽ non inierat. ꝓtinus in cãpum ex itinere ꝓfectus admonuit cũ securibus sibi fasces præferri.Interim prærogatiua suffragiũ init.Creati i ea cõsules.Qu.Fabius Maximus quartũ.M.Marcellus tertium.Eosdem cõsules cæteræ cẽturiæ sine uariatione ulla dixerunt.& prætor unus refectus.Qu.Fuluius Flaccus nonum.Alii creati T.Octacilius Crassus iterum.Qu.Fabius cõsulis filius:qui tum ædilis curulis erat.P.Cornelius Lentulus. Comitiis prætoꝛ ꝓfectis.S.C.factum est:ut.Qu.Fuluio extra ordinẽ urbana esset.ꝓuincia:isque potissimũ cõsulibus ad bellũ ꝓfectis urbi præesset.Aquæ magnæ & niues eo áno fuerũt.Tyberisq; agros inundauit cũ magna strage tectoꝛ:pecorũq;:& hoium pernicie.Quinto anno secũdi punici belli.Qu.Fabius Maximus quartũ.M.Claudius Marcellus tertiũ cõsulatũ ineũtes:plus solito cõuerterãt i se ciuitatis aĩos : multis enĩ annis cõsulũ par nõ fuerat.Referebãt senes:sic.T.Máliũ cũ.P.Decio ad bellũ gallicũ:sic postea Papyriũ & Coruinũ aduersus samnites:brutiosq;:& lucanũ cũ tarẽtino populum cõsules declaratos.Absens Marcellus cõsul creatus:cũ ad exercitũ esset.Præsenti Fabio atq; ipso comitia habẽte:cõsulatus cõtinuatus.Tẽpus ac necessitas belli:ac discrimẽ sũmæ reꝛ faciebant:nequis aut in exẽplum exquireret:aut suspectũ cupiditatis imperio cõsulem haberet:quin laudabant potius magnitudinẽ animi: quod cum summo imperatore esse opus reip.sciret:seque tũ haud dubie esse minoris inuidiã suã:siqua ex re oriereꝛ:quã utilitatẽ reip.fecisset Quo die magistratum inierunt cõsules:senatus in Capitolio est habitus:decretũq; omnium primum:ut consules sortirenꝛ:compararentq; inter se:uter censoribus creandis comitia haberet:priusquã ad exercitũ ꝓficiscereꝛ.Prorogatum deinde imperium oĩbus:qui ad exercitum erãt : iussiq; i ꝓuinciis manere.T.Gracchus Luceriæ:ubi cũ uolonũ exercitu erat:Terentius Varro in agro piceno.M. Pomponius in gallico & prætoribus prioris anni.Proprætor.Qu.Minutius obtineret Sardiniam.M.Valerius ad Brundusium oræ maritimæ intentus aduersus omnes motus Philippi Macedonum regis præesset.G. Cornelio Lentulo prætori Sicilia decreta prouincia.T.Octacilio classis eadẽ:quã aduersus carthaginẽses priore anno habuisset.Prodigia eo áno multa nũciata sunt.Quæ quo magis credebãt simplices ac religiosi homines:eo etiam plura nunciabantur.Lauinii in æde intus Sospitæ Iunonis coruos nidum fecisse.In

Appulia palmam uiridem arsisse. Mantuæ stagnum effusum Mintio anni cruentū uisum. Et Calibus cretam. Et Romæ in foro Boario sanguiné pluisse. Et in uico Istrico fontem sub terra tanta ui aquaꝝ fluxisse: ut serias doliaq; quæ in eo loco erant: prouoluta: uelut impetus torrentis tulerit. Tactum de cælo atrium publicum in Capitolio. Aedem in cāpo Vulcani. nucem in sabinis: publicāq; uiam: murū: ac portam Gauisiam. Alia uulgata miracula erant. Hastā martis Prænestæ sua sponte ꝓmotam. Boué in Sicilia locutum. Infantem in utero matris in marrucinis lo triumphe clamasse. Ex muliere Spoleti uirū factū. Adriæ aram in cælo: speciesq; hoium circum eam cum candida ueste uisas esse. Quin Romæ quoq; in ipsa urbe secundum apum examen uisum esse in foro. Quod mirabile est: quia rarum. Affirmantes quidā legiones se armatas in laniculo uidere: concitauerunt ciuitatem ad arma: qui cum in laniculum ruissent: negarunt quēquam ibi præter assuetos collis eius cultores apparuisse. Hæc ꝓdigia hostiis maioribus ꝓcurata sunt ex aruspicum responso. Et supplicatio omnibus diis: quoꝝ puluinaria Romæ sint: iniuncta est. Præparatis quæ ad pacem deum pertinebant de rep. bellocq; gerendo: & quantū copiaꝝ: & ubi quæq; essent: consules ad senatum rettulerunt. duodeuiginti legionibus bellū geri placuit. Binas consules sibi sumere placuit. Binis Galliam: Siciliamq;: ac Sardiniam obtineri. Duabusq; Qu. Fabiū prætoré Appuliæ: duabus uolonū T. Gracchū circa Luceriā præesse. Singulas. G. Terentio ꝓconsuli ad Picenū: &. M. Valerio ad classem circa Brundusium: & duas urbi præsidiū relinqui. Hic ut numerus legionū cōpleret: sex nouæ legiones erāt scribendæ. Eas primo quoq; tépore scribere iussi: & classem parare: ut cum eis nauibus: quæ pro Calabriæ littoribus in statione essent. c. l. longaꝝ nauiū classis eo anno expleret. Delectu habito: & nauibus nouis deductis. Qu. Fabius comitia cēsoribus creādis habuit. Creati. M. Attilius Regulus: & Publius Curius philus. Cum ī crebresceret rumor bellū ī Sicilia esse: T. Octacilius eo cū classe ꝓficisci iussus est. Cum deessent nautæ: cōsules ex senatusco consulto edixerunt: ut qui. L. Aemilio. G. Flaminio censoribus millibus æris. l. ipse aut pater eius census fuisset usq; ad centū millia: aut cui postea tāta esset facta: nautam unum cum sex mēsium stipendio daret. Qui supra centum millia usque ad. ccc. millia tris nautas cum stipendio annuo: Qui supra trecenta millia usque ad decies æris: quiq; nautas: Qui supra decies: septē. Senatores octo nautas cū anno stipendio darent. Ex hoc edicto dati nautæ: armati instructique ab dominis cum triginta dieꝝ coctis cibariis naues conscenderunt: Tum primum est factum: ut classis romana: sociis naualibus priuata impensa paratis: compleretur. Hic maior solito apparatus præcipue conterruit campanos: ne ab obsidione Capuæ bellum eius anni romani inciperent. Itaque legatos ad Annibalem oratum miserunt: ut Capuam exercitum admoueret. Ad eam oppugnandam nouos exercitus scribi Romæ: nec ullius urbis defectioni magis infensos eoꝝ aios esse. Id quia tam trepidi nunciabant: maturandū Annibal ratus: ne præuenirent romani: ꝓfectus Arpis: ad Tifata ī ueteribus castris sup Capuā cōsedit. ide numidis hispaniscq; ad præsidiū simul castroꝝ simul Capuæ relictis: cū cætero exercitu ad lacum Auerni per speciē sacrificādi: re ipsa ut tē taret puteolos: quiq; ibi præsidio erāt: descendit. Maxīus: posteaquā Annibalē Arpis ꝓfectum & regredi ī Campaniā allatum est: nec die: nec nocte intermisso itinere ad exercitū redit. Et. T. Gracchū a Luceria Beneuentum copias admouere. Qu. Fabium prætorē (is filius cōsulis erat) Luceriā Gracchō succedere iubet. In Siciliam eodē tēpore duo prætores ꝓfecti. P. Cornelius ad exercitū: Octacilius: qui maritimæ oraꝝ reiq; nauali præesset. Et cæteri in suas quisq; prouincias profecti. Et quibus prorogatū imperiū erat: easdē quas priore anno regiones obtinuerūt. Ad Annibalē cum ad lacū Auerni esset: quinq; nobiles iuuenes a Tarento uenerunt: partim ad Thrasimenū lacum: partim ad Cannas capti: dimissiq; domos cum eadē: qua utus comitate aduersus omnes romanoꝝ socios pœnus fuerat. Ii memores beneficiorum eius perpulisse magnam partem se iuuentutis Tarentinæ referūt: ut Annibalis amicitiam ac societatem: quam populi romani mallent: Legatosque ab suis missos rogare Annibalem: ut exercitum propius Tarentum admoueat: si signa eius: si castra conspecta a Tarento sint: haud ullam interessuram moram: quin urbs dedatur. in potestate iuniorum plebem: in manu plebis rem Tarentinam esse. Annibal collaudatos eos: oneratosque ingentibus promissis domum ad cœpta maturanda redire iubet: se ī tempore affuturum esse. Hac cum spe dimissi tarentini. Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. Vrbem esse uidebat tum opulentam nobilemque: tum maritimam: & in Macedoniā opportune uersam: regemq; Philippum hunc portū: si trā siret in Italiam: cū Brundusiū romani haberent: petituꝝ. Sacro inde perpetrato: ad quod uenerat: & dū ibi moratur. ꝓuastato agro cumano usq; ad Miseni promōtorium: Puteolos repente agmen conuertit ad oppimēdū præsidiū romanū. Sex millia hoium erant. & locus munimēto quoq; non mō natura tutus: Triduū ibi moratus pœnus ab oī parte tētato ꝑsidio: deīde: ut nihil ꝓcedebat: ad populādū agrū neapolitanū magis ira: quam potiundæ urbis spe: processit. Aduētu eius ī ꝓpiquū agꝝ nolana mota ē plebs: iādiu auersa aromāis: & infesta senatui suo. Itaque legati ad accersendum Annibalem cū haud dubio promisso tradēdæ urbis uenerunt. Preuenit incœptum eorum Marcellus consul a primoribus accitus die uno Suessulam a Calibus: cū Vulturnus amnis traiicientē moratus esset: contenderat. inde proxima nocte. sex millia peditū: equitesque. ccc. qui præsidio senatui essent: Nolam intromisit: & uti consule omnia impigre facta sūt ad ꝓoccupandā Nolā: ita Annibal tēpus terebat: bis iā ante nequicquā tētata re segnior ad credendum nolāis factus. Iisdē diebus &. Qu. Fabius consul ad Casilinum tentandum: quod præsidio punico tenebatur: uenit. Et ad beneuētum uelut ex composito: parte altera Hanno ex brutiis cum magna peditum

equitumque manu:altera.T. Gracchus a Luceria acceſſit:qui primo oppidum intrauit. Deinde ut Hannonem ferme tria millia ab urbe ad Calorem fluuiū caſtra poſuiſſe:& inde agrum populari audiuit:& ipſe egreſſus mœnibus mille ferme paſſus ab hoſte caſtra locat.Ibi concionem militū habuit:legiones magna ex parte uolonū habebat:qui iam alterū annum libertaté tacite mereri:quā poſtulare palā maluerant.Senſerat tamen hybernis egrediēs murmur in agmine eſſe:quærentiū núquā ne liberi militaturi eſſent:Scripſeratq; ſenatui:nō tam quid deſiderarét:quā quid meruiſſent.bōa fortiq; opera eoꝝ ſe ad eam diē uſum: neq; ad exemplū iuſti militis q̄cquā eis:præter libertaté deeſſe.De eo p̄miſſum ipi erat:faceret quod e rep. duceret eſſe.Itaq;:priuſquā cū hoſte manū conſereret:p̄nunciat tempus ueniſſe libertatis eis : quādiu ſperaſſent:potiundæ,poſtero die ſignis collatis dimicatuꝝ puro ac patenti campo:ubi ſine ullo inſidiaꝝ metu uera uirtute geri res poſſet.Qui caput hoſtis retuliſſet:eum ſe extéplo liberū iuſſuꝝ eſſe, qui loco ceſſiſſet:in eū ſeruili ſupplicio aīaduerſuꝝ.Suam cuiq; fortunā in manu eſſe:Libertatis auctoré eis non ſe fore ſolum:ſed conſulē.M.Marcellū & uniuerſos patres:qui cōſulti a ſe de libertate eoꝝ:ſibi p̄miſiſſent.Litteras inde conſulis:ac ſenatuſconſultū recitauit. Ad quæ clamor cum ingenti aſſenſu eſt ſublatus: pugnā poſcebant.ſignūq; ut daret extéplo:ferociter inſtabant.Gracchus:prælio in poſterū diē p̄nunciato:cōcionem dimiſit.Milites læti:præcipue quibus mercæs nauatæ ī unū diem operæ libertatis futura erat: armis expediendis : qđ reliquū diei fuit :cōſumpſerūt.Poſtero die:ubi ſigna cœperunt canere:primi omniū parati:inſtructiq; ad prætoriū cōueniunt.Sole orto:Gracchus in aciē copias eduxit.Nec hoſtes morā dimicā di fecerunt.Decem & ſeptē millia peditū erant:maxima ex parte brutii ac lucani.Equites.M.cc: īter quos pauci admodum Italici:cæteri numidæ fere omnes:mauriq;. Pugnatū eſt acriter & diu. Quattuor horis neutro īclinata eſt pugna. Nec alia magis romanū impediebat res:quā capita hoſtiū pretia libertati facta. Nam ut quiq; impigre hoſtem occiderat:primum capita ægre inter turbam:tumultumq; abſcindendo tē pus terebant:Deinde occupata dextra tenendo caput :fortiſſimus quiſq; pugnator eē deſierat. Quod ubi tribuni miltum Graccho nunciauerunt neminem ſtanté iam uulnerari hoſtem: carnificari iacentes:& in dextris militum pro gladiis humana capita eſſe:ſignum dari p̄pere iuſſit:proiicerent capita:inuaderentq; hoſtem:claram ſatis & inſigné uirtuté eſſe:nec dubiā libertaté futurā ſtrenuis uiris. Tum redintegrata pugna eſt:& eques etiam ī hoſté emiſſus.Quibus cum impigre numidæ occurriſſent : nec ſegnior equitum: quā peditum pugna eſſet:iterum in dubiū adducta res:cum utrinq; duces: romanus brutium lucanumq; totiens a maioribus ſuis uictos:ſubactoſq;:pœnus mancipia romana :& ex ergaſtulo militē uerbis obtereret.Poſtremo p̄nunciat Gracchus eſſe nihil:quod de libertate ſperarent:niſi eo die fuſi fugatiq; hoſtes eſſent.Ea demum uox ita aīos accendit:atq; renouato clamore uelut alii repente facti:tanta ui ſe in hoſté ītulerunt:ut ſuſtineri ultra non poſſent.Primo anteſignani pœnoꝝ:deinde ſigna perturbata.Poſtremo tota impulſa acies:inde haud dubie terga data:ruútq; fugientes in caſtra adeo pauidi:trepidiq; :ut ne ī portis quidem:aut uallo quiſquā reſtiterit:ut prope cōtinenti agmine romani inſecuti nouū deintegro præliū incluſi hoſtium uallo ediderit .ibi ſicut pugna impeditior in anguſtiis:ita cædes atrocior fuit.& adiuuere captiui:qui rapto inter tumultū ferro cōglobati:& a tergo cecidérunt pœnos :& fugam īpedierunt.itaq; minus duo millia hominum ex tanto exercitu:& ea maior pars equitum cum ipſo duce effugerunt.alii omēs cæſi:aut capti.Capta & ſigna duodequadraginta.Ex uictoribus duo millia ferme cecidere.præda oīs p̄terquā hoſtium captoꝝ militi cōceſſa eſt.Et pecus exceptū eſt: quod intra dies triginta domini cognouiſſent. Cum præda honuſti in caſtra rediſſent:q̄ttuor millia ferme uolonū militū :qui pugnauerāt ſegnius ; nec ī caſtra irruperāt:ſimul metu pœne collē haud p̄cul caſtris ceperunt . Poſtero die per tribunos militū inde deducti:cōcione militum aduocata a Graccho:ſuperueniūt. Vbi cū p̄conſul ueteres milites primū :put cuiuſq; uirtus atq; opera in ea pugna fuerat:militaribus donis donaſſet:tūc qđ ad uolōes attineret:omnes ait:male laudatos a ſe dignos indigneſcq;:quā quēquā eo die caſtigatū eſſe.quod bonū:fauſtū:fœlixq; reip. ipſiſq; eſſet:omnes eos liberos eſſe iubet .Ad hanc uocem cum clamor ingenti alacritate ſublatus eſſet:ac nunc cōplexi inter ſe gratulanteſq; núc manus ad cælū tollentes bona omnia populo romano Gracchoq; ipſi precarentur .Tum Gracchus:priuſquā oēs iure libertatis æquaſſet: inquit: neminem nota ſtrenui aut ignaui militis notaſſe uolui.núc perſoluta iam fide publica:ne diſcrimē omne uirtutis ignauiæq; pereat: noſa eoꝝ:qui detrectatæ pugnæ memores ſeceſſionē pauloante fecerunt:referri ad me iubebo:citatoſque ſingulos iureiurādo adigam niſi quibus morbus cauſa erit:nō aliter:quā ſtantes cibū potūq;:quoad ſtipēdia facient:capturos eſſe. Hanc mulctam ita æquo animo feretis:ſi reputabitis: nulla ignauiæ nota leuiore uos deſignari potuiſſe.Signū deinde colligendi uaſa dedit.militeſque prædam portantes: agenteſque p laſciuiam ac iocum ita ludibundi Beneuentum rediere:ut ab epulis celebrem feſtumq; diem actis:non ex acie reuerti uiderent.Beneuentani omnes:turba effuſa:cum obuiam ad portas exiſſent:complecti milites: gratulari:uocare ī hoſpitiū:apparata oīa oībus ī propatulo ædiū fuerāt:ad ea iuitabāt:Gracchūq; orabant: ut epulari p̄mitteret militibus. Et Gracchus ita p̄miſit:ī publico epularēt oēs:āte ſuas q̄ſq; fores p̄lata oīa. pileati aut lana alba uelatis capitibus uolōes epulati ſūt.accubātes alii:aliiq; ſtātes:qui ſimul miſtrabant: ueſcebant:q; :digna res uiſu.at ſimulacrū celebrati eius diei Gracchus:poſteaquā Romā rediit: pīgi iubet ī æde Libertatis:quā pater eius ī Auētino ex mulctatitia pecūia faciēdā curauit:dedicauitq;.Cū hæc ad Beneuentū gerunt:Annibal depopulatus agrū neapolitanū ad Nolā caſtra mouet. Quē ubi aduētare cōſul

ſenſit:Pomponio proprætore cum eo ex ercitu: qui ſuper Sueſſulam ĩ caſtris erat:accito: ire obuiam hoſti parat:ne morã dimicandi faceret.Claudium Neronem cum robore equitũ ſilentio noctis per auerſam maxime ab hoſte portã emittit : circunuectũq; occulte ſubſequi agmen hoſtiũ iubet:ut cũ cœptum prælium uideret:a tergo ſe obiiceret.Id errore uiarum:an exiguitate temporis Nero exequi nõ potuerit:ĩcertum eſt.abſente eo:cũ prælium cõmiſſum eſſet:ſuperior quidẽ haud dubie romanus erat. Sed quia equites non affuere in tẽpore: ratio cõpoſitæ rei turbata eſt.Non auſus ĩſequi cedẽtes Marcellus:uincentibus ſuis ſignum receptui dedit. plus tamẽ duomillia hoſtiũ eo die cæſa traduntur. Romanis minus.cccc. Solis fere occaſu Nero diem noctẽq; nequicquã fatigatis equis hoĩbusq;:ne uiſo quidẽ hoſte rediẽs:adeo grauiter a cõſule increpatus:ut per eũ ſtetiſſe diceret:quo minus accepta ad Cannas redderetur hoſti clades. Poſtero die romanus in aciem deſcendit.Pœnus tacita etiam cõfeſſione uictus caſtris ſe tenuit.Tertio die ſilentio noctis omiſſa ſpe Nolæ potiũdæ:rei nunquã ꝑſpere tentatæ:Tarentũ ad certioré ſpem ꝑditionis proficiſcitur. Nec minore animo res romanæ domi:quã militiæ gerebantur.Cenſores uacui ab opeꝝ locãdorũ cura ꝓpter inopiam ærarii ad mores hoĩum regendos animũ auerterunt. caſtigandaq; uitia: quæ uelut diutinis morbis ægra corpora ex ſeſe gignunt:nata bello erãt.Primũ eos citauerunt:qui poſt cannẽſem pugnam remp.deſeruiſſe: Italiaq; exceſſiſſe uelle dicebant .Princeps eoꝝ .M .Cecilius Metellus:qui quæſtor tum forte erat.luſſo deide eo:cæteriſq; eiuſdem noxæ reis cauſam dicere: cũ purgari nequiſſent: pronũciarunt uerba orationẽq; eos aduerſus remp.habuiſſe:quo cõiuratio deferendæ Italiæ cauſa fieret. Secundũ eos citati nimis callidi exoluendi iuriſiurandi interpretes :qui captiuoꝝ ex itinere regreſſi clam in caſtra Annibalis :ſolutum:quod iurauerãt redituros:rebãtur .His ſuperioribuſq; illis equi adempti:qui publicum equũ habebãt.Tribuq; moti ærarii omnes facti.Neq; ſenatu modo: aut equeſtri ordine regẽdo cura ſe cenſoꝝ tenuit.nomĩa omniũ ex iunioꝝ tabulis excerpſerunt: qui quadriẽnio nõ militaſſent: quibus neq; uacatio iuſte militiæ:neq; morbus cauſa fuiſſet .Et ea ſupra duomillia hominũ in ærarios relata:tribuq; omnes moti.aditumq; merci cenſoriæ notæ triſte ſenatus conſultũ :ut ii omnes:quos cenſores notaſſent:pedibus mererent:mitterẽturq; in Siciliã ad cannẽſis exercitus reliquias.Cui generi militũ non priuſquam pulſus Italia omnis hoſtis eſſet:finitũ ſtipendioꝝ tempus erat.Cum cenſores ob inopiam ærarii ſe iam locationibus abſtinerẽt :ædiũ ſacraꝝ tuendaꝝ curuliũq; equoꝝ præbendoꝝ ac ſimilium his rerum:conuenere ad eos frequentes:qui haſtæ huius generis aſſueuerant:hortatiq; cenſores: ut oĩa perinde agerent:locarẽtq;:ac ſi pecunia in ærario eſſet : neminẽ niſi bello confecto ab ærario pecuniã petituꝝ eẽ. Conuenere deinde domini eoꝝ:quos.T.Sempronius ad Beneuẽtũ manu emiſerat :arceſſitoſq; ſe ab triũuiris menſariis eſſe dixerunt :ut pretia ſeruoꝝ acciperent.cæteꝝ non antequã bello confecto accepturos eſſe.Cum hæc ĩclinatio animoꝝ plebis ad ſuſtinendã ĩopiã ærarii fieret: pecuniæ quoq; pupillares primo: deinde uiduaꝝ cœptæ cõferri:nuſquã eas tutius ſanctiuſq; deponere credẽtibus:qui deferebãt:quã in publicã fidẽ. ĩde ſiquid ẽptũ paratũq; pupillis ac uiduis foret:a quæſtore perſcribebat.Manauit ea priuatoꝝ benignitas ex urbe etiã ĩ caſtra:ut nõ eques:nõ cẽturio ſtipẽdiũ acciperẽt:mercẽnariũq; ĩcrepantes uocarent:qui accepiſſet.Qu. Fabius cõſul ad Caſilinũ caſtra habebat:qđ duũmilliũ cãpanoꝝ : & ſeptingẽtoꝝ militũ Annibalis tenebat præſidio. Prærat Statius Metius miſſus ab.Gn. Magio Attelano: qui eo anno medixtuticus erat :ſeruitiaq; & plebẽ ꝑmiſcue armabat:ut caſtra romana ĩuaderet: ĩtento romano cõſule ad Caſilinũ oppugnandũ.Nihil eoꝝ Fabiũ fefellit:itaq; Nolã ad collegã mittit:altero exercitu:dum Caſilinum oppugnaret: opus eſſe:qui cãpanis opponatur.uel ipſe relicto Nolæ ꝑſidio modico ueniret:uel ſi eũ Nola teneret:& necdũ ſecuræ res ab Annibale eẽnt:T.Gracchũ ꝓconſulẽ a Beneuẽto accituꝝ. Hoc nuncio Marcellus duobus militũ millibus Nolæ in ꝑſidio relictis:cũ cætero exercitu Caſilinũ uenit.Aduẽtuque eius cãpani iã mouẽtes ſeſe quieuerũt .ita a duobus cõſulibus Caſilinũ oppugnari cœptũ:ubi cũ multa ſuccedẽtes temere mœnibus romãi milites acciperẽt uulnera:neq; ſatis ĩcœptis ſuccederet:Fabius omittendã rem paruã:ac iuxta magnis difficilẽ:abſcedendũq; inde cenſebat:cũ res maiores iſtarent. Marcellus multa magnis ducibus ſicut nõ aggredienda:ita ſemel aggreſſis nõ dimittẽda eſſe dicẽdo:quia magnæ famæ momẽta in utranq; partẽ fierent:tenuit:ne incœpto abiret.Vineæ inde:oĩaq; alia operũ machinationumq; genera cũ admouerẽtur:cãpaniq; Fabiũ orarent:ut abire Capuam tuto liceret:paucis egreſſis:Marcellus portã:qua egrediebant:occupauit:cædeſq; ꝑmiſcue circa portã primo:deide irruptione facta:etiam in urbe cœpta eſt fieri.Quinquaginta fere primo egreſſi cãpanoꝝ:cũ ad Fabiũ cõfugiſſent:ꝑſidio eius Capuam puenerũt.Caſilinũ inter colloquia: cunctationẽq; petentiũ fidẽ ꝓ occaſionẽ captũ eſt. captiui quiq; campanoꝝ:quiue Annibalis militũ erant:Romã miſſi.Atq; ibi in carcere ĩcluſi ſunt.Oppidanoꝝ turba p finitimos populos in cuſtodiã diuiſa.Quibus diebus a Caſilino re bene geſta receſſũ eſt: eis Gracchus ĩ lucanis aliquot cohortes in ea regione cõſcriptas cũ ꝑfecto ſocioꝝ in agros hoſtiũ prædatũ miſit .eos effuſe palantes Hanno adortus:haud multo minorẽ:quã a Beneuẽto acceperat: reddidit hoſti cladẽ:atq; ĩ bruttios raptĩ:ne Gracchus aſſequereꝫ:cõceſſit.Conſules:Marcellus retro:unde uenerat:Nolam redit.Fabius in Samniũ ad populãdos agros recipiẽdaſq; armis:quæ defecerant:urbes ꝓceſſit. Claudinus ſamnis grauius deuaſtatus:peruſti populatiq; late agri:prædæ pecudum:hominumq; actæ.oppida ui capta.Compulteria. Teleſia.Compſa.Melæ.Fuiſulæ.& Orbitanium. Ex lucãis Blandæ.Appulorum Ancæ oppugnatæ.Millia hoſtium in his urbibus .xxv. capta: aut occiſa . Et recepti perfugæ. ccc.lxx . Quos cum Romam miſiſſet

consul:uirgis in comi,io cæsi omnes:ac de saxo deiecti.Hæc a.Qu.Fabio inter paucos dies gesta.Marcellũ a gerendis rebus ualitudo aduersa Nolæ tenuit.Et a prætore.Qu.Fabio:cui circa Luceriam ꝓuincia erat: Accua oppidum ꝑ eos dies ui captũ:statiuaq; ad Ardoneas cõmunita. Dum hæc aliis locis ab romanis geruntur:iam Tarentũ ꝑuenerat Annibal cũ maxia omniũ:quacũq; ierat:clade. In tarentino demũ agro pacatum icedere agmẽ cœpit.nihil ibi uiolatũ:neq; usquã excessum est:apparebatq; id nõ modestia militũ: aut ducis:nisi ad cõciliandos tarentinoꝝ animos fieri.Cæterũ cum prope iam mœnibus accessissẽt:nullo ad conspectũ primi agminis:ut rebat:motu facto:castra ab urbe ferme passus mille locat.Tarentũ triduo: antequã Annibal ad mœnia accederet:a .M.Valerio ꝓprætore:q classi ad Brũdusium præerat:missus.Is priore iuuentute cõscripta:dispositisq; ad oẽs portas:circaq; muros:qua res postulabat:stationibus:die ac nocte plurimũ itentus:neq; hostibus:neq; dubiis sociis loci quicquã præbuit attentandũ.Sicq; diebus aliquot ibi frustra cõsumptis:Annibal:cũ eoꝝ nemo qui ad lacũ Auerni adissent:aut ipsi uenirent:aut litteras:nunciũue mitteret:uana promissa se temere secutũ cernẽs:castra inde mouet. Tum quoq; itacto agro tarentino:quanquã simulata lenitas nõdum ꝓfuerat:tamẽ spe labefactandæ fidei haud absistẽs: Salapiam tendit: eoq; frumentũ ex agris Metapõtino atq; Heraclienſi(iam media æstas exacta erat:& hybernis placebat locus)cõportat.prædatũ inde numidæ:mauriq; per salẽtinũ agrũ:ꝓximosq; Appuliæ saltus dimissi: unde cæteræ prædæ haud multũ:equoꝝ greges maxime abacti:e quibus ad quattuormillia domãda equitibus diuisa.Romani:cum bellum nequaquã contemnẽdum in Sicilia oriretur:morsq; tyrãni duces magis impigros dedisset syracusanos:quam causam:aut animos mutasset.M.Marcello alteri consulũ eam ꝓuinciam decernũt.Secundum Hieronymi cædem primo tumultuatum in leontinis apud milites fuerat:uocì feratumq; ferociter:parentandum regi sanguine coniuratoꝝ esse.Deinde libertatis restitutæ dulce auditum nomẽ crebro usurpatum:spes facta ex pecunia regia largitõnis militi:ac fungẽdi potioribus ducibus: & relata tyranni fœda scelera:fœdioresque libidines adeo mutauere animos:ut in sepultum iacere corpus pauloante desiderati regis paterentur.Cum cæteri ex coniuaratis ad exercitum obtinẽdum remansissent: Theodorus & Sosis regiis equis:quanto maximo cursu poterant:ut ignaros omnium regios opprimerẽt: Syracusas contendunt.Cæterum præuenerat non fama solum: qua nihil in talibus rebus est celerius:sed nuncius etiam ex regiis seruis.Itaq; Andronodorus & insulam:& arcem:& alia:quæ poterat:quæq; oportuna erant:præsidiis firmarat.Hexaphoro Theodorus:& Sosis post solis occasum obscura luce inuecti cũ cruentam regiam uestem:atq; insigne capitis ostẽtarent:trauecti per Thincã simul ad libertatẽ:simul ad arma uocantes in Acradinã conuenire iubẽt.Multitudo pars ꝓcurrit in uias:pars in ædiũ uestibulis stat: pars ex tectis:fenestrisq; ꝓspectant:& quid rei sit:rogitant.oĩa luminibus collucent.strepituq; uario complentur.Armati locis patentibus cõgregantur.Inermes ex olympii Iouis templo spolia gallo[illegible]ꝝ illyricorũq; dona data Hieroni a populo romano fixaq; ab eo:detrahunt precantes Iouẽ:ut uolens ꝓpicius præbeat sua arma pro patria:pro deũ delubris:pro libertate sese armantibus.Hæc quoq; multitudo stationibus per principes regionũ urbis dispositis adiungitur.In insula:inter cætera Andronodorus præsidiis firmat horrea publica. locus saxo quadrato septus:atq; arcis in modum emunitus:capitur a iuuentute:quæ præsidio eius loci attributa erat:mittuntq; nũcios in Acradinam: horrea frumentumque in senatus potestate esse. Luce prima populus omnis armatus inermisq; in Acradinam ad curiã conuenit. ibi pro Concordiæ ara: quæ in eo sita loco erat:ex principibus unus nomĩe Polyneus cõcionem & liberam : & moderatã habuit. Seruitudinis indignitatisq; hoĩes expertos aduersus notum malum irritatos esse .Discordia ciuilis : quas importet clades:audisse magis a patribus syracusanos:quã ipsos uidisse.Arma quod ĩpigre cepissent:laudare:magis laudatuꝝ:si nõ utantur:nisi ultima necessitate coacti ĩ præsentia legatos ad Andronodoꝝ mitti placere:ut in potestate senatus ac populi sit.portæ insulæ pateãt.reddat præsidium :si tutelam alieni regni suum regnum uelit facere:eundem se censere:multo acrius ab Andronodoro:quam ab Hieronymo repeti libertatem.Ab hac concione legati missi sunt.Senatus haberi inde cœptus est:quod sicut regnante Hierone manserat publicum consilium:ita post mortem eius ante eam diem nulla de re neq; conuocati: neq; consulti fuerant.Vt uentum ad Andronodorum est:ipsum quidem mouebat & ciuium cõsensus: & cum aliæ occupatæ urbis partes:tum pars insulæ uelut munitissima prodita:atq; alienata a se .Euocatum eum a legatis Demarata uxor filia Hieronis inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu admonet sæpe usurpatæ Dionysii tyranni uocis:qua pedibus tactum: non insidentem equo relinquere tyrannidem dixit debere:facile esse mometo:quo quis uelit cedere possessione magnæ fortunæ:facere & parare eã difficile atque arduum esse:paululũ sumeret spatii ad consul[illegible]randum ab legatis:eo uteretur ad accersendos ex leontinis milites:quibus si pecuniam regiam pollicitus esset:omnia in potestate eius futura .Hæc muliebria cõsilia Andronodorus neq; tota aspernatus est:neq; extẽplo accepit: tutiorẽ ad opes affectãdas ratus esse uiã: si in præsentia tẽpori cessisset.Itaq; legatos renũciare iussit :futuꝝ se in senatus ac populi potestate.Postero die luce prima patefactis insulæ portis :in forũ Acradinæ uenit.Ibi in aram Concordiæ: ex quo pridie Polyneus concionatus erat ascendit:orationẽq; eã orsus est:qua primũ cũctatiõis suæ ueniã petiuit.Se enĩ clausas habuisse portas:non separantem suas res a publicis:sed strictis semel gladiis timẽtem quis finis cædibus esset futurus.utrum:quod satis libertatis foret:contenti nec tyranni essent : an quicunque aut propinquitate:aut affinitate: aut aliquibus ministeriis regiam contigissent : alienæ culpæ rei trucidarentur:

Posteaquam animaduertit eos:qui liberassent patriã: seruare etiam liberatam uelle:atq; cõsuli in mediis: non dubitasse quin & corpus suum:& cætera oía:quæ suæ fidei tutelæq; essent:quando eũ:qui mãdasset: suus furor absumpsisset:patriæ restitueret.Conuersus inde ad iterfectores tyrãni:ac nomie appellãs Theodorum:ac Sosim:facinus:inquit:memorabile feciſtis: sed mihi credite :inchoata uestra gloria nondũ perfecta est:periculũq; ingens manet:nisi cõmuni cõcordiæ consulitis:ne libera efferatur res. Post hanc oratiõné claues portarũ:pecuniæq; regiæ ante pedes eorũ posuit.Atq; illo quidé die dimissi ex cõcione læti:circa omnia fana deum supplicauerunt:cũ coniugibus ac liberis.Posteo die comitia prætoribus creandis habita.Creatus in primis Andronodorus:cæteri magna ex parte interfectores tyrãni.duos etiã absentes Sopatrum:ac Deomenẽ fecerunt.Qui auditis iis:quæ Syracusis acta erant:pecuniã regiã:quæ í leõtinis erat: Syracusas deuectã:quæstoribus ad idipsum creatis tradiderunt.Et ea:quæ in insula erat Acradina:tradita est.Muriq; ea pars: quæ a cætera urbe nimis firmo munimẽto iterſepiebat insulã:consensu omniũ deleta est.Secutæ cæteræ res hanc inclinationẽ animorũ ad libertatẽ.Hippocrates & Epicides audita morte tyrãni:quã Hippocrates etiã nuncio interfecto cælare uoluerat:deserti a militibus:quia id tutiſſimum ex præsentibus uidebatur:Syracusas rediere:ubi ne suspecti obseruarẽt:tanquã nouãdi res:aliquã occasionẽ quærentes:prætores primũ:deinde senatũ per eos adeunt:ab Annibale se missos prædicãt ad Hieronymũ tanquam amicum:ac sociũ:paruisse imperio eius:cuius iperator suus uoluerit: uelle ad Annibalẽ redire. Cæterum cũ iter tutũ non sit: uagantibus passim per totã Siciliam romanis armis:petere:ut præsidii dent aliquid:quo locros in Italiam pducantur.gratiã magnã eos parua opera apud Annibalẽ inituros.Facile res ipetrata.Abire enim duces regios cũ peritos militiæ:tum egentes eosdẽ:atq; audaces cupiebant. Sed quod uolebant:nõ qui maturato opus erat:grauiter expediebant.Interim iuuenes militares:& assueti militibus nunc apud eos idsos:núc apud transfugas:quorũ pars maxia ex naualibus sociis romanorũ erat:núc etiam apud imfimæ plebis hoíes crimina ferebant in senatũ.Optimatesq; & clam moliri eos:atq; struere: ut Syracusæ p speciẽ recõciliandæ societatis i dicione rõanorũ sint:dein factio:& pauci auctores fœderis dominent. His audiendis:credẽdisq; opportuna multitudo maior iã in dies Syracusas cõfluebat.Nec Hippocrati & Epicidi solũ spem nouandarũ rerũ:sed Andronodoro etiam præbebat.Qui fessus tandẽ uxoris uocibus monentis núc illud esse tempus occupandi res:dum turbata oía noua:atq; incognita libertate essent. dum regis stipendiis passus obuersaretur miles.dũ ab Annibale missi duces:assueti militibus :iuuare possent incœpta:cum Themistio:cui Gelonis filia nupta erat:consociatã rem: paucos post dies Aristoni cuidam tragico auctori:cui & alia cõmittere assuerat:incaute aperit. Huic & genus & fortuna honesta erant: nec ars:quia nihil tale apud græcos pudori est:ea deformabat.Itaq; fidem potiorẽ ratus: quã patriæ debebat:indicium ad prætores defert.Qui ubi rem aut uanã esse certis idiciis cõpererunt:cõsultis senioribus: auctoritate eorũ præsidio ad fores posito:ingressos curiã Themistiũ atq; Andronodorũ interfecerũt.Et cum tumultus ab re in speciem atrocior causam ignorantibus ortus esset: silentio tandẽ facto:idicẽ in curiam introduxerunt.Qui cũ ordine oía edocuisset:& principiũ cõiurationis factũ ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis:quibus Themistio iuncta esset:afrorũ:hispanorũq; auxiliares instructos ad cædem prætorũ: principũq; aliorũ:bonaq; eorũ prædæ futura interfectoribus,pnũciatũ: iam mercennariorũ manũ assuetã imperiis Andronodori paratã fuisse ad insulam rursus occupandã:singula deide:quæ per quosq; agerent: totamq; uiris armisq; instructã cõiurationẽ ante oculos posuit:& senatui quidẽ tam iure cæsi:quã Hieronymus uidebãtur.Ante curiam uariæ atq; icertæ rerũ multitudinis clamor erat: quã ferociter minitãtem in uestibulo curiæ:corpora cõiuratorũ eo metu cõpresserunt:ut silentes itegram plebem í cõcione sequerentur.Sopatro mandatũ a senatu:& a collegis ut uerba faceret.Is tanquam reos agebat:ante acta uita orsus quæcunque post Hieronis mortem sceleste:atque impie facta essent: Andronodorum ac Themistium arguit fecisse.Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum puerum:ac uixdum pubescentem facere potuisse, tutores ac magistratus eius sub aliena inuidia regnasse.Itaque aut ante Hieronymum :aut certe cum Hieronymo perire eos debuisse.at illos debitos iam morti: destinatosque alia noua scelera post mortem tyranni molitos:palam primo cum clausis Andronodorus insulæ portis hæreditate regni creuerit:quæq; procurator tenuerat:pro domino possederit,proditus deinde ab eis:q in insula erant:circunsessus ab uniuersa ciuitate:quæ Acradinam tenuerit:neqnicquam palam: atque aperte petitum regnum clam & dolo affectare conatus sit.Et beneficio quidem:atque honore potuerit uinci:cum inter liberatores patriæ insidiator ipse libertatis creatus esset prætor.sed animos eis regios:regias coniuges feciſſe:alteri Hieronis: alteri Gelonis filias nuptas.Sub hanc uocem ex omnibus partibus concionis clamor oritur :nullam earum uiuere debere.nec quenquam superesse tyrannorum stirpis.Hæc natura multitudinis est.aut seruit humiliter:aut superbe dominatur.libertatem:quæ media est:nec spernere modice:nec habere sciunt.& non ferme desunt irarũ indulgentes ministri:qui auidos:atque intemperantes publicanorum animos ad sanguinem & cædes irritent.Sic extemplo tum prætores rogationem promulgarunt.acceptaq; pœne priusquã promulgata est: ut omnis regia stirps interficeretur. Missique a prætoribus Demaratam Hieronis : & Harmoniam Gelonis filiam coniuges Andronodori & Themistii interfecerunt. Heraclia erat filia Hieronis uxor Sosippi: qui legatus ab Hieronymo ad regem Ptolomæum missus : uoluntarium cosciuerat exilium. Ea cum ad se quoque uenire præscisset : in sacrarium ad penates confugit cum duabus

filiabus uirginibus:crinibus resolutis:miserabilique alio habitu: & ad ea addidit preces:nũc per memoriam Hieronis patris:Geloniscq; fratris ne se in nouam inuidiam Hieronymi conflagrare sineret.nihil ex regno illius præter exilium uiri habere:neq; fortunã suam eandem uiuo Hieronymo fuisse:quã sororis.neq; interfecto eo causam eandẽ esse.Quod si Andronodoro consilia ꝓcessissent:illa cum uiro fuerit regnatura. sibi cum cæteris seruiendũ.si quis Sosippo nunciet iterfectũ Hieronymũ:ac libertas Syracusas:cui dubiũ esse:qui extemplo cõscensurus sit nauim:atq; in patriam redituras:quantũ spes hoium fallit:i liberata patria coniugem eius:ac liberos de uita dimicare:quid obstantes libertati aut legibus:quod a se cuiquã periculum:a sola ac ꝓpe uidua:& puellis in orbitatẽ degentibus esse? At enim periculi quidẽ nihil a se timeri: inuisam tantum regiã stirpem esse.Ablegarent ergo ꝓcul ab Syracusis Siciliaq; & asportari Alexandriam iuberent ad uirum uxorẽ:ad patrẽ filias.Auersis auribus animisq; : casse ne tempus tereret : ferrũ quosdã expedientes cernebat.tum omissis pro se precibus:puellis ut saltẽ parcerent:orare instituit:a qua ætate etiã hostes irati abstinerent:ne tyrános ulciscẽdo:quæ odissent scelera ipsi imitarent.Inter hæc abstractã a penetralibus iugulant .In uirgines deinde respersas matris cruore impetum faciũt:quæ alienata mẽte simul luctu:metuq;:uelut captæ furore:occursu se ex sacrario ꝓripuerunt:ut si effugiũ patuisset in publicũ: impleturæ urbem tumultu fuerit.Tum quoq; haud magno ædium spatio inter medios tot armatos aliquotiens integro corpore euaserunt.tenentibusq; cũ tot ac tam ualidæ eluctandæ manu essent:sese eripuerũt: tandem uulneribus confectæ :cum oĩa replessent sanguine: exanimes corruerũt.Cædẽq; de se miserabilẽ: miserabiliorem casus fecit:quod paulopost nuncius uenit:mutatis repente ad misericordiã animis: ne interficerentur.Ira demũ ex misericordia orta:quod adeo festinatũ ad supplicium neq; locus pœnitẽdi: aut regressus ab ira relictus esset.Itaq; fremere multitudo:& in locũ Andronodori ac Themistii:nã ambo prætores fuerunt:Comitia poscere:quæ nequaquã ex sententia prætorum futura essent .Statutus est comitiis dies:quo nec opinantibus omnibus:unus ex ultima turba Epicidẽ nominauit :tum inde alius Hippocratem:crebriores deinde eæ uoces:& cum haud dubio assensu multitudinis esse. Et erat confusa concio nõ populari modo:sed militari quoque turba:magna ex pte etiam ꝓfugis:qui oĩa nouare cupiebant:ꝓmixtis. Prætores dissimulare primo:& trahendam rem esse.Postremo uicti cõsensu:& seditionẽ metuẽtes ꝓnunciant ꝓtores.Nec illi statĩ creati nudare quid uellent:quanquã ægre ferebant & de indutiis diez̃ decẽ legatos isse ad Appium Claudium:& impetratis eis:alios:qui de fœdere antiquo renouando agerent: missos. Ad Murgãtiã tum classem nauiũ centũ romanus habebat:quo euaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracusis:quoue eos ageret noua atq; insolita libertas opperiẽs,Per eosdem dies cũ ad Marcellũ ueniẽtem in Siciliam legati syracusani missi ab Appio essent:auditis cõdicionibus pacis Marcellus : posse rem conuenire ratus: & ipse legatos Syracusas:qui coram cum prætoribus de renouando fœdere agerent :misit.Etiam ibi nequaquam eadem quies:ac tranquilitas erat: posteaquam punicã classem accessisse Pachynum allatum est.Dempto timore Hippocrates & Epicides nunc apud mercænnarios milites : nunc apud transfugas prodi romanis Syracusas criminabantur. At uero Appius naues ad hostium portus:quid aliæ partis hominibus animi accederet:opperiens in stationem habere cœpit.Ingens in speciem criminibus uanis accesserat fides.ac primo etiam tumultuose decurrerat multitudo ad prohibendos : si in terram egrederentur.In hac turbatione rerum i concionem uocari placuit:ubi cum alii alio tenderent:nec procul a seditione res esset:Apollinides principum unus orationem salutarem ut i tali tempore habuit .Nec spem salutis:nec perniciem propiorem unquam ciuitatũ ulli fuisse.Si enim uno animo omnes uel ad romãos:uel ad carthaginenses inclinent:nullius ciuitatis statum fortunatiorem:gratioreue fore.Si alia alio trahat res: non inter pœnos romanosq; bellum atrocius fore :quam inter ipsos syracusanos: cum intra eosdem muros pars una quæque suos exercitus:sua arma:suos habitura sit duces. Itaq; ut idem omnes sentiant :summa ui agendum esse utra societas sit utilior:longe minoris adeo rem momenti consultatione esse .Sed tamen Hieronis potius:quã Hieronymi auctoritatẽ sequendam in sociis legendis:uel quinquaginta annis fœliciter expertam amicitiã:nunc incognitæ:quõdã infideli præferendã.esse etiã momẽti aliquid ad consilium: quod carthaginensibus ita pax negari possit :ut non utique in præsentia bellum cum eis geratur: cum romanis extemplo aut pacem:aut bellum habendum. Quo minus cupiditatis ac studii uisa est oratio habere: plus eo auctoritatis habuit .Adiectum est prætoribus ac delectis senatorum militare etiã consilium:iussi & duces ordinum præfectiq; auxiliorum simul consulere.Cum sæpe acta res esset mediis certaminibus:postremo:quia belli cum romanis gerendi ratio nulla apparebat:pacem fieri placuit: mittique cum eis legatos ad rem confirmandam.Dies haud ita multi interceserunt: cum ex leontinis legati præsidium finibus suis orantes uenerunt.Legatio peropportuna uisa ad multitudinem iconditam:ac tumultu osam exonerandã.Ducesq; eius ablegãdos.Hippocrates prætor ducere eo transfugas iussus . Secuti multi ex mercænnariis auxiliis: qttuormillia armatorz̃ effecerũt.Et mittẽtibus & missis ea læta expeditio fuit: nã & illis:qđ iãdiu cupiebãt:nouãdi res occasio data é:& hi sentinam quandã urbis rati exhaustã lætabant. cæterũ leuauerunt mõ in ꝑsentia uelut corpus ægrũ:quo mox in grauiorẽ morbũ reciderẽt.Hippocrates enĩ finitima ꝓuinciæ romanæ primo furtiuis excursiõibus uastare cœpit.Deinde:cum ad tuẽdos sociorũ agros missum ab Appio præsidiũ esset : omnibus copiis impetum in oppositã stationem cum cæde multorum fecit. Quæ cum essent nunciata Marcello :legatos extemplo Syracusas misit : qui pacis fidem

tuptam esse dicerent: nec belli defuturam unquã causam: nisi Hippocrates: atq; Epicides nõ ab Syracusis modo: sed tota procul Sicilia ablegarent. Epicides ne aut reus criminis absentis fratris præsens esset: aut deesset pro parte sua concitando bello: profectus & ipse in leontinos: quia satis eos aduersus populum romanum cõcitatos cernebat: auertere etiã ab Syracusis cœpit: Nam ita eos pacẽ pepigisse cũ romãis ut quicunq; populi sub regibus fuissent: & suæ dicionis essent. Nec iam libertatis cõtentos esse: nisi etiã regnent: aut dominentur. Renunciandũ igitur eis esse: leontinos quoq; æquũ cẽsere liberos esse: uel quod in solo urbis suæ tyránus ceciderit: uel qđ ibi conclamatũ ad libertatẽ: relictisq; regiis ducibus Syracusas sit concursum. ita aut eximendũ id de fœdere esse: aut legem eã fœderis nõ accipiendã. Facile multitudini persuasum: Legatisq; syracusanoꝝ & de cæde statiõis romanoꝝ quæréribus: & Hippocratẽ: atq; Epicidem abire seu locros: seu quo alio mallẽt: dũmodo Sicilia cederent: iubẽtibus ferociter respõsum est. Neq; mãdasse sese syracusanis ut pacẽ pro se cũ romãis facerent. neq; teneri alienis fœderibus. Hæc ad romanos syracusani detulerũt abnuẽtes leontinos in sua potestate esse. itaq; integro secũ fœdere bellũ romãos cũ iis gesturos: neq; sese defuturos ei bello: ita ut in potestatem redacti suæ rursus dicionis essent: sicut pax conuenisset. Marcellus cũ omni exercitu ꝓfectus in leontinos: Appio quoq; accito: ut altera parte aggrederet: tãto ardore militũ est usus ob iram inter cõdiciones pacis interfectæ stationis: ut primo ipetu urbẽ expugnarẽt: Hippocrates atq; Epicides: posteaquã capi muros refringiq; portas uiderũt: in arcem sese cũ paucis recepere. Inde clam nocte Herbesum pfugiunt. Syracusanis octomilliũ armatoꝝ agmine profectis domo: ad Miliam flumẽ occurrit nũcius captã urbem esse: cætera mixta falsa ueris ferens: cædẽ ꝓmiscuã militum: atq; oppidanoꝝ factã. nec quẽquã puberẽ arbitrari superesse. direptam urbẽ: bona locupletiũ dõata. Ad nunciũ iam atrocẽ constitit agmẽ. concitatisq; oĩbus: duces erant tũc Sosis ac Dinonysius: quid agerẽt cõsultabãt. Erroris specie haud uanã mendacio præbuerãt: uerberati ac securi pcussi trãsfugæ ad duomillia hominũ. Cæterũ leõtinoꝝ militũq; alioꝝ nemo post captã urbem uiolatus fuerat: suaq; oĩa cũ eis: nisi quæ primus tumultus captæ urbis absumpserat: restituebãt. Nec ut leontinos irẽt ꝓditos ad cædẽ cõmilitones quærẽtes perpelli potuere: nec ut eodẽ loco certioꝛẽ nũciũ expectarẽt. Cum ad defectionẽ ĩclinatos aĩos cernerent prætores: sed eũ motũ haud diuturnũ fore: si duces amẽtiæ sublati eẽnt: exercitũ ducũt Megarã. Ipsi cum paucis eqtibus Herbesum ꝓficiscunt: spe territis oĩbus per ꝓditionẽ urbis potiũdæ. Quod ubi frustra eis fuit ĩcœptũ: ui agendũ rati: postero die Megaris castra mouẽtur Herbesũ oĩbus copiis oppugnarẽt. Hippocrates: & Epicides nõ tam tutũ prima specie: quã unũ spe undiq; absciſſa: cõsiliumesse rati: ut se mi[illegible]utibus ꝓmitterent: & assuetis magna ex parte sibi: & tũ fama cædis cõmilitonũ accẽsis obuiã agmini ꝓce[illegible]nt. Prima fronte signa sexcẽtoꝝ cretensiũ erant: quod apud Hyeronymũ meruerãt sub eis: & Annibalis [illegible]ficiũ habebãt: capti ad Thrasymenũ inter romana auxilia: dimissiq;. Quos ubi ex signis armatoꝝ ha[illegible]q; cognouere: Hippocrates atq; Epicides ramos oleæ ac uelaméta alia supplicia porrigẽtes orare: ut re[illegible]nt sese receptosq; tutarent: neu ꝓderent syracusanis: a quibus mox ipsi truncãdi populo romão de[illegible]rent. Eninuero conclamãt: bonũ ut animũ haberent: omnẽ se cũ illis fortunã subituros. Inter hæc colloquia signa constiterant: tenebaturq; agmẽ. Nec dũ: quæ moræ causa foret: peruenerat ad duces. Posteaq; Hippocratem & Epicidẽ adesse puaserat rumor: fremitusq; toto agmine erat: haud dubie approbantium aduentũ eoꝝ: extẽplo prætores citatis equis ad prima signa prexerunt. Qui mos ille: quæ licentia cretensium esset [illegible]gitãtes: colloquia serẽdi cũ hoste iniussuq; prætoꝝ miscendi eos agmini suo: cõpræhendi uiciriq; cathænis iusserunt Hippocratẽ. Ad quã uocem tantus extẽplo primũ a cretẽsibus clamor est ortus: deinde exceptus ab aliis: ut facile: si ultra tenderẽt: appareret eis timendũ esse. Solliciti incertiq; reꝝ suarũ Megarã: unde ꝓfecti erãt: referri signa iubent. nuncioscq; de statu præsenti Syracusas mittunt. Fraudẽ quoque Hippocrates addit: inclinatis ad omnẽ suspitionẽ animis: & cretẽsiũ quibusdã ad itinera insidẽda missis: uelut interceptas litteras: quas ipse composuerat: recitat. Prætores syracusani Marcello suo salutem: ut assolet: scriptum erat. Recte eum atq; ordine feciſſe: quod ĩ leontinis nulli pepercisset. Sed omnium mercænnariorũ militum eandem esse causã. nec Syracusas quieturas: donec quicquam externorum auxilioꝝ aut in urbe: aut in exercitu suo esset. itaque daret operam: ut eos: qui cum suis prætoribus castra ad Megaram haberent: in suam potestatem redigeret: ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas. Hæc cum recitata essent: tanto clamore ad arma discursum est: ut prætores inter tumultum pauidi obequitauerint Syracusas. & ne fuga quidem eorum seditio compressa est impetusque in syracusanos milites fiebant. Nec ab ullo temperatum foret: ni Epicides atq; Hippocrates iræ multitudinis obuiam issent. Non a miseri-
cordia aut humano consilio: sed ne spem reditus præciderent sibi. & cum ipsos simul milites fidos haberent: simul obsides tum cognatos quoque eorum atque amicos tanto merito primum: deinde pignore sibi conciliarent. Expertique: quam uana: aut leui aura mobile uulgus esset: militem nacti ex eo numero: q in leontinis circũsessi eẽnt: subornãt: ut Syracusas pferret nũciũ cõuenientẽ eis: quæ ad Milã falso nũciata erant. Auctoréq; se exibẽdo: & uelut uisa: quæ dubia erãt: narrãdo: cõcitaret iras hoĩum. Huic nõ apud uulgum mõ fides fuit: sed senatũ quoq; in curiã ĩtroductus: mouit: ut uani quidã hoĩes palã ferrẽt pbene detectã ĩ leõtinis eẽ auaritiã & crudelitatẽ romanorum. eadẽ si intrassent Syracusas: aut fœdiora etiam: quo maius ibi auaritiæ præmium esset: facturos fuisse. Itaque claudendas cunctis portas: & custodiendam urbem censere. Sed non ab eisdem omnes timere: nec eosdem omnis odisse. ad militares pœne omnes:

patremque magnam plebis inuisum esse nomen romanũ. Prætores optimatiũq; pauci quanquatu inflati uano nuncio erant:tamen ad propius præsentiusque malum cautiores esse. Et iam ad Hexapylum erant Hippocrates atq; Epicides:serebãturq; colloquia p ꝓpinquos popularium:qui in exercitu erãt: ut portas aperirent: sinerentq; cõmunem patriam defendi ab impetu romanorum.iam unis foribus Hexapyli aper tis cœpti erant recipi:cum prætores interuenerunt.& primo impio miniscq;:deinde auctoritate deterrẽ do :postremo:ut omnia uana erant:obliti maiestatis precibus agebant: ne ꝓderent patriam tyrãnoꝝ ante satellitibus:& tum corruptoribus exercitus.Sed surdæ adeo omniũ aures cõcitatæ multitudinis erant:qđ non minore intus ui:quã foris portæ effringerentur:effractisq; omnibus tuto in Hexapylo agmẽ receptũ est.Prætores in Acradinam cum iuuentute populorum confugiũt.Mercenarii milites ꝓfugæq;:& quicqd regioꝝ militum Syracusis erat:agmẽ hostium augent.Ita Acradina quoque primo impetu capitur:præto resque nisi:qui inter tumultum effugerunt:omnes interficiuntur.Noxq; cædibus finem fecit.Postero die serui ad pilleum uocati:& carcere uincti emissi:cõfusaq; omnis multitudo Hippocratem atque Epicidem creant prætores.Syracusæq;:cum breue tempus libertas affulsisset: in antiquã seruitutem reciderũt. Hæc nunciata cum essent romanis:ex leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas.Et ab Appio legati per portum missi forte in quinqueremi erant:præmissa quadriremis:cum intrasset fauces portus: capitur. le gati ægre effugerunt.Et iam nõ modo pacis:sed ne belli quidem iura relicta erant.Tunc romãus exercitus ad Olympium(louis id tẽplũ est)mille & quĩgẽtis passibus ab urbe castra posuit.Inde quoq; legatos ꝑmitti placuit. Quibus ne intrarent urbem:extra portam Hippocrates:atque Epicides obuiam cum suis ꝓcesse runt. Romanus orator nõ bellũ se syracusanis:sed opem auxiliumq; afferre ait:& iis:qui ex media cæde el psi perfugerint ad se:& eis:qui metu oppressi:fœdiorem non exilio solum:sed etiam morte seruitutem p ciantur.Nec cædem nefandam sociorum inultã romanos passuros. Itaq; si eis:qui ad se perfugerũt:tutu in patriam reditus pateret:ac cædis auctores dedantur:& libertas:legesq; syracusanis restituantur:nihil ar mis opus esse.si ea non fiant:quicũque in mora sit:bello persecuturos. Ad ea Epicides:si qua ad se mãdata haberent: responsum eis ait se daturos fuisse.cum in eorũ:ad quos uenerint:manu res syracusana esset : tũ reuerterentur.Si bello lacessent:ipsa re intellecturos:nequaquã idem esse syracusas ac leontinos oppugna re.Ita legatis relictis:portas clausit.Inde terra marique simul cœptæ oppugnari Syracusæ terra ab Hexapy lo: mari ab Acradina : cuius murus fluctu abluitur. Et quia sicut leontinos terrore ac primo impetu ce pant: non diffidebant uastam disiectamq; spatio urbem parte aliqua se inuasuros:omnem apparatum op pugnandaꝝ urbium muris admouerunt.Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam:nisi unus hõ Sy racusis ea tempestate fuisset Archimedes.Is erat unicus spectator cæli:syderumque mirabilior tamẽ in tor:ac machinator bellicoꝝ tormentoꝝ operũque:qui ea:quæ hostes ingenti mole agerent:ipse pleu mento ludificaretur .Murum p inæquales ductum colles:plæraque alta & difficilia aditu:summissa q dam:& quæ planis uallibus adiri possent :ut cuicunque aptum uisum est loco:ita omni genere to torum instruxit. Acradinæ murum:qui: ut ante dictum est :mari abluitur : ex quĩqueremibus M lus oppugnabat . Ex cæteris nauibus sagittarii funditoresque & uelites etiam: quorum telum inhabil ad remittendum imperitis est:uix quenquam sine uulnere consistere in muro patiebãtur. Hi:quia statim missilibus opus est:ꝓcul muro tenebant.Naues iunctæ:aliæ binæ ad quinqueremes: demptis interioribus remis:ut latus lateri applicaretur:cum exteriore ordine remoꝝ:uelut naues agerẽtur turres tabulatas: machinamẽtaq; alia quatiendis muris portabant. Aduersus hunc naualem apparatum.Archimedes uariæ magnitudinis tormẽta i muris disposuit.in eas:quæ ꝓcul erãt: nauis saxa ingẽti põdere emittebat: ꝓpio res leuioribus eoq; magis crebris petebat telis.Postremo:ut sui uulnere itacti:tela i hostẽ igererent: mu ab imo ad summũ crebris cubitalibus fere cauis apuit:p quæ caua pars sagittis:pars scorpionibus modi cis & occultis petebant hostem. Quæ ꝓpius quidem subibant naues:quo iteriores ictibus tormentorum essent:in eas tollendas & super murum eminentem ferrea manus firmæ cathænæ illigata : cũ iniecta pro tæ esset:grauiq; libramẽto plumbi recelleret ad solũ:suspensa ꝓra nauim in pupim statuebat .Deinde su bito uelut ex muro remissa:cadentem nauim:cui ingenti trepidatõe nautaꝝ:ita undæ affligebant:ut etiã: si recta recideret:aliquantum aquæ acciperet.Ita maritima oppugnatio est eluſa .omniscq; uis est auersa: ut totis uiribus terra aggrederentur.Sed ea quoq; pars eodẽ omni apparatu tormentoꝝ instructa erat Hiero nis impensis curaq;:p multos annos archimedis unica arte.Natura etiam adiuuabat loci:quod saxum: cui imposita muri fundamẽta sunt:magna parte ita ꝓcliue est:ut non solũ missa tormenta:sed etiã:quæ pon dere suo ꝓuoluta essẽt:grauiter in hostem inciderent.Eadẽ causa ad subeundum arduũ aditum:instabilẽ que ingressum præbebat.Ita cõsilio habito:cũ omnis conatus ludibrio esset:absistere oppugnatione: atq; obsidẽdo tantũ arcere terra mariq; cõmeatibus hostem placuit.Interi Marcellus cũ tertia fere parte exer citus ad recipiendas urbes profectus:quæ in motu reꝝ ad carthaginenses defecerant: Peloꝝ atq; Herbe sum:dedentibus ipsis:recepit.Megaram ui captã diruit atq; diripuit ad reliquoꝝ:ac maxime syracusanoꝝ timorem.Per idem fere tẽpus & Himilco:qui ad Pachyni promõtoriũ diu classem tenuerat:ad Heraclea: quã uocant Minoam: quinq; & uigintimillia peditũ tria equitum.xii.elephantos exposuit. Nequaquã cũ tantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem.Sed posteaquã ab Hippocrate occupatæ Syracusæ erãt: profectus carthaginem:aditusq; ibi:& ab legatis Hippocratis;litterisq; Annibalis:qui uenisse tẽpus aiebat

Siciliæ per ſummũ decus repetendæ: & ipſe haud uanus p̃ſens monitor facile ꝓpulerat:ut quãtæ maxime poſſent:peditũ equitũq; copiæ in Siciliã traiicerent. Aduenientes Heracleã intra paucos dies:inde Agrigentum recipit:aliarũq; ciuitatũ:quæ partis carthaginẽſium erãt:adeo accenſæ ſunt ſpes ad pellendos Sicilia romanos:ut poſtremo etiam:qui obſidebant Syracuſis:aſos ſuſtulerint:& parte copiaꝝ ſatis defendi urbẽ poſſe rati:ita iter ſe munera belli partiti ſũt:ut Epicides præeſſet cuſtodiæ urbis. Hippocrates Himilconi cõiunctus bellum aduerſus cõſulem romanũ gereret:cum decemmillibus peditũ quĩgẽtis equitibus nocte per intermiſſa cuſtodiis loca ꝓfectus caſtra circa Accillas urbẽ ponebat. Munientibus ſupuenit Marcellus ab Agrigẽto iã occupato:cũ fruſtra eo præuenire hoſtẽ feſtinans tetendiſſet. Rediens nihil minus ratus: quã illo tpe ſyracuſanũ ſibi exercitum obuiã fore. Sed tamen metu Himilconis pœnorũq;:ut quibus nequaquã eis copiis:quas habebat:par eſſet:quã poterat maxime ĩtentus atq; agmine ad oẽs caſus cõpoſito:ibat. Forte cura:quæ erat aduerſus pœnos præparata:aduerſus ſiculos uſui:fuit. Caſtris ponẽdis incõpoſitos: ac diſperſos nactus eos:& plæroſq; inermes:quod peditum fuit:circũuenit. Eques leui certamine inito cũ Hippocrate Acras perfugit. Ea pugna defugiẽtes ab romanis cũ cohibuiſſet ſiculos:Marcellus Syracuſas rediit. & poſt paucos dies Himilco:adiuncto Hippocrate ad flumen Anatim: octo ferme inde millia caſtra poſuit. Sub idem fere tempus & naues longæ quinq; & quinquaginta carthaginenſium cum Bomilcare claſſis p̃fecto ĩ magnũ portũ Syracuſas ex alto decurrere. Et romana itẽ claſſis. xxx. qnqueremes legionẽ primã Panormi expoſuere. Verſumq; ab Italia bellum adeo uterq; populus ĩ Siciliã intentus fuiſſe uideri poterat. Legionẽ romanã:quæ expoſita Panormi erat:ueniẽtẽ Syracuſas p̃dæ haud dubiæ ſibi futurã Himilco ratus uia decipiẽ:Mediterraneo náq; pœnus itinere duxit. Legio maritimis locis: claſſe ꝓſequente: ad Appiũ Claudiũ Pachynũ cũ ꝓte copiaꝝ obuiã ꝓgreſſum:puenit. Nec diutius pœni Syracuſis morati ſũt. Et Bomilcar ſimul paꝝ fidẽs nauibus ſuis:duplici facile numero claſſe:aduentantibus romanis:ſimul inutilem morã cernens:nihil aliud ab ſuis:quã inopia aggrauari ſocios:uelis in altum datis: in Africã tranſmiſit. Et Himilco ſecutus nequicq̃ Marcellum Syracuſas:ſiqua prius:quã maioribus copiis iungeret:occaſio pugnandi eſſet. poſteaquã ea nulla contigerat:tutũq; ad Syracuſas & munimento:& uiribus hoſtem cernebat:ne fruſtra aſſidendo:expectandoq; obſidionẽ ſocioꝝ tempus tereret:caſtra inde mouit:ut quocũq; uocaſſet defectionis ab romanis ſpes:admoueret exercitũ:ac præſens ſuas res fouentibus adderet aſos. Murgãtiam primũ: ꝓdito ab ipſis præſidio romano:recepit:ubi fruméti magna uis cõmeatuſq; oĩs generis cõuecti erãt a romanis. Ad hãc defectionẽ erecti ſunt & aliaꝝ ciuitatũ animi. præſi[illegible]aq; romana aut pellebant arcibus:aut ꝓdita per fraudẽ opprimebant. Aetna ĩ excelſo loco & prærupto [illegible]diq; ſita:tum loco ĩexpugnabilis erat:tum præſidiũ ĩ arce ualidũ:præfectũq; præſidii haud ſane oppor[illegible]um inſidiantibus habebat. L. Pinarius erat uir acer:& qui plus in eo:ne poſſet decipi: quam in fide ſi[illegible]aꝝ reponeret:& tum intenderant eum ad cauendũ omni cura auditæ tot ꝓditiones defectioneſq; ur[illegible]u:& clades p̃ſidioꝝ. Itaq; nocte dieq; iuxta parata:inſtructaq; oĩa cuſtodiis ac uigiliis erãt:nec ab armis: aut loco ſuo miles abſcedebat. Quod ubi ætnenſium principes iã pacti cũ Himilcone de ꝓditione præſidii animaduerterũt nulli occaſioni fraudis romanũ patere:aperte ac ꝓpalam placuerat agendũ:urbẽ arcemq; ſuæ pote[illegible]; aiũt debere eſſe:ſi liberi in ſocietatẽ:nõ ſerui in cuſtodiã traditi eſſent romanis. Itaq; claues portaꝝ [illegible]di ſibi æquũ cenſent:bonis ſociis fidẽ ſuã maximũ uinculũ eſſe:& ita ſibi populũ romanũ ſenatũq; gratias habituꝝ:ſi uolentes:ac non coacti mãſiſſent in amicitia. Ad ea romanus ſe ĩ præſidio impoſitum eſſe dicere ab imperatore ſuo clauesq; portaꝝ:& cuſtodiã arcis ab eo accepiſſe:quæ nec ſuo:nec ætnẽſiũ arbitrio haberet:ſed eius: qui cõmiſiſſet. Præſidio decedere apud romanos capitale eſſe. & nec liberorum etiam ſuoꝝ cauſa parentes ſanxiſſe. cõſulem Marcellum haud ꝓcul eſſe. Ad eum mitterent legatos: cuius iuris atq; arbitrii eẽt. Se uero negare illi miſſuros. teſtari:ſi uerbis nihil ageret:uĩdictã aliquã libertatis ſuæ quæſituros. Tum Pinarius ait illis:ſi ad conſulem grauarent mittere:ſibi ſaltem darent populi conſilium:ut ſciretur:utrũ paucoꝝ ea denunciata:an uniuerſæ ciuitatis eſſent. Conſenſu ĩ poſterũ diem concio edicit. poſteaq̃ ab eo colloquio in arcẽ ſeſe recepit:conuocatis millitibus: Credo ego uos audiſſe milites:inquit:quẽadmodũ præſidia romana ab ſiculis circunuenta:& oppreſſa ſint p̃ hos dies:eã uos fraudẽ deũ primo benignitate:deinde ueſtra ipſi uirtute:dies noctesq; perſtando:ac ꝓuigilando in armis uitaſtis. utinam reliquũ tempus nec patiendo infanda:nec faciendo traduci poſſit. hæc occulta fraude cautio eſt: qua quia adhuc minus cuiquam ſucceſſit:aperte ac ꝓpalam claues portaꝝ repoſcunt. Quas ſimul ut tradiderimus:carthaginenſium extemplo Aetna erit:fœdiuſq; hic trucidabimur:quã Murgãtiæ p̃ſidiũ interfectũ ẽ. Noctẽ unã ægre ad cõſultãdũ ſumpſi: qua uos certiores ꝓiculi iſtãtis faceré. orta luce cõcionẽ habituri ſũt ad criminãdũ me cõcitandũq; ĩ uos populũ. Itaq; craſtino die aut ueſtro:aut ætnenſiũ ſanguine Aetna inundabit. nec præoccupati peculii:nec occupãtes ꝓiculi quicquã habebitis. qui prior ſtrinxerit ferrũ:eius uictoria erit. Intenti ergo oẽs armati ſignũ expectabitis. ego ĩ cõcione ero:& tẽpus:quoad oĩa iſtructa ſũt:loquẽdo altercãdoq; trahã. Cũ toga ſignũ dedero:tũ undiq;:clamore ſublato:turbã ĩuadite:ac ſternite oĩa ferro:& cauete:nequicquam iis ſupſit:a quibus aut uis:aut fraus timeri poſſit. Vos Ceres mater: ac Proſerpina præcor: cæteri ĩferni ſuperniq; dii:qui hãc urbẽ:hos ſacratos lacus:locoſq; colitis:ut ita nobis uolẽtes ꝓpicii adſitis:ſi uitãdæ:nõ ferẽdæ fraudis cauſa hoc cõſilii capimus. Pluribus uos milites hortarer:ſi cũ armatis dimicatio futura eſſet. inermes incautos ad ſacietatẽ trucidabitis. Et conſulis caſtra in

propſquo ſunt:neqd ab Himilcone & carthaginẽſibus timeri poſſit.Ab hac adhortatione dimiſſi corpo-
ra curãt.Poſtero die alii aliis locis ad obſidenda itinera:claudẽdoſq; oppidanis exitus pars maxima ſuper
theatrũ:circaq; aſſueti & ante ſpectaculũ cõcionẽ cõſiſtũt.Productus ad populũ a magiſtratibus p̃fectus
romanus:cũ cõſulis de ea re ius:ac poteſtaté eſſe:nõ ſuá:& plæraq; eadem:quæ pridie prius dixiſſet:primo
ſenſim:ac plures reddere claues:deíde iã una uoce oẽs id iuberẽt:cunctãtiq; ac differẽti ferociter minarẽ-
tur:nec uiderẽtur ultra uim dilaturi:tum præfectus ſignũ toga : ut cõuenerat:dedit.militeſq; ĩtenti dudũ
ac parati:alii ſupne in aduerſam cõcionem:clamore ſublato:decurrũt:alii ad exitus theatri conferti obſi-
ſtũt.Cæduntq; ætnenſes cauea ícluſi.coaceruanturq; nõ cæde ſolum:ſed etiam fuga:cũ alii ſuper alioꝝ ca-
pita ruerent:atq; integri ſauciis uiui mortuis ícidentes cumularẽtur.Inde paſſim diſcurrit:& urbis captæ
modo:fugaq; & cædes oía tenet:nihilo remiſſiore militũ ira:quod iure turbã inermem cædebãt: quam ſi
periculũ par:& ardor certaminis eos irritaret.Ita Aetna aut malo:aut neceſſario facinore retẽta.Marcellus
nec factũ improbauit:& prædã ætnenſium militibus cõceſſit,ratus timore deterritos tempaturos ꝑditi-
onibus præſidioꝝ ſiculos.Atq; ea clades:ut urbis ĩ media Sicilia ſitæ claræq; uel ob inſigné munimento
naturali locũ:uel ob ſacrata omnia ueſtigiis raptæ quondá Proſerpinæ ꝑpe uno die oẽm Siciliam ꝑuaſit.
Et quia cæde infanda rebant:non hoíum tantũ:ſed etiã deoꝝ ſedem uiolatá eſſe:tum uero qui etiã ante
dubii fuerãt:defecere ad pœnos.Hippocrates inde Murgantiã:Himilco Agrigẽtum ſeſe recepit. cũ acciti
a ꝑditoribus nequicquã ad Aetnã exercitũ admouiſſent.Marcellus retro ĩ leontinos redit . frumẽtoq; &
cõmeatibus aliis ĩ caſtra cõuectis:præſidio ibi modico relicto:ad Syracuſas obſidendas uenit.Inde Appio
Claudio Romã ad conſulatũ petendũ miſſo.T.Quintiũ Criſpinũ i eius locũ claſſi caſtriſq; præfecit uete
ribus.Ipſe hybernacula quíq; millia paſſuũ Hexapylo(Leontiná uocãt)locũ cõmuniuit ædificauitq;. Hæc
in Sicilia uſq; ad prícipium hyemis geſta.Eadem æſtate & cum Philippo rege:quod iam ante ſuſceptũ fue
rat:motũ bellũ é.Legati ab Orico ad.M.Valeriũ prætoré uenerũt præſidenté claſſi:Brũduſio ;Calabriæ-
que circa littoribus:nũciantes Philippũ primũ Apolloniã tẽtaſſe leuibus biremibus.c.xx.flumine aduer-
ſo ſubuectũ.deinde:ut ea res tardiore ſpe fuerit:ad Oricũ nocte exercitũ admouiſſe: eamq; urbem ſitã in
plano neq; mœnibus:neq; uiris:neq; armis ualidam primo impetu oppreſſam eſſe.Hæc nunciantes ora-
bant : ut opem ferret,hoſtemq; haud dubium romanis terra:aut maritimis uiribus arceret : qui ob nul-
lam aliam cãm:niſi quod immineret Italiæ:peterẽtur.M.Valerius p̃ſidio loci eius relicto.T.Valerio lega-
to:cũ claſſe inſtructa parataq;:& quod lõgæ naues militũ capere nõ poterãt:in onerarias impoſitis altera
die Oricũ puenit.Vrbẽq; eã leui tenente præſidio:quod recedẽs inde reliquerat Philippus ; haud magn
certamíe recepit.Legati eo ab Apollonia uenerũt nũciãtes ĩ obſidione ſeſe:quod deficere ab romanis no
lent:eſſe.neq; ſuſtinere ultra uim macedonum poſſe:niſi præſidium mittat romanũ facturos ſe:quæ u
lent pollicitos.Cõſul delectoꝝ militũ trecentos nauibus longis mittit ad oſtium fluminis cum præf
ſocium Nemo Criſpo:uiro impigro:& perito militiæ.Is expoſitis militibus in terram:nauibuſq; Oricu
retro:unde uenerat:ad cæterã claſſem remiſſis:milites ꝑcul a flumine ꝑ uiam minime ab regiis obſeſſam
duxit.& nocte:ita ut nemo hoſtiũ ſentiret:urbẽ eſt ingreſſus.Die íſequẽti quieuere:dũ præfe
tẽ apollinatum:armaq;:& urbis uires inſpiceret.Vbi ea uiſa:inſpectaq; ſatis aioꝝ fecere:ſimu
ratoribus cõperit:quãta ſecordia ac negligẽtia apud hoſtes eſſet:ſilentio noctis ab urbe ſine ul
egreſſus caſtra hoſtiũ adeo neglecta:atq; aperta ĩtrauit:ut ſatis cõſtaret prius plus mille hominũ uallũ in-
traſſe:quã quiſquã ſentiret:ac ſi cæde abſtinuiſſent:puenire ad tabernaculũ regiũ potuiſſe.Cædes ꝓximo-
rũ portæ excitauit hoſtes.Inde tantus terror pauorq; omnes occupauit:ut nõ modo alius quiſq
caperet:aut caſtris pellere hoſtẽ conaret:ſed etiã ipſe rex:ſicut ſomno excitus erat:ꝑpe ſeminudus fugiẽs:
militi quoq;:nedũ regi uix decoro habitu ad flumẽ naueſq; ꝑfugerit.Eodem & alia turba effuſa eſt:Paulo
minus triamillia militũ ĩ caſtris aut capta:aut occiſa.Plus tamẽ hoſtium aliquãto captum:quã cæſum eſt.
Caſtris direptis:apolloniatæ catapultas:baliſtas:tormẽtaq; alia:quæ oppugnãdæ urbi cõparata erãt ad tu-
enda mœnia:ſi quãdo ſimilis fortuna ueniſſet:Apolloniã deuexere.Cætera oís prædа caſtroꝝ romanis cõ
ceſſa eſt.Hæc cũ Oricũ eſſent nũciata.M.Valerius claſſẽ extemplo ad hoſtiũ fluminis duxit : ne nauibus
capeſſere fugam rex poſſet.Ita Philippus neq; terreſtri:neq; nauali certamíe ſatis fore parem ſe fidẽs: ſub-
ductis aut ícenſis nauibus:terra Macedoniã petiit magna ex ꝑte inermi exercitu ſpoliatoq;.Romana claſ-
ſis cũ.M.Valerio Orici hybernauit.Eodem anno in Hiſpania uariæ res geſtæ:Ná priuſquã romani amnẽ
Iberum tranſirent:ingẽtes copias hiſpanoꝝ Mago & Aſdrubal fuderũt.Defeciſſetq; ab romanis ulterior
Hiſpania:ni.P.Cornelius raptim:traducto exercitu Ibeꝝ:dubiis ſocioꝝ animis ĩ ꝑpe adueniſſet.primo ad
Caſtrũ altũ(locus é íſignis cæde magni Amilcaris)caſtra rõani habuere.Arx erat munita:& cõuexerá cen
frumẽtũ. Tamẽ qa circa oía hoſtiũ plena erãt:agmẽq; romanũ ĩpune ĩcurſatũ ab eq̃tibus hoſtiũ fue ge
ad uigĩtimillia aut moratoꝝ:aut palãtiũ ꝑ agros ĩterfecta ceſſere inde romani ꝑpius pacata loca:& ad
tem Victoriæ caſtra cõmuniuere.Eo.G.Scipio cũ oíbus copiis:& Aſdrubal Giſgonis filius tertius carth
ginenſiũ dux cũ exercitu iuſto aduenit:cõtraq; caſtra romana trans fluuium oẽs cõſedere.P.Scipio cũ ex-
peditis clam ꝑfectus ad loca circa uiſenda haud fefellit hoſtes:oppreſſiſſentq; eũ in patentibus campis:ni
tumulũ in ꝑpinquo cepiſſet.Ibi quoq; circũſeſſus aduẽtu fratris obſidione eximit. Caſtulo urbs Hiſpa-
niæ ualida ac nobilis:& adeo cõiuncta ſocietate pœnis:ut uxor inde Annibali eſſet:a romanis defecit.Car

thaginenſes Illiturgum oppugnare adorti:quia præſidiū ibi romanū erat:uidebanturq; inopia eum locū maxime expugnaturi.G.Cornelius Scipio:ut ſociis præſidioq; ferret opē:cum legione expedita ꝓfectus ī ter bina caſtra cū magna cæde hoſtium urbem eſt ingreſſus.Et poſtero die eruptione æque fœlici pugnauit:ſupra duodecimillia hoīum cæſa duobus p̄liis.plus decémillia capta cū ſex & .xxx. militaribus ſignis: itaq; ab Illiturgi receſſum eſt obſidione.Bigerra inde urbs:ſocia & hæc romanoꝝ erat:a carthaginēſibus oppugnari cœpta erat:eā obſidioné ſine certamine aduenientes.Gn.Scipio ſoluit.Ad Mundam exinde caſtra punica mota:& romani cōſeſtim eo cōſecuti ſunt.Ibi ſignis collatis pugnatū eſt ꝑ quattuor ferme horas:egregiæq; uincentibus romanis ſignū receptui ē datū:quod Cornelii Scipionis femur tragula confixū erat:pauorq; circa eum ceperat milites:ne mortifeꝝ eſſet uulnus.Cæteꝝ haud dubiū fuit:quin:niſi ea mora interueniſſet:caſtra eo die punicā capi potuerint.iā enī nō milites ſolum:ſed elephāti etiā uſq; ad uallū acti erant:ſupq; ipſo nouē & triginta Elephāti pilis confixi.Hoc prælio ad duodecimmillia hoīum dicuntur cæſa.ꝑpe triamillia capta cum ſignis militaribus ſeptē &.l.ad Aurīgen inde urbē pœni receſſere.& ut territis iſtaret:ſecutus romanus.Ibi iteꝝ Scipio lecticula in aciē illatus cōflixit.Nec dubia uictoria fuit:minus tamen dimidio hoſtiū:quā antea:quia pauciores ſupfuerāt:qui pugnarēt:occiſū. Sed gēs nata inſtaurandis:reparādiſq; bellis:Magone ad conquiſitionē militū fratre miſſo breui repleuit exercitū.Animoſq; ad tentandū deintegro certamē fecit.Alii plæriq; milites:ſicut ꝑ parte totiēs intra paucos dies uicta: eiſdē animis:q̄bus priꝰ:eodēq; euētu pugnauere:plus octomillia hoīum cæſa.haud multo minus quā mille capta.& ſigna militaria.lviii.& ſpolia plurima gallica fuere.Annuli aurei:torques:armillæq; magnus numerus.duo etiā inſignes reguli galloꝝ(Mœnicapto & Ciuiſmaro noīa erāt)eo prælio ceciderūt.octo elephāti capti:tres occiſi.Cū iam res ꝑſperæ in Hiſpania eſſent:uerecūdia romanos tandem cepit:Saguntum oppidū:quod cauſa belli eſſet:octauū iā annū ſub hoſtium poteſtate eſſe. itaq; id oppidū ui pulſo p̄ræſidio punico recepunt:& cultoribus antiquis:quos uis reliquerat belli:reſtituerūt.& rurdetanos:qui cōtraxerāt eis cū carthaginēſibus bellū:ī poteſtatē redactos ſub corona uēdiderūt:urbēq; eoꝝ deleuere.Hæc in Hiſpania.Qu.Fabio.M.Claudio cōſulibus geſta.Romæ cū tribuni plebis noui magiſtratū iniſſent:extemplo cēſoribus.P.Furio &.M.Attilio a.M.Metello tribuno plebis dies dicta ad populū eſt. Quæſtorē eum proximo anno:adempto equo:tribu mouerāt:atq; ærarium fecerāt ꝑpter cōiurationem deſerēdæ Italiæ ad Cannas factam.ſed nouoꝝ tribunoꝝ auxilio uetiti ne cauſam in magiſtratu dicerent:dimiſſiq; fuerāt. ne luſtrū pficerēt:mors ꝓhibuit.P.Furii.M.Attilius magiſtratu ſeſe abdicauit.Conſularia comitia habita Fabio Maximo cōſule:creati cōſules ambo abſentes.Qu.Fabius Maximus cōſulis filius &.T.Sempronius Gracchus iteꝝ.Prætores fiūt.M.Attilius:& qui tū ædiles Curules erāt.P.Sēpronius Tuditanus: &.G. uluius Cētumalus:&.M.Aemylius Lepidus.Ludos ſcænicos ꝑ quatriduū eo āno primū factos ab curulibus ædilibus memoriæ prodit.Aedilis Tuditanus hic erat:qui ad Cānas pauore aliis in tanta clade toribus ꝑ medios hoſtes erupit.Comitiis pfectis ab augure.Qu.Fabio cōſule deſignati cōſules Romā accerſiti magiſtratū inierūt.Senatūq; de bello atq; ꝓuinciis ſuis prætorūq; & de exercitibus:quibus quique ꝓæeſſent:cōſuluerūt.Itaq; ꝓuinciæ atq; exercitus diuiſi.Bellum undecūq; cū Annibale conſulibus mandatum exercitus unus:quē ipſe Sempronius habuerat.alter:quē Fabius cōſul eæ binæ erāt legiones.M. Aemy prætor:cuius pegrina ſors erat:iuriſdicionem Attilio collegæ prætori urbano mādarat:ut Lucēria ꝓuinciā haberet:legioneſq; duas:quibus.Qu.Fabius:qui tum conſul erat:prætor præfuerat. prætori Sempronio ꝓuīcia Ariminū.G.Fuluio Sueſſula cū binis iiſdē legionibus euenerūt: ut Fuluius urbanas legiones duceret.Tuditanus a.M.Pomponio acciperet.Prorogata imperia:prouinciæq;.M.Claudio Siciliæ:finitimis eis:quibus regnū Hieronis fuiſſet.Lentulo ꝓprætori ꝓuincia uetus.Octacilio claſſis. Exercitus nulli additi noui.M.Valerio Græcia Macædoniaq; cū legione & claſſe:quā haberet.M.Minutio cum ueteri exercitu:duæ aūt legiones erāt:Sardinia.G.Terentio legio una:cui iādiu præerat Picenū.Scribi præterea duæ legiones urbanæ iuſſæ & uigītimillia ſocioꝝ.His ducibus:his copiis aduerſus multa ſimul aut mota:aut ſuſpecta bella munierūt romanū imperiū.Cōſules duabus urbanis legiōibus ſcriptis:ſupplemētoq; in alias lecto:priuſquā ab urbe mouerēt:ꝑdigia ꝓcurarūt:quæ nūciata erāt.Murus & portæ tactæ:& Ariciæ etiam Iouis ædes de cælo tacta fuerat:& alia ludibria oculoꝝ auriumq; credita ꝑ ueris. Nauium longarū ſpecies in flumine Tarracinæ:quæ nullæ erāt:uiſæ.Et in Iouis Vicilini tēplo: quod in compſano agro ē: arma cōcrepuiſſe.Et flumē Amiterni cruentum fluxiſſe.His ꝓcuratis ex decreto pontificū profecti cōſules.Sempronius ī Iucanos.In Appuliā Fabius.Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra uenit. cum obuiā filius ꝓgrederet:lictoreſq; uerecūdia maieſtatis eius anteirēt taciti:præter undecim faſces equo pro ſus ſenex:ut cōſul aīaduerteret:ꝓximū lictorē miſit. Et:ut is deſcēderet ex equo:cōclamauit.Cū demū liens:Experiri:inquit:uolui fili Satin ſcires cōſulem te eſſe.In ea caſtra Claſſius Altinius arpinas clam cte cū tribus ſeruis uenit ꝓmittēs:ſi ſibi præmio foret:Arpos ꝓditurꝰ eſſe.Cū eam tunc rem ad conſilium retuliſſet Fabius Altinius ꝑ tranſfuga uerberādus:necāduſq; uideri:ancipitis animi:cōmunis hoſtis: qui poſt cannēſem cladem:tāquā cum fortuna fidem ſtare opporteret:ad Annibalē diſceſſiſſet: traxiſſet: que ad defectionē Arpos.tum poſteaq; res romana cōtra ſpem uotaq; eius uelut reſurgeret:turpius uideat nouā referre ꝓditionē:ut ꝓditis ꝑ ſepēuirali iudicio eſſet:ſempq; aliunde ſentiret. infidus ſocius:uanus hoſtis:ad faleriosꝝ:Pyrrhiue ꝓditorē tertiū tranſfugis documētum eſſet. Cōtra ea conſulis pater Fabius:

ægre ferebatis.Scio audax uideri consilium:sed in rebus asperis:& tenuibus perfortissima quæq; consilia tutissima sunt.quia si ī occasionis mométo:cuius præteruolat opportunitas:cūctatus paulū fueris:nequic quā mox omissā queraris.Vnus exercitus in ꝓpinquo é.duo haud ꝓcul absunt. nūc aggredientibus par aliqua opportunitas est.& iam tentatis uestras:atq; illoꝝ uires.Si diem ꝓferimus:& hesternæ eruptionis fama contenti desierimus:periculū est ne oēs duces omnesq; copiæ conueniāt.Tres deinde duces:tres exercitus sustinebimus hostium:quos.Gn.Scipio incolumi exercitu nō sustinuit:ut diuidendo copias perie re duces nostri:ita separati:ac diuisi opprimi possunt hostes.Alia belli gerēdi uia nulla est:ꝓinde nihil præ ter noctis ꝓxime opportunitatem expectemus.Ite diis bene iuuantibus:corpora curate:ut integri uigentesq; eodē animo ī castra hostiū irrumpatis:quo uestra tutati estis.Læti & audire ab nouo duce nouū cōsiliū:& quo audacius erat:magis placebat.Reliquū diei expediendis armis:& curatiōe corpoꝝ cōsumptū: & maior pars noctis quieti data est q̄rta uigilia mouere. Erāt ultra ꝓxima castra sex milliū iteruallo distantes aliæ copiæ pœnorū . uallis caua itererat cōdensa arboribus.In huius siluæ medio ferme stadio cohors romana arte punica abditur & equites.Ita medio itinere intercepto:cæteræ copiæ silenti agmine ad ꝓximos hostes ductæ.Et cū statio nulla ꝓportis:neq; in uallo custodiæ essent:uelut in sua castra nullo usq̄ obsistente penetrauere. Inde signa canunt:& tollitur clamor.pars semisopitos hostes cædunt:pars ignis escas strameto arido tectis iniiciūt : pars portas occupāt:ut fuga itercludat.hostis simul ignis:clamor:cædes:uelut alienatos sensibus nec audire:nec ꝓuidere quicquā sinūt.Incidūt inermes inter cateruas armatoꝝ.Alii ruunt ad portas.Alii obseptis itineribus sup uallū saliunt.Et ut quisq; euaserat:ꝓtinus ad castra altera fugiūt.ubi a cohorte & equitibus ex occulto ꝓruētibus circūuenti:cæsiq; ad unū oēs sunt:quanuis etiā siquis ex ea cæde effugisset:adeo raptim captis ꝓpioribus castris in altera transcursum castra a romanis é:ut puenire nuncius cladis nō posset.Ibi uero:quo longius ab hoste aberāt : & quia sub luce publica pabulatū:lignatū:& prædatū:quidā dilapsi fuerāt:neglecta magis omnia:ac soluta inuenere . Arma tantū posita in stationibus.milites inermes:aut humi sedētes:accubātesq;:aut obambulātes ante uallū portasq;. Cū his tam securis solutisq; romani calentes adhuc ab recenti pugna uictoriaq; feroces prælium ineunt. Itaq; nequaquā ī portis potuit resisti.Inter portas cōcursu ex castris ad primū clamorē ; & tumultu facto: atrox præliū oritur.Diuq; tenuissent:ni cruēta scuta romanoꝝ uisa:indiciū alterius cladis pœnis:atq; ir de pauorē iniecissent.Hic terror in fugā uertit oēs.effusiq;:qua iter est:nisi quos cædes oppressit: exuun castris:atq; ita nocte ac die bina castra hostiū oppugnata ductu.L.Martii ad triginta septemmillia ho cæsa:auctor é Claudius:qui ānales acilianos ex græco in latinum sermonē uertit.Captos ad mille o gentos trigīta:prædā ingentē ꝓtam:nec abfuisse clypeū argenteum pondo centū triginta octo cum gine Barchini Asdrubalis.Valerius Antias una castra Magonis capta tradit.Septēmillia cæsa hostiū.a prælio eruptione pugnatū cū Asdrubale. Decémillia occisa.quattuormillia trecētos triginta captos. quinquemillia hoīum:cū Mago cedētes nostros effuse sequeret:cæsa ex insidiis scribit.Apud oēs magn nomē Martii ducis é:& ueræ gloriæ eius etiā miracula addūt:flamā ei cōcionanti fusam e e sine eius sensu cū magno pauore circūstantiū militū.Monumētūq; uictoriæ eius de pœnis usq; ad m Capi tolium fuisse:in templo clypeum Martiū appellatū cū imagine Asdrubalis.Quietæ dei res in Hispania fuere.utriq; post tantas acceptas inuicē illataq; clades cunctantibus piculu facere.Dū hæc ī Hispania gerunt:Marcellus captis Syracusis:cū cætera ī Sicilia tanta fide cōposuisset:ut nō mō ibi suā gloriā:sed etiā maiestatē populi romani augeret:ornaméta sig laſq;:quibus abundabāt Syracusæ:Romā deuexit.Hostiū quidē illa spolia & parta belli iure primū initium mirādi græcaꝝ artiū opera:licentiæq; hinc sacra ꝓfanaq; omnia uulgo spoliā quæ postremo in romanos deos templū idipsum:primū quod a Marcello eximie ornatum es sebantur enī ab externis ad portā Capenā dedicata a Marcello templa propter excellentia eiu naméta:quoꝝ perexigua pars cōparet.Legatiōes ferme omniū ciuitatū Siciliæ ad eum con par:ut causa eaꝝ:ita cōcio erat.Qui ante captas Syracusas aut nō desciuerāt:aut redierāt ī an cii fideles accepti cultiq;.Quos metus post captas Syracusas dediderat:ut uicti a uictore leges Erant tamē haud paruæ reliquiæ belli circa Agrigentum romanis.Epicides & Hanno duces r oris belli:& tertius nouus ab Annibale ī locū Hipocratis missus:Libypœnicus generis Hippoc tinam populares uocabant:uir impiger:& sub Annibale magistro omnium belli artem edoctus. H Epicide & Hannone Numidæ dati auxiliares:cum quibus ita ꝓuagatus est hostium agros:ita socios a tinēdū in fide animos eoꝝ:ferendūq; in tempore cuiq; auxiliū adiit:ut breui tempore totā Siciliā im ret nominis sui.nec spes maior alia apud fauentes rebus carthaginensium esset.Itaq; inclusi ad tēpus r nibus Agrigenti dux pœnus:syracusanusq; nō tam cōsilio Mutinis:quam fiducia magis ausi egredi extr muros ad Himeram amnem posuerunt castra.quod ubi ad Marcellum ꝓlatum est:extemplo copias mo uit:& ab hoste quattuor ferme millium interuallo consedit.Quid agerent pararentue expectaturus. Se nullum neq; locum:neq; tempus cunctationi consilioue dedit Mutines transgressus amnem: ac station bus hostium cum ingenti terrore atq; tumultu inuectus.Postero die prope iusto prælio compulit host intra munimenta.inde reuocatus:seditione numidarum in castris facta:cum trecenti ferme eorum Her cleam Minoiam concessissent:ad mitigandos reuocandosque eos profectus:magnopere monuisse duce

dicitur:ne abſente ſe cū hoſte manus cōſererēt.Id ambo ægre paſſi duces:magis Hāno: iam anxius gloriæ eius:Mutiné modū ſibi facere:degenerem afrū imperatori carthaginéſi:miſſo ab ſenatu populoq;. Is perpulit cunctanté Epicidé:ut tranſgreſſi flumen in aciē exirent:Nam ſi Mutinē opperirentur:& ſecūdæ pugnæ fortuna eueniſſet : haud dubie Mutinis gloriā fore.Eninuero īdignum ratus Marcellus ſe qui Anni balē ſubnixum uictoria cannenſi ab nola reppuliſſet:his terra mariq; uictis a ſe hoſtibus cedere:arma propere capere milites:& efferri ſigna iubet. Inſtruentem exercitum:decē effuſis equis aduolant ex hoſtium agmine Numidæ:nūciantes populares ſuos primū ea ſeditione motos:qua trecenti ex numero ſuo cōceſſerīt Heracleam.Deinde quod Præfectū ſuū obtrectātibus ducibus gloriæ eius ſub ipſam certaminis diē ablegatū uideant quieturos ī pugna.Gens fallax ꝓmiſſi fidē præſtitit.Itaq; & romanis creuit animus:nūcio celeri ꝓ ordiné miſſo:deſtitutū ab equite hoſtē eſſe:quem maxime timuerāt:& territi hoſtes : præter quā qđ:quia maxima ꝑte uiriū ſuaꝝ nō iuuabanť:timore etiā īcuſſo:ne ab ſuo ipſi equite oppugnarētur. Itaq; haud magna uis certaminis fuit.Primus clamor:atq; impetus rem decreuit.Numidæ cū in concurſu quieti ſtetiſſent in cornibus:ut terga dātes ſuos uiderūt:fugæ tantū ꝓmperer comites facti : poſteaquā oēs Agrigentū trepido agmine petentes uiderūt:ipſi metu obſidionis paſſim in ciuitates ꝓximas dilapſi. Multa millia hoſtium cæſa captaq;:&.viii.elephanti.Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. Victor inde Syracuſas rediit.Iā ferme in exitu ānus erat.Itaq; ſenatus decreuit Romæ:ut.P.Cornelius ꝓtor litteras Capuam ad cōſules mitteret: dum Annibal ꝓcul abeſſet:nec ulla magni diſcriminis res ad Capuā gereretur: alter eoꝝ:ſi ita uideretur:ad magiſtratus ſubrogandos Romā ueniret.Litteris acceptis īter ſe cōſules cōpararunt:ut Claudius comitia perficeret : Fuluius ad Capuam ueniret : ibiq; maneret. Conſules Claudius creauit.Gn.Fuluiū Centumalū:&.P.Sulpicium Seruiliū:Quinti filiū Galbam:qui nullum antea curulem magiſtratū geſſiſſet.prætores deinde creati Lentulus Cornelius Cethegus:G.Sulpicius Piſo.Piſoni iuriſdicio urbana:Sulpicio Sicilia.Cethego Appulia:Lentulo Sardinia euenit.Conſulibus prorogatum in annum imperium eſt.

LIBER SEXTVS.

N.FVLVIVS CENTIMALVS.P.SVLPICIVS GALBA CONSVLES CVM idibus martiis magiſtratū iniſſent:ſenatu ī Capitoliū uocato:de rep.de adminiſtratione belli:de ꝓuīciis exercitibuſq; pres cōſuluerūt: Fuluio:Appio Claudio prioris anni cōſulibus ꝓrogatum imperiū eſt:atq; exercitus:quos habebāt : decreti:adiectumq;:ne a Capua:quā obſidebāt:abſcederēt: priuſquā oppugnaſſet eam.Tum cura maxima intentos habebat romanos:nō ob irā tantū:quæ ī ullā unquā ciuitatē iuſtior fuit:quam quod urbs tam nobilis ac potens: ſicut defectione ſua traxerat aliquot populos:ita recepta inclinatura rurſus aīos uidebatut ad [illegible]ris īperii reſpectū.Et prioris anni prætoribus.M.Iunio Ethruria.P.Sempronio Gallia cū binis legio[illegible]quas habuerant:ꝓrogatū eſt īperium.ꝓrogatū &.M.Marcello:ut ꝓconſul ī Sicilia reliqas bel[illegible]o exercitu:quē haberet:ſi ſupplemēto opus eſſet:ſuppleret de legionibus :quibus.P.Cornelius [illegible] Sicilia præeſſet:dum nequē militē legeret ex eo numero:quibus ſenatus miſſionē: reditumq; [illegible]egaſſet ante belli finē.G.Pupio:cui Sicilia euenerat:duæ legiones:quas.P.Cornelius habuiſſet: [illegible]ſupplementū de exercitu.Gn.Fuluii:qui priore āno ī Appulia fœde cæſus:fugatuſq; erat.Huic [illegible]ne[illegible]itū ſenatus eundē:quē cannenſibus finem ſtatuerat militiæ.Additū etiam utrorūq; ignominiæ eſt:n[illegible]oppidis hybernarēt.neue hyberna ꝓpius ullā urbē decēmillibus paſſuū ædificarēt.L. Cornelio ī Sardinia duæ legiōes datæ:quibus Minutius præfuerat.ſupplemētum ſi opus eſſet: cōſules ſcribere iuſſi. Octacilio &.M.Valerio Siciliæ Græciæq; ora cū legionibus claſſibuſq;:quibus præerant:decretæ.Quinquaginta græci cū legione una:centū ſiculi cū legionibus habebāt naues.Tribus & triginta legionibus romanis eo anno terra mariq; bellū geſtū eſt.Principio eius āni:cū de litteris.L.Martii referreť:res geſtæ magnificæ ſenatui uiſæ.Titulus honoris:quod(īperio nō populi iuſſu:nō ex auctoritate patrū dato),ꝓprætor ſenatui ſcripſerat:magnā ꝑtē hoſtium offēdebat.Rē mali exēpli eē:īperatores legi ab exercitibus:& ſolēne auſpicatoꝝ comitioꝝ ī caſtra & ꝓuīcias:ꝓcul ab legibus magiſtratibuſq; ad militarē temeritatē trāſferri. & cū quidā ad ſenatū referendū cenſerent:melius uiſum differri eā cōſultationē:donec ꝓficiſcerenť equites: q ab Martio litteras attulerāt.Reſcribi de frumēto:& ueſtimētis exercitus placuit.utrāq; rem eā curæ fore ſenatui.Aſcribi aūt ꝓprætori.L.Martio nō placuit:ne idipſum:qđ cōſultationi reliquerāt:ꝓ præiudicato ferrent.Dimiſſis equitibus de nulla re prius cōſules rettulerūt:oīum ī unū ſententiæ cōgruebāt agēdum cū tribunis plebis eſſe:primo quoq; tempore ad plebem ferrent:quē cum imperio mitti placeret in Hiſpaniā ad eū exercitū:cui.Gn.Scipio imperator præfuiſſet.Ea res cum tribunis acta promulgataq; eſt. ſed aliud certamē occupauerat animos.G.Sempronius Bleſus die dicta.Gn.Fuluium ob exercitum ī Appulia amiſſum in concionibus uexabat:multa imperatoris temeritate:atq; inſcitia exercitum in locū præcipitem perduxiſſe dictitans.Neminem præter.Gn.Fuluiū ante corrupiſſe omnibus uitiis legiones ſuas : quā ꝓderet.Itaq; uere dici poſſe:prius eos periſſe:quā uiderēt hoſtem:nec ab Annibale:ſed ab imperatore

ſuo uictos eſſe:neminem cum ſuffragium ineat:ſatis cernere:cui imperium:cui exercitum ꝑmittat.Quid interfuiſſe inter.T.Sempronium:cum ei ſeruorum exercitus datus eſſet:breui effeciſſe diſciplina atq; imperio:ut nemo eorum generis:aut ſanguinis ſui memor eſſet,in acie præſidio ſociis:hoſtibus terrori eſſent.Cum ad Beneuẽtũ aliaſq; urbes:eo uelut e faucibus Annibalis ereptos populo romano reſtituiſſet G.Fuluium Quintium romanoꝝ exercitum:honeſte genitos:liberaliter educatos ſeruilibus uitiis imbuiſſe:Ergo effeciſſe:ut & feroces & inquieti inter ſocios:ignaui & imbelles inter hoſtes eſſent:nec impetũ modo pœnoꝝ:ſed ne clamorẽ quidem ſuſtinere poſſent.Nec hercule miꝝ eſſe milites ĩ acie non ſtetiſſe: cum primus omniũ imperator fugeret,magis mirari ſe aliquos ſtantes cecidiſſe:& non oẽs comites.Gn. Fuluii fuiſſe pauoris ac fugæ.G.Flaminiũ.L.Paulũ.L.Poſthumiũ.G.Appiũ:Scipiones cadere ĩ acie maluiſſe:quã deſerere circunuẽtos hoſtibus ſuos exercitus,Gn.Fuluiũ ꝑpe unum nunciũ deleti exercitus Romã rediſſe,facinus indignum eſſe cannenſem exercitum:quod ex acie fugerit:in Siciliã deportatũ:ne prius inde dimittatur:quã hoſtis ex Italia diſceſſerit:& hoc idem in.G.Fuluii legionibus nuper decretũ.Gn. Fuluii fugã ex prælio ipſius temeritate cõmiſſo ĩpunitam eſſe.& eũ in ganea luſtriſq; ubi iuuentam egerit:ſenectuté actuꝝ.milites:qui nihil aliud peccauerint:quã quod imperatoris ſimiles fuerint:relegatos ꝑpe in exilium ignominioſam pati militiã.Adeo imparẽ libertatem Romæ diti ac pauperi:honorato atq; inhonorato eſſe.Reus ab ſe culpã ĩ militẽ tranſierebat.eos ferociter pugnam poſcentes ꝑductos in aciẽ: nõ eo quo uoluerint:quia ſerũ diei fuerit,ſed poſtero die:& tempore & loco æque inſtructo:ſeu famã ſeu uim hoſtiũ non ſuſtinuiſſe:cũ effuſe oẽs fugerẽt:ſe quoq; turba ablatũ:ut Varronẽ cãnenſi pugna:ut multos alios ĩperatores.Quid aũt ſolũ ſe reſtantem ꝑdeſſe reip.potuiſſe?niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſe potuiſſet.non ſe inopia cõmeatus:nõ in loca iniqua incaute deductũ:nõ agmine inexplorato euntem inſidiis circunuẽtum ui aperta:armis acie uictum:nec ſuoꝝ animos:nec hoſtiũ ĩ poteſtatem habuiſſe,ſuũ cuiq; ingeniũ:audaciã:aut pauorẽ facere.Bis eſt accuſatus:pecuniaq; anquiſitũ.Tertio teſtibus datis:cũ præterquã:quod oĩbus ꝑbris onerabatur:iurati ꝑmulti dicerẽt fugæ pauoriſq; initium a prætore ortũ:ab eo deſertos milites:cũ haud uanũ timorẽ crederẽt:terga dediſſe.Tanta ira accenſa eſt: ut id capite anquirẽdũ cõcio ſucclamaret.De eo quoq; nouũ certamẽ ortum:Nam cum bis pecunia anquiſiſſet:tertio capitis ſe anquirere diceret:Tribuni plebis appellati:cũ lege negarũt ſe in mora eſſe:quominus:quod ei more maioꝝ permiſſum eſſet:ſeu legibus:ſeu moribus mallet:anquireret:quoad uel capitis:uel pecuniæ iudicaſſet priuato:Tum Sẽpronius perduellionis ſe iudicare.Gn.Fuluio dixit:diẽq; comtiis a.G.Calphurnio prætore urbis petit.Inde alia ſpes ab eo tẽtata eſt:ſi adeſſe iudicio.Qu.Fuluius fra poſſet:florens tum & fama rerum geſtaꝝ:& ꝑpinqua ſpe potiunde Capuæ.Id cũ ꝑ litteras miſerabili ꝑ fratris capite ſcriptas petiſſet Fuluius:negaſſentq; patres e republica eſſe abſcedi a Capua:priuſquã d comitioꝝ aderat.Gn.Fuluius exulatũ Tarquinios abiit.Id ei iuſtum exiliũ eſſe:ſciuit plebs.Inter hæc oĩs belli uerſa ĩ Capuam eſt.Obſidebaẽ tamẽ cariusquam oppugnabaẽ.nec aut famem tolerare ſeruitia: ac plebes poterãt:aut mittere nũcios ad Annibalem per cuſtodiam armatam.Inuentus eſt aũ quidã numida:qui:acceptis litteris:euaſurum ſe ꝑfeſſus ut ꝑmiſſum præſtaret:ꝑmedia romana caſtra egreſſus:ſpem accendit cãpanis:dum aliquid uiriũ ſupereſſet:ab omni ꝑte eruptionẽ tentandi.Cæt multis certaminibus equeſtria prælia ferme proſpera faciebant.ſuperabanẽ pedites:ſed nequaquã uincere:quã triſte uinci ulla ꝑte erat ab obſeſſo:& ꝑpe expugnato hoſte.Inita tandem ratio eſ bus deerat:arte æquareẽ.Ex omnibus legionibus electi ſunt iuuenes maxime uigore ac leuit ueloces.Eis parmæ breuiores:quã equeſtres:& ſeptena iacula q̃ternos lõga pedes data præfix le haſtis uelitaribus ineſt.Et eos ſingulos in equis ſuis accipiẽtes equites aſſuefecerunt:& uehi de deſilire perniciter:ubi datũ ſignũ eſſet.Poſteaquam aſſuetudine quottidiana ſatis eſt uiſum fieri pũ:qui medius inter caſtra:murũq; erat:aduerſus inſtructos campanorum equites proceſſerunt:& ubi ad cõiectum teli uentum eſt:ſigno dato:uelites deſiliunt.pedeſtris inde acies ex equitatu repente in hoſtium equites incurrit:iaculaq; cum impetu alia ſuper alia emittunt.Quibus pluris in equos uiroſq; paſſim coniectis ꝑmultos uulnerauerunt pauoris tamen plus in re noua:atq; inopinata iniectũ eſt:& ĩ perculſum hoſtem equites inuecti fugã ſtragemq; eoꝝ uſq; ad portas fecerunt.Inde equitatu quoq; romana acies ſuperior fuit.Inſtitutũ ut uelites in legionibus eſſent,auctoré peditũ equiti immiſcendorum centurioné.Qu. Nauium tradũt:honoriq; id ei apud imperatorem fuiſſe.Cum in hoc ſtatu ad Capuam res eſſent:Annibalem ĩ diuerſum tarẽtinæ arcis potiũdæ:Capuæq; retinẽdæ trahebant curæ.Vicit tamẽ reſpectus Capuæ: in quã omniũ ſocioꝝ hoſtiũq; conuerſos uidebat animos:documento futuræ:qualẽcunq; euentũ defectio ab romanis habuiſſet.Igitur magna parte impedimentoꝝ relicta in brutiis:& omni grauiore armatura:cum delectis exercitibus peditũ equitũq;:quã poterat aptiſſimis ad maturandũ in Campaniam contendit,ſecuti tamẽ tam raptim euntem tres &.xxx.elephãti:in ualle occulta poſt Tifata montẽ imminentem Capuæ conſedit.Aduenienſ:cum caſtellum Galatiã præſidio inde ui pulſo cepiſſet:in circunſedentis Capuã conuertit ſe,præmiſſis nãq; nunciis Capuam:quo tempore caſtra romana aggreſſurũs eſſet:ut eodem & illi ad eruptionem parati portis omnibus ſeſe effunderent:ingentem præbuit terrorem:nam alia parte ipſe adortus eſt:alia Campani omnes pedites equiteſq;:& cum iis punicum præſidium:cui Boſtar & Hanno præerant:erupit.Romani ut in re trepida:ne ad unam concurrendo partem aliquid indefenſi reliqueꝝ

rent:ita inter se copias partiti sunt.Appius Claudius campanis: Fuluius Annibali est oppositus. G.Nero ꝑtor cum equitibus sextæ legionis uia:quæ Suessulam fert.G.Fuluius Flaccus legatus cū sociali equitatu constitit e regione Vulturni amnis. Prælium nō solito modo clamore ac tumultu est cœptū:sed ad alium uirorum equorum armorumq; sonum disposita in muris campanorum imbellis multitudo tantū cum æris crepitu:qualis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet:edidit clamorem:ut auerteret etiam pugnantium animos.campanos facile in uallo Appius arcebat.Maior uis ab altera parte.Fuluium Annibal & pœni urgebant.legio ibi sexta loco secessit.Qua Pulsa cohors hispanorum cum tribus elephantis usq; ad uallum ꝑuasit.ruperatq; mediam aciem romanorum:& in ancipiti spe ac periculo erat:utrum in castra ꝑrumperet:an includeretur a suis.Quem pauorem legionis periculūq; castroꝝ Fuluius ubi uidit.Qu.Nauium prioresq; alios centurionum hortatur:ut cohortem hostium sub uallo pugnantem inuadant ac trucident.In summo discrimine rem uerti.aut uiam dandam iis esse & minore conatu:quam cōdensam aciē irrupissent:in castra irrupturos:aut conficiendos sub uallo esse.nec magni certaminis fore rem.paucos eē & a suis intercluſos:& quæ dum paueat:romanis interrupta acies uideatur:etiam si se utrunq; in hostem uertat:ancipiti pugna medios circunuenturā.Nauius:ubi hæc imperatoris dicta accepit: secundi hastati signum ademptum signifero in hostes infert iacturum in medios eos minitans nisi propere sequātur milites:& partem capessant pugnæ.Ingens corpus erat:& arma honestabant.& sublatum alte signum cōuerteret ad spectaculum ciues hosteſq;.Cæterum posteaqnā iam ad id signum peruenerat hispanorum: tum undiq; in eum tragulæ coniectæ:& ꝑpe in eum unum tota acies uersa.Sed neque hostiū multitudo: neq; telorum uis arcere impetū eius uiri potuit:&.M.Attilius legatus primi principis ex eadem legione signū inferri in cohortem hispanorum coegit.Et qui castris ꝑerant.L.Pontius Licinus:&.T.Popilius legatus:ꝑ uallo acriter ꝑpugnabāt:elephantoſq; transgredientes in ipsa ualle conficiunt.Quorum cum corporibus oppleta esset fossa uelut aggere:aut ponte iniecto:transitum hostibus dedit:ibi ꝑ stragem iacentium elephantorum atrox edita cædes:Altera ī ꝑte castrorum iam pulsi erant campani:punicumq; præsidium & sub ipsa porta Capuæ:quæ Vulturnum fert:pugnabatur.neq; tam armati irrumpentibus romanis resiſtebant: quam quod porta balistis scorpionibusque instructa missilibus ꝑcul hostes arcebat. & suppressit impetum romanorum uulnus imperatoris Appii Claudii:cui suos ante prima signa adhortanti sub leuo humero summum pectus gessa ictum est.Magna tamen uis hostium ante portam est cæsa.Cæteri trepi- in urbem compulsi.& Annibal posteaquam cohortis hispanoꝝ stragem uidit:summaq; ui castra hosti- defendi:omissa oppugnatione canere signa:& cōuertere agmina peditū:obiecto a tergo equitatu: ne stis instaret:cœpit:legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit.Sed Flaccus receptui cani iussatis ad utrunq; profectum ratus:ut campani: quam haud multum in Annibale præsidii esset: & ipse Annibal sentiret.Cæsa eo die:qui huius pugnæ auctores sunt:octomillia hominum de Annibalis exercitu:tria ex campanis tradunt.signaq; carthaginensibus quindecim adempta:duo de uigīti campanis: apud alios nequaquā tantam molem pugnæ inuenio plusq; pauoris:quā certaminis fuisse.cum inopinato incastra romana numidæ hispaniq; cum elephantis irrupissent:elephanti per media castra uadentes stragē tabernaculorum ingenti sonitu ac fuga abrūpentium uincula iumentoꝝ facerent.Fraudem quoq; supra tu multum [illegible]iectam immissis ab Annibale qui habuit aliquē gnarum latinæ linguæ:qui iuberent consultū uerbis:[illegible]niam amissa castra essent:pro se quēq; militum in proximos montes fugere.sed ea celeriter cognita [illegible]am nec oppressaq; magna cæde hostium est.Elephantos igni e castris exactos.hoc ultimum:utcunq; initum æ:& itumq; est:ante deditionem Capuæ prælium.Mediatutitus:qui summus magistratus apud campanos erat:eo anno Seppius Lesius erat loco obscuro tenuiq; fortuna ortus:matrem eius quondam ꝑ pupillo eo procurantem familiare ostentum cum respondisset aruspex summum quod esset imperium Capuæ peruenturum ad eum puerum:nihil ad eam spem agnoscentem dixisse ferunt:næ tu prædicas perditas res campanorum:ubi summus honos ad filium meum peruenieꝝ.Ea ludificatio ueri & ipsa in uerum uertit:Nam cum fame ferroq; urgerentur:nec spes ulla superesset sisti in speciem honorum: erant honores detrectantibus Lesius quærendo desertam ac proditam a primoribus Capuam summum magistratū ultimus omnium campanorum cœpit.Cæterum Annibal ut nec hostes elici amplius ad pugnā uidit: nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse:ne suos quoq; cōmeatus intercluderent noui cōsules:abscedere irrito incœpto: & mouere a Capua statuit castra. Multa secum: quo iam ire pergeret:inde uoluenti subiit animum impetus: caput ipsum belli Romam petendi. Cuius rei semper cupitæ prætermissam occasionem post cannensem pugnam & alii uulgo fremebant:& ipse non dissimulabat:nec opinato pauore ac tumultu non eē desperandum aliquam ꝑtem urbis occupari posse.Si Roma in discrimine esset:Capuam extemplo missuros:aut ambos imperatores romanos:aut alterum ex iis Qui si diuisissent copias: utrunq; infirmiorem factum aut sibi:aut campanis bene gerendæ rei fortunam daturos esse.Vna ea cura angebat:ne ubi abscessisset:extemplo dederentur campani.Numidam promptum ad omnia audenda donis perlicit:ut:litteris acceptis:specie transfugæ castra romana ingressus altera parte Capuam clam perua- dat.Litteræ autem erant adhortatione plenæ:profectionem suam:quæ salutaris illis foret:abstracturā ad defendendā Romam ab oppugnanda Capua duces:atq; exercitus romanos:ne deponerent aīos: tolerādo paucos dies totam soluturos obsidionē.Inde naues in flumine uulturno compræhēsas duci gladio:quod

iam ante ꝑſidii cauſa fecerat caſtellum:iuſſit.quarum ubi tantam copiã eſſe:ut una nocte exercitus traiici poſſet:allatũ eſt:cibariis decẽ dieꝫ ꝓparatis:deductas nocte ad fluuium legiones ante lucẽ traiecit.Id priuſquã fieret:ita futuꝫ compertũ ex tráſfugis Fuluius Flaccus ſenatui Romã cum ſcripſiſſet: uarie hominum animi ꝓ cuiuſq; ingenio affecti ſunt:ut in re tam trepida:ſenatu extemplo uocato.P. Cornelius: cui Aſinæ cognomen erat:exercitus oẽſq; duces ex tota Italia:neq; Capuæ:neq; ullius alterius rei memor ad urbis præſidium reuocabat:Fabius Maximus abſcedi a Capua terreriq; & circũagi ad nutus: cõminationeſq; Annibalis flagitioſum ducebat.Qui ad cannas uictor:ire tamen ad urbem auſus non eſſet: eum a Capua repulſum ſpem potiundæ urbis cepiſſe Romæ?Non ad Romam obſidendã:ſed ad Capuæ liberandã obſidionem ire Romam cum eo exercitu:qui ad urbem eſſet:Iouem fœderum ruptorum ab Annibale teſtem deoſq; alios defenſuros eſſe.Has diuerſas ſententias media ſententia.P. Valerii Flacci uicit. Qui utriuſq; rei memor imperatoribus:qui ad Capuam eſſent:ſcribendũ cenſuit:Quid ad urbem præſidii eſſet:quãtas Annibal copias duceret:aut quãto exercitu ad Capuã obſidendã opus eſſet:ipſos ſcire.ſi & Romã e ducibus alter:& exercitus pars mitti poſſet:ut ab reliquo:& duce:& exercitu Capua recte obſideretur:inter ſe cõputarent Claudius:Fuluiuſq;:utri obſidenda Capua:utri ad prohibendã obſidione patriã Romam ueniendũ eſſet.Hoc ſenatuſconſulto Capuam plato.Qu.Fuluius ꝓconſul:cui collegæ ex urbe egrediendũ Romã erat:e tribus exercitibus milite electo:ad.xv.millia peditum:mille equites uulturnũ traducit.Inde cum Annibalẽ latina uia ituꝫ ſatis compiſſet:ipſe per Appiæ municipia:quæq; ꝓpter eam uiam ſunt:Sedicam oráã Lauinum ꝑmiſit:ut cõmeatus paratos & in urbibus haberent:& ex agris de uiis ĩ uiam ꝓferrent:ꝑſidiaq; in urbes contraherent:ut ſua cuiq; reſp.in manu eſſet.Annibal:quo die Vulturnum eſt tranſgreſſus:haud ꝓcul a flumine caſtra poſuit.Poſtero die ꝓter Cales ĩ agrũ ſedicinũ ꝓuenit: ibi diem unũ populando moratus:ꝑ Sueſſulã aliphanũq; & caſinatem agrũ uia latina ducit. Sub Caſinũ biduo ſtatiua habita:& paſſim populationes factæ.Inde ꝓter Interamnem:Nequinumq; in Fregellanũ aggꝫ ad Lirim fluuium uẽtum.ubi interciſum pontem a fregellanis morandi itineris cauſa inuenit. Fuluium Vulturnus tenuerat amnis:nauibus ab Annibale incenſis:rates ad traiiciendũ exercitum magna inopia materiæ ægre comparantem.traiecto ratibus exercitu:reliquũ Fuluio expeditũ iter nõ per urbes modo: ſed circa uiam expoſitis benigne cõmeatibus erat.Alacreſq; milites:alius aliũ:ut adderet gradum:memor ad defendendã ire patriã hortabant.Romã fregellanus nuncius diem noctemq; itinere cõtinuato ingentem attulit terroré:tumultuoſius:quã allatum erat:curſu hoĩum affingentiũ uana auditis.totam urbẽ c[illegible] citat.Ploratus mulieꝫ non ex priuatis ſolum domibus exaudiebat:ſed undiq; matronæ in publicũ effl[illegible] ſæ circa deũ delubra diſcurrũt:crinibus ſparſis aras uerrẽtes:nixæ genibus: ſupinas manus ad cælũ ac de[illegible] tendentes:oráteſq; ut urbem Romã e manibus hoſtiũ eriperẽt:matreſq; romanas:& liberos paruos in[illegible] olatos ſeruarent.Senatus magiſtratibus ĩ foro ꝑſto ẽ:ſiquid cõſulere uelint.Alii accipiũt ĩperia diſcedũtq; ad ſuas quiſq; officioꝫ ptes.Alii offerũt ſe:ſiquo uſus opere ſit.Præſidia ĩ arce:in Capitolio:in muris:circa urbẽ:in mõte etiam Albano:atq; arce eſulana ponunt.Inter hunc tumultũ.Qu.Fuluiũ ꝓcon[illegible] ꝓfectum a Capua affertur:cui:ne minueret imperiũ:ſi in urbẽ ueniſſet:decreuit ſenatus:ut.Qu.Fuluio par cũ conſulibus ĩperiũ eẽt.Annibal iſeſtius:populato agro fregellano:ꝓpter ĩciſos põtes ꝑ fruſinatẽ: ferẽt[illegible]q; : & anagninũ agrũ in lauicanum uenit.Inde algido tuſculũ petiit:nec receptus mœnibus ĩfra tuſculũ dextrorſus gabios deſcendit.Inde in Pupiniam exercitu demiſſo octomillia paſſuum a Roma poſuit caſtra.Quo ꝓpius hoſtis accedebat:eo maior cædes fiebat fugientiũ. ꝓcedẽtibus numidis:pluresq; omniũ generum: atq; ætatũ capiebantur.In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exercitu Romã ingreſſus:media urbe per Carinas Aeſquilias cõtendit.Inde egreſſus iter Aeſquilinã Collináq; portã poſuit caſtra: ædiles plebis cõmeatum eo cõportarunt.Cõſules ſenatuſq; in caſtra uenerunt:ibi de ſumma reip. conſultatũ. placuit cõſules circa portas Collinã Aeſquilináq; ponere caſtra.G.Calphurniũ prætorẽ urbanũ Capitolio atq; arci præeſſe:& ſenatum frequẽtem in foro cõtineri:ſiquid in tam ſubitis rebus cõſulto opus eſſet.Inter hæc Annibal ad Anienẽ fluuiũ tria millia paſſuũ ab urbe caſtra admouit ibi ſtatiuis poſitis ipſe cũ duobuſmillibus equitũ a porta Collina uſq; ad Herculis templum ẽ ꝓgreſſus.atq;:ũde maxime poterat:mœnia ſitumq; urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter: atque otioſe facere: Flacco indignum uiſum eſt. Itaq; immiſit equites:ſubmoueriq; atq; in caſtra redigi hoſtium equitatum iuſſit.Cum commiſſum prælium eſſet:conſules tranſfugas numidarum:qui tum in Auentino ad mille & trecentos erant:media urbe tranſire æſquilias iuſſerunt.Nullos aptiores inter conualles rectaq; hortorum:& ſepulchra:& uacuas undiq; uias ad pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce Capitolioq; cliuo publico in equis decurrentes quidam uidiſſent: captum Auentinum conclamaueruut.Ea tantum res tumultum ac fugam præbuit: ut niſi caſtra punica extra urbem fuiſſent: effuſura ſe omnis multitudo pauida fuerit. Tunc in domos atq; ĩtecta refugiebant:uagoſq; in uiis ſuos ꝓ hoſtibus lapidibus teliſq; inceſſebant: nec comprimi tumultus apeririq; error poterat:refertis itineribus agreſtium turba pecorumq;:quæ repentinus pauor in urbem compulerat. Equeſtre prælium ſecundum fuit:ſubmotiq; hoſtes ſunt:& quia multis locis cõprimendi erant tumultus:qui temere oriebantur:Placuit:omnes:qui dictatores:conſules: cenſoreſue fuiſſent: cum imperio eſſe: donec receſſiſſet a muris hoſtis.Et diei:quod reliquum fuit: & nocte inſequenti multi temere excitati tumultus ſunt oppreſſique. Poſtero die tranſgreſſus Anienem

Annibal in aciem omnes copias eduxit. Nec Flaccus consulesue certamen detrectauere. Instructis utrinq; exercitibus in eius pugnæ casum: in qua urbs Roma præmiū victori esset: imber ingens grandie mixtus ita utranq; aciem turbauit: ut uix armis retentis: in castra sese receperint: nullius rei minore: quā hostium metu. & postero die eodē loco acies instructas eadē tēpestas diremit. Vbi recepissent se in castra: mira sere nitas cū tranquillitate oriebat. In religionē ea res apud pœnos uersa est: auditaq; uox Annibalis fertur: potiundæ sibi urbis Romæ mō mentē nō dari: modo fortunā. Minuere etiā pmelius & aliæ paruæ magnæq; res. Magna illa: quod cū ipse ad mœnia urbis Romæ armatus sederet: milites sub uexillis in supplementū Hispaniæ ꝓfectos audiuit. Parua autē qđ per eos dies eū forte agrū: in quo ipse haberet castra: ueniſſet: nihil ob id diminuto pretio cognitū ex quodā captiuo est. Id uero adeo superbū atq; indignū uisum eius so li: quod ipse bello captū possideret: haberetq; inuentū Romæ emptorē: ut extēplo uocato præcone tabernas argentarias: quæ circa forum romanū tunc essent: iusserit uenire. His motus ad Turiā fluuiū castra re tulit: sexmillia passuū ab urbe: Inde ad Lucū Feroniæ ꝓgit ire templū ea tēpestate inclytū diuitiis. Capenates aliqui accolæ eius erāt: primitias eo frugū donaq; alia pro copia portantes multo auro argentoq; id exornatum habebāt. His oībus donis tū spoliatū templū æris acerui cū rudera milites religione inducti iacerent: post ꝓfectionē Annibalis mortui inuenti. Huius populatio tēpli haud dubia inter scriptores est. Cælius Romā eunte a freto diuertisse Annibalē tradit: iterq; eius ab Reate: Cupiliisq; & ab Amiterno orditur ex Campania in Samniū: inde ī pelignos pueniſſe: ꝑterque oppidū Sulmonē īstituit ī martianos transisse. Inde albensi agro in marsos. hinc Amiternū Foruloſq; uicū ueniſſe. Neq; ibi error est: qđ tanti exercitus uestigia intra tam breuis æui memoriā potuerint cōfundi: isse enim ea constat. Tantum id interest: uenerit ne eo itinere ad urbē: an ab urbe in Campaniā redierit. Cæteꝝ nō quātū ptinaciæ ad ꝑmendā obsidione Capuā rōanis fuit: tantū ad defendendā Annibali. Nāq; & lucāos in brutiū agrū: ad fretū uero ac Regium tāto cursu cōtendit: ut ꝓpe repētino aduentu ī cautos oppresserit. Capua: & si nihilo segnius oppressa per eos dies fuerat: tamen aduentū Flacci sensit: & admiratio orta est: non simul regressum Annibalem. Inde per colloquia intellexerunt relictos se desertosq; : & spem Capuæ retinendæ deploratā esse apud pœnos. Accessit edictum ꝓconsulis ex senatusc̄ōsulto ꝓpositum uulgatūq; apud hostes : ut qui ciuis cāpanus ante certam diem trāsisset: sine fraude esset: nec ulla facta est transitio: metu magis eos: quā fide continēte: quia maiora in defectione deliquerant: quā quibus ignoſci posset. Cæteꝝ quēadmodū nemo priuato consilio ad hostem transibat: ita nihil salutare in medium consulebat. Nobilitas remp. deseruerat: neq; in senatum cogi poterat. in magistratu autē erat: qui non sibi honorem adiecisset: sed indignitate sua uim ac ius magistratui: quē gerebat: dempsisset. iam ne in foro quidē: aut publico loco principū quisquā apparebat domibus inclusi patriæ occāsum: cū suo exitio in dies expectabant. Summa curæ oīs ī Bostarē : Hannonēque præfectos ꝑsidii punici uersa erat: suo nō sociorum periculo sollicitos. Hi cōscriptis ad Annibalem litteris nō libere modo: sed etiā aspere: quibus nō Capuā solū traditā in manu hostiū: sed se quoq; & præsidiū in omnes cruciatus ꝓditos icusabant: abisse eū in brutios: uelut auertentē se: ne Capua in oculis eius caperetur. Ut hercule romanos ne oppugnatione quidē urbis Romæ abstrahi a Capua obsidēda potuisse: tanto cōtentiorē inimicum romanū: quā amicū pœnū esse. Si redeat Capuā: bellūq; omne eo uertat. & se & campanos paratos eruptioni fore. Non cum reginis: neque tarentinis bellum gesturos transisse alpes. ubi romanæ legiones sint: ibi & carthaginensium exercitus debere esse. Sic ad Cannas : sic ad Thrasymenum rem hanc gestam coeundo: conferendoque cum hoste castra: fortunam tentando. In hāc sententiam litteræ conscriptæ. numidis proposita mercede iam professis operam dantur. hi specie transfugarum : cum ad Flaccum in castra ueniſſent: ut inde tempore captato abirent: fameſque: quæ tandiu Capuæ erat: nulli non probabilem causam transitionis faceret. Mulier repente campana in castra uenit : scortum transfugarum unius: indicatque imperatori romano numidam fraude composita transisse: litterasque ad Annibalē ferre. Id unum ex iis: qui sibi rem aperuisset: arguere sese paratam esse. Productus primo satis cōstanter se mulierem ignorare simulabat. Paulatim deinde conuictus ueris cum tormenta posci : & parari uideret: fassus id ita esse: litteræque prolatæ: & additum etiam indicio: quod celabatur: & alios specie transfugaꝝ numidas uagari in castris romanis. Hi supra. lxx. comprehensi. & cum trāsfugis nouis mulctati uirgis: māibusque præcisis Capuam rediguntur. Conspectum tam triste supplicum animos fregit campanorum: concursus ad curiam populi factus: coegit Lesium senatum uocare: & primoribus: qui iandiu publicis consiliis aberant: propalam minabantur: nisi uenirent in senatu circa domos ituros se: & in publicum omnes ui extracturos esse. Is timor frequentem senatum magistratui præbuit. Ibi cum cæteri de legatis mittendis ad imperatores romanos agerent: Viuius Virius: qui defectionis ab romanis auctor fuerat: interrogatus sententiam negat eos : qui de legatis & de pace ac deditione loquantur : meminisse se nec quid facturi fuerint : si romanos in potestate habuissent: nec quid ipsis patiendum sit. Quid uos: inquit: eam deditionem fore censetis: qua quondam : ut aduersus samnites auxilium impetraremus : nos nostraque omnia romanis dedimus? Iam e memoria excessit: quo tempore: & in qua fortuna a populo romano defecerimus: Iam quemadmodum in defectione præsidium : quod poterat emitti : per cruciatum & ad contumeliam necauerimus : quotiens in obsidentis : quam inimici eruperimus? castra oppugnauerimus? Annibalem uocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentissimum est : ad oppugnandam

Romam hīc eum miſerimus? Age contra: quæ illi infeſte in nos fecerint: repetite: ut ex eo: quid ſperetis: habeatis. Cum hoſtis alienigina in Italia eſſet: & Annibal hoſtis: & cuncta bello arderent: omiſſis omibus: omiſſo ipſo Annibale: ambos cōſules & duos cōſulares exercitus ad Capuā oppugnandā miſerūt. Alterū annū circūuallatos iclusoſq; nos fame macerāt: & ipſi nobiſcū ultima pericula grauiſſimos labores ppeſſi: circa uallū ac foſſas ſæpe trucidati: & ppe ad extremū caſtris exutu. Sed omitto hæc. Vetus atq; uſitata res eſt in oppugnanda hoſtiū urbe: labores ac pericula pati. Illud iræ atq; odii execrabilis indiciū eſt. Annibal i gentibus copiis peditū: equitūq; caſtra oppugnauit: & ex parte cepit: tanto periculo nihil moti ſunt ab obſidione. pfectus trans Vulturnū peruſſit calenū agrum: nihil tanta ſocioꝝ clade auocati ſunt. Ad ipam urbem Romā infeſta ſigna ferri iuſſit: Eam quoq; tempeſtatē iminentē ſpreuerunt. Tranſgreſſus Anienē tria millia paſſuū ab urbe caſtra poſuit. Poſtremo ad mœnia ipſa & ad portas acceſſit. Romā ſe adēpturꝝ eis: niſi omitterēt Capuā: oſtendit: & nō omiſerunt. Feras beſtias cæco impetu ac rabie cōcitatas: ſi ad cubilia & catulos eaꝝ ire pgas: ad opē ſuis ferendā auertas. Roma circūſeſſa romanos cōiuges liberi: quoꝝ ploratus hic quoq; ppe exaudiebant: aræ: foci: deoꝝ delubra: ſepulchra maioꝝ uulſa temerata: atq; uiolata a Capua nō auerterūt. tāta auiditas ſupplicii expetendi: tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. Nec iniuria forſitan. nos quoq; idem feciſſemus: ſi data fortuna eſſet. Itaq; quando aliter diis imortalibus uiſum eſt: cū morte nec recuſare quidē debeā: cruciatus cōtumeliaſq; quas ſperat hoſtis: dum liber: dū mei potens ſum: effugere: morte præterquā honeſta etiā leui poſſum. Non uidebor apud Claudiū: &. Qu. Fuluiū uictoria in ſolenti ſubnixos: neque uictus per urbē romani triūphi ſpectaculū trahar: ut deīde i carcerē: aut ad palū deligatus: lacerato uirgis tergo: ceruicem ſecuri romanæ ſubiiciam. Nec dirui incendiq; patriā uidebo. nec rapi ad ſtuprum matronas cāpanas: uirgineſq; & ingenuos pueros. Albā: unde ipi oriundi erant: a fundamētis pruerunt: ne ſtirps: ne memoria originū ſuaꝝ extaret: ne dūm eos Capuæ parſuros credā: cui infeſtiores: quā Carthagini ſunt. Itaq; quibus ueſtrū ante fato cedere: quā hæc tot tam acerba uideāt: in anio eſt: iis apud me hodie epulæ inſtructæ paratæq; ſunt. faciatis uino ciboq;. poculū idē: quod mihi datū fuerit: circūferet. Ea potio corpus a cruciatu: aīum a cōtumeliis: oculos aures a uidēdis audiēdiſq; oībus acerbis indigniſq; quæ manēt: uictos uindicabit. Poſtea parati erūt: qui magno rogo in ppatulo ædiū accēſo corpora exanimata iniiciant. Hæc una uia & honeſta: & libera ad mortē: & ipi uirtutē mirabunt hoſtes. & Annibal fortes ſocios ſciet a ſe deſertos: ac pditos eſſe. Hanc orationē Viuii Virri. plures audierūt: cū aſſenſu quā forti aio id: qd ppabāt: exequi potuerūt. Maior pars ſenatus multis ſæpe bellis exptam populi rōani clæmentiā haud diffidentes ſibi quoq; placabilē fore: legatos ad dedendā romanis Capuā decreuerūt: miſerunt q; Viuū. Virrium ſeptem & uigīti ferme ſenatores domū ſecuti ſunt: epulatiq; cū eo: & quantū facere potuerant alienatis mētibus uino: ab iminentis ſenſu mali uenenū oēs ſumpſerunt. Inde miſſo cōuio: dextris inter ſe datis: ultimoq; cōplexu collachrymātes ſuū patriæq; caſum: alii: ut eodē rogo cremarētur: manſerunt: alii domos digreſſi ſunt. Implete uino cibiſq; uenæ minus efficacem in maturanda morte uim ueneni fecerūt. Itaq; noctem totā plæriq; eoꝝ: & diei inſequentis partē iis cū animā egiſſent: omnes tamen: priuſquā aperirent hoſtibus portæ: expirarūt. Poſtero die porta Iouis: quæ aduerſus caſtra romana erat: iuſſu pconſulis aperta eſt. ea ītromiſſa legio una: & duæ alæ cū. G. Fuluio legato. Is cū omnē primū arma telaq; quæ Capuæ erāt: ad ſe cōferenda curaſſet cuſtodiis ad oēs portas diſpoſitis: nequis exire: aut emitti poſſet: præſidiū punicum cōpræhendit: ſenatum campanū ire in caſtra ad iperatores romanos iuſſit quo cū ueniſſent: extēplo his omnibus cathænæ iniectæ iuſſiq; ad quæſtores deferri. Quod auri argēticq; haberent: auri pondo. lxx. fuit. argenti triamillia pondo &. cc. ſenatores quinq; & uiginti Cales in cuſtodiam: duo de. xxx. Theanum miſſi: quoꝝ de ſententia maxīe deſcitū ab romanis conſtabat. De ſupplicio campani ſenatus haudquaquā inter Fuluiū Claudiūq; conueniebat. facilis ipetrandæ ueniæ Claudius: Fuluii durior ſententia erat. Itaq; Apius Romā ad ſenatū arbitriū eius rei totū reiiciebat percunctandi etiam æquū eſſe poteſtatem fieri patribus: num cōmuniçaſſent cōſilia cū aliquibus ſocioꝝ latini noīs municipiorum: & num ope eoꝝ in bello forent: & municipioꝝ adiuti. id uero minime cōmittendū eſſe Fuluius dicere: ut ſollicitarent criminibus dubiis ſocioꝝ fidelium animi. & ſubiicerent iudicibus: quis neq; : quid faceret: quicquā unquā pēſi fuiſſet. Itaq; ſe eā quæſtionē oppreſſurū extincturūq; Ab hoc ſermōe cū digreſſi eēnt: & Appius: quāuis ferociter loquētē collegā nō dubitaret tamē litteras ſup tāta re a Roma expectaturū: Fuluius ne idipſum impedimentum incœpto foret: dimittens prætorium tribunis militum ac præfectis ſociorum imperauit: uti duobus millibus equitū delectis denunciarēt: ut ad tertiam buccinam præſto eſſent. cum hoc equitatu nocte Theanum profectus prima luce portam intrauit: atque inforum perrexit: concurſuque ad primum equitum ingreſſum facto: magiſtratū ſedicinum citari iuſſit: imperauitque ut produceret campanos: quos in cuſtodia haberet. Producti omnes: uirgiſque cæſi: ac ſecuri percuſſi. Inde citato equo Cales percurrit: ubi cum in tribunali conſediſſet: productique campani deligarentur ad palū eques citus ab Roma uenit. litteraſq; a. G. Calphurnio populoq; rōano Fuluio tradidit. Murmur a tribunali totā cōcioné quaſit deferri ré ītegrā ad patres de cāpanis & Fuluius id ita eē ratus: acceptas litteras: neq; reſolutas cū īgremio repoſuiſſet: pconi iperauit: ut lictoré lege agere iuberet. Ita quoq; de iis: qui Calibus erāt ſumptū ſupplicīū. tum litteræ lectæ: ſenatuſq; conſultū ſerum ad impediendam rem actam: quæ ſumma ope apparata erat: ne impediri poſſet. Conſurgentem iam Fuluium Taurea Iubellius campanus

per mediam uadens urbem:turbamq; nomine inclamauit:& cũ mirabundus quidnã ſeſe uellet: inquireret reſidens Flaccus: me quoq;:inquit:iube occidi:ut gloriari poſſis multo fortioré quá:ipſe es: uirum abs te occiſum eſſe.Cum Flaccus negaret ꝓfecto ſatis compoté eſſe métis:mõ prohiberi etiá ſe: ſi id uellet .S. C:diceret:tum Iubellius quando quidé:inquit:capta patria:propinquis amiciſq; amiſſis:cũ ipe manu mea coniugem liberoſq; interfecerim:nequid indigni paterent:mihi ne mortis quidem copia eadem eſt: quæ his ciuibus meis petatur a uirtute inuiſæ huius uitæ uindicta:atq; ita gladio:quem ueſte texerat:ꝓ aduerſum pectus tranſfixus ante pedes imperatoris procubuit moribundus.Quia & quod ad ſuppliciũ attinet campanoꝝ:& plæraq; alia de Flacci unius ſententia acta erãt:mortuũ Appium Claudium ſub deditionẽ Capuæ quidam tradunt:hunc quoq; ipſum Tauream neq; ſua ſponte ueniſſe Cales:neque ſua manu interfectum.ſed cum inter cæteros ad palum deligatus:quia parum inter ſtrepitus exaudiri poſſent:quæ uociferabantur:ſilentium fieri Flaccum iuſſiſſe:tum Tauream illam:quæ ante memorata ſunt:dixiſſe: uirum fortiſſimum a nequaq̃ pari ad uirtutem occidi.Sub hæc dicta iuſſu proconſulis præconem ita ꝓnũciaſſe: lictor uiro forti adde uirgas:& ĩ eum primum lege age.Lectum quoq; ſenatuſconſultum priuſquã ſecuri feriret:quidam auctores ſunt.ſed quia aſcriptum in ſenatuſconſulto fuerat:ſi ei uideretur:integrã rem ad ſenatum reiiceret:interpretatum eſſe quid magis e rep .duceret æſtimationem ſibi permiſſam Capuam a Calibus reditum eſt.Atellaq; & Galatia in deditõnem acceptæ:ibi qnoq; ĩ eos:qui capita rei erant:aĩaduerſum eſt.Ita ad.lxx.principes ſenatus interfecti.trecenti ferme nobiles cãpani in carceré conditi. Alii per ſocioꝝ latini nomis urbes in cuſtodias dati:uariis caſibus ĩterierũt. Multitudo alia ciuiũ cãpanoꝝ uenũdata.de urbe agroq; reliqua cõſulatio fuit.Quibuſdam delendã cẽſentibus urbẽ prætalidã:ꝓpinquã :inimicam.Cæteꝝ præſens utilitas uicit:Nam ꝓpter agrũ:qué omni fertilitate terræ ſatis conſtabat primũ ĩ Italia eſſe:urbs ſeruata eſt:ut eſſet aliqua oratoꝝ ſedes.urbi frequẽtandæ multitudo ĩcolaꝝ:libertinorũque: & inſtitoꝝ:opificũq; retenta.ager omnis & tecta publica populi romãi facta.Cæterũ habitare tantũ:tanq̃ urbem Capuã frequẽtariq; placuit:corpus nullũ ciuitatis:nec ſenatũ: nec plebis conſiliũ: nec magiſtratus eſſe.ſine conſilio publico:ſine imperio multitudiné nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſũ inhabilẽ fore præfectũ ad oĩa iura reddenda ab Roma quot annis miſſuros:Ita ad Capuã res compoſitæ cõſilio ab omni parte laudabili:ſeuere & celeriter in maxie noxios aĩaduerſum:multitudo ciuiũ diſſipata in nullã ſpem reditus.Non ſæuitũ incẽdiis:ruiniſq; in tecta ĩnoxia:muroſq; & cũ emoluméto quæſita etiã apud ſocios lenitatis ſpecies incolumitate urbis nobiliſſimæ opulentiſſimæq;.Cuius ruinis oĩs cãpania:oẽs:qui Campaniã circa accolunt: populi ingemuiſſent.confeſſio expreſſa hoſti: quãta uis in rõanis ad expedẽdas pœnas ab infidelibus ſociis.& quoniã nihil in Annibale auxilii eſſet ad receptos infidẽ tuendos.Romani proconſules pfuncti:qđ ad Capuã attinebat:cura.G.Neroni ex iis duabus legionibus: quas ad Capuã habuerãnt:ſexmillia peditũ & trecẽtos equites:quos ipſe legiſſet:& ſociũ latini noĩs peditũ numeꝝ parẽ: & octingentos equites decernũt.Quem exercitũ Puteolis in naues impoſitũ Nero in Hiſpaniã tranſportauit. Cũ Tarraconẽ nauibus ueniſſet:expoſitiſq; ibi copiis:& nauibus ſubductis: ſocios quoq; nauales multitudis augendæ cauſa armaſſet:ꝓfectus ad Iberũ flumen exercitũ a.T.Fonteio:& martio accepit. Inde pergit ad hoſtes ire.Aſdrubal Amilcaris ad lapides atros caſtra habebat in auſitanis.Is locus eſt inter oppida Iligurtim:& Mentiſam.Huius ſaltus fauces Nero occupauit.Aſdrubal ne in arto res eſſet: cauduceatorẽ miſit: qui ꝓmitteret:ſi inde miſſus foret:ſe oẽm exercitũ ex Hiſpania deportaturꝝ.Quã ré cũ læto aĩo rõanus accepiſſet:diẽ poſterũ Aſdrubal colloquio petiit:ut rõani leges cõſcriberent de tradẽdis artibus urbiũ.dieq; ſtatuenda:ad quã ꝓſidia deducerent:ſuaq; oĩa ſine fraude poẽni deportarẽt:qđ ubi ĩpetrauit: extemplo primis tenebris:atq; ĩde tota nocte:qđ grauiſſimũ exercitus erãt: Aſdrubal:quacũq; poſſet:euadere e ſaltu iuſſit.Data ſedulo opera eſt:ne multi ea nocte exirent:ut ipſa paucitas tũ ad hoſtẽ ſilẽtio fallẽdum aptior :tũ adeuadendũ per artas ſemitas:ac difficiles eſſet:uentũ inſequẽti die ad colloquium eſt: ſed loquẽdo plura: ſcribendoq; dedita opera quæ in rẽ nõ eẽnt:die cõſumpto ĩpoſterũ dilatũ eſt. Addita inſequẽs nox ſpatiũ dedit & alios emittẽdi.nec poſtero die res finẽ ĩuenit.Ita aliquot dies diſceptando palã de legibus:nocteſq; emittendis clã e caſtris carthaginẽſibus abſũptæ.& poſteaquã maior pars emiſſa exercitus erat:iam ne iis quidẽ:quæ ultro dicta erãt:ſtabat minuſq; ac minus cũ timore:ſimul fide decreſcente cõueniebat.Iam ferme pedeſtres oẽs copiæ euaſerãt e ſaltu:cũ prima luce denſa nebula ſaltũ oẽm:cãpoſq; circa ĩtexuit.Quod ubi ſenſit Aſdrubal:mittit ad Neronẽ:qui in poſterũ diẽ colloquiũ differat. Illũ diẽ religioſũ Carthaginẽſibus ad agendũ quicquã rei feriatũ eſſe:ne tũ quidẽ ſuſpecta fraus:Cum data eẽt uenia eius diei:extemplo Aſdrubal cũ equitatu:elephantiſq; caſtris egreſſus ſine ullo tumultu ĩ tutũ euaſit.Hora ferme q̃rta depulſa ſole nebula aperuit diẽ :uacuaq; hoſtiũ caſtra cõſpexerunt romani.Tum demũ Claudius punicã fraudẽ agnoſcens:ut ſe dolo captũ ſenſit:ꝓficiſcentem inſtitit ſequi:paratus confligere acie.ſed hoſtis detrectabat pugnã:leua tamẽ ꝓlia ĩter extremũ punicũ agmẽ ꝓcurſoreſq; rõanoꝝ fiebãt.Inter hæc Hiſpãiæ populi:nec qui poſt cladẽ acceptã defecerãt:redibãt ad rõanos:nec ulli noui deficiebãt. & Romæ ſenatui populoque poſt receptã Capuã nõ Italiæ iã maior:quã Hiſpãiæ cura erat.excrcitũ augeri: & ĩperatorẽ mitti placebat. Nec tamẽ:quẽ mitterẽt:ſatis cõſtabat quoniã illuc:ubi duo ſũmi ĩpatores ĩtra dies.xxx.cecidiſſẽt: q ĩ locũ duorum ſuccederet:extraordinaria cura deligendus eſſet.Cum alii aliũ noĩarent: poſtremũ eo decurſum eſt:ut populus proconſuli creando in Hiſpaniam comitia haberet: diemq; comitiis cõſules edixerũt. Pri-

mo expectauerant:ut qui se tanto imperio dignos crederent:nomina profiterentur.Quæ ut destituta expectatio est:redintegratus luctus acceptæ cladis:desideriũq; imperatoꝛ amissoꝛ.Mœsta itaq; ciuitas prope inops cõsilii comitioꝛ die tamẽ in campum descendit:atq; in magistratus uersi:circũspectant ora principum aliorũq; alios inquientium:fremũtq; adeo perditas res desperatumq; de rep.esse: ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere.Cum subito.P.Cornelius illius:qui in Hispania ceciderat filius quattuor & ferme uiginti annos natus:professus se petere:in superiore:unde conspici posset:loco constitit.In quẽ: postea quã omniũ ora conuersa sunt:clamore ac fauore extemplo ominati sunt fœlix faustũq; imperium.Iussi deinde inire confusum suffragium ad unum omnes nõ centuriæ modo:sed etiã hoies.P. Scipioni imperium esse in Hispaniã iusserunt.Cæteꝛ post rem actam:ut iam resederat ipetus aioꝛ ardorq; : scilentium subito ortũ.& tacita cogitatio quidnam egissent noui:quod fauor plus ualuisset:quã ratio ætatis:maxime pœnitebat.quidam etiam fortunam domus horrebant:nomenq; ex funestis duabus familiis in easq; prouincias:ubi inter sepulchra patris:patruiq; res gerendæ essent ,pficiscentis. Quod ubi ab re tanto impetu acta solitudinẽ curãq; hoium auertit:aduocata concione:ita de ætate sua imperioq; mandato & bello:qđ gerendũ esset:magno elatoq; aio disseruit:ut ardorem eum:qui resederat:excitaret rursus: innouaretque & impleret hoies certioris spei:quã quantũ fides ,pmissi humãi:aut ratio ex fiducia reꝛ subire solet. Fuit enim Scipio non ueris tantum uirtutibus mirabilis:sed arte quoq; quadã ab iuuenta i ostentatione eaꝛ compositus.plæraq; apud multitudinem aut per nocturnas uisa ipecies:aut uelut diuinitus mente monita agens.siue & ipsi capti quadam superstitione animi:siue ut imperia consiliaq; uelut sorte oracnli missa sint:nec conctatione assequerentur.Ad hæc iam inde ab initio præparans animos:ex quo togam uirilem sumpsit:nullo die prius ullam publicam priuatamq; rem egit:quam in Capitolium iret:ingressusq; ædem consederet:& plærunq; tempus solus in secretum ibi tereret:hic mos qui per omnem uitam seruabaꝰ seu cõsulto.seu temere uulgatæ opinioni fidem apud quosdam fecit:stirpis eum diuinæ uirum esse:rettulitq; famam in Alexandro Magno prius uulgatã & uanitatæ:& fabula parem:anguis immanis concubitu conceptũ:& in cubiculo matris eius psæpe uisam ,pdigii eius speciem:interuẽtuq; hominum euolutam repẽte:atq; ex oculis elapsã:his miraculis nunquam ab ipso illusa fides est:quin potius aucta arte quadam: nec abnuendi tale quicquam:nec palam affirmandi.Multa alia eiusdem generis alia uera:alia: assimulata admirationis humanæ i eo iuuene excesserãt modum.quibus fræta tunc ciuitas ætati haudquaquã maturæ tantam molem rerum:tantũq; imperium permisit.Ad eas copias:quas exuetere exercitu hispania habebat:quæq; a Puteolis cum.G.Nerone traiectæ erant:decem millia peditum:& mille equites adduntur: &.M.Iunius Syllanus proprætor adiutor ad res gerendas datus est.Ita cum.xxx.nauium classe: Omnes autem quinqueremes erant.Hostiis Tyberinis profectus præter oram tusci maris alpes: atque gallicum sinum: & deinde pyrenæi circunuectus ,pmontorium emporiis urbe græca(oriundi:& ipsi a Phocea sunt) copias exposuit. Inde sequi nauibus iussis Tarraconem pedibus ,pfectus conuentum omnium sociorum (etenim legatõnes ad famam:aduentus eius ex omni se prouincia effũderant)habuit:naues ibi subduci iubet:remissis quattuor triremibus massilienſium:quæ officii causa a domo prosecutæ fuerant . Responsa inde legationibus suspensis:uarietate tot casuũ dare cœpit ita elato ab ingẽti uirtutũ suaꝛ fiducia aio : ut nullum ferox uerbum excideret.Ingensq; omnibus:quæ diceret:iesset tum maiestas:tum fides.Profectus a Tarracone & ciuitates sociorum:& hyberna exercitus adiit:collaudauitque milites:quod duabus tantis cladibus deinceps icti prouinciam obtinuissent ,nec fructum secundaꝛ rerum sentire hostis passi: omnicis liberum agro eos arcuissent:sociosq; cum fide tutati essent.Martium secum habebat cum tanto honore:ut facile appareret:nihil minus eum uereri:quã nequis obstaret gloriæ suæ.Successit inde Syllanus Neroni:& in hyberna noui milites deducti.Scipio omnibus:quæ adeunda agendaq; erant :mature aditis per actisq;:Tarraconem concessit.Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat:quã apud ciues socioſque:& diuinatio quædam futuri:quo minus ratio timoris reddi poterat; eo opportune maiorem inferens metũ. In hyberna diuersi conceserunt Asdrubal Giscgonis usq; ad Oceanum:& gades:Mago in mediterranea maxime supra castulonensem saltum:Asdrubal Amilcaris filius proximus libero circa Saguntum hybernauit Aestatis eius tempore extremo:quo capta est Capua;& Scipio in Hispaniam uenit; punica classis ex Sicilia Tarentum accita ad arcendos cõmeatus præsidii romani:quod in arce Tarentina erat:clauserat quidẽ ois ad arcem a mari aditus:sed assidendo diutius:artiorem annonã sociis:quã hosti faciebat. nõ enim tantum subuehi oppida [illegible] per pacata littora:apertosq; portus præsidio nauiũ punicaꝛ poterat :quantũ frumenti classis ipsa turba nauali mixta ex omni genere hominũ absumebat:ut arcis præsidiũ etiã sine iuecto:quia ibi pauci erant: ex ante præparato sustentari posset:classiq; & tarentinis ne inuectũ quidẽ sufficeret. Tandem maiore gratia:quã uenerat classis:dimissa est.Annona haud multũ laxauerat:quia remoto maritimo præsidio:subuehi frumentũ nõ poterat.Eiusdẽ æstatis exitu.M:Marcellus ex Sicilia ,puincia cũ ad urbem uenisset:a.G.Calphurnio ptore senatus ei ad ædẽ Bellone datus est:ibi cũ de rebus a se gestis disseruisset: questus leiter nõ suã magis:quã militũ uicẽ:qđ ,puicia cõfecta: exercitũ deportare nõ licuisset: postulauit: ut triumphanti urbem inire liceret :id non impetrauit:cum multis uerbis actum esset:utrum nimis conueniret.cuius nomine absentis ob res prospere ductu eius gestas supplicatio decreta foret :& diis immortalibus habitus honos:ei præsenti negare triumphum :ante quam tradere exercitum successori iussissent

quod nisi manente in prouincia bellò decerneretur: eum quasi de bello triumphare: cum exercitus testis meriti: atque immeriti triumphi abesset. Medium uisum: ut urbem ouãs iniret tribuni ple. ex auctoritate senatus ad populum tulerũt: ut. M. Marcello: quo die urbẽ ouãs iniret: imperiũ eẽt. pridie quẽ urbẽ iniret: in monte Albano triumphauit: Inde ouans multam præ se prædam in urbẽ intũlit: cum simulacro captarum syracusarũ catapultæ: balistæq; & alia omnia instrumenta belli lata: & pacis diuturnæ regiæq; opulentiæ ornamenta: argenti æriscq; fabrefacta uasa: & alia supellex: pretiosaq; uestis: & multa nobilia signa: quibus inter primas græciæ urbes Syracusæ ornatæ fuerant. Punicæ quoque uictoriæ signũ octo ducti elephanti: & non minimum fuit spectaculum: cũ coronis aureis præcedentes Sosis Syracusanus & Mericus hispanus: quorũ altero duce nocturno Syracusas introitum erat: alter Nassum: quodq; ibi præsidii erat: p̃diderat. his ambobus ciuitas data: & quingena iugera agri solidi in agro Syracusano: qui aut regius aut hostium populi romani fuisset: & ædes Syracusis: cuius uellẽt eorum: in quos belli iure animaduersum esset. Merico uero hispaniscq; qui cum eo transierant: urbs agerq; in Sicilia: ex iis: qui a populo romano defecissent. iussa dari. id. M. Cornelio mandatum ut: ubi ei uideretur: urbem agrumq; eis assignaret. In eodẽ agro belligeni: per quem illectus ad transitionẽ Mericus erat: cccc. iugera agri decreta. Post profectionẽ ex Sicilia Marcelli punica classis octomillia peditum: tria numidarũ equitum exposuit. ad eos Murgeniæ desiuerunt: terræ secutæ defectionem earũ Hybla & Marcella sunt: & ignobiliores quædam aliæ. & numidæ p̃fecto Mutinæ uagi per totam Siciliam socioꝝ populi romani agros urebãt. super hoc exercitus romanus iratus: partim: quod cum imperatore non deuectus ex prouincia esset: partim: quod in oppidis hybernare uetiti erant: segni fungebãtur militia: magisq; eis auctor ad seditionem: quã animus deerat. Inter has difficultates. M. Cornelius prætor & militum animos nunc consolando: nunc castigando sedauit: & ciuitates omnes: quæ defecerãt: in deditionem redegit: atq; ex his Murgantiam hispanis: quibus urbs agerq; debebatur: ex. S. C. attribuit. Consules cum ambo Appuliam prouinciam haberent: minusq; iam terroris a pœnis & Annibale esset: sortiri iussi Appuliã: Mecedoniamq; prouincias: Sulpicio Macedonia euenit: isq; Leuino successit. Fuluius Romam comitiorum causa accitus cum comitia consulibus rogãdis haberet: prærogatiua centuria iuniorũ declarauit. T. Manlium Torquatum &. T. Octaciliũ. Manlius: qui præsens erat: gratulandi causa cum turma coiret: nec dubius esset consensus populi: magna circũfusus turma ad tribunal consulis uenit: petitq; ut pauca sua uerba audiret: centuriaque: quæ tulisset suffragium: reuocari iuberet. Erectis omnibus expectatione quidnam postulaturus esset: oculorum ualitudinẽ excusauit. Impudẽtem & gubernatorem & imperatorem esse: qui cum alienis oculis ei omnia agẽda sint: postulet sibi aliorũ capita: ac fortunas committi. proinde: si uideretur: & redire ĩ suffragium centuriam iuniorũ iuberet: & meminisse in consulibus creandis belli: quod in Italia sit temporũq; reip. uix dum requiescere sẽ ĩ auris a strepitu & tumultu hostili: quo paucos ante menses assederint prope mœnia romana. Post hæc cum centuria frequens succlamasset: nihil se mutare sententiæ: eosdemq; consules dicturos esse: tum Torquatus: Neque ego uestros: inquit: mores consul ferre potero: neque uos imperium meum: redite in suffragium. & cogita te bellum punicum in Italia: & hostium ducem Annibalem esse. Tum centuria & auctoritate mota uiri: & admirantium circa fremitu petit a consule: ut centuriã seniorũ citaret. Velle sese cum maioribus natu colloqui: & ex auctoritate eorum consules dicere. Citatis centuriæ senioribus: datum secreto in ouili cũ his colloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse. Duobus iam plenis horũ. Qu. Fabio &. M. Marcello: & si utique nouum aliquem aduersus pœnos consulem creari uellent: M. Valerium Leuinum egregiæ aduersus Philippum regem gessisse terra mariq;. Itaque de tribus consultatione data: senioribus dimissis: iuniores suffragium ineũt. M. Marcellum Claudium fulgentem tum Sicilia domita: &. M. Valerium absentes consules dixerũt: auctoritatẽ prærogatiuæ oẽs centuriæ secutæ sunt. Eludant nũc antiqua admirãtes: non equidẽ: siqua sit sapientium ciuitas: quam docti fingũt magis: quam norũt: aut principes grauiores: tempatioresq; a cupidine imperii: aut multitudinem melius moratam censeãt fieri posse. Centuriam uero iuniorum seniores consulere uoluisse: quibus imperii suffragium mandaret: uix: ut uerisimile sit: parentum quoq; hoc sæculo uilis leuisq; apud liberos auctoritas fecit. Prætoria inde comitia habita. P. Manlius Valens: &. L. Manlius Acidinus: &. G. Lectorius: &. L. Cincius Almẽtus creati sunt. Forte ita incidit: ut comitiis p̃fectis: nunciaretur. T. Octacilium: quem. T. Manlio: omnis ni interpellatus ordo comitiorum esset: collegam absentem daturus fuisse uidebatur populus: mortuũ ĩ Sicilia esse. Ludi Apollinares & priore anno ut fuerũt: & eo anno fierent: repẽte Calphurnio prætori senatus decreuit: ut in perpetuum uouerentur. Eodem anno prodigia aliquot uisa. In æde Concordiæ Victoria: quæ in culmine erat: fulmine icta decussaq; ad Victorias: quæ in arce fixa erãt: hæsit: neq; inde p̃cidit: & Anagnia & Fregellis nunciatum est murum portasq; de cælo igne tactas. Et in foro subertano sanguinis riuos per diem totum fluxisse: & Ereti lapidibus pluisse: & Reate mulam peperisse. Ea prodigia hostiis maioribus procurata sunt: & obsecratio in unum diem populo indicta & nouendiale sacrum: sacerdotes publici aliquanti eo anno mortui sunt: nouiq; suffecti: In locum. M. Aemylii Numidæ decenuiri sacrorum Aemylius Lepidus. In locum. M. Pomponii Mathonis pontificis Liuius. In locum. Sp. Caruilli Maximi auguris. M. Seruilius. T. Octacilius Crassus pontifex: quia exacto anno mortuus erat: ideo nominatio in locũ eius nõ est facta. G. Claudius Flamendialis: quod extra perperam dederat Flaminio: abiit. Per idem tempus. M.

Valerius Leuinus:tentatis prius per ſecreta colloquia principum animis:ad indictum ante ad idipſum cõ cilium ætolorum claſſe expedita uenit. Vbi cum Syracuſas Capuamq; captas in fidem in Italiaq; rerum ſecundarum ſucceſſũ oſtentaſſet:adieciſſetq; iam inde a maioribus traditum morem romanis colendi ſo cios:ex quibus alios in ciuitatem atq; æquum ſecum ius accepiſſent:alios in ea fortuna haberent: ut ſocii eſſe:quam ciues mallent. Aetolos eo in maiore futuros honore:quod gentium tranſmarinarũ in amicitiã primi ueniſſent. Philippum eis & macedonas graues accolas eſſe:quorũ ſe uim:ac ſpiritus fregiſſe uigoré: & eo redactũ eſſe:ut nõ his modo urbibus:quas per uim ademiſſet ætolis:excedant:ſed ipſam Macedoniã infeſtam habeãt:& a carnanes:quos ægre ferrẽt:Aetolia corpore ſuo direptos reſtituũ ſe ĩ antiquã formu lã iuris ac dicionis eorũ. Hæc dicta ꝓmiſſaq; a romano ĩperatore Scopas:qui tũ prætor gẽtis erat:& Dori machus princeps ætolorũ affirmauerũt auctoritaté ſuã minore cũ uerecũdia:& maiore cũ fide uim maie ſtatéq; populi romani extollẽtes:maxime tamẽ ſpes potiũdæ mouebat Acarnaniæ. Igit cõſcriptæ cõdicio nes:quibus ĩ amicitiã ſocietatéq; populi rõani uenirẽt:aditũq;:ut:ſi placeret:uellẽtq; eodẽ iure amicitiæ:elei lacedæmoniiq;:& Pleuratus Attalus:& Scerdiledus eẽnt. Aſiæ Attalus:hi thracũ & illyricorũ reges. Bellũ ut extẽplo ætoli cũ Philippo fra gererẽt. Nauibus ne minus. xx. qnqueremibus adiuuarẽt. Rõanus urbiũ Corcyræ tenus ab Aetolia ĩcipiẽte ſolũ:tectaq;:& muri cũ agris ætolorũ:alia oĩs ꝑda populi romani eẽnt. Darẽtq; operã rõani:ut Acarnaniã ætoli haberẽt. Si ætoli pacẽ cũ Philippo facerẽt:fœderi aſcriberẽt: ita ratã eorũ pacẽ:ſi Philippus arma a romanis ſociiſq;:quicq; eorũ dicionis eſſent:abſtinuiſſet. Item:ſi populus romanus fœdere iungeret regi:ut caueret:ne ius ei bellũ inferendi ætolis ſociiſq; eorũ eſſet. Hæc cõuenerũt:cõſcriptaq; biennio poſt olympiæ ab ætolis ĩ Capitolio ab romanis:ut teſtata ſacris monumẽtis eẽnt: ſunt poſita. Moræ cauſa fuerãt retenti Romæ diutius legati ætolorũ. nec tamẽ impedimẽto id rebus gerẽ dis fuit:& ætoli extemplo mouerũt aduerſus Philippũ bellũ. & Leuinus Zacynthũ:parua inſula eſt pro pinqua Aetoliæ:urbẽ unã eodem:quo ipſa eſt noĩe:habet:eam præter arcẽ excepit. & Oleniadas Naxũq; acarnanũ captas ætolis cõtribuit. Philippũ quod ſatis implicatũ bello finitimo ratus:ne Italiã pœnoſq; & pacta cũ Annibale poſſet reſpicere:Corcyrã ipſe ſe recepit. Philippo ætolorũ defectio Pellæ hybernãti al lata eſt. Itaq; quia primo uere moturus exercitũ ĩ Græciã erat:Illyricos finitimaſq; ei urbes alterno metu quietas:ut Macedoniã haberet:expeditionẽ ſubitã in originorũ atq; apolloniatum fines fecit: ægreſſoſq; apolloniatas cũ magno terrore:ac pauore cõpulit intra muros:uaſtatis ꝓximis Illyricis in Paphlagoniam eadem celeritate uertit iter. Inde dardanorũ urbem ſitã in macedoniã tranſitũ dardanis facturã cepit. His raptim actis:memor ætolici iũctiq; cũ eo romani belli:p Paphlagoniã:& Nympheũ:& Boetiã ĩ Theſſaliã deſcẽdit ad bellũ ſecũ aduerſus ætolos capeſſẽdũ. Incitari poſſe hoĩes credebat:& relicto ad fauces Theſ ſaliæ Perſeo cũ quattuormillibus armatorũ ad arcẽdos aditu ætolos:ipſe priuſq; maioribus occuparetur rebus:in Macedoniã atq; in Thraciã exercitũ ac medos eduxit. Incurrere ea gens ĩ Macedoniã ſolita erat: ubi regẽ occupatũ externo bello ac ſine præſidio eſſe regnũ ſenſiſſet. Ad phragandas igit uaſtare agros:& urbẽ Iam pharniã caput:arcemq; medicæ oppugnare cœpit. Scopas ubi ꝓfectum in Thraciã regẽ:occupa tũq; ibi bello audiuit:armata omni iuuẽtute ætolorũ:bellũ inferre Acarnaniæ parat. Aduerſus qđ ſe acar nanũ gens:& uiribus impar:& iam mœnia Oleniados Naxũq; amiſſa cernẽs:romanaq; inſuper arma ĩgru ere:ira magis inſtruit quã cõſilio bellũ:cõiugibus liberiſq; & ſenioribus ſupra. lx. annos ĩ ꝓpinquã Epirum miſſis:a. xxv. ad. lx. annos cõiurãt:niſi uictores ſe nõ redituros. Qui uictus acie exceſſiſſet:eum nequis ur be:tecto:meſa:lare reciperet. Dirã execrationẽ ĩ populares obteſtationẽq;:quã ſanctiſſimã potuerũt:aduer ſus hoſpites cõpoſuerũt:præcatiq; ſimul epirotas ſunt:ut qui ſuorũ ĩ acie occidiſſent:eos uno tumulo cõ tegerẽt:adhiberẽtq; humatis titulũ. Hic ſiti ſunt acarnanes:qui aduerſus uim atq; iniuriã ætolorũ ꝓ pa tria pugnantes mortẽ oppetierũt. Per hæc incitatis animis caſtra extremis finibus ſuis obuiã hoſti poſue rũt. Nũciis ad Philippũ miſſis:quãto res in diſcrimine eſſet omittere Philippũ id:qđ in manibus erat: co egerũt bellũ iam Pharma per deditionẽ recepta & ꝓſpero alio ſucceſſu reũ. Aetolorũ impetũ tardauerat primo coniurationis fama Acarnaniæ: deinde auditus Philippi aduentus regredi etiam in intimos coe git fines. Nec Philippus:quanquam ne opprimerent a carnanes:itineribus magnis ierat:ultra Clinem eſt progreſſus. Inde cum audiſſet reditum ætolorum ex Acarnania:& ipſe Pellam rediit. Leuinus ueris princi pio a Corcyra profectus:nauibus:ſuperato Leucate promontorio:cum ueniſſet Naupactum: Anticyram inde ſe petiturum edixit:ut ꝑſto ibi Scopas ætoliq; eſſent. Sita Anticyra eſt in Locride:leua pte ſinum co rinthiacum intrantibus breuis terræ iter:eo breuis nauigatio a Naupacto eſt:tertio ferme poſt die utrin que oppugnari cœpta eſt. Grauior a mari oppugnatio erat:quia & torméta:machinæq; oĩs generis in na uibus erãt:& nauibus romani inde oppugnabãt. Itaq; intra paucos dies recepta urbs ꝑ deditionem ætolis traditur. præda ex Naupacto romanis ceſſit. Leuino litteræ redditæ: conſulem eum abſentem declaratũ: & ſucceſſorem uenire. P. Sulpicium. Cæterum diuturno ibi morbo implicitus ſerius ſpe omnium uenit Romam. M. Marcellus cũ idibus martiis conſulatum iniſſet:ſenatũ eo die moris mõ cauſa habuit: ꝓfeſ ſus nihil ſe abſente collẽga:neq; de rep. neq; de ꝓuiciis actuũ. Scire ſe frequẽtes ſiculos ꝓpe urbẽ in uillis obtrectatorum factorum ſuorum eſſe. Quibus tamen abeſſe: ut per ſe non liceat palam Romæ crimi na edicta facta ab inimicis uulgare:ut inſimularẽt aliquẽ ſibi timorẽ abſente collega dicendi de conſule eſſe:ipſe eis extẽplo daturus ſenatum fuerit. Vbi quidem collega ueniſſet:non paſſurũ quicquã prius agi:

quam ut siculi in senatum introducantur. delectum prope a. M. Cornelio per totam Siciliam habitum: ut quamplurimi questum de se Romam uenirent. eundem litteris falsis Romam impleſſe: bellum in Sicilia esse: ut suam laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus cōsul senatum dimisit: ac ꝓpe iustū iusticium omniū reꝝ futuꝝ uidebatur: donec alter consul ad urbē ueniſſet. Otium: ut solet: excitauit plebis rumores belli diuturnitate & uastatos agros circa urbē: qua infesto agmine isset Annibal. exhaustam delectibus Italiā: & pro re quod cannēsis exercitus cæsus querebant. & cōsules bellicosos ambos uiros: acres nimis: & feroces creatos: qui uel in pace tranquilla bellū excitare possent: ne dum in bello respirare ciuitatem forent passuri. Interrupit hos sermones nocte: quæ pridie quinquatrius fuit pluribus simul locis circa forum incendium ortū. Eodem tēpore septē tabernæ: quæ postea quinq; : & argentariæ : quæ nunc nouæ appellant: arsere. Comprehensa postea priuata ædificia. Neq; enim tunc basilicæ erāt. Comprehensæ lautumiæ: forūq; piscatorium: & atrium regiū. ædes Vestæ uix defensa est: tredecim maxime seruoꝝ opera: qui in publicū redempti: ac manumissi sunt. nocte & die continuatū incendiū fuit. nec ulli dubiū fuit: humana id fraude factum esse: quod pluribus simul locis & iis diuersis ignes coorti essent. Itaq; cōsul ex auctoritate senatus pro concione edixit: qui: quoꝝ opera id conflatū incendiū ꝓfiterent: præmiū fore libero pecuniā: seruo libertatē. Eo ꝑmio inductus cāpanoꝝ calauioꝝ seruus (Mannus ei nomē erat) indicauit domios. & hi quinq; præterea iuuenes nobiles cāpanoꝝ: quoꝝ parentes a Fuluio percussi erāt securi: id incendium feciſſe: uulgoq; facturos alia: ni cōprehendant. Cōprehēsi: familiæq; eoꝝ primo eleuabat index: indiciūq; pridē eum uerberibus castigatū a dominis discessiſſe: per irā ac leuitatē ex re fortuita crimen cōmentum. Cæteꝝ ut coram arguebant: & quæstio ex ministris facinoris foro medio haberi cœpta est: fassi omnes atq; in dominos seruosq; cōscios aīaduersum est. Indici libertas data: &. xx. millia æris. Consuli Leuino Capuā prætereunti circūfusa multitudo cāpanoꝝ obsecrantiū cū lachrymis: ut sibi Romā ad senatū ire liceret: oratū: siqua misericordia tandē flecti possent: ne se ad ultimū perditū irent: nomēq; campanoꝝ a. Qu. Flacco deleri sinerent. Flaccus sibi priuatā simultatē cū cāpanis negare ullā esse. publicas inimicitias & hostiles eē: & futuras: quoad eo aīo ī populū romanū esse sciret. Nullā enī ī terris gentē esse: nullū infestiorem populum nomini romano. Ideo se mœnibus incluſos onere eos: quia siqui euasiſſent: aliqua uelut feras bestias per agros uagari: & laniare: & trucidare quodcūq; obuium detur. Alios ad Annibalē transfugisse. Alios ad Romā incendendā profectos. Inuentuꝝ in semiusto foro cōsulem uestigia sceleris cāpanorum. Vestæ ædem petitam: & eternos ignes: & conditū inpenetrali fatale pignus imperii romani. Se minime censere tutū esse cāpanis potestatē intrandi romana mœnia fieri. Leuinus cāpanos iureiurando a Flacco adactos. v. die: quā a senatu respōsum accepiſſent Capuam redituros: sequi se romam iussit. Hac circumfusus multitudine simul siculis obuiam egressis: siculisq; Romā præbuit clariſſimaꝝ urbiū excidio: ac ceterrimis uiris uictos bello accusatores in urbē adducens. De rep. tamē primū ac de ꝓuinciis ambo cōsules ad senatū rettulere. Ibi Leuinus: quo statu Macedonia: & græcia: ætoli: acarnanes: Locriq; essent: quaq; ibi res ipse egisset terra mariq; exposuit. Philippū inferentē bellum ætolis in Macedoniā retro a se cōpulsum: ad intima penitus regni abiisse: legionēq; inde deduci posse: satis classe esse ad arcendū Italia regem. hæc de se deq; ꝓuincia: cui præfuerat: consultū. De ꝓuinciis cōis relatio fuit. Decreuere patres: ut alteri cōsulum Italia bellūq; cū Annibale ꝓuincia esset. Alter classem: cui. T. Octacilius ꝑfuisset: Siciliāq; ꝓuinciā cum. L. Cincio prætore contineret. Exercitus eis duo decreti: qui ī Ethruria Galliaq; essent: hæ quattuor erāt legiones urbanæ: duæ superioris anni ī Ethruriā: duæ: quibus Sulpicius cōsul præfuisset: ī Galliā mitterentur. Galliæ & legionibus præesset: quē consul: cuius Italia ꝓuincia esset: ꝑfeciſſet. in Ethruriā. G. Calphurnius post ꝓturā rogato ī annū iperio missus. &. Qu. Fuluio Capua ꝓuincia decreta: ꝓrogatūq; in annū imperiū. Exercitus ciuiū socioꝝq; minui iussus: ut ex duabus legiōibus una legio: quīq; millia peditū: &. ccc. equitū essent: Dimissis: qui plurima stipendia haberēt: & socioꝝ septēmillia peditū: &. ccc. equites relinquerent. Eadē ratione stipendioꝝ habita ī uereribus militibus dimittēdis. Gn. Fuluio consuli superioris anni: nec de ꝓuincia Appulia: nec de exercitu: quē habuerat: quicquā mutatū: tantū in annū ꝓrogatum imperiū est. P. Sulpicius collega eius oēm exercitū: præter socios nauales iussus dimittere est. Itē ex Sicilia: exercitus: cui. M. Cornelius ꝑsset: ubi cōsul ī ꝓuinciā ueniſſet: dimitti iussus. L. Cincio ad obtinēdā Siciliā cannēses milites dati duaꝝ instar legionū. Totidē legiōes in Sardiniā. P. Manlio Vulsoni prætori decretæ: quibus. L. Cornelius in eadē prouincia priore anno præfuerat. Vrbanas legiones ita scribere cōsules iussi: ne quē militem facerent: qui in exercitu. M. Claudii: M. Valerii: Fuluiiq; fuissent. neue eo anno plures: quā una &. xx. romane legiones essent. his senatuscōsultis perfectis: sortiti prouincias consules: Sicilia & classis Marcello: Italia cum bello aduersus Annibalem Leuino euenit. Quæ sors uelut iterum captis Syracusis ita exanimauit siculos expectatione sortis in consulū conspectu stantis: ut comploratio eoꝝ flebilesq; uoces: & extēplo oculos hoium cōuerterēt: & postmodū sermōes ꝑbuerint. Circūibāt enī senatū cū ueste sordida affirmātes se nō mō suā qsq; patriā: sed totā Siciliā relicturos: si eo Marcellus itez cū iperio redisset: nullo suo merito eū āte iplacabilē ī se fuisse. qd iratū: qđ Romā de se questū ueīsse siculos sciat: factuꝝ: obrui ab Aetnæ ignibus: aut mergi freto satius illi īsulæ eē: quā uelut dedi noxe inimico. Hæ siculoꝝ qrelæ domos primū nobiliū circūlatæ celebratæq; sermōibus: quos partī misericordia siculoꝝ: ꝓtim iuidia Marcelli excitabat: ī senatū etiam ꝓuenerunt. Postulatū a consulibus est: ut depermutandis prouinciis senatū

consulerent.Marcellus:si iam auditi a senatu siculi essent:alias forsitan futuram fuisse sententiam suam dicere.Nunc nequis timore frænari eos dicere posset:quo minus de eo libere querantur:in eius potestatem mox futuri sint:si collegæ nihil iterfit mutare se prouinciam paratum esse: deprecari senatus præiudiciū: Nam cum extra sortem collegæ optionem dare prouinciæ iniquū fuerit:quāto maiorem iniuriam:immo contumeliam esse:sortem suam ad eum trāsferri? ita senatus:cum quid placeret:magis ostendisset: quā decreuisset:dimittitur.Inter ipsos cōsules ꝓmutatio ꝓuinciarum:rapiente fato Marcellum:Ad Anibalē facta est:ut ex quo primum post aduersæ gloriam pugnæ cœperat:in eius laudem postremus romanoꝝ imperatorum ꝓsperis tum maxie bellicis rebus caderet.Permutatis ꝓuinciis siculi in senatū introducti: multa de Hieronis regis fide ꝑpetua erga populum romanum uerba fecerūt:in gratiā publicā auertentes Hieronymum:ac postea Hippocratē:atq; Epicidem tyrannos:tum ob aliaꝝ ciuitatum defectionem ab romanis ad Annibalē inuisos fuisse sibi:ob eam causam & Hieronymū aprincipibus iuuentutis ꝓ publico interfectum consilio:& in Epicidis:Hippocratisq; cædem septuaginta nobilissimoꝝ iuuenū coniurationē factā: quos mora destitutos:quia ad prædictum tempus exercitum ad Syracusas non admouisset:omnes a tyrannis interfectos indicio facto.Eam quoq; Hippocratis atq; Epicidis tyrannidē Marcellum excitasse:leontinis crudeliter direptis.Nunquam deinde principes syracusanoꝝ desisse ad Marcellum transire:polliceriq; se urbem:cum uellet:ei tradituros .Sed eū primo ui capere,maluisse.deide cum id neque terra:neque mari omnia expertus potuisset :auctores traditarum Syracusarum fabrum ærarium Sosin : & Mericum hispanum : quam principes syracusanorum habere: totiens id nequicquam ultro offerentes : præoptasse:quo scilicet iustiore de causa uetustissimos socios populi romani trucidaret:ac diriperet,si nō Hieronymus ad Annibalē defecisset:sed populus syracusanus & senatus:si portas Marcello syracusani publice & nō oppressis syracusanis tyranni eoꝝ Hippocrates & Epicides clausissent:si carthaginēsium armis bellū cum populo romano gessissent:quid ultra:quā quod fecerit:nisi ut deleret Syracusas facere hostiliter Marcellū potuisse? Certe præter mœnia:& tecta: exhausta urbis sacra fracta ac spoliata deum delubra:diis ipsis ornamentisq; eoꝝ ablatis:nihil relictum Syracusis esse.Bona quoq; multis adempta ita:ut ne nudo quidem solo:reliquis direptis:ne alere sese:ac suos possent, orare se patres conscriptos: ut si nequeant omnia: saltem quæ comparere:cognosciq; possint:restitui dominis iubeant. Talia conquestos cum excedere extemplo: ut depostulatis eoꝝ patres cōsuli possent:Leuinus iussisset:maneāt:inquit Marcellus: ut corām his respōdeam.Quando ea cōdicione ꝓ uobis patres.c.bella gerimus:ut uictos armis accusatores habeamus: duas captæ hoc anno urbes:Capua Fuluium rerum:Marcellum Syracusæ habeant.Reductis in curiam legatis tum consul:Non adeo maiestatis:inquit:po.ro. imperiiq; huius oblitus sum patres.c. ut si de meo crimine ambigeretur:cōsul dicturus causam accusantibus græcis fuerim :sed non quid ego fecerim: indisquisitionem uenit:sed quid isti pati debuerit:qui si non fuerunt hostes:nihil interest nūc:an uiuo Hierone Syracusas uiolauerim.Sin autē desciuerunt:legatos nostros ferro atq; armis petierūt:urbem ac mœnia clauserū exercitūq; carthaginensium aduersus nos tutati sunt:quis passos esse hostilia:cum fecerint:indignat. tradentes urbem principes syracusanoꝝ aduersatus sum Sosim & Mericū hispanum:quibus tantam rem crederem:potiores habui? Non estis extremi syracusanoꝝ:quippe qui aliis humilitatē obiiciatis. Quis est uestrum:qui se mihi portas apertuꝝ:qui armatos milites meos i urbem acceptuꝝ promiserit? Odistis & execramini eos:qui fecerunt.& ne his quidem cūtumeliis in eos dicendis parcitis:tantū abest : ut & ipsi tale quicquā facturi fueritis.Ipsa humilitas eoꝝ patres.c quā isti obiiciunt:maxie argumēto est:me neminem: qui nauatam operam reipu.uestræ uelit:auersatū esse.& ante quā obsiderem Syracusas:nunc legatis mittēdis:nunc ad colloquium eundo tentaui pacem.& posteaquā neq; legatos uiolandi uerecūdia erat: nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur:multis terra mariq; exhaustis laboribus: tandem ui atq; armis Syracusas cepi. Quæ captis acciderint:apud Annibalem & carthaginenses uictos sese iustius:quā apud uictoris populi.ro.senatum quererētur . Ego patres.c.Syracusas spoliatas:si negaturus essem:nunquā spoliis eaꝝ urbem Romā exornarem . Quæ autem singulis uictor aut ademi:aut dedi cū belli iure:tum excuiuscunq; merito satis scio me fecisse:Ea uos rata habeatis patres.c:næ magis reip. interest:quā mea:Mea quippe fides exoluta est.Ad remp.ꝑtinent:ne acta mea rescindendo alios in posterum segniores duces faciatis.Et quoniam coram & siculorum & mea uerba audistis patres.c:simul templo excedemus:ut me absente:liberius consuli senatus possit.Ita dimissis siculis : & ipse in Capitolium ad delectū discessit.Consul alter depostulatis siculoꝝ ad patres rettulit.Ibi cum diu de sententiis certatū esset: & magna pars senatus a principe eius sententiæ Manlio Torquato cum tyrannis bellum gerendum fuisse censerent:hostibus & syracusanoꝝ:& populi romani & urbem recipi:non capi: & receptam legibus antiquis & libertate stabilire:nō fessam miseranda seruitute bello affligi: inter tyrannoꝝ & ducis romani certamina præmium uictoris in medio positam urbem pulcherrimā:ac nobilissimā petisse: horreum atq; ærarium quondā populi romani:cuius munificentia ac donis multis tēpestatibus: hoc deniq; punico bello adiuta ornataq; respu.esset:si ab inferis existat rex Hiero fidissimus imperii romāi cultor: quo ore aut Syracusas: aut Romam ei ostendi posse:cū ibi semirutam ac spoliatam patriā r. spexit: ingrediens Romā in uestibulo urbis prope in porta spolia patriæ suæ uisurus sit? Hæc taliaq; cū ad inuidiam consulis miseratione siculorum dicerentur:mitius tamē decreuerunt patres causa Marcelli.Quæ is gerens bellū:uictorq; egisset

rata habẽda.& ſe in reliquũ curæ ſenatui fore rẽ ſyracuſanã.mandaturoſq; cõſuli Leuino:quod ſine iactura reip.fieri poſſet:fortunis eius ciuitatis cõſuleret.Miſſis duobus ſenatoribus ad cõſulẽ in Capitoliũ uti rediret ĩ curiã:& ĩtroductis ſiculis ſenatus.c.recitatũ eſt:legatiq; benigne appellati:ac dimiſſi ad genua ſe Marcelli cõſulis ꝓiecerũt obſecrantes:ut quæ deplorãdæ ac leuandæ calamitati cauſa dixiſſent: ueniam eis daret:& in fidẽ:& clientelam ſe:urbẽq; Syracuſas acciperet.poſt hæc cõſul clemẽter appellatos eos dimiſit.Cãpanis deinde ſenatus datus:quoꝝ oratio miſerabilior:cauſa durior erat:neq; enĩ meritas pœnas negare poterãt:uec tyranni erãt:in quos culpã deferrẽt.Sed ſatis penſum pœnaꝝ tot ueneno abſumptis: tot ſecuri ꝓcuſſis ſenatoribus credebãt.paucos nobiliũ ſupſtites eſſe:quos nec ſua cõſcientia:ut quicquam de ſe grauius cõſulerent:impulerit:nec uictoris ira captis damnauerit:eos libertatẽ ſibi : ſuiſq; & bonorũ aliquã ꝓtem orare.Ciues romanos affinitatibus plæroſq;:& ꝓpinquis iã iam cognationibus & cõnubio uetuſto iũctos.Sũmotis deinde e tẽplo pauliſper dubitatũ eſt: an accerſendus a Capua.Qu.Fuluius eſſet: Mortuus Claudius cõſul erat corã ĩperatore:qui res geſſiſſet.ſicut ĩter Marcellũ:ſiculoſq; diſceptatũ fuerat:diſceptaret . Deinde cũ.M.Attiliũ:Fuluiũ fratrẽ Flacci legatos eius:atq; Minutiũ:&.L.Veturiũ Philonẽ:itẽ Claudii legatos:q oĩbus gerẽdis rebus affuerãt:ĩ ſenatu uideret:nec Fuluiũ auocari a Capua nec differri cãpanos uellẽt:ĩterrogatus ſententiã.M.Attilius Regulus:cuius ex iis:qui ad Capuã fuerãt : maxima auctoritas erat:In cõſilio:inquit:arbitror me fuiſſe cõſulibus Capua capta:cũ quæreret:qui cãpanoꝝ de rep.noſtra benemeritus eſſet:duas mulieres cõpertũ é Beſtiã Appiã Attelanã Capuæ habitantẽ:& Fauculã Cluuiã:quæ quondã quæſtũ corpore feciſſet:illã quottidie ſacrificaſſe ꝓ ſalute:& uictoria populi romani.Hãc captiuis egetibus alimẽta clam ſuppeditaſſe.cæteroꝝ oĩum campanoꝝ eũdem erga nos aĩum: quẽ carthaginẽſiũ fuiſſe:ſecuriq; ꝓcuſſos a.Qu.Fuluio fuiſſe magis:quoꝝ dignitas inter alios:quã quoꝝ culpa eminebat.Per ſenatũ agi de cãpanis:qui ciues romani ſũt:iniuſſu populi nõ uideo poſſe:idq; & apd maiores nr̃os ĩ ſutrianis factũ é:cũ defeciſſent:ut.M.Antiſtius tribunus ple.prius rogationẽ ferret:ſciretque plebs uti ſenatui de ſutrianis ſententiæ dicẽdæ ius eſſet.Itaq; cenſeo cũ tribunis ple.agendũ eſſe : ut eoꝝ unus:plureſue rogationẽ ferãt ad plebẽ:qui nobis ſtatuẽdi de cãpanis ius fiat: Attilius tribunus ple. ex auctoritate ſenatus plebẽ i hæc uerba rogauit.Omnes cãpani:attellani:calatini:ſabbatini:qui ſe dediderũt ĩ arbitriũ deditionẽq; populi romani:Fuluio ꝓcõſuli:quoſq; ſecũ una dediderũt:agrũ:urbẽq; : diuina humanaq;:utenſiliaq;:ſiue quicquã aliud dediderũt:de iis rebus:quid fieri uelitis:uos rogo quirites.Plebs ſic iuſſit.Quod ſenatus maxima pars cenſeat:qui aſſidẽs:id uolumus:iubemuſq;.ex hoc plebiſcito : ſenatuſq; cõſulto Appiæ Cluuiæq; primũ bona:ac libertatẽ reſtituit . Si q̃ alia ꝑmia petere a ſenatu uellẽt:uenire eas Romã.Campanis ĩ familias ſingulas decreta facta:quæ nõ operæpretiũ eſt oĩa enumerare. Alioꝝ bona publicãda.ipſos:liberoſq; eoꝝ:& cõiuges uẽdendas:extra filias:quæ nupſiſſent priuſquã ĩ poteſtatẽ populi romani ueniſſent.Alios ĩ uincula cõdendos:ac de his poſterius cõſulendũ.Alioꝝ campanoꝝ ſummam etiã cenſus diſtraxerũt.publicanda necne bona eſſent:pecora captiua:præter equos:& mãcipia:præter puberes uirilis ſexus:& omnia:quæ ſolo nõ cõtinerent:reſtituenda cẽſuerũt dominis. Campanos oẽs attellanos:calatinos:ſabbatinos:extra quã qui eoꝝ aut ipſi:aut parẽtes eoꝝ apud hoſtes eſſent : liberos eẽ iuſſerũt.Ita ut nemo eoꝝ ciuis.ro.aut latini noĩs:ſed neue quis eoꝝ:qui Capuæ fuiſſet:dũ portæ clauſæ eſſent:iurbe agroue cãpano ĩtra certã diẽ maneret.locus:ubi habitaret:trans Tyberim:qui nõ cõtingeret Tyberim:daret.qui nec Capuæ nec ĩ urbe cãpana:quæ a populo ro.defeciſſet:ꝑ bellũ fuiſſent:eos cis Lirim amnẽ Romã uerſus.qui ad romanos tranſiſſent:priuſquã Annibal Capuã ueniret:eos cis Vulturnũ emouẽdos cenſuerũt:nequis eoꝝ ꝓpius mare.xv.millibus paſſuũ agrũ ædificiũq; haberet:qui eoꝝ trans Tyberim emoti eſſent:ne ipſi poſteriue eoꝝ uſpiã pararent:haberẽtue:niſi in ueiente:aut ſutrino: nepeſinoue agro:dum nequi maior:quã quinquaginta iugerũ agri modus eſſet.Senatoꝝ oĩum quiq; magiſtratus Capuæ:Attelæ:Galatiæ geſſiſſent:bona uenire Capuæ iuſſerunt.Libera corpora:quæ uenundari placuerat:Romã mitti:ac Romæ uenire.Signa ſtatuas æneas:quæ captæ de hoſtibus dicerent : quæ eoꝝ ſacra:ac ꝓfana eſſent:ad põtificũ collegiũ reiecerũt.Ob hæc decreta mœſtiores aliquãto:quã Romã uenerãt:campanos dimiſerũt.Nec iam.Qu.Fuluii ſæuitiã in ſeſe:ſed iniquitatẽ deũ:atq; execrabilẽ fortunam ſuam incuſabant.Dimiſſis ſiculis campaniſq;:delectus habitus.Scripto deinde exercitu:de remigũ ſupplemẽto agi cœptum.In quam rẽ cũ neq; hominũ ſatis:nec ex qua pararentur:ſtipẽdiũq; acciperẽt: pecuniæ quicquã ea tempeſtate in publico eſſet:edixerũt cõſules:ut priuato ex cenſu ordinibuſq;:ſicut antea remiges darẽt:cũ ſtipẽdio dati hiſq; diebꝫ triginta.ad id edictum tantus fremitus hominũ:tãta indignatio fuit: ut magis dux:quã materia ſeditionis deeſſet.Secũdum ſiculos cãpanoſq; plebem romanã perdendã lacerãdamq; ſibi cõſules ſumpſiſſe.per tot annos tributo exhauſtos.nil reliqui præter terrã nudã:ac uaſtam habere. tecta hoſtes incendiſſe:ſeruos agricultores romani po.abduxiſſe.Nũc ad militiã paruo ære emendo nũc remiges imperãdo:ſiquid:cui argenti æriſue fuerit:ſtipẽdio remigũ: & tributis ãnuis ablatũ:ſe ut dẽt: qđ nõ habẽt:nulla ui:nullo ĩperio cogi poſſe.bona ſua uẽderẽt:ĩ corpore:quæ reliqua eẽnt:fæuirẽt:ne unde redimãt:qdẽ qcq̃ ſupeſſe.Hæc nõ ĩ occulto:ſed ꝓpalã ĩ foro atq; oculis cõſulũ igẽs turba circũfuſa fremebãt.Nec eos ſedare cõſules nũc caſtigãdo:nũc cõſolãdo poterãt.ſpatiũ deinde his tribuere ſe dareq; ad cogitandũ dixerũt:quo ipſi ad rẽ inſpiciendã:expediẽdã uſi ſunt.Senatũ poſtero die habuerũt de remigũ ſupplemento.ubi cum multa diſſeruiſſent:cum æqua plebis recuſatio eſſet: uerterunt orationem eo : ut

dicerẽt:priuatis id seu æquũ:seu iniquũ onus iniũgendũ esse:Nã unde cum pecunia in æraori non esset: paraturos nauales socios? Quomodo aũt sine classibus aut Siciliã obtineri:aut Italia Philippũ auerti posset:aut tuta Italiæ littora esse? Cũ in hac difficultate reꝝ cõsiliũ hæreret.ac ꝑpe torpor quidã hominum mẽtes occupasset:tum Leuinus cõsul:magistratus senatui:& senatus populo sicut honore præstet: ita ad oĩa:quæ dura & aspera essent subeunda:ducẽ debere esse.Siquid iniungere inferiori uelis:id prius in te ac tuos:si ipse iuris statueris:facilius omnes obedientes habeas.Nec impensa grauis est:cũ ea plusquã pro uirili ꝑte sibi quenq; capere principũ uiderint.Itaq; ut classem habeat:quã ornare uolumus:populo romano priuatos sine recusatione remiges dare:nobismetipsis ꝑeremus.primũ augꝝ:argentum signatũ oẽs senatores crastina die ĩ publicũ conferamus:ita ut ánulos sibi quisq;:& cõiugi:& liberis:& filio bullã:& quibus uxor filiæue sunt:singulas uncias põdo auri relinquat argẽti.Qui curuli sella sederũt: equi ornamẽta: & libras põdo ut salinũ patellamq; deoꝝ causa habere possint.Cæteri senatores librã argenti tantũ: æris signati quinamillia ĩ singulos patressamiliæ reliquamus. Cæteꝝ omne augꝝ:argentũ:æs signatũ ad triunuiros mensarios extemplo deferamus:nullo ante senatusconsulto facto: ut uoluntaria collatio: & certamen adiuuandæ reip.excitet ad æmuládum aĩos primũ equestris ordinis:deinde reliquæ plebis:hanc unã uiã:multa inter nos collocuti cõsules inuenimus.Ingredimini diis beneiuuantibus:resp.incolumis & priuatas res facile saluas præstat:publica ꝑdendo tua nequicquã serues.In hoc tanto animo consensum est: ut gratiæ ultro cõsulibus agerent.Senatui inde misso ꝑ se quisq; augꝝ:argẽtum:& æs in publicũ cõferũt: tanto certamine iniecto:ut prima inter primos noĩa sua uellent in publicis tabulis esse: ut nec triunuiri accipiẽdo:nec scribæ referẽdo sufficerent.Hunc cõsensum senatus equester ordo est secutus.Equestris ordinis plebs ita sine edicto:sine cohortatiõe magistratus:nec remige ĩ supplemẽtũ:nec stipẽdio resp.eguit: paratisq; oĩbus ad bellũ:cõsules ĩ prouincias ꝑfecti sunt.Neq; aliud magis belli tempus fuit:quo carthaginenses romanisq; pariter uariis casibus immixti magis in ancipiti spe ac metu fuerint:Nam romanis & in prouinciis hinc in Hispaniam aduersæ res: hinc prosperæ in Siciliam luctum & læticiam miscuerunt. & in Italia tum Tarentum amissum damno: & dolore:tum arce cum præsidio retenta:præter spem gaudio fuit.& terrorem subitũ pauorẽq; urbis Romæ obsessa & oppugnata Capua:& post dies paucos capta in læticiã uertit.Trãsmarinæ quoq; res quadã uice pensatæ:Philippus hostis tpe haud satis opportuno factus.Aetoli noui asciti socii.Attalusq; Asiæ rex iam uel despondẽte fortuna romanis ĩperium oriẽtis. Carthaginẽses quoq; Capua amissa:& Tarentũ captũ æquabãt.& ut ad mœnia urbis Romæ nullo ꝓhibente se ꝓueniſſe in gloria ponebãt:Ita pigebat irriti ĩcœpti.pudebatq; adeo se spretos:ut sedẽtibus ipsis ad romana mœnia alia porta exercitus romanus ĩ Hispaniã duceret.Ipse quoq; Hispaniæ:quo ꝑpius spe uenerãt:tantis duobus ducibus exercitibusq; cæsis debellatũ ibi:ac depulsos inde romanos esse. Eo plus a.L. Martio tumultuario duce ad uanũ & irritũ uictoriã redactam esse indignationis præbebãt. Ita æquante fortuna: suspensa oĩa utrinq; erãt:integra spe:integro metu:uelut illo tẽpore primũ bellũ inciperent:Annibalẽ ante oĩa angebat:quod Capua ꝓtinacius oppugnata a romanis:quã defensa a se:multoꝝ Italiæ populoꝝ aĩos auerterat:quos nec omnes tenere præsidiis:nisi uellet in multas paruas partes capere exercitũ: quod minime tum expediebat:poterat:nec deductis præsidiis spei liberã:uel obnoxiã timoris sociorꝝ relĩquere fidẽ.Præceps ĩ auaritiã & crudelitatẽ animus ad spoliãda:quæ tueri neq;bat:ut uasta hosti relinquerentur:inclinauit.Id fœdũ cõsiliũ tum incœpto:tum etiam exitu fuit.Neq; enĩ indigna patientium modo abalienabãt animi:sed cæteroꝝ etiam.Quippe ad plures exemplũ quã calamitas ꝓtinebat.Nec cõsul romanus tentandis urbibus:sicunde spes aliqua se ostẽdisset:deerat.Salapiæ principes erãt Dasius & Blactius: Dasius Annibali amicus:Blactius: quantum ex tuto poterat: rem romanam fouebat:& per occultos nũcios spem ꝑditionis fecerat Marcello:sed sine adiutore Dasio res transigi nõ poterat:Multũ ac diu cunctatus:& tum quoq; inopia magis cõsilii potioris:quã spe effectus Dasiũ appellabat. At ille cũ ab re auersus:tum æmulo potentatus inimicus rem Annibali aperit.Accersito utroq;:Annibal cũ ꝑ tribunali quædã ageret:moꝝ de Blactio cogniturus:starẽtq; summoto populo accusator & reus:Blactius de ꝑditiõe Dasium appellabat,eninuero ille uelut ĩ manifesta re exclamabat sub oculis Annibalis secũ de ꝑditione agi. Annibali atq; eis:qui aderãt:quo audacior res erat:minus similis ueri uisa ẽ.Aemulationẽ ꝑfecto:atq; odium esse:& id crimen afferri:quod quia testẽ habere nõ posset:liberius fingẽtes.Ita inde dimissi sunt: Nec Blactius ante abstitit tam audaci incœpto:quã idẽ obtundendo docendoq;:quã ea res ipsis:patriæq; salutaris esset:ꝓcidit:ut ꝑsidiũ punicũ(hi aũt numidæ erãt)Salapiaq; traderet Marcello:nec sine cæde multa tradi potuit. Lõge fortissimi eqtũ toto punico exercitu erãt:itaq;:quãquã ĩprouisa res fuit:nec usus equorũ in urbe erat:tamẽ armis inter tumultũ captis:& eruptionẽ tentauerunt:& cũ euadere nequirẽt:pugnãtes ad ultimũ ꝓcubuere:nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium uiui uenerunt.Plus aliquãto dãni hæc ala equitũ Annibali amissa:quã Salapia fuit.nec deinde unquã pœnus:quo longe plurimum ualuerat:equitatu superior fuit.Per idẽ tẽpus cũ ĩ arce tarẽtina uix inopia tolerabilis esset:spem omne ꝑsidiũ:qđ ibi erat romanum:præfectusq; præsidii: atq; arcis.M. Liuius in commeatibus a Sicilia missis habebant:qui ut tuto ꝓterueherentur oram Italiæ:classis uiginti ferme nauium Regii stabat.Prærat classi: commeatibusq;.D.Quintius obscuro genere ortus:cæterum multis fortibus factis: gloria militari illustris:primo quinq; naues:quarum maximæ duæ triremes a Marcello ei traditæ erant:habuit,postea rem

impigre sæpe gerenti tres additæ quiqueremes. postremo ipse a sociis reginisq; & a Vellia & a Pesio debitas ex fœdere exigendo classē. xxx. nauiū: sicut ante dictū est: effecit. Huic ab Regio ꝓfectæ classi Democrates cū pari classe nauiū tarētinaꝝ numero quindecim millia ferme ab urbe ad sacriportū obuius fuit. Velis tamē improuidus futuri certaminis romanus ueniebat: sed circa Crotoná Sibarimq; suppleuerat remigio nauis: instructamq; & armatá egregie ꝓ multitudine nauiū classem habebat. & tum forte sub idē fere tempus & uétus omnis cecidit: & hostes in cōspectu fuere. ut ad cōponēda armamēta: expediēdumq; remigem ac militē ad imminēs certamē satis tēporis esset. Raro alias tantis animis iustæ cōcurrerūt classes: quippe cum in maioris discrimine rei: quā ipsæ erāt: pugnarēt. Tarētini ut recuperata urbe ab romanis post centesimū ꝓpe annū arcē etiam liberarent: spem commeatus quoq; hostibus: si nauali prælio possessionem maris ademissent intercluduri. Romani ut retenta possessione arcis ostenderent non ui aut uirtute: sed ꝓditione ac furto Tarentū amissum. itaq; ex utraq; parte: signo dato: cum rostris cōcurrissent: neq; retro nauē inhiberent: nec dirimi a se hostem paterentur: quā quis adeptus nauē erat ferrea iniecta manu: ita cōserebant ex ꝓpinquo pugnā: ut nō missilibus tātum: sed gladiis etiā & ꝓpe collato pede quærerent. ꝓræ inter se iunctæ hærebāt. puppes alieno remigio circunagebant. ita in arto stipatæ erāt naues: ut uix ullū telum in mari uanū intercideret. frontibus uelut pedestris acies urgebāt: puiæq; naues pugnantibus erant. Insignis tamen inter cæteras pugna fuit duaꝝ: quæ primæ agminis cōcurrerāt inter se. i romana naue ipse Quintius erat. In tarentina Nico: cui perconi fuit cognomē: non publico modo: sed priuato etiam odio inuisus atq; infestus romanis: quod eius factionis erat: quæ Tarentū Annibali ꝓdiderat. Hic Quintium simul pugnātem: hortantēq; suos incautū hasta transfixit. Ille atq; præceps cū armis ꝓcidit ante portam: uictor tarentinus i turbatam: duce amisso: nauem impigre transgressus cum summouisset hostes: & ꝓra iam tarētinoꝝ esset: puppim male conglobati tuerentur romani: repēte & alia a puppi triremis hostium apparuit. ita in medio circūuenta romana nauis capitur. hīc cæteris terror iniectus: ut ꝑtoriā nauem captam uidere. fugiētesq; passim: aliæ alto mersæ: aliæ in terra remis abreptæ mox ꝑdæ fuerūt turinis metapontinisq;. Ex onerariis: quæ cū commeatu sequebantur: ꝓpaucæ i potestatē hostiū uenere. aliæ ad icertos uentos hinc atq; illinc obliqua transferentes uela in altū euectæ sunt. Nequaquā pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta: Nam ad quattuormillia hominū frumentatū egressa: cum in agris passim uagarentur: Liuius: qui arci ꝑsidioq; romano ꝑerat: intētus in omnes occasiones gerendæ rei. G. Persiū impigrū uirum cum duobus millibus armatorum ex arce emisit: qui uage effusos ꝑ agros palatosq; adortus cū diu passim cecidisset: paucos ex multis trepida fuga incedentes: semiapertis portarum foribus in urbem compulit: ne urbs eodem impetu caperet. Ita æquatæ res ad Tarentū romanis uictoribus frumenti spes: quæ in oculis fuerat: utroq; frustrata pariter. Per idem tempus Leuinus consul iam magna pte anni circūacta i Siciliā ueteribus nouisq; sociis expectatus cū uenisset: primū ac potissimū ratus otium syracusanis noua pace incōditas cōponere res. Agrigētum inde: quod belli reliquū erat: tenebaturq; a carthaginensium ualido præsidio: duxit legiones: & affuit fortuna icœpto. Hāno erat imperator carthaginensium: sed oēm in mutinæ numidisq; spem repositā habebat: ꝑ totam Siciliā uagus prædas agebat ex sociis romanoꝝ. neq; intercludi ab Agrigento ui: aut arte ulla: nec quin erumperet: ubi uellet: ꝓhiberi poterat: Hæc eius gloria quia iam iperatoris quoq; famæ officiebat: postremo in inuidiā uertit: ut ne bene gestæ quidem res iam Hannoni ꝓpter auctorē satis lætæ essent: ꝓpter quæ postremo præfecturam eius filio suo dedit ratus cū imperio auctoritatē quoq; & inter numidas ereptuꝝ: Quod longe aliter euenit: nā ueterē fauorē eius sua insuper inuidia auxit. Neq; ille idignitatē iniuriæ tulit: cōfestimq; ad Leuinū occultos nuncios misit: de tradēdo Agrigento: per quos ut est facta fides: cōpositusq; rei gerēdæ modus: portā ad mare ferentē numidæ cū occupassent: pulsis inde custodibus aut cæsis romanos ad idipsum missos i urbē acceperunt. Et cū agmine iam i mediā urbē: ac foꝝ magno tumultu iretur: ratus Hanno nō aliud quā tumultū ac secessionē: id quod & ante acciderat: numidaꝝ esse ad comprimēdam seditionē ꝓcessit. atq; ille cū ei multitudo maior: quā numidaꝝ ꝓcul uisa: & clamor romanus haudquaquā ignotus ad aures accidisset: priusquā ad ictum teli ueniret: capessit fugā per auersam portā emissus: assumpto comite. M. Epicide cū paucis ad mare puenit: nactiq; opportune paruū nauigiū: relicta hostibus Sicilia: de qua per tot annos certatum erat: in Africam traiecerūt. Alia multitudo pœnoꝝ siculorūq;: ne tentato quidē certamine: cum cæci in fugā ruerent: clausiq; exitus essent: circa portas cæsa. oppido recepto Leuinus: qui capita reiꝝ Agrigenti erant: uirgis cæsos: securi pcussit: cæteros prædāq; uendidit. omnem pecuniā Romā misit. Fama agrigentinoꝝ clades cū Siciliā puasisset: omnia repente ad romanos iclinauere. Prodita breui sunt. xx. oppida. Sex ui capta. Volūtaria deditione in fidē uenerūt ad quadraginta. Quaꝝ ciuitatū principibus: cū pro cuiusq; merito cōsul præmia pœnasq; exoluisset: coegisset q; siculos: positis tandē armis: ad agrū colendū animos cōuertere: ut esset non incolaꝝ modo alimentis frugifera insula: sed urbis Romæ atq; Italiæ: id quod multis sæpe tempestatibus fecerat: annonā leuaret. Ab Agatirna inconditam multitudinē secum in Italiā transuexit. Quattuormillia hoīum erāt mixti ex omni colluuione exules obærati: capitalia ausi plæriq; : & cū in ciuitatibus suis ac sub legibus uixerāt. & posteaquā eos ex uariis causis fortuna similis cōglobauerat: Agatirnæ ꝑ latrocinia ac rapinā tolerātes uitā. Hos neq; relinquere Leuinus i insula tū primū noua pace coalescēte uelut materiā nouādis rebus satis tutū ratus é: & reginis usui futuri erāt ad populādū brutium agrū

defectionem. cannuſinos pœnus. Cæterum: ut appropinquare Marcellū audiuit: caſtra inde mouit. Aperta erat regio ſine ullis ad inſidias latebris. Itaq; in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit. Marcellus ueſtigiis iſtabat: caſtraq; caſtris conferebat. & opere perfecto extemplo in aciem legiones educebat. Annibal turmatim per equites: peditūq; iaculatores leuia certamina ſerens caſum uniuerſæ pugnæ nō neceſſarium ducebat. Tractus eſt tamē ad id: quod uitabat: certamē. Nocte prægreſſum eū aſſequitur locis planis ac patentibus Marcellus. caſtra inde ponentē pugnandi undiq; īmunitores operibus phibet. ita ſigna collata pugnatūque totis copiis. & iam: cum nox inſtaret: marte æquo diſceſſum eſt. Caſtra exiguo diſtantia ſpatio raptim ante noctē pmunita. Poſtero die luce prima Marcellus in aciē copias eduxit. Nec Annibal detrectauit certamen: multis uerbis adhortatus milites: ut memores Thraſymeni: Cannarūq; cōtunderent ferociam hoſtis: urgere atq; inſtare eū: nō caſtra ponere pati: nō reſpirare: aut circūſpicere. quottidie ſimul orientē ſolē: & romanā aciem in cāpis uidendā eē. ſi uno prælio haud incruentus abeat: quietius deīde eū trāquilliuſq; bellatur. His irritati adhortationibus: ſimulque tædio ferociæ hoſtiū quottidie iſtantiū: laceſſentiūq; acriter prælio ineunt: pugnatū amplius duabus horis eſt. Cedere inde a romanis dextera ala: & extraordinarii cœpere. Quod ubi Marcellus uidit: duodeuigeſimā legionem in primā aciem inducit. Dum alii trepidi cedunt: alii ſegniter ſubeūt: turbata tota acies eſt. deinde prorſus fuſa: & uincente pudorē metu terga dabāt. Cecidereq; in pugna duomillia & ſeptingenti ciuiū ſociorūq;. in his quattuor romani centuriones fuere: duo tribunu militum. M. Licinius: &. M. Eluius. Signa militaria quattuor de ala prima: quæ fugit: duo de legione: quæ cedentibus ſociis ſucceſſerat: amiſſa. Marcellus: poſteaquā in caſtra reditū eſt: concionē adeo ſæuam atq; acerbā apud milites habuit: ut plio per diem totū infœliciter tolerato: triſtior irati ducis oratio eſſet. Diis īmortalibus ut in tali re grates laudeſq; inquit: ago: qđ uictor hoſtis cū tanto pauore incidētibus uobis in uallum portaſq; nō ipſa caſtra eſt aggreſſus: deſeruiſſetis. pfecto eodē terrore caſtra: quo dimiſiſtis pugnā: qui pauor hic? qui terror? quæ repente: qui & cū quibus pugnaretis: obliuio animos inuaſit? Nempe iidem ſunt ii hoſtes: quos uincēdo: & uictos ſequendo: priore æſtate abſumpſiſtis. quibus dies noctēſq; fugientibus per hos dies iſtitiſtis. quos leuibus plīs fugaſtis. quos heſterno die nec iter facere: nec caſtra ponere paſſi eſtis. Dimitto ea: quibus gloriari poteſtis: cuius & ipſius pudere: ac pœnitere uos oportet: referam. Nempe æquis manibus heſterna die diremiſtis pugnā. quid hæc nox? quid hæc dies abſtulit? ueſtræ his copiæ īmunitæ ſunt: an illoꝝ auctæ? nō equidē mihi cū exercitu meo loqui uideor: nec cū rōanis militibus: corpora tantū: atq; arma eadem ſunt. an ſi eoſdē aīos habuiſſetis: terga ueſtra uidiſſet hoſtis. ſigna alicui manipulo: aut cohorti abſtuliſet? nō adhuc cæſis romanis legionibus gloriabaſ. uos illi hodierno die primū fugati exercitus dediſtis decus. Clamor inde ortus: ueniā eius diei daret: ubi uellet deinde experiretur militū ſuoꝝ aīos. Ego uero experiar: inquit: milites: & uos craſtina die in aciem educā ut uictores potius: quā uicti ueniam īpetretis: quā petitis. Cohortibus: quæ ſigna amiſerāt: hordeum dare iuſſit. Centurioneſq; manipuloꝝ: quoꝝ ſigna amiſſa fuerant: diſtrictiſq; gladiis diſcinctos deſtituit: & ut poſtero die omnes pedites: equiteſq; armati adeſſent: edixit. Ita concio dimiſſa: fatendo iure ac merito ſeſe increpitos: neq; illo die uiꝝ quenquā in acie romana fuiſſe: præter unum ducē: cui aut morte ſatiſfaciendū: aut egregia uictoria eſſet. Poſtero die ordinati armatique ad edictum aderant. Imperator eos collaudat: pronunciatq;: a quibus orta pridie fuga eſſet: cohortes: quæ ſigna amiſiſſent: ſe in primam aciem educturum. edicere iā ſe ſe oībus pugnandū: ac uincendū eſſe: & ad nitendū ſingulis uniuerſiſq; ne prius heſternæ fugæ: quā hodiernæ uictoriæ fama Romā pueniat. Inde cibo corpora firmare iuſſit: ut ſi longior eſſet pugna: uiribus quoq; ſufficerent. Vbi oīa dicta factaq; ſunt: quibus excitarent animi militū: in aciem procedunt. Quod ubi Annibali nunciatū eſt: cū eo nimiꝝ: inquit: hoſte res eſt: qui nec bonam: nec malā ferre fortunam poteſt. ſeu uicit: ferociter inſtat uictis. ſeu uictus eſt: inſtaurat cū uictoribus certamē. Signa īde canere iuſſit. copias educit. pugnatū utrinq; aliquāto: quā pridie acrius eſt. Pœnis ad obtinendum heſternū decus adnitētibus. Romanis ad demendā ignominiā. Siniſtra ala ab rōanis: & cohortes: quæ amiſerāt ſigna: in prima acie pugnabant. & legio uiceſima a dextero cornu iſtructa. L. Cornelius Lentulus: &. G. Claudius Nero legati cornibus pērant. Marcellus mediā aciē hortator: teſtiſq; pſens firmabat. Ab Annibale hiſpani primā obtinebāt frontē: & id roboris in omni exercitu erat: Cum anceps pugna diu eēt: Annibal elephātos in primam aciē induci iuſſit: ſiquē iniicere tumultū ea res ac pauorē poſſet: Et primo turbarūt ſigna: ordineſq; & ptim cōculcatis: partim diſſipatis terrore: qui circa erant: nudauerant una parte aciem: latiuſq; fuga manaſſet: ni. G. Decimus Flauius tribunus militū: ſigno arrepto primi haſtati manipulū eius ſigni ſe ſequi iuſſiſſet: duxit: ubi maxīe tumultum cōglobatæ belluæ faciebāt: pilaq; ī eas cōīici iuſſit. Hæſere oīa tela haud difficile ex ppinquo in tāta corpora ictu: & tā cōferta turba: ſed ut nō oēs uulnerati ſunt: ita ī quoꝝ tergis pila fixa ſtetere: ut genus ē anceps: in fugā uerſi: & ītegros auertere: cū iā nō unus māipulus: ſed pro ſe qſq; miles: qui mō aſſequi agmē fugiētiū elephātoꝝ poterat: pila cōīicere: eo magis ruere ī ſuos belluæ: tātoq; maiorē ſtragē edidere: quā iter hoſtes ediderāt: quāto acrius pauor cōſternatas agit: quā īfidētis magiſtri īperio regūt. In pturbatā trāſcurſu belluaꝝ aciē ſigna īferūt rōani pedites: & haud magno certamīe diſſipatos trepidāteſq; auertūt. Tū ī fugientes eqtatū īmittit Marcellus: nec āte finis ſequēdi ē factus: quā ī caſtra pauentes cōpulſi ſunt: Nam ſuper alia: quæ terrorem trepidationemq; fecerāt: elephanti forte duo in ipſa porta corruerant. coactiq; erant milites. per foſſam uallumque ruere in caſtra. ibi maxima hoſtiū cædes

facta .Ca[illegible]ad octomillia hominum:quinq; elephanti. Nec romanis incruenta uictoria fuit. mille ferme & ſeptingenti de duabus legionibus:& ſocioꝝ ſupra.M.&.ccc.occiſi:Vulnerati ꝓmulti ciuiũ:ſociorumq;: Annibal nocte ꝓxima caſtra mouit.Cupientem inſequi Marcellũ ꝓhibuit multitudo ſaucioꝝ .Speculatores :qui ꝓſequerentur agmẽ miſſi:poſtero die rettulerũt brutios Annibalẽ petere.liſdem ferme diebus & ad.Qu.Fuluiũ conſulẽ hirpini:& lucani:& uolſcentes:traditis ꝑſidiis Annibalis :quæ in urbibus habebãt: dedidere ſeſe:clæmẽterq; a cõſule cũ uerboꝝ tantũ caſtigatione ab errore ꝓterito recepti ſunt. Et brutiis ſimilis ſpes ueniæ facta eſt.cũ ab iis Vrbius:& Pactius fratres longe nobiliſſimi gentis eius eãdẽq;:quæ data lucanis erat:condicionẽ deditionis petentes ueniſſent:Qu.Fabius conſul oppidũ in ſalentinis Manduriam ui cepit.Ibi ad quattuormillia hoſtium capta;& cæteræ prædæ aliquantũ.Inde Tarentũ ꝓfectus ĩ ipſis faucibus portus poſuit caſtra.Naues:quas Liuius tutandis cõmeatibus habuerat: partim machinatiõibus onerat :apparatuq; mœniũ oppugnandoꝝ:partim tormẽtis:& ſaxis:omniq; miſſiliũ teloꝝ genere ĩſtruit: onerarias quoq; nõ eas ſolum:quæ remis agerent:ut alii machinas:ſcalaſq; ad muros ferrent:alii,pcul a nauibus uulnerarent mœniũ,ppugnatores.eæ naues ab aperto,mari:ut urbẽ aggrederent:inſtructæ paratæque erãt.Et erat liberũ mare claſſe punica:cũ Philippus oppugnare ætholos pararet Corcyrã trãſmiſſa. In brutiis interim Cauloneæ oppugnatores ſub aduentu Annibalis ne opprimerent:in tumulũ a ꝑſenti impetu tutũ ſe recepere:Fabiũ Tarentũ obſidentẽ leue dictu ad rẽ ingentẽ potiundã adiuuit.Præſidiũ brutiorum datũ ab Annibale tarentini habebãt.eius ꝑſidii ꝑfectus deperibat amore mulierculæ:cuius frater ĩ exercitu Fabii cõſulis erat.Is certior litteris ſororis factus de noua cõſuetudine aduenæ locupletis:atq; inter populares tam honorati:ſpem nactus ꝓ ſororẽ quolibet impelli poſſe amantẽ quid ſperaret:ad conſulẽ detulit. Quæ cũ haud uana cogitatio uiſa eſſet: ꝓ tranſfuga iuſſus Tarentũ tranſire: ac ꝓ ſororem ꝑfecto conciliatus:primo occulte animũ eius tentãdo:deinde ſatis explorata leuitate:blandiciis muliebribus ꝓpulit eum ad ,ꝓditionẽ cuſtodiæ loci:cui ꝓpoſitus erat.& ubi ratio agendæ rei tempus cõuenit:miles nocte ꝓ interualla ſtationũ clam ex urbe miſſus:ea:quæ acta erant:quæq;:ut agerẽtur:conuenerant:ad conſulẽ refert. Fabius uigilia prima:dato ſigno iis:qui ĩ arce erãt:quiq; cuſtodiã portus habebant:ipe circuito portu a regiõe urbis orientẽ uerſa occultus ſedebat.Canere inde tubæ ab arce ſimul:& a portu:& a nauibus:quæ aperto mari appulſæ erant.clamorq; undiq; cũ ingenti tumultu:unde minimum periculum erat : de ĩduſtria ortus.Conſul iterum ſilentio continebat ſuos.Igitur Democrates:qui præfectus claſſis fuerat : forte illo loco præpoſitus:poſteaquam quieta omnia circa ſe uidit:alias partes eo tumultu perſonare.ut captæ urbis interdũ excitaretur clamor:ueritus ne inter cunctationem ſuam conſul aliquã uim faceret: ſignaq; inferret:præſidium ad arcem:unde maxime terribilis accedebat ſonus:traducit.Fabius cum & ex temporis ſpatio & ex ſilentio ipſo: quod ubi paulo ante ſtrepebant :excitantes uocanteſq; ad arma:inde nulla accedebat uox :deductas cuſtodias ſenſiſſet:ferri ſcalas ad eam partẽ muri: qua brutioꝝ ꝑſidium eſſe agitatæ ,ꝓditionis conciliator nunciauerat:iubet.Ea primũ captus eſt murus:adiuuãtibus:recipientibuſq; brutiis & tranſceſſum in urbẽ eſt.inde &,ꝓxima refracta porta:ut ſequẽti agmine ſigna inferrentur. Tum clamore ſublato:ſub ortũ ferme lucis nullo obuio armato in foꝝ ꝓueniunt.omneſq; undiq;:qui ad arcẽ portumq; pugnabant:in ſe cõuerterunt.Præliũ in aditu fori maiore impetu:quã ꝑſeuerantia commiſſum eſt: non animo:non armis:non arte belli:non uigore:aut uiribus corporis par romano tarentinus erat. Igitur pilis tantũ cõiectis prius pœne :quã conſererent manus:terga dederũt:dilapſiq; ꝓ nota urbis itinera ĩ ſuas amicorũq; domos.Duo ex ducibus Nico & Democrates fortiter pugnãtes cecidere.Philomenes: qui ,ꝓditionis ad Annibalẽ auctor fuerat:cũ citato equo ex ꝓlio auectus eſſet :uacuus paulo poſt equus uagãs erranſq; ꝓ urbẽ: corpus nuſquã inuentũ eſt .creditũ uulgo eſt in puteũ apertum ex equo ꝑcipitatũ eſſe.Carthalonem autẽ ꝑfectum punici ꝑſidii cum cõmemoratione paterni hoſpitii:poſitis armis:uenientẽ ad cõſulem miles obuius obtruncat.Alii alios paſſim ſine diſcrimine armatos inermeſq; cædũt carthaginenſes tarentinoſq; pariter.Brutii quoq; multi interfecti ſeu per errorem:ſeu uetere in eos iſito odio:ſeu ad ,ꝓditionis famã:ut ui potius;atq; armis captũ Tarentum uideretur:extinguendam . tum a cæde ad diripiendam urbem diſcurſum:xxx.millia ſeruilium capitum dicuntur capta : Agrigenti uis ingens facti : ſigna tique .Auri .lxxxiii. millia pondo:Signa tabulæque prope ut Syracuſanaꝝ ornamenta æquarent. Sed & maiore animo generis eius præda abſtinuit Fabius:quam Marcellus:qui interrogãti ſcribæ quid uellet fieri de ſignis :ingentis magnitudinis dii ſunt:ſuo quiſque habitu in modum pugnãtium formati deos iratos tarentinis relinqui iuſſit. Murus inde:qui urbem ab arce dirimebat:dirutus eſt & diſiectus.Dum hæc Tarenti aguntur:Annibal iis:qui Cauloniam obſidebant:in deditionem acceptis:audita oppugnatõne Tarenti:dies nocteſq; curſim agmine facto:cum feſtinans ad opem ferendam captam urbem audiſſet: Et romani:inquit:ſuum Annibalem habent.eadem:qua ceperamus:arte Tarentum amiſimus.Ne tamen fugiẽtis modo uertiſſe agmen uideretur:quo cõſtiterat loco:qnq; millia ferme ab urbe poſuit caſtra.Ibi paucos moratus dies.Metapontum ſeſe recepit.Inde duos metapontinos cum litteris principum eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit fidem a conſule accepturos : impunita iis priora fore : ſi Metapontum ei cum præſidio punico ,ꝓdidiſſent.Fabius uera:quæ afferrẽt:eſſe ratus:diẽ:qua acceſſurus eẽt Metapontũ: cõſtituit litteras ad principes miſit:quæ ad Annibalẽ delatæ ſunt. Enĩuero lætus ſucceſſu fraudis:ſi ne Fabius quidẽ dolo inuictus fuiſſet:haud procul Metaponto ĩſidias ponit.Fabio auſpicãti:priuſquã egrederetur a

Tarento:aues semel atq; iterum non addixere.Hostia quoq; cæsa: consulenti deos auruspex [illegible]endum a fraude hostili :& ab insidiis pdixit.Metapōtini:posteaquā ad constitutā nō uenerat diem: remissi ut cunctantem hortarentur.repente cōpræhensi metu grauioris quæstionis detegunt insidias.Aestatis eius principio:qua hæc agebant:P.Scipio in Hispaniā cū hyemē totam reconciliandis barbarorū animis partim donis:partim remissione obsidū captiuorūq; absumpsisset:Edesco ad eū clarus inter duces hispanos uenit. Erant cōiunx liberiq; eius apud romanos:sed pter eā cām etiā uelut fortuita inclinatio animorū :quæ Hispaniam omnē auerterat ad romanū a punico imperio: traxit eū.Eadem causa Indibili Mandonioq; fuit: haud dubie ois Hispaniæ principibus:cū omni populorū manu:relicto Asdrubale :secedēdi in iminentes castris eius tumulos:unde p cōtinentia fuga tutus receptus ad romanos esset. Asdrubal:cum hostium res augescere tantis incremētis cerneret:suas iminui ac fore:ut nisi audendo aliquid moueret: qua cœpissent: ruerent:dimicare quā primū statuit.Scipio auidus etiā certaminis erat tum ea spe:quā successus rerū augebat.tum quod prius:quā iungerent hostiū exercitus:cū uno dimicare duce exercituq;:quā simul cum uni uersis malebat.Cæterū etiā:si cū pluribus pariter dimicandū foret:arte quadā copias auxerat : Nam cū uideret nullum esse nauiū usum:quia uacua omnis Hispaniæ ora classibus punicis erat:subductis nauibus Tarraconē:nauales socios terrestribus copiis addidit.Et armorum affatim erat captorū Carthagīe:& quæ post captā eam fecerat: tanto opificū numero incluso. Cum iis copiis Scipio ueris principio a Tarracone egressus(Iam enim & Lællius redierat ab Roma:sine quo nihil maioris rei motum uolebat)ducere ad hostem pgit. Per oīa pacata eunti:ut cuiusq; populi fines transiret;psequētibus excipientibusq; sociis:Indibilis & Mandonius cū suis copiis occurrerunt.Indibilis ,p utroq; locutus:haudquā ut barbarus stolide īcauteq;:sed potius cū uerecunda grauitate,ppiorq; excusanti transitionē ut necessariā:quā glorianti eā uelut primam occasionē raptā.Scire enim se transfugæ nomē execrabile ueteribus sociis :nouis suspectū eē. Neq; enim se reprehendere nomē hoīum:si tā anceps odiū causa non nomē faciat. Merita inde sua in duces carthaginēses cōmemorauit.Auaritiā cōtra eorū supbiamq;:& ois generis iiurias in se:atq; populares,itaq; corpus dūtaxat suū ad id tēpus apud eos fuisse:aium iam pridem ibi esse:ubi ius ac fas crederēt coli.ad eos quoq; cōfugere supplices:qui nequeāt hoīum uim atq; iiurias pati.se id Scipionē orare:ut trāsitio sibi nec fraudi apud eū:nec honori sit.q̄les ex hac die experiūdo cognouerit:pīde operæ eorū pretiū faciat.Prorsus ita respōdet factuū rōanus:nec ,p trāsfugis habituū:qui nō duxerint societatē ratā:ubi nec diuni qcquā: nec humani sanctū esset.Productæ deinde in conspectum iis cōiuges:liberiq; lachrymātibus præ gaudio reddunt.Atq; eo die in hospitiū adducti.Postero die fœdere accepta fides:dimissiq; ad copias adducēdas. Iisdem deīde in castris tēdebāt:donec ducibus iis ad hostē puentū est.Proximus carthaginensiū exercitus Asdrubalis ,ppe urbē Betulā erat.Pro castris equitum statiōes habebat.In eas uelites antesignanisq;: & qui primi agminis erāt:aduenientes ex itinere :priusquā castris locū caperent:adeo cōtemptim īpetū fecerūt: ut facile appareret:quid utriq; parti animorū esset.In castra trepida fuga cōpulsi equites sunt: Signaq; rōana portis ,ppe illata.Atq; illo quidē die:irritatis tantū ad certamē aīs:castra romana posuerunt.Nocte Asdrubal in tumulū copias recepit plano campo in summo patentē.& fluuius ab tergo ante:circaq; uelut ripa pceps oram eius omnē cingebat.Suberat & altera inferior sūmissa fastigio planicies. Eam quoq; alterā crepido aut facilior ī ascensum ambībat .In hunc inferiorē campū Asdrubal postero die:posteaquā stantē pro castris hostiū aciem uidit:equitēs numidas:leuiorūq; armorū baleares:& afros dimisit.Scipio circūuectus ordines signaq; ostendebat hostē prædamnata spe dimicandi æquo campo captantem tumulos:loci fiducia:nō uirtutis armorūq; stare in cōspectu:sed altiora mœnia habuisse Carthaginē :quæ trāscendisset miles rōanus:nec tumulos:nec arcē nec mare quidē armis obstitisse suis.ad id fore altitudines:quas cepissent hostes:ut p pcipitia:& prupta saliētes fugerēt.eā quoq; se illis fugā clausurū: cohortesq; duas alteram tenere fauces uallis:per quā deferret amnis :iuberet.alterā uiā īsidere:quæ ab urbe p tumuli obliq̄ ī agros ferret.Ipse expeditos:qui pridie statiōes hostiū pepulerāt:ad leuem armaturam in summo stantē supercilio ducit.Per aspera primū nihil aliud:quā uia īpediti iere.Deīnde:ut sub iactū uenerūt : telorū primo omnis generis uis ingens effusa est in eos:ipsi cōtra saxa:quæ locus strata passim oīa ferme missilia pbet: ingerere nō milites solū:sed etiā turba calonū imixta armatis.Cæterū:quanquā ascensus difficilis erat: & ,ppe obruebantur telis:saxisq;:assuetudīe tamē succedēdi muros:& ptinacia animi subierūt primi.Qui simul cœpere aliquid æqui loci:ubi firmo cōsisterēt gradu:leuē & cōcursatorē hostē atq; interuallo tutum cum ,pculmissilibus pugna eludit:instabilē eundē ad cōminus cōserēdas manus expulerūt loco:& cū cæde magna ī aciem altiore supstantē tumulo īpegere.Inde Scipio:iussis aduersus mediā euadere etiā uictoribus:cæteras copias cū Lællio diuidit:atq; eum parte dextera tumuli circūire:donec mollioris ascensus uiam inueniret: iubet.Ipse a leua circuitu haud magno in transuersos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est:dum ad circunsonantem undique clamorē flectere cornua;& obuertere ordines uolunt.Hoc tumultu & Lællius subiit.& dum pedem referūt:ne ab tergo uulnerarent:laxata prima acies : locusq; ad euadendū mediis datus est:qui per tam iniquū locū stantibus integris ordinibus:elephantisq; ante signa locatis: nunquā euasissent.Cum ab omni parte cædes fieret:Scipio: qui leuo cornu in dexterum incurrerat : maxime in nuda hostium latera pugnabat.Iam ne fugæ quidem patebat locus:nam & statiōes utrīq; rōanæ dextera leuaq; insederant uias:& portam ducis castrorū principūq; fuga clauserat,addita trepidatione elephantorū :quos

territos æ[illegible]:atq; hostes timebant. Cæsa ergo ad octo millia hominũ: Asdrubal iam antequã dimicaret: pecunia rapta: elephantosq; præmissos quãplurimos poterat de fuga excipiens præter Tagum flumen ad Pyrenæum tendit. Scipio castris hostiũ potitus cũ præter libera capita omné prædã militibus cõcessisset: in recensendis captiuis decémillia peditũ: duomillia equitũ inuenit. Ex iis hispanos sine pretio oés domũ misit. Afros uendere quæstorem iussit. Circũfusa inde oĩs multitudo hispanoꝝ: & ante deditoꝝ: & pridie captoꝝ regem eũ ingenti consensu appellauit. Tum Scipio: silentio per præconé facto: sibi maximũ nomé imperatoris esse dixit: quo se milites sui appellassent. Regiũ nomé alibi magnũ: Romæ intolerabile esse. Regalem animũ in se esse: si id in hoĩs ingenio amplissimũ ducerent: tacite iudicarent: uocis usurpatione abstinerent. Sensere etiã barbari magnitudiné animi: cuius miraculo nominis alii mortales stupent id ex tam alto fastigio aspernantis. Dona inde regulis: principibusq; hispanoꝝ diuisa. & ex magna copia captoꝝ equoꝝ. ccc: quos uellet: eligere Indibilé iussit. Cũ afros uenderet iussu ĩperatoris quæstor: puerum adultũ inter eos forma insigni: cũ audisset regii generis esse: ad Scipioné misit. Qué cum ꝓcunctaretur Scipio qs: & cuias: & cur id ætatis ĩ castris fuisset: numidã se esse ait. Massiũ populares uocare: orbum a patre relictũ: apud maternũ auum Gallã regé numidaꝝ educatũ cũ auũculo Masinissa: qui nuper cũ equitatu subsidio carthaginensibus uenisset: in Hispaniã traiecisse: phibitũ ꝑpter ætaté a Masinissa nuquã ante præliũ inisse: eo die se: quo pugnatũ cũ romanis esset: inscio auunculo: clam armis: equoq; sumpto: in aciem exisse: ibi prolapso equo: effusum in ꝑceps a rõanis captum esse. Scipio: cũ obseruari numidã iussisset: quæ pro tribunali agenda erant: pagit. Inde: cũ se in prætoriũ recepisset: uocatũ eum interrogat: uellet ne ad Masinissam reuerti. Cum effusis lachrymis gaudio cupere uero diceret. Tum puero annulũ aureũ: tunicam lato clauo cum hispano sagulo: & aurea fibula: equũq; ornatũ donat, Iussisq; ꝑsequi: quoad uellet: equitibus dimisit. De bello inde consiliũ habitũ. & auctoribus quibusdã: ut confestim Asdrubalem cõsequeret: anceps id ratus: ne Mago: atq; Asdrubal cũ eo iungerent copias: ꝑsidio tantũ ad insidendũ Pyrenæũ misso: ipse reliquum ætatis recipiendis ĩ fidé Hispaniæ populis absumpsit. Paucis post ꝑliũ factũ ad Betulã diebus: cum Scipio rediens iam Taraconé saltu castulonẽsi excessisset: Asdrubal Gisgonis filius: & Mago ĩperatores ex ulteriori Hispania ad Asdrubalé uenere: serũ post male gestã rem auxiliũ. Consilio in cætera exequẽda belli haud paꝝ opportuni ibi conferentibus qd in cuiusq; ꝓuinciæ regione animoꝝ hispanis esset: unus Asdrubal Gisgonis ultimã Hispaniæ orã: quæ ad Oceanũ & Gades uergit: ignarus adhuc romanoꝝ esse: eoque carthaginẽsibus satis fidã censebat. Inter Asdrubalẽ alterũ: & Magoné cõstabat: beneficiis Scipionis occupatos omniũ aĩos publice: priuatiq; esse. nec transitiõibus fore ante finẽ: quã omnes hispani milites aut in ultima Hispaniæ amoti: aut traducti in Galliam forent. itaq; etiam: si senatus carthaginensiũ non censuisset eundũ tamẽ Asdrubali fuisse in Italiam: ubi belli caput: & reꝝ summa esset: simul & hispanos omnes ꝓcul ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret: exercitũ eius tum trãsitionibus: tum aduerso ꝑlio ĩminutũ hispanis repleri militibus: Et. Magoné Asdrubali Gisgonis filio: tradito exercitu: ipsum cũ grãdi pecunia ad conducẽda mercede auxilia in baleares traiicere. Asdrubalé Gisgonis cũ exercitu penitus ĩ Lusitaniam abire: nec cũ romanis manus cõserere. Masiniſſæ ex omni equitatu: quod roboris esset: triamillia equitũ expleri: eumq; uagum per citeriorem hispaniam sociis opem ferre: hostium oppida atq; agros populari. His decretis ad exequenda: quæ statuerũt: duces digressi. Hæc eo anno in Hispania acta. Romæ fama Scipionis in dies crescere. Fabio Tarentum captum ingenio magis: quã uirtute gloriæ tamen esse. Fuluii senescere fama. Marcellus etiam aduerso rumore esse: super quam quod primo male pugnauerat: quia uagante per Italiam Annibale: Media æstate Venusiam in tecta milites abduxisset. Inimicus erat ei. G. Publicius Bibulus tri. ple. Is iam a prima pugna: quæ aduersa fuerat: assiduis concionibus infamem: inuisũq; plebi Claudium fecerat: etiam de imperio abrogando eius agebat: cum tamen necessarii Claudii obtinuerunt: ut relicto Venusiæ legato: Marcellus Romam rediret ad purganda ea: quæ inimici obiicerent. Nec de ĩperio eius abrogando: absente ipso: agerẽt. Forte sub idẽ tẽpus & Marcellus ad deprecandã ignominiã: & Fuluius consul comitioꝝ causa Romam uenit. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est ingẽti concursu plebisq;: & omnium ordinum. Accusauitq; tri. ple. non Marcellum modo: sed omnem nobilitatem: fraude eorũ & cunctatione fieri ut Annibal decimum iam annum Italiam prouinciam habeat: diutius ibi: quam Carthagine uixerit. Habere fructum imperii prorogati Marcello populum romanum. bis cæsum exercitum eius æstiua Venusiæ sub tectis agere. Hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus cõmemoratione rerum suarum: ut non rogatio solum de imperio eius abrogando antiquaretur: sed postero die consulem eum ingenti consensu centuriæ omnes crearent. Additur collega. T. Quintius Crispinus: q tum prætor erat. Postero die prætoris creati. P. Licinius Crassus diues: pontifex maximus. P. Licinius Varus: Sex. Iulius Cæsar. Qu. Claudius. Comitiorum ipsorum diebus sollicita ciuitas de Ethruriæ defectione fuit: principium eius rei ab aretinis fieri. G. Calphurnius scripserat: qui eam prouinciam proprætor obtinebat. itaque confestim eo missus Marcellus consul designatus: qui rem inspiceret: ac si digna uideretur: exercitu accito: bellum eo ex Appulia in Ethruriam transferre. Eo metu compressi Ethrusci quieuerunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate ac legibus suis responsum a senatu est: ut redirent: cum Fabius consul Romam uenisset. Ludi & romani: & plebeii eo anno in singulos dies instaurati. Aediles curules fuere. L. Cornelius Claudius: & Ser Sulpicius Galba. Plebei. G.

Seruilius:&.Qu.Cecilius Metellus.Seruilium negabant iure aut tri.ple.fuisse:aut ædilem ef[illegible]quod patrē eius:quē triunuirū agrariū occisum a Boiis circa Mutinā esse:opinio per decē annos fuerat:uiuere:atq; in hostium potestate esse satis cōstabat.Vndecimo anno punici belli cōsulatū inierunt.M.Marcellus Quintum:ut numeret cōsulatus:quē uitio creatus nō gessit.& Quintus Crispinus.utriq; cōsulū Italia decreta ē prouincia:& duo cōsulares prioris āni exercitus.Tertius tū erat Venusiæ:cui.M.Marcellus præfuerat :ita: ut ex tribus eligerent duos:quos uellent.Tertius ei traderetur :cui Tarentū & salentini ꝓuincia euenisset. Cæteræ ꝓuinciæ ita diuisæ prætoribus.P.Licinio Varo urbana:P.Licinio Crasso pōtifici maxīo:peregrina: & quæ senatus censuisset.Sex.Iulio Cæsari Sicilia:Qu.Claudio Flāminio Tarentū ꝓrogatū ſperium in annum est.Qu.Fuluio Flacco:ut ꝓuinciā Capuā:in qua &.T.Quintius prætor fuerat: cū una legione obtineret.Prorogatū &.G.Hostilio Tubulo est:ut ꝓprætor in Ethruriam ad duas legiones succederet.G.Calphurnio.Prorogatū &.L.Veturio Philoni est:ut ꝓprætor Galliā eandē prouinciā cū iisdem duabus legionibus obtineret:quibus prætor obtinuisset.Quod in.L.Veturio:idem in.G.Aurūculeio decretū ab senatu.Latūq; de ꝓrogando ſperio ad populū est.Qui prætor Sardiniā ꝓuinciā cū duabus legionibus obtinuerat:additæ ei ad præsidium ꝓuinciæ quinquaginta lōgæ naues:quas.P.Scipio ex Hispania misisset.Et.P. Scipioni &.M.Syllano suæ Hispaniæ:suiq; exercitus in annū decreti.Scipio ex octoginta nauibus:quas aut secum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat:quinquagīta in Sardiniā transmittere iussus:quia fama erat:magnū naualē apparatū eo anno Carthagine eē.cc.nauibus omnē oram Italiæ:Siciliæ:Sardiniæque ſpleturos. Et in Sicilia ita diuisa res est.Sex.Cæsari exercitus cannēsis est datus.M. Valerius Leuinus(ei quoq; eni in annū ꝓrogatū ſperiū est)classem:quæ ad Siciliā erat nauiū.lxx.obtineret.Adderet eo.xxx. naues:quæ ad Tarentū priore anno fuerāt.Cum ea centū nauiū classe:si uideretur ei prædatum in Africā traiiceret.Et.P.Sulpicio:ut eadē classe Macedoniam Græciāq; ꝓuinciam haberet:ꝓrogatū in annū imperium est.De duabus:quæ ad urbē Romam fuerāt:legionibus nihil mutatū.Supplementū :quo opus esset: ut scriberent:cōsulibus pmissum.Vna & uiginti legionibus eo anno defensum imperiū romanū est.Et.P. Licinio Varo prætori urbis negotiū datū:ut naues longas.xxx.ueteres reficeret quæ Ostiæ erant:& uiginti nouas naues sociis naualibus ſpleret:ut quinquaginta nauiū classe oram maris uicinā urbi Romæ tueri posset.G.Calphurnius uetitus ab Arretio mouere exercitū:nisi cū successor uenisset.Idem & Tubulo ſperatum:ut inde ꝑcipue caueret:nequa noua consilia orirētur.prætores in ꝓuincias ꝓfecti.Consules religio tenebat:quod: ꝓdigiis aliquot nunciatis:non facile litabant.ex Campania nūciata erāt Capuæ duas ædes Fortunæ:& Martis :& sepulchra aliquot de cælo tacta:Cum iis adeo minimis etiam rebus parua religio inserit deos : mures in æde Iouis aurum rosisse . Cassini examen apum ingens in foro consedisse. Et Ostiæ murum:portamque de cælo tactam :Cære uulturem uolasse in ædem Iouis. Vulsiniis sanguine lacum r[illegible]nasse.Horum ꝓdigioꝝ causa diem unū supplicatio fuit.per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ:diuq; nō ſpetrata pax deum in capita consulū rep.incolumi exitiabilis ꝓdigioꝝ euentus uertit .Ludi Apollinares .Qu.Fuluio:Ap.Claudio consul a .P.Cornelio Sylla prætore urbis primū facti erāt: Inde oēs deinceps ꝓtores urbani fecerant:sed in unum annū uouebāt:dieq; incerto faciebant.Eo anno pestilentia grauis incidit in urbē agroſq;:quæ tamē magis in morbos longos:quā in pniciales euasit.Eius pestilentiæ causa & supplicatū per cōpita tota urbe est.Et.P. Licinius Varus ꝓtor urbis lēgē ferre ad populū iussus:ut hi ludi in ꝓpetuū in statutū diem uouerent.Itaq; ipse primus ita uouit:fecitq; ante diē.iii. nonas quintiles.Is dies deinde solēnis seruatus.De arretinis & fama in dies grauior:& cura crescere patribus:itaq; G.Hostilio scriptū est:ne differret obsides ab aretinis accipere.& cui traderet Romā abducēdos.G.Tarentius Varro cū ſperio missus:qui ut aduenit: extēplo Hostilius legionē unam: quæ ante urbē castra habebat:signa in urbē ferre iussit:præsidiaq; locis idoneis disposuit.Tum ī foro citatis senatoribus obsides imperauit.Cum senatus biduū ad considerandū tēpus peteret:aut ipsos extēplo dare:aut se postero die senatorum omnis liberos sumpturum edixit.Inde portas custodire iussit tribunis militū : præfectisq; sociū & centurionibus:nequis nocte urbe exiret.Id segnius negligētiusq; factū.Septē principes senatus:priusquam custodiæ in portis locarent:ante noctē cū liberis euaserunt.Postero die luce prima cū senatus in foꝝ citari cœptus esset:desiderati:bonaq; eorum uenierunt.A cæteris senatoribus.cxx.obsides liberi ipsoꝝ accepti:traditiq;.G.Tarentio Romam deducendi.Is omnia suspectiora:quam ante fuerant:ī senatum fecit.itaque imminente Ethrusco tumultu:legionem alteram ex urbanis Arretium ducere iussus ipse.G.Terentius:eamque habere in præsidio urbis.G.Hostilium cum cætero exercitu placuit totam prouinciam peragrare:& cauere:nequa occasio nouare cupientibus res daretur .G.Terentius :ut Arretium cum legione uenit :claues portarum cum magistratus popoſcisset:negantibus iis comparere :fraude amotas magis ratus: quam negligentia intercidisse:ipse alias claues omnibus portis imposuit:cauitque cum cura :ut omnia in potestate sua essent.Hostilium intensius monuit:ut in eo spem non moturus quicquam Ethruscos:ponēret:si nequid mouere possent:præcauisset. De tarentinis indē magna contentione in senatu actum cora Fabio defendente ipso:quos ceperat armis:aliis infensis:& plærisque æquantibus eos campanorum noxæ pœneque.S.C.in sententiam.M.Acilii factū ē:ut oppidum præsidio custodiretur:tarentinique omnes intra mœnia continerentur.Res ītegra postea referretur:cum tranquilior status Italiæ esset.Et de.M. Liuio præfecto arcis tarentinæ haud minore certamine actum est.Aliis sententiis notantibus præfectum:quod

eius secorā Tarentū ꝓditum hosti esset. Aliis præmiā decernētibus: qđ ꝑ quinquēniū arcem tutatus eēt. Maximeq; omnium eius opera receptū Tarentū foret. Mediis ad censores: nō ad senatū notionem de eo ꝓtinere dicētibus. Cuius sententiæ & Fabius fuit. Adiecit tamē fateri se opera Liuii Tarētū receptū: qđ amici eius uulgo ī senatu iactassent: neq; enī recipiēdū fuisse: nisi amissū foret. Cōsulū alter Quintius Crispinus ad exercitū: quē. Qu Fuluius Flaccus habuerat: cū supplemēto in lucanos ē ꝓfectus. Marcellū aliæ atque aliæ obiectæ animo religiones tenebāt: in quibus: qđ cum bello gallico ad Clastidiū ædem Honori: & Virtuti uouisset: dedicatio eius a pōtificibus impediebaī: qđ negabāt unā cellā duobus recte dicari: quia: si de cælo tacta: aut ꝓdigii aliquid ī ea factū esset: difficilis ꝓcuratio foret: qđ utri deo diuina res fieret: sciri nō posset. Neq; enī duobus: nisi certis deis rite una hostia fieri. Ita addita Virtutis ædes approperato ope. neq; tamē ab ipso ædes eæ dedicatæ sunt. Tū demū ad exercitū: quē priore anno Venusiæ reliquerat: cū supplemēto ꝓficiscī. Locros in brutiis Crispinus oppugnare conatus: quia magnā famā attulisse Fabio Tarentum ferebaī: omne genus tormētoꝝ machinarūq; quæ ex Sicilia accersierat: & naues ibidē accitæ erāt: quæ uergentē ad mare ꝓtem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est: quia Lacinium Annibal admouerat copias: & collegā eduxisse iam a Venusia exercitum fama erat: cui cōiūgi uolebat. Itaq; in Appuliā ex brutiis reditū est. & iter Venusiā Bautiāq; minus triūmilliū passuū iteruallo cōsules binis castris cōsederāt. In eandē regionē & Annibal rediit: auerso ab Locris bello. Ibi ambo cōsules īgenio feroces prope quottidie milites in aciē excire: haud dubiæ spei: si duobus exercitibus cōsularibus iunctis cōmisissent sese hostes: debellari posse. Annibal quia cū Marcello bis priore anno cōgressus uicerat: uictusq; erat: ut cū eodē: si dimicandū foret: nec spem: nec metū ex uano haberet: Ita duobus cōsulibus haudquaq; sese parē futuꝝ credebat. Itaq; totus in suas artes uersus insidiis locum quærebat: leuia tamen prælia inter bina castra uario euentu fiebāt. Quibus cū extrahi æstatē posse cōsules crederēt: nihilominus oppugnari Locros posse rati. L. Cicio: ut ex Sicilia Locros cū classe traiiceret: scribūt: Et ut a terra mœnia quoq; oppugnari possent a Tarēto ꝓtem exercitus: quæ ī præsidio erat: duci eo iussērūt: Ea ita futura ꝑ quosdā thurinos cōperta Annibali cū essent: mittit ad insidendam ab Tarento uiam. Ibi sub tumulo Petelliæ equitum duo: peditū triamillia ī occulto locata: ī quæ inexplorato eūtes romani cū īcidissent: ad duomillia armatorū cæsa: & mille &. cc. ferme uiui capti. Alii dissipati fuga ꝑ agros: saltusq; Tarētū rediere. Tumulus erat siluestris inter punica & rōana castra neutris primo occupatus: qa romani: q̄lis ps eius: quæ uergeret ad hostiū castra eēt: ignorabāt. Annibal īsidiis: quā castris aptioꝛē eū crediderat. Itaq; nocte ad id missas aliquot numidaꝝ turmas medio ī saltu cōdiderat: quoꝝ iterdiu nemo ab statione mouebaī: ne aut arma: aut ipsi ꝓcul cōspicerēī. Fremebāt uulgo ī castris romanis occupādū eū locū eē: & castello firmādū: ne si occupatus ab Annibale foret: uelut ī ceruicibus haberēt hostē. Mouet ea res Marcellū. & collegæ: Quin imus: īquit: ipsi cum equitibus paucis exploratū: subiecta res oculis nostris certius dabit cōsiliū. Cōsentiente Crispino: cū equitibus ducēris & uiginti: ex quibus. xl. fregellani: cæteri Ethrusci erāt: ꝓficiscūtur. Secuti. M. Marcellū tri. mil. cōsulis filius. &. A. Málius: simul & duo ꝑfecti sociū. L. Arennius: &. M. Aulius. Immolasse eo die quidā ꝓdidere memoriæ cons. Marcellū: & prima hostia cæsa iecur sine capite inuentū: in secūda oīa cōparuisse: quæ assolēt. Auctū etiā uisum ī capite: nec id sane aruspici placuisse: quod secundū trunca & turpia exta nimis læta apparuissent. Cæteꝝ cōsulē Marcellū tanta cupiditas tenebat dimicādi cū Annibale: ut nūquā satis castra castris collata crederet. Tū quoq; uallo egrediēs signū dedit: ut ad locum miles esset paratus: ut si collis: in quē speculatū irent: placuisset: uasa colligerēt: ac sequerenī. Exiguū cāpi ante ea castra erat. ide ī collis aperta undiq; & cōspecta ferebat uia. Numidis speculator nequaquā ī spem tātæ rei positus: sed siquos uagos pabuli: aut lignoꝝ causa longius a castris ꝓgressos posset excipere: signum dat: ut pariter ab suis quisq; latebris exorirētur. nō ante apparuere: qbus obuiis ab iugo ipo cōsurgendū erat: quā circuniere: qui ab tergo includerent uiā. tum undiq; omnes exorti: & clamore sublato: impetū fecerūt. Cū in ea ualle cōsules essent: ut neq; euadere possent ī iugū occupatū ab hoste: nec receptū a tergo circunuēti haberēt: extrahi tamē diutius certamē potuisset: ni cœpta ab Ethruscis fuga pauorem cæteris iniecissent. Nō tamē omisere pugnā deserti ab Ethruscis fregellani: donec ītegri cōsules hortando: ipsiq; ex parte pugnādo rē sustinebāt. Sed posteaquā uulneratos ambos cōsules: Marcellū etiā transfixum lancea prolabētem ex equo moribundū uidere: tum & ipsi (perpauci aūt supererāt) cū Crispino cōsule duobus iaculis icto: & Marcello adolescente saucio & ipso effugerūt. interfecti. A. Manlius tribunus militū: & ex duobus præfectis sociū. M. Aulius occisus. Arennius captus. Et lictores cōsulū quinq; uiui ī hostium potestatē uenerūt. Cæteri aut īterfecti: aut cū cōsule effugerūt. Equitum tres: &. xl. aut ī prælio: aut ī fuga ceciderunt. Duo deuiginti capti uiui. Et tumultuatū ī castris fuerat: ut cōsulibus irent subsidio: cū cōsulē: & filiū alterius cōsulis saucios: exiguasq; infœlicis expeditionis reliquias ad castra ueniētes cernūt. Mors Marcelli cum alioquin miserabilis fuit: tum quod nec ꝓ ætate (maior iam enim. lx. annis erat) neq; pro ueteris prudentia ducis tam improuide isset: collegāq; & prope totam rempu. in præceps dederat. Multos circa unam rem ambitus fecerim: siquæ de Marcelli morte uariant auctores: omnia exequi uelim. Vt omittam alios. G. Lællius triplicem rei gestæ ordinem edit. Vnam traditam fama: alteram scriptam laudatiōe filii: qui rei gestæ interfuit. tertiam quam ipse pro inquisita: ac sibi comperta affert. Cæterum ita fama uariat: ut tamē plæriq; loci speculandi causa castris egressum. oēs insidiis circunuentū tradant. Annibal magnū

terrorē hostibus morte cōsulis unius:uulnere alterius iniectum esse ratus:necui deesset occ[illegible]oni : castra in tumulum:in quo pugnatū erat ; extēplo trāsiert.Ibi inuentū Marcelli corpus sepelit.Crispinus & morte collegæ:& suo uulnere territus silentio isequentis noctis ꝓfectus:quos ꝓximos nactus est mōtes:in iis loco alto & tuto undiq; castra posuit.Ibi duo duces sagaciter moti sūt:alter ad inferendam:alter ad cauendam fraudem.Annulo Marcelli simul cū corpore Annibal potitus erat.Eius signi errore:necui dolus necteret a pœno:metuēs Crispinus circa ciuitates ꝓximas miserat nūcios occisum collegā esse:ānuloq; eius hostē potitū:ne quibus litteris crederēt noīe Marcelli cōpositis.Pauloante hic nūcius cōsulis Salapiā uenerat:cū litteræ ab Annibale allatæ sūt Marcelli noīe cōpositæ:se nocte:quæ dié illum secutura esset:Salapiam uenturū.parati milites essent:qui ī præsidio erāt:siqua opera eoꝝ opus esset.Sensere salapiani fraudē:& ab ira nō defectionis modo:sed etiā equitū interfectoꝝ rati occasionem supplicii patere:misso retro nūcio:ꝓfuga autē romanus erat:ut sine arbitro milites:quæ uellēt:agerent.Opidanos ꝑ muros:urbisq; opportuna loca in stationibus disponūt:custodias:uigiliasq; ī eam noctē intentius instruūt.circa portā : qua uentuꝝ hostē rebant:quod roboris ī præsidio erat:opponūt.Annibal quarta uigilia ferme ad urbē accessit.Primi agminis erāt ꝓfugæ romanoꝝ:& arma romana habebāt.Ii:ut ad portā est uentū: latine omnes loquētes excitant uigiles.apeririq; portā iubēt:cōsulem adesse.Vigiles uelut ad uocē eoꝝ excitati:tumultuari:trepidare:moliri portam:cataracta clausa erat.Eā partim uectibus leuāt:partim funibus subducunt ī tantū altitudinis:ut subire recti possent.Vixdū satis patebat iter:cū ꝓfugæ certatim ruūt per portā:& cū sexcenti ferme intrassent:remisso fune:quo suspensa erat cataracta:magno sonitu cecidit.Salapiani alii per fugas negligenter ex itinere suspensa humeris:ut inter pacatos gerētes arma:inuadūt.Alii e turri eius portæ:muriq; saxis:sudibus:pilis absterrēt hostē.Ita īde Annibal sua & ipe fraude captus abiit:profectusq; ad Locroꝝ soluendam obsidionē:quā Cincius summa ui operibus:tormentorūq; omni genere ex Sicilia aduecto:oppugnabat.Magoni iam haud ferme fidenti retēturum:defensurumq; se urbem:prima spes morte nunciata Marcelli affulsit.Secutus inde nuncius Annibalem numidarum equitatu præmisso: ipm:quā tū accelerare posset:cū peditū agmine sequi. Itaq; ubi primum numidas edito e speculis signo:aduentare sensit:& ipse patefacta repēte porta:ferox ī hostes erūpit.Et primo magis:quia īprouiso id fecerat: quā qđ par uiribus esset:anceps certamē erat.Deinde:ut supuenere numidæ:tantus pauor romanis est iiectus: ut passim ad mare ac naues fugerent:relictis operibus machinisq;:quibus muros quatiebāt.Ita aduētu Annibalis soluta Locroꝝ obsidio ē.Crispinus posteaquā ī brutios ꝓfectum Annibalē sensit:exercitum:cui collega præfuerat:M.Marcellum tribunū militū Venusiā adducere iussit.Ipse cū legionibus suis Capuā profectus:uix lecti exagitationē præ grauitate uulneꝝ patiens Romā litteras de morte collegæ scripsit : quātoq; ipse ī discrimine esset:Se comitioꝝ causa nō posse Romā uenire:quia nec uiæ laborē passurus uideretur.Et de Tarēto sollicitus esset:ne ex brutiis Annibal eo cōuerteret agmē . Legatos opus eē ad se mitti uiros prudētes:cū quibus:quæ uellet:de rep.loqueret.Hæ litteræ recitatæ:& magnū luctū morte alterius cōsulis:& metū de altero fecerūt.Itaq;.Qu.Fabiū filiū ad exercitū Venusiam miserūt. Et ad cōsulem tres legati missi Sex.Iulius cæsar.L.Licinius Pollio:L.Cincius Halimetus:cū paucis āte diebus ex Sicilia redisset.Hi nūciare cōsuli iussi:ut si ad comitia ipse Romā uenire nō posset:dictatorē in agro romano diceret comitioꝝ causa:si consul Tarentū ꝓfectus esset.Qu.Claudiū prætorē placere ī eam regionē inde adducere legiones.ī qua plurimas socioꝝ urbes tueri posset.Eadē æstate Valerius cū classe centū nauiū ex Sicilia in Africā transmisit:& ad Clupeā urbē excursione facta:agrū late:nullo ferme obuio:uastauit. Inde ad naues raptim ꝑdatores recepti:qa repēte fama accidit classē punicā aduentare.Lxxx.erāt & tres naues. Cū iis haud ꝓcul Clupea,ꝓspere pugnat rōanus.Decē & octo nauibus captis:fugatis aliis:cū magna nauali:terrestriq; præda Lylibæū redit.Eadem æstate & Philippus implorātibus achæis auxiliū tulit:quos & Machanidastyrānus lacedæmonioꝝ finitimo bello urebat.Et ætoli nauibus ꝑ fretū:qđ Naupactum & Patras interfluit.Rhion īcolæ uocāt:exercitu traiecto:depopulati erāt .Attalū quoq; regē Asiæ:quia ætoli sūmum gētis suæ magistratū ad eū ꝓximo cōsilio detulerant:fama erat in Europā traiectuꝝ.Ob hoc Philippo in Græciam descēdenti ad Lamiam urbē ætoli:duce Physia:qui prætor ī eū annū cū absente Attalo creatus erat:occurrerūt.Habebant & ab Attalo auxilia secū: & ferme mille ex romana classe a præfecto Sulpicio missos.Aduersus hūc ducē:atq; has copias Philippus bis ꝓspero euētu pugnauit.multos admodū hostiū utraq; pugna occidit.Inde cum ætoli metu cōpulsi Lamiæ urbis mœnibus tenerent sese:Philippus ad Phaleram exercitum reduxit:in maliaco sinu is locus est quondam frequenter habitatus propter egregiū portum.tutasq; circa stationes:& aliam opportunitatem maritimam:terrestrēq;.Eo legati a Rege Agypti Ptolemæo:rhodiisq;: & athenien sibus a Chiis uenerūt ad dirimēdū inter Philippū:atq; ætolos bellū.Adhibitus ab ætolis ex finitimis pacificator Amynander rex atamanum.Oium autē non tāta ꝓ ætolis cura erat ferocioris:quam ꝓ ingeniis græcoꝝ gētis: quā ne Philippus: regnūq; eius rebus Græciæ graue libertati futuꝝ immiscereē.De pace dilata cōsultatio est ī concilium achæoꝝ.Concilioq; ei & locus : & dies certa īdicta. Interim triginta dieꝝ induciæ impetratæ.Profectus īde rex per Thessaliam:Boetiamq; Chalcidem Euboeæ uenit:ut Attalum:quem classe petituꝝ Euboeam audierat:portubus: & littorum appulsu arceret.Inde:præsidio relicto aduersus Attalum:si forte interim traiecisset:profectus ipse cum paucis equitū leuis armaturæ Argos uenit.Ibi curatione hereorum : nemeorūq; suffragiis populi ad eum delata:quia se

macedonū reges ex ea ciuitate oriundos referunt: hereis pactis:ab ipso ludicro exemplo Rhium ꝓfectus est ad indictū multo ante socioꝝ cōcilium. Ibi de ætolico finiēdo bello actū est:ne causa aut romanis:aut Attalo ītrandi Græciā esset. Sed ea oīa uixdū inducieꝝ tēpore circūacto:ætoli turbauere. Posteaquam & Attalū Aeginā uenisse:& romanā classē stare ad Naupactū audiuere. Vocati enī ī cōciliū Achæoꝝ: ī quo ædem legationes erāt:quæ ad Phaleram egerant de pace. primi questi sunt quædam cōtra fidem cōuentionis tēpore inducierum facta. postremo negarunt dirimi bellum posse: nisi messēniis achæi Pylum redderent:romanis restituerēt Athamanis Cordileo:& Pleurato:Archide. Eninuero īdignū ratus Philippus uictos uictori sibi ultro cōdiciones ferre:ne antea quidē se aut de pace audisse:aut inducias pepigisse dixit: spem nullam habentē quieturos ætolos:sed:ut oēs socios testes haberet se pacis: illos belli cām quæsisse. Ita infecta pace:concilium dimisit:quattuormillibus armatoꝝ relictis ad p̄sidium achæoꝝ:& quinq; longis nauibus acceptis:quas si adiecisset missæ nuper ad se classi carthaginēsium & ex Bythinia ab rege Prusia uenientibus nauibus:statuerat nauali p̄lio lacessere romanos iandiu ī ea regione potētes maris. Ipse ab eo cōcilio Argos regressus:iam enim nemeoꝝ appetebat tēpus:quæ celebrari uolebat p̄sentia sua. Occupato rege apparatu ludoꝝ & p̄ dies festos licentius:quā intra belli tēpora remittēte animum:Sulpicius ab Naupacto ꝓfectus classem appulit inter Sicyonē & Corinthū:agrūq; nobilissimæ fertilitatis effuse uastauit. Fama eius rei Philippū a ludis exciuit: raptimq; cū eq̄tatu ꝓfectus:iussis se subsequi peditibus:palatos passim per agros:grauesq; præda:ut qui nihil tale metuerāt:adortus romanos cōpulit ī naues. Classis romana haudquaquā læta præda Naupactū redit. Philippus quoq; ludoꝝ qui reliqui erāt:celebritate quantacūq; de romanis tum uictoriæ partæ famā auxerat:lætitiaq; īgenti celebrati festi dies:eo magis etiā: qđ populariter dempto capitis insigni purpuraq;:atq; alio regio habitu æquauerat cæteris se ī speciē:qua nihil gratius est ciuitatibus liberis:p̄buissetq; haud dubiam eo facto spem libertatis:nisi omnia intoleranda libidine fœda:ac deformia effecisset. Vagabatur enim cum uno:aut altero comite per maritas domos dies noctesq; & submittēdo se in priuatū fastigiū quo minus conspectus:eo solutior erat:& libertatem cū aliis uanam ostendisset:totam in suam licentiam uerterat. Neq; enim omnia emebat:aut eblandiebat: sed uim flagitiis adhibebat:piculosumq; & uiris: & parētibus erat:moram incommoda seueritate libidini regiæ fecisse. Vni etiam principi achæoꝝ Arato adempta uxor nomine Polycratia:ac spe regiarum nuptiarū ī Macedoniā apportata fuerat:Post hæc flagitia:solēni nemeoꝝ ludo pacto:paucisq; additis diebus Dymas ē ꝓfectus ad præsidiū ætoloꝝ:quōd ab eleis accitū acceptūq; in urbē erat:eiiciendū. Cycleadas penes eū sūma īperii erat:achæiq; ad Dymas regi occurrere:& eleoꝝ accensi odio:quod a cæteris achæis dissentirēt:& infensi ætolis:quos romanū quoq; aduersus se mouisse bellū credebāt. Profecti a Dymis:cōiuncto exercitu:transeunt Larissum amnē:qui eleum agꝝ a dymeo dirimit. Primū diē:quo fines hostiū ingressi sunt:populādo absumpserūt. Postero die acie īstructa ad urbē accesserūt:præmissis equitibus:qui obequitādo portis promptū ad excursiones genus lacesserēt ætoloꝝ. Ignorabāt Sulpicium cū quindecim nauibus a Naupacto Cyllenem traiecisse:& expositis in terrā quattuormillibus armatoꝝ:silētio noctis:ne cōspici agmen posset:intrasse Elim. Itaq; improuisa res ingentē iniecit terroreꝫ:posteaquā romana signa:atq; arma īter ætolos eleosq; cognouere. Et primo recipere suos uoluerat rex:deinde cōtracto iam īter ætolos & Thrallis (illyricoꝝ id ē genus) certamine cū urgeri uideret suos:& ipse rex cū equitatu ī cohortē romanā incurrit. Ibi equus pilo traiectus cū ꝓlapsum ī caput regē effudisset:atrox pugna utrinq; accēsa est:& a romanis impetu ī regem facto:& ꝓtegētibus regiis:Insignis & ipsius pugna fuit:cū pedes īter equites coactus esset p̄liū inire. Deinde cū iam impar certamē esset:caderentq; ꝓpe eum multi:& uulnerarentē: raptus a suis:atq; alteri equo iniectus fugit. Eo die castra quinquemillia passuū ab urbe eleoꝝ posuit. Postero die omnis copias ad ꝓpinquū eleoꝝ castellū: quod Phyrgum uocant:duxit: quo agrestiū multitudinē cū pecoribus metu populationū compulsam audierat:eā inconditā inermēq; multitudinē primo statim terrore aduenīs cepit:cōpēsaueratq; ea præda:qđ ignominiæ ad Elim acceptū fuerat. Diuidēti p̄dam captiuosq; (fuerāt aūt quattuormillia hoīum:pecorūq; oīs generis ad milliauiginti) nuncius ex Macedonia uenit:Eropū quēdā:corrupto arcis præfidiiq; p̄fecto:Bachindū cepisse:tenere & darsetioꝝ quosdā uicos: & dardanos etiam concire. Omisso igit attico atq; ætolico bello:relictis tamē duobus millibus & quingētis omnis generis armatorum:cum Menippo & Polyphonta ducibus ad præsidium sociorū ꝓfectus ab Dymis p̄ Achaiam:Boetiāq;:& Euboeam decimis castris Demetriadē ī Thessaliam ꝓuenit. Ibi alii maiorē afferentes tumultum nuncii occurrūt:dardanos in Macedoniam effusos Orestidem iam tenere:ac descēdisse in argesteum campum:famāq; inter barbaros celebrem esse Philippum occisum. Expeditiōe ea qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnauit:in arborem illatus impetu equi ad eminentē ramum cornu alterum galeæ p̄fregit. Id inuentum ab ætolo quodam:platumq; in Aetoliam ad Scerdileum:cui notū erat insigne galeæ:famam interfecti regis uulgauit. Post ꝓfectionem ex Achaia regis Sulpicius Aeginam classe ꝓfectus cum Attalo sese cōiunxit. Achæi cum ætolis:Eleisq; haud ꝓcul Messene ꝓsperam pugnam fecerunt. Attalus rex:&. P. Sulpicius Aeginæ hybernarunt. Exitu huius anni. T. Quintius consul:dictatore comitiorum ludorumq; faciendoꝝ causa dicto. L. Manlio Torquato:ex uulnere moritur. Alii Tarenti:alii in Campania mortuum tradunt. Id quod nullo ante bello acciderat:duo consules sine memorando prælio interfecti uelut orbam remp. reliquerant. Dictator Manlius magistrum equitū. G. Seruiliū quitū

impoſitos ad demetriacū Theotidis expoſuit:ipſe ad Attalum ſeſe recepit. Sulpicius tam facili ad Oreum ſucceſſu elatus :Chalcidē inde ꝓtinus uictrici claſſe petit. Vbi haudquaquā ad ſpem euentus reſpōdit. Ex patenti utrinq; coactū in anguſtias mare:ſpeciē intuenti primo gemini portus in ora duo uerſi præbuere. ſed haud facile alia infeſtior ſtatio claſſi eſt:Nam & uēti ab utriuſq; terræ præ altis mōtibus ſubditi ac procello ſi deiiciūt:& fretū ipſum Euripi nō ſepties die:ſicut fama fert:tēporibus ſtatutis reciprocat:ſed temere in modū uenti nunc huc:nunc illuc uerſo mari uelut mōte ꝓcipiti deuolutus torrens rapit. Ita nec nocte:nec die quies nauibus dat:cū claſſem tam infeſta ſtatio accepit: tum & oppidū alia parte clauſum mari:alia a terra egregie munitū:præſidioq; ualido firmatū:& ꝓcipue fide præfectoꝝ ꝓncipūq; : quæ fluxa & uana apud Oreū fuerant:ſtabile atq; inexpugnabile fuit. Id prudēter ut temere ſuſcepta re rōanus fecit.qđ circunſpectis difficultatibus:ne fruſtra tēpus tereret: celeriter abſtitit incœpto:claſſemq; inde ad Cynum Locridis emporiū idem urbis opontioꝝ mille paſſuū a mari ſitæ traiecit. Philippū & ignes ab Oreo editi monuerāt:ſed ſerius Platoris fraude e ſpecula elati: & ꝑari tū maritimis uiribus:haud facilis erat in inſulā claſſi acceſſus. Ita res ꝓ cūctationē omiſſa ad Chalcidis auxiliū:ubi ſignū accepit: ꝑigre ē motus.nā & ipſa Chalcis:quanquā eiuſdē inſulæ urbs eſt:tamē adeo arcto interſcindit freto:ut ponte continēti iungat:terraq; aditum facilioꝛē: quā mari habeat.Igitur Philippus deiecto præſidio:fuſiſq; ætolis:qui ſaltū Thermopylarum inſidebāt: cū ab Demetriade Scotuſam:inde tertia uigilia ꝓfectus trepidos hoſtes Heracleā compuliſſet:ipſe uno die Phocidis Elatiā millia amplius.lx.contēdit.Eodē ferme die ab Attalo rege opontioꝝ urbs capta diripiebat.Conceſſerat eam prædā regi Sulpicius:quia Oreū paucos ante dies ab rōano milite ex partibus regiis direptū fuerat .Romana claſſis Oreum ſeſe receperat:& Attalus ignarus aduentus Philippi pecuniis a principibus exigēdis terebat tēpus.Adeoq; ꝑrouiſa res fuit:ut niſi cretēſiū forte quidā pabulatum ab urbe longius ꝓgreſſi agmē hoſtiū procul cōſpexiſſent:opprimi potuerit Attalus.Inermis autem:atq; incōpoſitus curſu effuſus mare ac naues petit:& molientibus ab terra naues Philippus ſupuenit: tumultūq; etiā ex terra nauticis præbuit.Inde Opontē rediit deos hoſeſq; accuſans:quod tantæ rei fortunam ex oculis ꝓpe raptam amiſiſſet.opontii quoq; ab eadē ira increpiti:quod cū trahere obſidionē in aduentum ſuū potuiſſent:uiſo ſtatim hoſte:prope in uoluntariā deditionem conceſſiſſent.Compoſitis circa Opontē rebus:Toronē eſt ꝓfectus.Et Attalus primo Oreū ſe recepit.Inde cū fama accidiſſet Pruſiam Bithyniæ regē in fines regni ſui trāſgreſſum:omiſſis rōanis:atq; ætolico bello:ī Aſiam traiecit. Et Sulpicius Aeginā claſſem recepit:ūde initio ueris,ꝓfectus erat.Haud maiore certamīe:quā Opontē Attalus ceperat: Philippus Toronē cepit. Incolebant eam urbē ꝓfugi ab Thebis phithiotici urbe ſua capta a Philippo cū in fidem ætoloꝝ ꝓfugiſſent:ſedē eis ætoli eam dederāt urbis uaſtatæ ac deſertæ priore eiuſdem Philippi bello.Tum ab Torone:ſicut pauloante dictū eſt:recepta:ꝓfectus Tritonon:& Dirimias Doridis parua atque ignobilia oppida cepit.Inde Elatiam iuſſis ibi ſe opperiri Ptolomæi rhodiorūq; legatis uenit. ubi cū de finiendo ætolico bello ageret:(affuerant enī legati nup Heracleæ concilio romanoꝝ ætolorūq;)nuncius affertur Machanidā olympioꝝ ſolenne ludicrū parantes Eleos aggredi ſtatuiſſe. Præuertendū id ratus legatis cum benigno reſponſo dimiſſis:ſe neq; cauſam huius belli fuiſſe:nec morā:ſi modo æqua & honeſta cōdicione liceat paci factuꝝ.cum expedito agmine profectus per Boetiam:Megarā:atq; inde Corinthum deſcendit. Vnde cōmeatibus ſumptis:Phyleū:Tapheneūq; petit.& iā cū Ereum ueniſſet: audit Machanidam fama aduentus ſui territum refugiſſe Lacedæmonē: Aegiūq; ſe ad conciliū ætoloꝝ recepit:ſimul claſſem punicā:ut mari quoq; aliquid poſſet:accitam: ibi ratus ſe inueturꝝ. Paucis ante diebus inde Phoceas traiecerant pœni.Inde portus acarnanum petierant:cum ab Oreo ꝓfectum Attalum romanoſq; audiſſent:ueriti:ne in ſe iretur & intra Rhium(fauces eæ ſunt corinthi ſinus)opprimerent. Philippus qdem mœrebat: & angebatur: cum ad omnia ipſe raptim iſſet.nulli tamen ſe rei in tempore occurriſſe: & rapientem omnia ex oculis eluſiſſe celeritatem ſuam fortunam. In concilio autem diſſimulans ægritudinem:elato animo:diſſeruit.teſtatus deos hominesq; nulli loco:nec tempori defuiſſe:quin ubi hoſtium arma concrepuiſſent:eo:quanta maxima poſſet celeritate:tenderet:ſed uix rationē inire poſſe:utrum a ſe audacius:an fugacius ab hoſtibus geratur bellū.Sic ab Oponte Attalum:ſic Sulpicium a Chalcide:ſic his ipſis diebus Machanidam e manibus ſuis elapſum.Sed nō ſemper fœlicē eſſe fugam:nec pro difficili id bellum habendum:in quo:ſi modo cōgreſſus cū hoſtibus ſis:uiceris.quod primū eēt:confeſſionē ſe hoſtiū habere:nequaquā pares eſſe eos ſibi. breui & uictoriā haud dubiam habituꝝ: nec meliore euentu eos ſecū:quā ſpe pugnaturos.Læti regē ſocii audierunt.Reddit inde achæis Oreum:& Triphyllam:quod Alipherā autem megalopolitis:quod ſuoꝝ fuiſſe finium ſatis ꝓbabant:reſtituit. Inde nauibus acceptis ab achæis(erāt autē tres quadriremes:& biremes totidē)Anticyrā traiecit.Inde quīqueremibus ſeptem: & lembis uiginti amplius quos:ut adiungeret carthaginenſium claſſi miſerat in corinthiū ſinū:profectus ad Erythras ætolorum:quæ prope Euphaliū ſunt:deſcenſionem fecit.Haud fefellit ætolos:nam hominū: qđ aut in agris: aut in propinquis caſtellis Potidaniæ atq; Apolloniæ fuit:in ſiluas monteſq; refugit.Pecora:quæ īter feſti nationem abigi nequiuerāt:ſunt direpta:& in naues cōpulſa. Cum his:cæteraq; præda Nicia ꝓtore achæorū Egiū miſſo:cū Corinthum petiſſet:pedeſtres inde copias per Boetiā terra duci iuſſit.Ipſe a Boenotris: præter terrā Atticā ſuper ſinum nauigans inter medias prope hoſtium claſſes Chalcidem ꝓuenit.Inde collaudata fide:ac uirtute:quod neque timor:neque ſpes flexiſſet eorum animos:hortatuſque in poſterū: ut

eadem constantia permanerent in societate:si suam:quã oreanoꝝ atq; opontioꝝ fortunã mallent:a Chalcide Oreum nauigat.Principũq; iis:qui fugere capta urbe:quã se romanis tradere maluerãt:summa rerum & custodia urbis ꝓmissa ipse Demetriadẽ ab Euboea:unde primũ ad opem ferendam sociis ꝓfectus erat: traiecit. Cassandreæ deide cetũ nauiũ lõgaꝝ carinis positis:cõtractaq; ad effectũ eius operi multitudíe fabrorum naualiũ:quia res in Græcia trãquillas:& ꝓfectio Attali fecerat:& in tempore laborantibus sociis latum a se auxiliũ:retro in regnũ cõcessit:ut dardanis bellũ inferret. Extremo æstatis eius: qua in Græcia hæc gesta sunt:cũ.Qu.Fabius Maximus prætor legatus ab.M. Liuio consule Romã ad senatũ missus nũciasset consulẽ satis præsidii Galliæ ꝓincie credere.L.Portiũ cũ suis legionibus esse:discedere se inde: ac deduci exercitũ.cõsularé posse:patres nõ.M.Liuium tantũ redire ad urbẽ:sed collegã quoq; eius.G. Claudium iusserunt.Id modo in decreto interfuit:quod.M.Liuii exercitũ reduci: Neronis legiones Annibali oppositas manere in ꝓincia iusserunt.Inter cõsules ita per litteras cõuenit:ut quẽadmodũ uno aĩo remp. gessissent:ita quanqua ex diuersis regionibus conuenirẽt:uno quoq; tẽpore ad urbẽ accederent. Prænestẽ qui prior uenisset collegã ibi opperiri iussus.Forte ita euenit.ut eodẽ die ambo prænestẽ uenirẽt.Inde præmisso edicto:ut triduo post frequẽs senatus ad ædem Bellonæ adesset:omni multitudine obuiã effusa ad urbem accessere.nõ salutabant modo uniuersi circũfusi:sed cõtingere pro se quisq; uictrices dextras cõsulũ cupientes:alii gratulabant:alii gratias agebãt:quod eoꝝ opera incolumis resp.esset. In senatu cũ more omnium ĩperatoꝝ expositis rebus ab se gestis:postulassent:ut pro rep.fortiter fœliciterq; administrata:& diis ĩmortalibus haberẽt honos:& ipsis triũphantibus urbẽ inire liceret:se uero ea:quæ postularent:decernere patres merito deoꝝ primũ:deinde secundum deos cõsulum respõderunt: & supplicatõe amboꝝ nomine:& triumpho utriq; decreto:Inter ipsos nec cũ bellũ cõmuni aĩo gessissent:triumphum separarẽt:Ita conuenit:ut quoniã & in ꝓincia.M.Liuii res gesta esset:& eo die:quo pugnatũ foret: eius forte auspiciũ fuisset:& exercitus liuianus traductus Romã uenisset:Neronis deduci nõ potuisset de ꝓincia:ut.M.Liuium quadrigis urbẽ ineuntem milites sequerenẽ.Consul Claudius equo sine militibus inueherẽ.Ita cõsociatus triumphus cũ utriq;:tum magis ei:qui quantũ merito anteibat:tantum honore collegæ cesserat: gloriam auxit.Illum equitẽ aiebant sex dieꝝ spatio trãscurrisse longitudinẽ Italiæ: & eo die cũ Asdrubale in Gallia signis collatis pugnasse:quo eum castra aduersus sese in Appulia posita habere:Annibal credidisset.Ita unũ consulẽ ꝓ utraq; ꝑte Italiæ aduersus duos duces:duos ĩpatores:hinc consiliũ suum:hinc corpus oppositisse.nomen Neronis satis fuisse ad cõtinendum castris Annibalẽ. Asdrubalẽ uero qua alia re: quam aduentu eius obrutum:atq; extinctum esse.Itaq; iret alter cõsul sublimis curru multiiugis:si uellet: equis. unius equo per urbem uerum triumphum uehi.Neroniq; etiam:si pedes ĩcedat:uel parto eo bello: uel spreto triũpho:gloriã memorabilẽ fore.Hi sermones spectantiũ Neronẽ usq; in capitoliũ ꝓsecuti sũt. Pecuniã in ærariũ tulerunt sestertiũ tricies octogintamilia æris. militibus.M. liuius quinquagenos senos asses diuisit.Tantũdem.G.Claudius militibus absentibus suis est pollicitus:cũ ad exercitũ redisset. Notatum é ea die plura carmĩa militaribus iocis in consulẽ Claudiũ:quã in consulẽ suũ iactata.Equites.L.Veturium:&.Qu.Ceciliũ legatos magnis tulisse laudibus:hortatosq; esse plebẽ: ut eos cõsules in ꝓximũ annum crearent. Adiecisse equitũ ꝓrogatiuæ auctoritatẽ cõsules:postero die in concionem: quã forti fidelique duoꝝ præcipue legatoꝝ opera usi essent:cõmemorantes.Cum comitioꝝ tẽpus appeteret: & per dictatorem comitia haberi placuisset:G.Claudius cõsul:M.Liuiũ collegã dictatorẽ dixit:Liuius.Qu. Ceciliũ magistrum equitum. A.M.Liuio Dictatore creati Consules.L. Veturius.Qu.Cecilius:is ipse:qui tum erat magister equitũ.Inde prætoꝝ comitia habita:Creati.G.Seruilius:M.Cecilius Metellus:T. Claudius Asellus.Qu.Manlius Turinus:qui tũ ædilis plebis erat.Comitiis ꝓfectis:dictator: magistratu abdicato:dimissoq; exercitu in Ethruriã prouinciã ex.S.C.est ꝓfectus ad quæstiões habẽdas:qui Ethruscoꝝ:umbrorũue populi defectionis ab rõanis ad Asdrubalẽ sub aduentu eius consilia agitassent:quiq; eũ auxiliis:aut commeatu:aut ope aliqua iuuissent.Hæc eo anno domi militiæq; gesta.Et ludi rõani ter toti ĩstaurati ab ædilibus curulibus.G.Seruilio Cepione:Ser.Cornelio Lentulo.Item ludi plebeii semel toti instaurati ab ædilibus plebis.M.Pomponio Mathone:&.Qu.Manlio Turino.Tertiodecimo anno punici belli.L.Veturio Philone:&.Qu.Cecilio Metello cõsulibus ambobus:ut cum Annibale bellum gererent ꝓincia decreta. Præturas exinde sortiti sunt.M.Cecilius Metellus urbanã:Qu.Manlius pegrinã:G. Seruilius Siciliam :T. Claudius Sardiniã.Exercitus ita diuisi. consulũ alteri:quẽ.G. Claudius prioris anni cõsul:alteri: quẽ.Qu. Claudius ꝓ̃tor(eæ binæ legiões erãt)habuisset exercitũ.In Ethruria duas uolonũ legiões a Terẽtio ꝓcõsule Liuius ꝓconsul:cui ꝓrogatũ in annũ imperiũ fuit:acciperet.Et.Qu:Manlio: ut collegæ iurisdicione tradita:eũ exercitũ:cui.L.Portius ꝓprætor ꝑfuerat:obtineret:decretũ est.Iussusq; populari agros gallorũ: qui ad pœnos sub aduẽtu Asdrubalis defecissẽt:G.Seruilius cũ cannẽsibus duabus legiõibus:sicut.P.Manlius tenuerat:Sicilia tuenda data.Ex Sardinia uetus exercitus:cui.A.Hostilius ꝑfuerat:deportatus.Nouam legionẽ:quã.G.Claudius traiiceret:secũ cõsules conscripserunt.Qu.Claudio ut Tarentũ:G. Hostilio Tubulo:uti Capuã ꝓincíã haberet:prorogatum in annũ est imperiũ .M. Valerius ꝓconsul:qui tuendæ circa Siciliam maritimæ oræ præfuerat.xxx.nauibus.G.Seruilio traditis:cũ cætera omni classe redire ad urbem iussus.In ciuitate tanto discrimine belli sollicita:cum omniũ secundoꝝ aduersorũq; causas in deos uerterent:multa prodigia nũnciabant. Tarracinæ Iouis ædem : Satrici Matris Matuthæ de cælo tactam

ſatricanos haud minus terrebant. In ædem Iouis foribus ipſis duo prælapſi angues. Ab Antio nunciatum eſt cruentas ſpicas metentibus uiſas eſſe. Cære porcus biceps: & agnus maſculus: idemq; fœmina natus erat. Albæ duos ſoles uiſos ferebant. Et nocte Fregellis lucē obortam. Et bos in agro romano locutus. Et ara Neptuni multo manaſſe ſudore i circo Flaminio dicebaſ. Et ædes Cereris: Salutis: Quirini de cælo tactæ. Prodigia cōſules hoſtiis maioribus ꝓcurare iuſſi: & ſupplicationē unā diē habere. Ea ex ſenatuſcōſulto facta. Plus oībus aut nunciatis pegre: aut uiſis domi ꝓdigiis: terruit aīos hominū: ignis in æde Veſtæ extinctus. Ob quā cām cæſa flagro eſt ueſtalis uirgo: cuius cuſtodia eius noctis fuerat iuſſu pontificis. P. Licinii. Id quanquā nihil portēdentibus deis: cætęꝫ negligētia humana acciderat: tamē & hoſtis maioribus ꝓcurari: & ſupplicationē haberi ad ueſtæ aram placuit. Priuſquā ꝓficiſcerenſ conſules ad bellū: moniti ab ſenatu ſunt: ut in agros reducēdæ plebis curam haberent deū benignitate ſubmotū bellum ab urbe Roma: & Latio eſſe, poſſe ſine metu in agris habitari. Minime cōuenire Siciliæ: quā Italiæ colendæ: maiorē curam eſſe, ſed res haudquaquā erat populo facilis: & liberis cultoribus bello abſumptis: & īopia ſeruitioꝫ: & pecore direpto: uiliſq; dirutis aut incenſis. Magna tamē pars auctoritate cōſulū cōpulſa in agros remigrauit. Mouerant autē huiuſce rei mentionē placentinoꝫ: & cremonenſiū legati querētes agrū ſuum ab accolis gallis incurſari ac uaſtari: magnāq; partē colonoꝫ ſuoꝫ dilapſam eſſe: & frequentes ſe urbes: agrū uaſtatū ac deſertū habere. Manlio prætori mandatū: ut colonias ab hoſte tueretſ. cōſules ex. S. C. edixerunt: ut qui ciues cremonēſes aut placētini eſſēt: ante certum diē in colonias reuerterentſ: principio deinde ueris & ipi ad bellū ꝓfecti ſunt. Qu. Cecilius cōſul exercitū ab. Gn. Nerone: L. Veturius ab. Qu. Claudio prætore accepit: nouiſq; militibus: quos ipſe cōſcripſerat: ſuppleuit. Et in conſentinū agꝫ cōſules exercitum duxerunt: paſſimq; depopulati: cū agmē iā graue præda eſſet: in ſaltu anguſto abrutiis iaculatoribuſq; numidis turbati ſunt. Ita ut nō præda tantū: ſed armati quoq; i periculo fuerint. maior tamē tumultus: quā pugna fuit. Et præmiſſa præda incolumes legiōes in loca culta euaſere. Inde in lucanos ꝓfecti. Ea ſine certamine tota gens in dicionē populi romani rediit. Cum Annibale nihil eo anno rei geſtū eſt. Nam neq; ipſe ſe obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoq;: nec laceſſierunt quietū romani: tātam ineſſe uim: & ſi oīa alia circa eum ruerent: in uno illo duce cenſebant. Ac neſcio an mirabilior in aduerſis ſecundis quā rebus fuerit. Quippe cū & in hoſtiū terra ꝑ annos tredecim iam ꝓcul ab domo uaria fortuna bellū gereret: exercitum nō ſuo ciuili: ſed mixto ex colluuiōe oīum gentiū: quibus nō lex: nō mos: nō līgua cōmunis: alius habitus: alia ueſtris: alia arma: alii ritus: alia ſacra: alii ꝓpe dii eſſent: ita quodā uno uīculo copulauerit eos: ut nulla nec iter ipſos: nec aduerſus ducē ſeditio extiterit: cum & pecunia ſæpe inſtipendiū: & cōmeatus in agro deeſſet. quoꝫ inopia priore punico bello multa infanda inter duces: militeſq; cōmiſſa fuerant. Poſt Aſdrubalis uero exercitū cū duce: in quibus ſpes oīs uictoriæ repoſita fuerat: deletū, cedendoq; in angulū brutiū cætera Italia cōceſſum: cui nō uideaſ mirabile: nullū motū in caſtris factū? Nam ad cætera id quoque acceſſerat: ne alendi quidē exercitus: niſi ex brutio agro ſpes eſſet. qui ut oīs coleretur: exiguus tamē tanto alendo exercitui erat: cū magnā partē iuuentutis abſtractā a cultu agroꝫ bellū occupauerat. & mos uitio etiā inſitus genti per latrocinia militiā exercēdi. nec ab domo quicquā mittebaſ: de Hiſpania retinēda ſollicitis: tanquam oīa ꝓſpera in Italia eſſent. In Hiſpania res quadā ex parte eandē fortunā: quadā longe diſparem habebāt. Eandem: quod prælio uicti carthaginēſes duce amiſſo in ultimā Hiſpaniæ oram uſque ad Oceanum cōpulſi erant. Diſparē autē: quod Hiſpania nō quā Italia modo: ſed quā ulla pars terraꝫ bello reparando aptior erat locoꝫ hominūq; ingeniis. Itaq; ergo romanis prima inita ꝓuinciaꝫ: quæ quidē continētis ſint: poſtremo omniū: noſtra demū ætate: ductu auſpicioq; Auguſti Cæſaris ꝓdomita eſt. Ibi tū Aſdrubal Giſgonis filius maximus: clariſſimuſq; eo bello ſecundū Barchinos dux regreſſus a Gadibus: rebellandi ſpem: adiuuāte Magone Amilcaris filio: delectibus ꝑ ulteriorē Hiſpaniā habitis: ad quinquagīta millia peditū: quattuormillia & quingētos equites armauit. De equeſtribus copiis ferme iter auctores cōuenit. peditū. lxx. millia quidā adducta ad Silpiā urbē ſcribunt. Ibi ſuper cāpos patentes duo duces pœni eamente: ne detrectarēt certamīe: cōſederunt. Scipio cū ad eum fama tanti comparati exercitus perlata eſſet: neq; rōanis legionibus tantæ ſe fore parē multitudini ratus: ut nō in ſpem ſaltē opponerentſ barbarorum auxilia: neq; in iis tamen tantū uirium ponendū: ut mutando fidem: quæ cladis cauſa fuiſſet patri patruoque: magnū momentū facerent: præmiſſo Syllano ad colcā duo de .xxx. oppidis regnantē: ut equites peditesq; ab eo: quos ſe per hyemē cōſcriptuꝫ pollicitus erat: acciperet: ipſe a Tarracone ꝓfectus: protinus a ſociis: qui accolūt uiam: modica contrahendo auxilia Caſtulonē peruenit. Eo adducta a Syllano auxilia: tria millia peditū: & equites: quingēti. Inde ad Betulā urbēprogreſſus cū omni exercitu ciuiū: ſociorūq; peditū equitumq;. v. &. xl. millibus. Caſtra ponentes eos Mago: & maſiniſſa cum omni equitatu aggreſſi ſūt: turbaſſentque munientes: ni abditi poſt tumulum opportune ad id poſiti a Scipione equites improuiſo in effuſos incurriſſent: & promptiſſimum quenque: & proxime uallum: atque in ipſos munitores primum inuectum: uixdum prælio inito: fuderunt. cum cæteris: qui ſub ſignis: atq; ordine agminis inceſſerāt: longior & diu ambigua pugna fuit. Sed cum ab ſtationibus primū expeditæ cohortes: deinde ex opere deducti milites: atq; arma capere iuſſi plures & integri feſſis ſubirēt: magnūq; iā agmē armatoꝫ a caſtris i ꝓlium rueret: terga haud dubie uertūt pœni. Numidæq; primo turmatī abibāt: nihil ꝓter pauorē feſtinationēue confuſis ordinibus. deinde poſteaquā acrius ultimis icidebat romanus: neque ſuſtineri impetus poterat:

nihil iam ordinum memores: passim: qua cuiq; proximum fuit: in fugam effunduntur. Et quāquā eo prælio aliquantū & romanis aucti: & diminuti hostibus animi erant: tamē nunquā aliquot insequentes dies ab excursionibus equitū: leuisq; armaturæ cessatū est. Vbi satis tentatæ per hæc leuia certamia uires sūt: prior Asdrubal in aciē copias eduxit: deinde & rōani ꝓcessere. sed utraq; acies pro uallo stetit instructa. Et cum a neutris pugna cœpta esset: iam die ad occasum iclināte: a pœno prius: deinde a rōano in castra copiæ reductæ. Hoc idem p dies aliquot factū. Prior semper pœnus copias castris educebat, prior fessis standō signū receptui dabat. A neutra parte ꝓcursum telūue missum: aut uox ulla orta. Mediam aciē hinc romani: illinc carthaginēses mixti afris cornua socii tenebant. Erant autē utriq; hispani pro cornibus. Ante punic āaciē elephāti castellosq; ꝓcul speciē uisu p̄bebant. Iam hoc in utrisq; castris sermonis erat: ita ut īstructi stetissent: pugnaturos: medias acies rōanū pœnūq;: quos inter belli causa esset: pari robore animosq; armorūq; cōcursuras. Scipio: ubi hoc obstinate credi aīaduertit: oīa de īdustria ī eū diē: quo pugnaturus erat: mutauit. tesseram uesperi per castra dedit: ut ante lucē uiri equiq; cū pransi issent: armatus eques frænatos stratosq; teneret equos. Vixdum satis certa luce equitatū omnē cum leui armatura in stationes punicas īmisit. ipse confestim cū graui agmine legionū ꝓcedit ꝓtēr opinionē destinatā suosq;: hostiūq; romano milite cornibus firmatis sociis in mediā aciem acceptis. Sed Asdrubal clamore equitū excitatus: ut ex taberna culo ꝓsiluit: tumultūq; ante uallum: & trepidationē suosq;: & ꝓcul signa legionū fulgentia plenosq; hostiū campos uidit: equitatū omnē extēplo in equites emisit. Ipse cum peditum agmine castris egreditur: nec ex ordine solito quicquā acie instruēda mutat. Equitū iandiu anceps pugna erat: nec ipsa per se decerni poterat: quia pulsis: quod ꝓpe inuicem fiebat: in aciem peditum tutus receptus erat. Sed ubi iam haud plus q̄ngentos passus acies inter sese diuisæ aderant: signo receptui dato Scipio patefactisq; ordinibus equitatum omnem: leuemq; armaturam ī medium acceptam: diuisamq; in partes duas in subsidiis post cornua locat. Inde: ubi incipiendæ iam pugnæ tempus erat: hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere iubet. ipe e dextero cornu (ibi nanq; præerat) nuncium ad Syllanum & Martium mittit: ut cornu extenderent in sinistra parte: quēadmodum se tendentē ad dexteram uidissent: & cum expeditis peditum equitumq; prius pugnam cōsererent cum hoste: quam coire inter se mediæ acies possent. Ita deductis cornibus cum ternis peditū cohortibus: ternisq; equitū turmis: ad hoc uelitibus citato gradu in hostem ducebāt sequentibus aliis in obliquū. Sinus in medio erat: quia segnius hispanosq; signa icedebant. & iam cōflixerāt cornua: cū quod roboris in acie hostiū erat: pœni ueterani africq;: nondū ad teli coniectū uenissent: neq; ī cornua: ut adiuuarent pugnātes: discurrere auderent: ne aperirent mediā aciem ueniēti ex aduerso hosti. Cornua ancipiti ꝓlio urgebant. eques leuisq; armatura & uelites: circūductis aliis: in latera īcurrebāt. Cohortes a frōte urgebant: ut abrūperent cornua a cætera acie. & tum ab omni parte: haudquaquā par pugna erat: tum quod turba baleariū tyronūq; hispanosq; romano latinoq; militi obiecta erat. ꝓcedente iam die uires etiā deficere Asdrubalis exercitū cœperāt: oppressos matutino tumultu: coactosq;: priusquā cibo corpora firmarent: raptim in aciē exire. Ad id sedulo diem extraxerat Scipio: ut sera pugna eēt: Nam a septima demū hora peditū signa cornibus īcurrerūt. Ad medias acies aliquāto serius puenit pugna: ut prius æstus a meridiano sole: laborq; stādi sub armis: & simul fames: sitisq; corpora afficerent: quā manus cū hoste cōsererēt. Itaq; steterūt scutis īnixi: Nā sup cætera elephāti etiā tumultuoso genere pugnæ equitū uelitūq;: & leuis armaturæ cōsternati e cornibus in mediā aciē sese intulerāt. Fessi igit corporibus aīsq; rettulere pedē: ordines tamē seruantes haud secus: quā si īperio ducis cederet integra acies. Sed cū eo ipso acrius: ubi inclinatā sensere: uictores se undiq; inueherent: nec facile īpetus sustineri posset: quāquā retinebat obsistebatq; cedentibus Asdrubal ab tergo esse colles: tutūq; receptū: si modice se recipent: clamitās: tamē uincente uerecundiā metu: cū ꝓximus quisq; hostē cæderet: terga extemplo data: atq; in fugā sese omnes effuderūt. Ac primo cōsistere signa in radicibus colliū: ac reuocare in ordines militē cœperant: cunctātibus in aduersū collem erigere aciē rōanis. Inde ut inferri impigre signa uiderunt: integrata fuga: in castra pauidi impellūtur: nec procul uallo romānus aberat. Cepisset q; tanto īpetu castra: nisi ex uæhementi sole: qualis inter graues imbre nubes effulget: tanta uis aquæ deiecta esset: ut uix in castra sua receperint se uictores. quosdam etiam religio ceperit: ulterius eo die quicquā conandi. Carthaginenses quāquā fessos labore: ac uulneribus nox imberq; ad necessariam quietem uocabat: tamen quia metus & periculum cessandi non dabat tēpus prima luce oppugnaturis hostibus castra: saxis undiq; circa ex propinquis uallibus congestis: augēt uallū: munimento sese: quando in armis parum præsidii foret: defensuri. Sed transitio socioq; fuga: ut tutior mora uideretur: fecit: principiū defectōnis ab Attane regulo turdetanoq; factū est. Is cum magna popularium manu transfugit. Inde duo munita oppida cum præsidiis tradita a p̄fectis romānō. Et ne latius: inclinatis semel ad defectionē animis: serperet res: silentio ꝓximæ noctis Asdrubal castra mouet. Scipio ut prima luce: qui ī statiōibus erāt: rettulerūt ꝓfectos hostes: ꝓmisso equitatu signa ferri iubet. Adeoq; citato agmīe educti sūt: ut si uia recta uestigia sequētes issēt haud dubie assecuturi fuerīt. sed ducibus est creditum: breuius aliud eē iter ad Betī fluuiū: ut trāseūtes aggrederent. Asdrubal clauso trāsitu flumis ad Oceanū flectit. & iā īde fugiētiū mō effusi abibāt. Idq; ab legiōibus rōanis alīntū īterualli fecit. eques: leuisq; armatura nunc a tergo: nūc a lateribus occurrēdo fatigabat morabaq;. Sed cū ad crebros tumultus signa cōsisterēt: & nūc equestria: nunc cum uelitibus: auxiliisq; peditum ꝓlia consererent: superuenerunt legiones: inde iam non

pugna:ſed trucidatio uelut pecoꝝ fieri:donec ipſe dux fugæ auctor in proximos colles cum ſeptẽmillibus ferme ſemiermiũ euaſit:cæteri cæſi captiq; caſtra tumultuaria raptim tumulo editiſſimo cõmunierũt:atque inde cum hoſtis nequicquã ſubire iniquo aſcenſu conatus eſſet:haud difficulter ſeſe tutati ſunt: ſed obſidio in loco nudo:atq; inopi uix in paucos dies tolerabilis erat:itaq; tranſitiones ad hoſtes fiebãt. Poſtremo dux ipſe:nauibus acceptis(nec ꝓcul inde aberat mare)nocte:relicto exercitu:Gades ꝓfugit. Scipio: fuga ducis hoſtiũ audita:decẽmillia peditũ: mille equites reliquit Syllano ad caſtroꝝ obſidionẽ.Ipſe cum cæteris copiis:ſeptuageſimis caſtris:protinus cauſis reguloꝝ ciuitatũq; cognoſcẽdis: ut ꝑmia ad uerã meritoꝝ æſtimationẽ tribui poſſent: Tarraconẽ rediit.Poſt ꝓfectionẽ eius Maſiniſſa cũ Syllano clam cõgreſſus:ut ad noua cõſilia gentẽ quoq; ſuam obedientẽ haberet:cũ paucis popularibus in Africã traiecit.Non tam euidenti eo tempore ſubitæ mutationis cauſa:quã documento poſt id tempus cõſtantiſſimæ ad ultimam ſenectã fidei:ne tum quidẽ eũ ſine ꝓbabili cã feciſſe. Mago inde:remiſſis ab Aſdrubale nauibus:Gades petit:Cæteri deſerti ab ducibus pars tráſitione:pars fuga diſſipati per ꝓximas ciuitates ſunt:nulla manus numero aut uiribus inſignis.hoc maxime modo:ductu atq; auſpicio ꝓconſulis Scipionis pulſi Hiſpaniã carthaginenſes ſunt quartodecimo anno poſt bellũ initũ:quinto poſteaquã ꝓconſul Scipio ꝓuinciam & exercitũ accepit.Haud multo poſt Syllanus debellatũ referens: Tarraconẽ ad Scipionẽ rediit.L. Scipio cum multis nobilibus captiuis:nuncius receptæ Hiſpaniæ Romam eſt miſſus. Et cum cæteri lætitia gloriaq; ingenti eam rem uulgo ferrent:unus:qui geſſerat:inexplebilis uirtutis:ueræq; laudis paꝝ inſtar eoꝝ: quæ ſpe ac magnitudine animi cõcepiſſet:receptas Hiſpanias ducebat.Iam Africã:mágnãq; Carthaginem & in ſuũ decus nomẽq; uelut conſumatã eius belli gloriã ſpectabat.Itaq; ꝑmoliendas ſibi ratus iam res:reconciliandoſq; regũ:gentiũq; aĩos.Syphacem primũ regem ſtatuit tẽtare.Maſſeſſuloꝝ is rex erat.Maſſeſſuli gens affinis mauris regionẽ Hiſpaniæ:maxime qua ſita noua carthago eſt:ſpectãt.Fœdus ea tempeſtate regi cum carthaginẽſibus erat:quod haud grauius ei ſanctiuſq;:quã uulgo barbaris: quibus ex fortuna pendet fides:ratus fore oratoré ad eũ.G.Lællium cũ donis mittit. Quibus barbarus lætus: & quia res tũ proſpere ubiq; romanis:pœnis autẽ in Italia aduerſæ: in Hiſpania nullæ iam erant : amicitiã ſe romanorũ accipere annuit:firmãdæ eius fidẽ nec dare:nec accipere niſi cũ ipſo corã duce romano.Ita Lællius í id modo fide a rege accepta:tutũ aduentũ fore ad Scipionẽ redit.Magnũ in oĩa momentũ Syphax affectanti res erat Africæ:opulentiſſimus eius terræ bello iam expertus ipſos carthaginenſes. finibus etiã regni apte ad Hiſpaniam: qua freto exiguo dirimuntur:poſitis.Dignã itaq; rem Scipio ratus: quæ quoniã nõ aliter poſſet:magno periculo peteretur.L.Martio Tarracone:Syllano Carthagine noua: quo pedibus a Tarracone itineribus magnis ierat:ad præſidiũ Hiſpaniæ relictis:ipſe cum.G.Lællio duabus quiqueremibus ab Carthagine profectus tranquillo mari plurimũ remis interdũ & leui adiuuante uento in Africã traiecit. Forte ita incidit:ut eo ipſo tempore Aſdrubal pulſus Hiſpania ſeptem triremibus portũ ĩuectus: anchoris poſitis:terræ applicaret naues. Cum cõſpectæ duæ quinqueremes haud cuiquã dubio quin hoſtiũ eẽnt: oppriniq; a pluribus:priuſquã portũ intrarent:poſſent nihil aliud quã tumultũ:ac trepidationẽ ſimul militum:ac nautaꝝ:nequicquã armaq; & naues expedientium fecerunt.percuſſa enim ex alto uela acriori uẽto: prius in portũ intulerũt quiqueremes:quã pœni anchoras molirenť.nec ultra tumultũ edere quiſquã in regio portu audebat.Itaq; prior in terrã Aſdrubal:mox Scipio:& Lællius egreſſi ad regẽ ꝓgunt.Magnificumq; id Syphaci:nec erat alias uiſum:duoꝝ opulentiſſimoꝝ ea tempeſtate duces populorum uno die ſuam pacem amicitiãq; petentes ueniſſe:utrunq; in hoſpitiũ inuitat.Et quoniã ſors eos ſub uno tecto eẽ: atq; ad eoſdẽ penates uoluiſſet:contrahere ad colloquiũ dirimẽdaꝝ ſimultatũ cauſa eſt conatus.Scipione abnuente haud priuatũ ſibi ullum cũ pœno odium eſſe:quod colloquẽdo finiret.aut de rep.ſe cum hoſte agere quicquã iniuſſu ſenatus poſſe.Illud magnopere tendẽte rege: ne alter hoſpitũ excluſus menſa uideretur:ut in animũ induceret ad eaſdem uenire epulas haud abnuit.Cænatũq; ſimul apud regẽ eſt.Et eodẽ etiam lecto Scipio atq; Aſdrubal:quia ita cordi erat regi:accubuerũt. Tanta autẽ inerat comitas Scipioni: atq; ad oĩa naturalis ingenii dexteritas:ut nõ Syphacẽ mõ barbaꝝ:inſuetũq; oĩbus moribus rõanis:ſed hoſtem etiã infeſtiſſimum facũde alloquẽdo ſibi conciliaret:mirabiliorẽq; ſibi eũ uirum cõgreſſo coram uiſum præſe ferebat:quã bello rebus geſtis:nec dubitare:quin Syphax:regnũq; eius iam in romanorum eſſet poteſtate.eam artẽ illi uiro ad cõciliãdos animos eſſe.Itaq; nõ quomodo Hiſpaniæ amiſſæ ſint quærẽdũ magis carthaginẽſibus eſſe:quã quomodo Africã retineãt cogitandũ.nõ peregrinabundũ:neq; circa amœnas oras uaganté tantũ ducé romanũ:relicta ꝓuincia nouæ dicionis:relictis exercitibus: duabus nauibus in Africã traieciſſe:& cõmiſiſſe ſeſe in hoſtilẽ terrã í poteſtatẽ regiã: in fidẽ inexpertã: ſed potiũdæ Africæ ſpem affectantẽ.hoc eũ iampridẽ uolutare in animo.hæc palã fremere: quod nõ quẽadmodũ Annibal in Italia:ſic Scipio in Africa bellum gereret.Scipio:fœdere icto cum Syphace:ꝓfectus ex Africa dubiiſque & plæriſq; ſæuis in alto iactatus uentis die quarto nouæ Carthaginis portum tenuit.Hiſpaniæ:ſicut a bello punico quietæ erant:Ita quaſdam ciuitates propter conſcientiam culpæ metu magis:quã fide quietas eſſe apparebat.quaꝝ maxime inſignis & magnitudine:& noxia Illiturgia & Caſtulo erant. Caſtulo cũ ꝓſperis rebus ſocii fuiſſent:poſt cæſos cum exercitibus Scipiones defecerat ad pœnos.Illiturgitani prodendis:qui ex illa clade ad eos ꝓfugerunt:interficiendiſq; ſcelus etiam defectioni addiderũt.In eos populos primo aduentu:cũ dubiæ Hiſpaniæ eſſent:merito magis:quã utiliter ſæuitũ eẽt, tũc iam tráquillis rebus: qa tẽpus

expetẽdæ pœnæ uidebaſ ueniſſe:accitũ ab Tarracone.L.Martiũ cum tertia ꝑte copiaꝝ ad Caſtulonẽ oppugnãdam mittit. Ipſe cũ cætero exercitu quintis ferme ad Illiturgiã caſtris ꝓuenit. Clauſæ erant portæ: oiaq; inſtructa & parata ad oppugnationẽ arcendam:adeo cõſcientia:quid ſe meritos ſcirẽt;ꝓ indicto eis bello fuerat.Hinc & hortati milites Scipio orſus ẽ:ipſos claudẽdis portis indicaſſe hiſpanos:quid ut timerent:meriti eſſent.Itaq; multo infeſtioribus animis cũ eis:quã cũ carthaginẽſibus bellum gerendum eſſe: quippe cũ illis ſine ira ꝓpe de imperio & gloria certari:ab iis perfidiæ & crudelitatis:& ſceleris pœnas expetẽdas eſſe.eueniſſe tẽpus:quo & nefandam cõmilitonũ necẽ & ĩ ſemetipſos: ſi eodem fuga delati forẽt: inſtructã ſtragẽ ulciſcerentur:& in omne tẽpus graui documẽto ſancirent: nequis unquã romanũ ciuem militẽq; in ulla fortuna opportunũ injuriæ duceret. Ab hac exhortatione ducis icitati ſcalas electis ꝑ manipulos uiris diuidũt partito exercitu:ita ut ꝑti alteri Lælius præeſſet legatus.duobus ſimul locis ancipiti terrore urbem aggrediunt.Non dux unus aut plures principes oppidanos:ſed ſua ipſoꝝ cõſcientia:cul pæ metus ad defendẽdam ĩpigrẽ urbẽ hortaſ:& meminerãt:& monebãt alios ſuppliciũ ex ſe: nõ uictoriã petĩ.ubi quiſq; mortem oppeteret:id referre:utrũ ĩ pugna & in acie:ubi mars cõmunis:& uictũ ſæpe erigeret:& affligeret uictorem.an poſtmodũ grauata & diruta urbe ante ora captaꝝ coniugũ:liberorũq; inter uerbera:& uincula omnia fœda:atq; ĩdigna paſſĩ expirarẽt.Igitur nõ militaris modo ætas aut uiri tantum:ſed fœminæ quoq;:pueriq; ſupra animi:corporiſq; uires adſunt:pugnantibus tela miniſtrant. ſaxa in muros munientibus gerunt.non libertas ſola agebatur:quæ uiroꝝ fortiũ tantum pectora acuit:ſed ultima oĩbus ſupplicia:& fœda mors ob oculos erat. Accendebantur animi:& certamine laboris: ac periculi: atq; ipſo inter ſe conſpectu.Itaq; tanto ardore certamen initum eſt:ut domitor ille totius Hiſpaniæ exercitus ab unius oppidi iuuentute ſæpe repulſus a muris haud ſatis decoro ꝓlio trepidaret.Id ubi uidit Scipio:ueritus ne uanis conatibus tot ſuoꝝ:hoſtium creſceret animus:& ſegnior miles fieret:ſibimet conandum ad hanc ꝑtem periculi capeſſandam eſſe ratus:increpita ingnauia militũ ferri ſcalas iubet: & ſeipſũ: ſi cæteri cunctentur:aſcenſuꝝ minatur.Iam ſubierat aut mediocri periculo mœnia:cũ clamor undiq; ab ſollicitis uicẽ imperatoris militibus ſublatus ſcalæq; multis partibus ſimul erigi cœptæ.Et ex altera parte Lælius inſtitit.Tum uicta oppidanoꝝ uis deiectiſq; propugnatoribus occupant muri. Arx etiã ab ea ꝑte:qua ĩexpugnabilis uidebaſ:ĩter tumulũ capta ẽ.Trãſfugæ afri:qui tum ĩter auxilia romana erãt: & oppidanis ĩ ea tuẽda:unde periculũ uidebaſ:uerſis:& romani ſubeuntibus ſcalis mœnia:qua adire poterant: cõſpexerũt editiſſimã urbis ꝑtem:quæ rupe alta tegebaſ:neq; opere ullo munitã:& a defenſoribus uacuã leuiũ corpoꝝ hoſtes:& multa exercitatione ꝓnicium: clauos ſecũ ferreos portãtes: qua per inæquabiliter eminentia rupis poterãt:ſcandũt.ſic ubi nimis arduũ:& leue ſaxum occurrebat:clauos ꝑ modica interualla figentes:cũ uelut gradus feciſſent primi ſequẽtes extrahentes manu:poſtremi ſubleuãtes eos: qui præirent:in ſummũ euadũt.inde decurrũt cum clamore ĩ urbem iam captã ab romanis.Tum uero apparuit ab ira:& odio urbẽ oppugnatã eſſe:nemo capiendi uiuos:nemo patentibus ad direptionem oĩbus prædæ memor eſt. trucidãt inermes iuxta atq; armatos:fœminas pariter ac uiros.Vſq; ad infantium cædem ira crudelis ꝓuenit.Ignem deinde tectis iniiciũt:ac diruunt:quæ ĩcendio abſumi nequeunt. Adeo ueſtigia quoq; urbis extinguere: ac delere memoriã hoſtiũ ſedis cordi ẽ.Caſtulonẽ inde Scipio exercitũ ducit:quã urbẽ non Hiſpani modo conuenæ:ſed punici etiã exercitus ex diſſipata paſſim fuga reliquiæ tutabantur: ſed aduentũ Scipionis præuenerat fama cladis illiturgitanoꝝ:terrorq; deinde:ac deſperatio inuaſerat: & ĩ diuerſis cauſis:cũ ſibi quiſq; cõſultũ ſine alterius reſpectu uellet:primo tacita ſuſpicio:deĩde aperta diſcordia ſeceſſionẽ inter carthaginẽſes:atq; hiſpanos fecit.His Cerdubellus ꝓpalam deditionis auctor. Himilco punicis auxiliaribus præerat:quos urbẽq; fide clam accepta:Cerdubellus romano ꝓdit. Mitior ea uictoria fuit:nec tãtũdem noxæ admiſſum erat:& aliquãtũ iræ lenierat uolũtaria deditio.Martius ĩde ĩ barbaros:ſiqui nondũ ꝓdomiti erãt:ſub ius deditionẽq; redigẽdos miſſus:Scipio Carthaginẽ ad uota ſoluenda diis:munuſq; gladiatoꝝ:qd mortis cauſa patris:patruiq; parauerat edendũ:rediit.Gladiatoꝝ ſpectaculum fuit nõ ex eo genere hoĩum:ex quo laniſtis comparare mos eſt:ſeruoꝝ delectu ac liberoꝝ:qui uenalẽ ſanguinẽ habent. Volũtaria omnis:& gratuita opera pugnãtium fuit:Nã alii miſſi ab regulis ſũt ad ſpecimen ĩſitæ gẽti uirtutis oſtẽdendũ:Alii ipſi ꝓfeſſi ſe pugnaturos ĩ gratiã ducis.Alios æmulatio & certamẽ ut ꝓuocarẽt;ꝓuocariue haud abnuerẽt: traxit.Quidã:quas diſceptando cõtrouerſias finire nequiuerant aut noluerãt;pacti ĩter ſe:ut uictoꝝ res ſequeret:ferro decreuerũt:Neq; obſcuri generis hoĩes:ſed clari illuſtreſq; Corbis & Orſua patrueles fratres de prĩcipatu ciuitatis:quã Ibẽ uocabãt ambigẽtes:ferro ſe certaturos ꝓfeſſi ſunt.Corbis maior erat ætate: Orſuæ pater prĩceps ꝓxime fuerat a fratre maiore poſt mortẽ eius prĩcipatu accepto.Cum uerbis diſceptare Scipio uellet:ac ſedare iras:negatum id ambo dicere commumbis cognatis: nec aliũ deoꝝ hoĩumue:quã Martẽ ſe iudicẽ habituros eſſe.Robore maior:minor flore ætatis ferox: mortem in certamine:quam ut alter alterius imperio ſubigeretur: præoptantes: cum ab tanta rabie dirimi nequirent: inſigne ſpectaculum exercitui præbuere: documentumque quantum cupiditas imperii malum inter mortales eſſe. Maior uſu armorum & aſtu facile ſtolidas uires minoris ſuperauit.Huic gladiatoꝝ ſpectaculo ludi funebres additi pro copia:& prouinciali:& caſtrẽſi apparatu.Res interim nihilominus a legatis gerebant. Martius: ſuperato Bete amni:quem ĩcolæ appellant Cirtim:duas opulentiſſimas ciuitates ſine certamine in deditionem accepit.Aſtapa urbs erat carthaginenſium ſemꝑ

partis:neq; id tam dignum ira erat:quam quod extra neceſſitates belli præcipuũ ĩ romanos gerebãt odiũ: nec urbẽ ſitu:aut muniméto tutã habebãt:quæ ferociores iis animos faceret:ſed ingenia incolarũ latrocinio læta:ut excurſiones in finitimũ agrũ ſociorũ populi romani facerẽt:impulerãt.& uagos milites romanos:lixaſq;:& mercatores exciperẽt.Magnũ etiã comitatũ:quia paucis patũ tutũ fuerat: trãſgrediẽtẽ fines: poſitis inſidiis circunuẽtũ iniquo loco interfecerũt.Ad hanc urbẽ oppugnãdã cũ admotus exercitus eſſet: oppidani cõſciẽtia ſcelerũ: quia nec deditio tuta ad tam ĩfeſtos uidebaẽ:nec ſpes mœnibus:aut armis tuẽdæ ſalutis erat:facinus in ſe:ac ſuos fœdũ:ac ferũ cõſciſcunt.locũ ĩ focũ deſtinãt: quo prætioſiſſimarũ rerũ ſuarũ cõgererẽt.ſup eum tumulũ coniuges:ac liberos conſidere cũ iuſſiſſent: ligna circa extruunt:faſceſq; uirgultorũ coniiciunt. quinquaginta deinde iuuenibus armatis ꝑcipiunt:ut donec incertus euentus pugnæ eſſet:præſidiũ eo loco fortunarũ ſuarũ corporũq;:quæ cariora fortunis eſſent:ſeruarent.Si rem inclinatam uiderent:atq; in eo eſſe iam ut urbs caperẽ:ſcirent oẽs:quos euntes in prœliũ cernerẽt:mortem in ipſa pugna obituros.illos ſup deos ſuperos:inferoſq; orare: ut memores libertatis quæ illo die:aut morte honeſta:aut ſeruitute ĩfami finiẽda eſſet:nihil reliquerẽt:ĩ qđ ſæuire iratus hoſtis poſſet.ferrũ ignẽq; ĩ manibus eſſe:amicæ ac fideles potius ea:quæ peritura forẽt:abſumerẽt manus:quã inſultarẽt ſupbo ludibrio hoſtes.His adhortationibus execratio dira adiecta:ſiquem a ꝓpoſito ſpes:mollitiaue animi flexiſſet. inde concitato agmine: patentibus portis:ingenti cũ tumultu erũpunt.Neq; erat ulla ſatis firma ſtatio oppoſita : quia nihil minus : quam ut egredi mœnibus auderent : timeri poterat. Perpaucæ equitum turmæ : leuiſque armatura repente e caſtris ad ipſum emiſſa occurrit . acrior impetu atque animis : quam compoſitior ullo ordine pugna fuit. Itaque pulſus eques: qui primus hoſti ſe obtulerat: terrorem intulit leui armaturæ:pugnatũq; ſub ipſo uallo foret:ni robur legionum perexiguo ad inſtruendum dato tempore aciem direxiſſet. Ibi quoq; trepidatum parumper circa ſigna eſt:cum cæci furore in uulnera ac ferrũ uecordi audacia ruerẽt.Deinde uetus miles aduerſus temerarios impetus pertinaci cæde primorũ iſequẽtes ſuppreſſit conatus.paulopoſt ultro inferens pedem ut neminem cedere:atq; obſtinatos mori in ueſtigio quẽq; ſuo uidit:patefacta acie:quod ut facere poſſet:multitudo armatorũ facile ſuppeditabat : cornua hoſtium amplexus in orbem pugnãtes ad unum omnes occidit.Atq; hæc tamen hoſtium iratorũ ac tamẽ maxime dimicantium iure belli in armatos repugnanteſq; edebantur.Fœdior alia in urbe trucidatio erat: cum turbam fœminarum puerorũq; imbellem inermẽq; ciues ſui cæderent: & in ſuccẽſum rogũ ſemiaĩa plæraq; iniicerent corpora:riuiq; ſanguinis flamam orientem reſtĩguerent.Poſtremo ipſi cæde miſeranda ſuorũ fatigati:cum armis medio incendio ſe iniecerunt.Iam cæde perpetratæ uictores romani ſupuenere. Ac primo conſpectu tam fœdæ rei mirabundi parumper obſtupuerunt.Deinde cũ aurum argentũq; cumulo rerũ aliarũ interfulgens auiditate ingenii humani rapere ex igne uellent:correpti alii flama ſunt: alii ambuſti afflatu uaporis:cum receptus primis:urgente ingenti turba:non eſſet.Ita Aſtapa ſine præda militum ferro ignique abſumpta eſt.Martius cæteris regionis eius metu in deditionẽ acceptis:uictorem exercitum Carthaginem ad Scipionem reduxit.Per eos ipſos dies perfugæ a Gadibus uenerũt pollicentes urbẽ punicumq; præſidium:quod in ea urbe eſſet:& imperatorẽ præſidii cum claſſe prodituros eſſe . Mago ibi ex fuga ſubſtiterat:nauibuſq; in oceano collectis:aliquantum auxiliorũ & trans fretum ex Africa ora:& ex proximis Hiſpaniæ locis per Hãnonem præfectum coegerat. Fide accepta:datoq; ꝓfugis:& Martius eo cũ expeditis cohortibus:& Lællius cum ſeptem triremibus:quinqueremi una eſt miſſus ut terra mariq; cõmuni conſilio rem gererent.Scipio ipſe graui morbo implicitus:grauiore tamen fama:cũ ad id:qđ quiſq; audierat:inſita hominibus libidine alendi de induſtria rumores adiiceret : aliquid prouĩciam omnem: ac maxime longinqua eius turbauit:apparuitq; quantam excitatura molem uera fuiſſet clades.Cũ uanus rumor tantas procellas exciuiſſet:non ſocii ĩ fide:nõ exercitus ĩ officio manſit.Mandonius & Indibilis:quibus quia regnum ſibi Hiſpaniæ expulſis inde Carthaginenſibus deſtinarant animis:nihil proſpere contigebat:concitatis popularibus(lacetani autem erant)& iuuẽtute celtiberorũ excita: agrum ſueſſitanũ:ſedetanumq; ſociorũ populi romani hoſtiliter depopulati ſunt.Ciuilis alius furor in caſtris ad Sucronẽ ortus. Octo ibi millia militum erant:præſidium gentibus:quæ cis Iberũ incolũt:impoſitum. Motæ eorũ autem mentes ſunt:non tũ cum primũ de uita imperatoris dubii rumores allati ſunt:ſed iam ante licentia ex diutino:ut fit:ocio collecta.& non nihil:qđ in hoſtico laxius rapto ſuetis uiuere:artiores in pace res erant.Ac primo ſermones tantũ occulti ſerebantur.ſi bellũ ĩ prouincia eſſet:quid ſeſe iter pacatos facere?ſi debellatum iam:& confecta prouĩcia eſſet:cur in Italiam non reuehi?Flagitatum quoq; ſtipendiũ ꝓcacius:quã ex more:& modeſtia militari erat:& a cuſtodibus ꝓbra in circũeuntes uigilias tribunos iacta.Et noctu quidam prædatũ in agrum circa pacatum ierant.Poſtremo ĩterdiu: ac propalã ſine cõmeatu ab ſignis abibãt. Omnia libidine ac licentia militũ:nihil inſtituto:aut diſciplina militiæ:aut ĩperio eorũ:qui præerãt:gerebatur.Forma tamen romanorũ caſtrorũ conſtabat una ea ſpe:quod tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis defectioniſq; rati forẽt: & iura reddre ĩ prĩcipiis ſinebãt:& ſignũ ab eis petebãt:& ĩ ſtationes ac uigilias ordine ibãt.Et ut uim imperii abſtulerant:ita ſpeciem dicto parentium ultro ipſi impãtes ſeruabant.Erupit deinde ſeditio:poſteaquam rephendere atq; ꝓbare tribunos ea:quæ fierent:& conari obuiam ire:& ꝓpalã abnuere furoris eorũ ſe futuros ſocios ſenſerũt.Fugatis itaq; ex prĩcipiis: ac paulopoſt e caſtris tribunis:ad prĩcipes ſeditiõis gregarios milites.G.Albiũ Calenũ: G. Atriũ Vmbriũ delatũ

oĩum cõsenſu ĩperiũ:q̃ nequaquã tribunitiis contẽti ornamẽtis:ĩſignia etiã ſummi ĩperii:faſces: ſecureſq; attrectare auſi: neq; iis uenit in mentem ſuis tergis:ſuiſq; ceruicibus uirgas illas ſecureſq; ĩminere: quas ad metũ alioꝝ præferrẽt. Mors Scipionis falſo credita occæcabat aĩos:ſub cuius uulgatam iam famã non dubitabant totã Hiſpaniã arſurã bello. In eo tumultu & ſociis pecunias imperari:& diripi ꝓpinquas urbes poſſe:& turbatis rebus cũ oĩa oẽs auderẽt:minus ĩſignia fore:quæ ipſi feciſſẽt. Cũ alios ſubide recẽtes nũcios nõ mortis modo:ſed etiã funeris expectarent:neq; ſupueniret quiſquã:euaneſceretq; temere ortus rumor:tũ primi auctores requiri cœpti. Et ſubtrahẽtes ſe quoq;:ut credidiſſe potius temere:quã finxiſſe rẽ talẽ uideri poſſent:deſtituti duces iam ſua ipſi inſignia:& ꝓ uana imagine imperii quod gererent:uerã iuſtamq; mox in ſe uerſurã poteſtatẽ hæc horrebant. Stupenti ita ſeditioni cum uiuere primo:mox etiã ualere Scipionẽ certi auctores afferrent:tribuni militũ ſeptẽ:qui ab ipſo Scipione ſũt miſſi:ſuperuenerũt. Ad quoꝝ ꝓmũ aduẽtũ exaſperati aĩo mox ipſis placido ſermone permulcẽtibus notos: cũ quibus cõgreſſi erãt: leniti ſũt. circũeuntes enĩ tentoria primo:deinde ĩ prĩcipiis ꝓtorioq; ubi ſermones inter ſe ſerẽtium circulos uidiſſent:alloquebantur: ꝓcunctantes magis:quæ cauſa iræ cõſternationiſq; ſubitæ foret:quam factũ accuſantes. Vulgo ſtipẽdiũ nõ datũ ad diẽ iactabaẽ. Et cũ eodem tẽpore :quo ſcelus illiturgitanoꝝ extitiſſet:poſt duoꝝ imperatoꝝ:duorũq; exercituũ ſtragem ſua uirtute defenſum nomẽ romanũ:ac retẽta ꝓuincia eſſet:illturgitanos pœnã noxe meritã habere:ſuis recte factis gratiã:qui exoluat:non eſſe. Talia querentes æqua orare:ſeq; ea relaturos ad ĩperatorẽ reſpondebãt. Lætari qđ nihil triſtius:nec inſanabilius eſſet:Et. P. Scipionẽ ꝓcõſulẽ deũ benignitate:& remp. eſſe gratiæ referendæ. Scipionẽ bellis aſſuetũ: ad ſe ditionũ ꝓcellas rudẽ:ſollicitũ habebat res:ne aut exercitus peccado:aut ipſe puniẽdo modũ excederet. In ꝓſentia:ut cœpiſſet:leniter agi placuit. Et miſſis circa ſtipendiarias ciuitates exactoribus: ſtipendii ſpem ꝓpinquam facere. Edictum ſubinde poſitũ:ut ad ſtipendiũ petendũ cõuenirent Carthaginẽ:ſeu carptim ptes:ſeu uniuerſi mallent. Tranquillã ſeditionẽ iam ꝓ ſe langueſcẽtem repẽtina quies rebellantiũ hiſpanorũ fecit. redierãt enĩ in fines omiſſo incœptõ Mãdonius:& Indibilis:poſteaquã uiuere Scipionẽ allatũ eſt: nec iã erat aut ciuis:aut externus:cũ quo furorẽ ſuũ cõſociarẽt. oĩa circũſpectantes cõſilia nihil reliqui habebant ꝓter unum tutiſſimum a malis conſiliis receptum:ut impatoris uel iuſtæ iræ:uel non deſpandæ clæmentiæ ſeſe committerent. etiam hoſtibus eũ ignouiſſe:cum quibus ferro dimicaſſet:ſuam ſeditionẽ ſine uulnere:ſine ſanguine:nec ipſam atrocẽ:nec atroci pœna dignã:ut ĩgenia humana ſunt ad ſuã cuique leuãdã culpã:nimio plus facũda. Illa dubitatio erat:ſingulæ ne cohortes:an uniuerſi ad ſtipendiũ petendũ irẽt. Inclinauit eo ſententia:quod tutius cenſebãt uniuerſos ire. Per eoſdẽ dies: quibus hæc illi cõſultabãt: cõſilium de iis Carthagine erat:certabaturq; ſententiis utrũ ĩ auctores tantũ ſeditionis(erant aũt in numero haud pluſq̃ .v. &. xxx)animaduerteret:an pluriũ ſupplicio uindicãda tam fœdi exempli:defectio magis: quã ſeditio eſſet. Vicit ſentẽtia lenior:ut unde culpa eſſet orta:ibi pœna cõſiſteret. Ad multitudinẽ ſatis eſſe caſtigationẽ. Cõcilio dimiſſo:ut id actũ uideret:expeditio aduerſus Mãdoniũ Indibilẽq; edicit exercitui:qui Carthagine erat:& cibaria dieꝝ aliquot parare iubent. Tribunis ſeptẽ: qui ãtea Sucronẽ ad leniẽdam ſeditionẽ ierãt:obuiã exercitui miſſis:quina noĩa prĩcipũ ſeditionis edita ſũt:ut eos ꝓ idoneos hoſtes benigno uultu ac ſermone ĩ hoſpitiũ inuitatos:ſopitoſq; uino uicerent. haud ꝓcul iã Carthagine aberant: cũ ex obuiis auditũ poſtero die oẽm exercitũ cũ Syllano ĩ lacetanos ꝓficiſci:nõ metu modo oĩ: q̃ tacitus inſidebat animis:liberauit eos:ſed licẽtiã ingentẽ fecit:qđ magis habituri ſolũ imperatorẽ:quã ipſi futuri ĩ poteſtate eius eſſent. Sub occaſu ſolis urbẽ ingreſſi ſunt:exercituq; alteꝝ paranté oĩa ad iter uiderũt. Excepti ſermonibus de iduſtria cõpoſitis:lætũ opportunũq; aduentũ eoꝝ imperatori eſſe:qđ ſub ipſa ꝓfecti one alterius exercitus ueniſſent:corpora curẽt. A Tribunis ſine ullo tumultu auctores ſeditionis ꝓ idoneos hoſtes iducti ĩ hoſpitia:cõpræhenſi ac uincti ſũt. Vigilia quarta ĩpediméta exercitus:cuius ſimulabatur iter:ꝓficiſci cœpere. ſub lucẽ ſigna mota:& ad portã retentũ agmen:cuſtodeſq; circa omnes portas miſſi: nequis egrederet. Vocati deide ad cõcionẽ:q̃ pridie uenerãt: ferociter ĩ foꝝ ad tribunal ĩperatoris: ut ultro territuri ſuccłamationibus cõcurrũt. Simul & impator aſcẽdit:& reducti armati a portis inermi ſe cõtioni ab tergo circũfuderũt. Tũ oĩs ferocia cõſedit. & ut poſtea fatebant:nihil æque eos terruit: quã præter ſpem robur & color ĩperatoris:quẽ affectũ uiſuros crediderãt:uultuſq;:qualẽ ne acie quidẽ aiebãt meminiſſe. Sedit tacitus pauliſper:donec nunciatũ ẽ:deductos ĩ foꝝ auctores ſeditiõis: parata iã oĩa eſſe. Tũ ſilentio ꝓ præconẽ facto ita cœpit. Nũquã mihi defuturã orationẽ:qua exercitũ meũ alloquerer: credidi: nõ quo uerba unquã potius:quã res exercuerim:ſed quia ꝓpe a pueritia ĩ caſtris habitus aſſueuerã militaribus ingeniis:apud uos quemadmodum loquar:nec conſilium: nec oratio ſuppeditat: quos ne quo nomine quidẽ appellare debeã:ſcio ciues? qui a patria ueſtra deſciuiſtis:an milites? qui ĩperiũ auſpiciũq; abnuiſtis:ſacramẽti religionẽ rupiſtis. hoſtes? corpora:ora:ueſtitũ:habitũ ciuiũ agnoſco:facta:dicta:cõſilia:aĩos hoſtiũ uideo. Quid enĩ uos niſi quod illergites:& lacetani aut optaſtis aliud? aut ſperaſtis? & illi tamẽ Mãdoniũ atq; Indibilem regiæ nobilitatis uiros duces furoris ſecuti ſũt. uos auſpiciũ & imperiũ ad Vmbriũ Actium:& Calenũ Albium detuliſtis. Negate uos omnes id feciſſe:aut factum uoluiſſe milites:paucorum eũ furorẽ:atq; amentiam eſſe libenter credam negãtibus:nec enim ea ſunt commiſſa:quæ uulgata ĩ oẽm exercitum ſine piaculis ingentibus expiari poſſint. Inuitus ea tanquam uulnera attingo: ſed niſi tacta tractataq; ſanari nõ poſſunt. Equidem pulſis Hiſpania carthaginenſibus:nullum locũ tota ꝓuincia: nullos

hoſes credebã eſſe:ubi uita inuiſa eſſet mea.ſic me nõ ſolũ aduerſus ſocios geſſeram: ſed etiam aduerſus hoſtes.In caſtris meis heu quãtũ me opinio fefellit:fama mortis meæ nõ accepta ſolũ:ſed etiã expectata é: nõ qđ ego uulgari facinus ꝑ oés uelim.Equidé ſi totũ exercitũ meũ morté mihi optaſſe crederem:hic ſtatim ante oculos ueſtros morerer:nec me uita iuuaret inuiſa ciuibus:& militibus meis: ſed multitudo oĩs: ſicut natura maris ꝑ ſe ĩmobilis eſt:ut uenti & auræ cient: ita aut trãquillum:aut ꝓcellæ in uobis ſunt: & cauſa atq; origo omnis furoris penes auctores é:uos cõtagione inſaniſtis.Quin mihi ne hodie quidé ſcire uidemini:quo amentiæ ꝓgreſſi ſitis: quid facinoris ĩ me:quid ĩ patriã:parenteſq;:ac liberos ueſtros:qđ ĩ deos ſacramenti teſtes:quid aduerſus auſpicia:ſub quibus militatis:quid aduerſus moré militiæ:diſciplinãq; maiorẽ:quid aduerſus ſummi ĩperii maieſtatẽ auſi ſitis? de meipſo taceo:temere potius:quã auide credideritis.Is deniq; ego ſim:cuius imperii tædere exercitũ minime mirandum ſit.patria quid de uobis meruerat:quam cum Mãdonio & Indibili conſociando conſilia ꝓdebatis.Quid populus romanus:cuius imperium ablatum a tribunis ſuffragio populi creatis:ad hoſes priuatos detuliſtis? cum eo ipſo non contenti:ſi ꝑ tribunis eos haberetis:faſces imperatoris ueſtri ad eos:quibus ſeruus:cui imperarent: nunquã fuerat romanus exercitus:detuliſtis.In prætorio tetẽderũt Albius & Actius.claſſicũ apud eos cecinit. ſignũ ab iis petitũ eſt.Sederũt ĩ tribunali proconſulis.P.Scipionis lictor apparuit.ſummoto eo inceſſerũt:faſces cum ſecuribus prælati ſunt Lapides pluere: & fulmina iaci de cælo:& inſuetos fœtus animalia edere: uos portẽta eſſe putatis.Hoc eſt portãtum: quod nullis hoſtiis:nullis ſupplicationibus ſine ſanguine eorum: qui tantum facinus auſi ſunt:expiari poſſit.Atq; ego:quãquã nullum ſcelus rationem habet:tamen ut in re nefaria quæ mens:quod conſilium ueſtrum fuerit:ſcire uelim.Regium quondam in præſidium miſſa legio:interfectis per ſcelus principibus ciuitatis:urbem opulẽtam ꝑ decem annos tenuit.ꝓpter quod facinus:tota legio millia hominum quattuor in foro romano ſecuri percuſſi ſunt.Sed illi tamen non Actiũ umbrũ ſemilixã noſ etiã abominandi ducẽ:ſed Sex.Belliũ tri.militũ ſecuti ſunt:nec cũ Pyrrho: nec cum ſamnitibus:nec cũ lucanis hoſtibus populi romani ſe cõiunxerãt.Vos cum Mandonio & Indibili conſilia cõmunicaſtis:& arma cõſociaturi fuiſtis.Illi ſicut cãpani Capuã tuſcis ueteribus cultoribus adẽptã:mamertini in Sicilia Meſſanã eã: ſicut Regiũ habituri ꝓpetuã ſedem erant:nec populum romanũ:nec ſocios populi romani ultro laceſſituri bello.Sucroné ne uos domiciliũ habituri eratis? ubi ſi uos diſcedés cõfecta ꝓuincia imperator relinquerem:deũ hoĩumq; fidé implorare debebatis: qđ non rediretis ad cõiuges: liberoſq; ueſtros.ſed horẽ quoq; memoriã:ſicut patriæ meiq; eieceratis ex animis ueſtris.Viã conſilii ſceleratiſ:ſed nõ ad ultimũ demẽtis exequi uolo:me ne uiuo:& cætero incolumi exercitu cũ quo ego uno die Carthaginẽ cepi:cũ quo quattuor imperatores exercitus carthaginẽſium fudi fugaui:Hiſpania expuli:uos octomillia hominũ:maioris certe oés pretii:quã Albius & Vmbrius ſunt:quibus uos ſubieciſtis Hiſpaniã ꝓuinciam:populo romano erepturi eratis? amolior & amoueo nomẽ meũ:nihil ultra facile creditã morté meã a uobis uiolatus ſim. Quid ſi ego morerer:mecũ expiratura reſpublica:mecum caſurũ ĩperium erat? ne iſtud Iupiter Optimus Maximus ſinat: Vrbẽ auſpicato diis auctoribus in æternũ conditã huic fragili: & mortali corpori æqualem eſſe.Flaminio Paulo:A.Gracco:Poſthumio Albino:M.Marcello:T.Qu.Criſpino:G.Fuluio Scipiõibus meis:tot tã præclaris ĩperatoribus uno bello abſumptis:ſupſtes ẽ.eritq; reſpublica mille aliis nũc ferro:nũc morbo moriẽtibus:meo unius funere elata populi romani reſpublica eſſet? uoſipſi hic ĩ Hiſpania patre: & patruo meo:duobus ĩperatoribus ĩterfectis:Septimũ Martiũ ducem uobis aduerſus exultantes recenti uictoria pœnos delegiſtis.& ſic loquor:tanquã ſine duce Hiſpaniæ futuræ fuerint.M.Syllanus eodé iure:eodem ĩperio mecũ in ꝓuinciam miſſus.L.Scipio frater meus: &.G. Lælius legati uindices maieſtatis imperii deeſſent? utrũ exercitus exercitui:an duces ducibus:an dignitas:an cauſa eõparari poterat? quibus ſi oĩbus ſuperiores eſſetis:arma cõtra patriã:cõtra ciues ueſtros ferretis? Africã Italiæ:Carthaginẽ urbi Romæ ĩperare uelletis? quã obnoxam patriæ? Coriolanũ quondã damnatio iniuſta miſerẽ & indignũ exilium:ut iret ad oppugnãdam patriã:impulit:reuocauit tamẽ a publico parricidio priuata pietas.uos:qui dolor:quæ ira ĩcitauit? ſtipendium ne diebus paucis ĩpetatore ægro ſerius numeratũ:ſatis digna cauſa fuit:cur patriæ indiceretis bellũ? cur ad illergetes deſciſceretis a populo romano? Cur nihil diuinarum humanarũue reꝝ inuiolatum uobis eſſet? Inſaniſtis ꝓfecto milites.nec maior in corpus meũ uis morbi:quã ĩ ueſtras mentes inuaſit.Horret animus referre:quid crediderint hoſes:quid ſperauerint:quid optauerint.auferat oĩa irrita obliuio:ſi poteſt.ſi nõ:utcũq; ſilẽtiũ tegat. Nõ negauerim triſtem: atrocemq; uobis uiſam orationẽ meam.Quanto creditis facta ueſtra atrociora eſſe:quã dicta mea? & me quod feciſtis:pati æquũ cẽſetis:uos ne dici quidé oĩa æquo aĩo feretis? ſed ne ea quidé ipſa ultra exprobrabunt. Vtinã tã facile uos obliuiſcamini eorũ:quã ego obliuiſcar.Itaq; qđ ad uos uniuerſos attinet: ſi erroris pœnitet:ſatis ſupq; pœnarũ habeo.Albius Calenus:& Actius Vmbrius:& cæteri nefariæ ſeditionis auctores ſanguine luent:quod admiſerunt uobis ſupplicii eorũ ſpectaculũ:non modo non acerbum:ſed lætum etiã:ſi ſana mens rediit:debet eſſe.De nullis enĩ:quã de uobis infeſtius aut inimicicius cõſuluerunt. Vix finẽ dicendi fecerat:cum ex præparato ſimul oĩum terror oculis auribuſq; eſt effuſus.Exercitus: qui corona concionem circundederat:gladiis ad ſcuta concrepuit.Præconis audita uox citantis noĩa damnatorum in concilio.Nudi in medium protrahebantur:& ſimul omnis apparatus ſupplicii expromebatur. Deligati ad palum:uirgiſq; cæſi:& ſecuri percuſſi:adeo torpentibus metu:qui aderãt:ut non mõ ferocior

uox aduersus atrocitatē pœnæ:sed ne gemitus quidē exaudiret. Tracti inde de medio oēs:purgatoq; loco citati milites nominatim apud tribunos militū ī uerba. P. Scipionis iurauerūt:stipendiūq; ad nomē singulis pſolutū est. Hūc finē exitūq; seditio militū cœpta apud Sucronē habuit. Per idem tēpus ad Betim fluuiū Hanno præfectus a Magone missus a Gadibus cū parua manu afroꝝ mercede hispanos sollicitando ad .iiii. millia iuuenū armauit. Castris deinde exutus ab. L. Martio maxima parte militū inter tumultū caproꝝ castroꝝ:quibusdā & in fuga amissis:palatos pſequēte equite:cū paucis ipse effugit. Dum hæc ad Betim fluuiū geruntur: Lælius interim freto ī Oceanū euectus ad Carteiā classe accessit. Vrbs ea ī ora Oceani sita est:ubi primū e faucibus angustis pandit mare. Gadis sine certamine p deditionē recipiēdi ultro: q eā rē pollicerent:ī castra rōana ueniētibus spes sicut ante dictū ē:fuerat. Sed patefacta īmatura ꝓditio ē. Cōphensoq; oēs Mago Adherbali ꝓtori Carthaginē de uehēdos tradit. Adherbal cōiuratis ī quiqueremē ipositis:ꝑmissaq; ea:qa tardior quā triremis erat:ipse cū octo triremibus modico īteruallo seqt. iā fretū ī trabat qnqueremis:cū Lælius & ipe ī qnqueremi ex portu Cartaiæ sequētibus septē triremibus euectus ī Adherbalē:ac triremes inuehitur: qnqueremē satis credēs dephensam rapido ī freto ī aduersum æstū reciprocari non posse. Pœnus ī re subita parumper incertus trepidauit:utrum quinqueremē sequeret:an in hostis rostra cōuerteret. ipsa cunctatio facultatē detrectandæ pugnæ ademit. Iam enī sub ictu teli erant:& undiq; īstabāt hostes. Aestus quoq; arbitriū moderādi naues ademerat. neq; erat nauali pugnæ similis:qppe ubi nihil uolūtariū:uihil artis:aut cōsilii esset. una natura freti æstusq; totius certaminis potēs suis alienisq; nauibus:neqcquā remigio ī cōtrariū tēdētes īuehebat: ut fugiente nauē uideres retro uertice ītortā uictricibus illatā:& sequentē si ī contrariū tractū icidisset maris fugiētis mō sese auertentē. Iā ī ipsa pugna nec cū infesto rostro peteret hostiū nauem:obliqua ipsam ictum alterius rostri accipiebat. Illa cū transuersa obiiceret hosti:repente ītorta in ꝓram circūagebatur. Cū inter triremes fortuna regēte anceps prælium misceret:quinqueremis romana seu pondere tenacior:seu pluribus remoꝝ ordinibus scindentibus uertices:cum facilius regeretur:duas triremes suppressit. unius prælata impetu lateris alterius remos detersit: cæteraq;:quas adepta esset:mulctasset:ni cum reliquis quinq; nauibus Adherbal uelis in Africam transmisisset. Lælius uictor Carteiam reuectus auditis:quæ acta Gadibus erāt:parefactam ꝓditionem:coniuratosque missos Carthaginem:spem ad iritum redactam:qua uenissent:nunciis ad. L. Martium missis: nisi terere frustra tempus sedendo ad Gades uellent: redeundum ad imperatorem esse: assentiente Martio:paucos post dies ambo Carthaginē rediere. Ad quoꝝ discessum nō respirauit mō Mago:cū terra mariq; ancipiti metu urgeret:sed etiā audita rebellione illergetū:spem recuperādæ Hispaniæ nactus nuncios Carthaginē ad senatū mittit:qui simul seditionē ciuilē ī castris romanis:simul defectionē socioꝝ ī maius uerbis extollentes hortarent:ut auxilia mitterēt:quibus traditū a patribus imperiū repeti posset. Mandonius & Indibilis ī fines regressi paulisper dū quidnā de seditione statueret:scirent:suspensi quieuerūt. si ciuiū errori ignosceret:nō diffidentes sibi quoq; ignosci posse. Posteaquā uulgata ē atrocitas supplicii:suam quoq; noxā pœna pari æstimatā rati:uocatis rursus ad arma popularibus:cōtractisq; etiā:quæ ante habuerant:auxiliis: ī sedetanū agrū: ubi principio defectionis statiua habuerāt:cū .xxv. millibus peditū: duobus millibus equitū & qngentis transcēderūt. Scipio cū fide soluendi pariter oībus noxiis īnoxiisq; stipendii: uultu ac sermone ī oībus placato:facile recōciliatis militū animis:priusquā castra a Carthagine moueret: cōcione aduocata:multis uerbis in pfidiā rebellātiū reguloꝝ iuectus:nequaquā eodē animo se ire ꝓfessus est ad uindicandū id scelus:quo ciuilē errorē nuper sanauerit. Tum se haud secus:quā uiscera secātem sua: cum gemitu:& lachrymis triginta hoīum capitibus expiasse octomillium seu imprudētiam:seu noxā:nūc læto:& erecto animo ad cædem illergetum ire. Nō enim eos neq; natos in eadē terra:nec ulla secū societate iunctos esse:eam:quæ sola fuerat:fidē atq; amicitiā:ipsos p scelus rupisse. ī exercitu suo se præterquā qđ omnes:ciues:seu socios:latiniq; nois uideat:etiā eo moueri:qđ nemo fere sit miles:qui nō ex Italia:aut a patruo suo. Gn. Scipione:qui primus romani nois in eā ꝓuinciā uenerit:aut a patre cōsule:aut a se ipso sit ex Italia aduectus. Scipionū nomini auspiciisq; omnis assuetos:quos secū ī patriā ad meritū triumphū deducere uelit:quos consulatū petenti:uelut si oīum cōmunis agatur honos:affuturos speret. Quod ad expeditionē attineat:quæ īstet:immemorē esse reꝝ suaꝝ gestaꝝ:qui bellum id ducat. Magonis hercule sibi:qui extra orbem terraꝝ in circūfusa Oceano insula cum paucis ꝑfugerit nauibus:maiorē curā esse:quam illergetū. quippe illic & ducē carthaginēsem:& quātūcūq; punicum præsidiū eē:hic latrones latronūq; duces: qbus ut ad populādos finitimoꝝ agros:tectaq; uréda:& rapiēda pecora aliqua uis sit:ita ī acie ac signis collatis nullā esse. magis uelocitate ad fugā:quā armis frætos pugnaturos esse. Itaq; nō qđ ullū inde periculū aut semē maioris belli uideat:ideo sese:priusquā ꝓuincia decedat:opprimēdos Illergetes duxisse:sed primū ne impunita tam scelerata defectio esset:deinde nequis ī ꝓuincia simul uirtute tanta & fœlicitate perdomita relictus hostis dici possit. proinde deis iuuātibus sequerentur non tam ad bellum gerendum(neque enim cum pari hoste certamen esse)quam ad expetendas ab hominibus scelestis pœnas. Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem posterum iubet:profectusq; decimis castris peruenit ad Iberum flumen. inde superato amne die quarto in conspectu hostium posuit castra: campus autem mōtibus circunseptus erat. in eam uallem Scipio:cum pecora rapta plæraq; ex ipsorum hostium agris propelli ad irritandam ferocitatem barbarorum iussisset:uelites subsidio misit:a quibus ubi per procursatores cōmissa

pugna esset:Lællium cũ equitatu impetum ex occulto facere iubet.mons opportune prominẽs equitum insidias texit:nec ulla mora pugnæ facta est.Hispani in cõspecta ꝑcul pecora:uelites ĩ hispanos præda occupatos incurrere:primo missilibus territauere:deide missis leuibus telis:quæ irritare magis:quã decernere pugnã poterãt:gladios nudãt:& collato pede res cœpta geri est.Anceps pedestre certamen erat:nisi equites superuenissent:neq; ex aduerso tantũ illati obuios obtriuere:sed circũuecti etiã quidã ꝑ infima cliui ab tergo se:ut plærosq; intercluderẽt:obiecerũt:maiorq; cædes fuit:quã quantã edere leuia ꝑ excursiones prælia solent.Ira magis accẽsa aduerso prælio barbaris est:quã imminuti animi.Itaq; ne pulsi uiderẽt:prima luce postero die in aciẽ ꝓcessere:nõ capiebat omnes copias angusta(sicut ante dictũ est)uallis.duæ ferme peditũ ꝑtes:& omnis equitatus in aciem descẽdit:quod reliquũ peditũ erat:obliquo cõstituerũt colle.Scipio ꝑ se esse loci angustias ratus:& qđ ĩ arto pugna romano aptior:quã hispano militi futura uidebatur:& quod in eũ locũ detracta hostiũ acies esset:qui nõ oẽm multitudinẽ eorꝝ caperet:nouo etiã cõsilio adiecit animũ:equitẽ nec posse circũdare cornibus in tam angusto spatio:& hosti:quẽ cũ pedite eduxisset:ĩutilẽ fore.Itaq; ĩperat Lællio ut ꝑ colles quãoccultissimo itinere circũducat eq̃tes segregetq;:quãtũ possit:equestrẽ a pedestri pugna.ipse oĩa signa peditũ ĩ hostes uertit:q̃ttuor cohortes ĩ frõte statuit:qa latius pãdere aciem nõ poterat.morã pugnãdi nullã fecit:ut ipo certamine auerteret a cõspectu transeuntium per colles equitũ:neq; ante circũductos sensere:quã tumultũ equestris pugna a tergo accepere. Ita duo diuersa prælia erãt:duæ peditũ acies:duo equitatus per longitudinẽ cãpi: quia miscẽri ex genere utroq; ꝓlium angustiæ non patiebanꝰ:pugnabãt.Hispanorꝝ cum neq; pedes equiti:neq; eques pediti auxilio esset: pedes fiducia equitis temere cõmissus campo cæderetꝰ:eques circũuentus nec peditem a fronte(iam enĩ strate pedestres copiæ erãt)nec ab tergo equitem sustineret:& ipsi:cũ diu in orbẽ sese stantibus equis defendissent:ad unum omnes cæsi sunt:nec quisquam peditum equitumue superfuit:qui ĩ ualle pugnauerũt.tertia pars:quæ in colle ad spectaculum magis tutum:quam ad ꝓlem pugnæ capessandam steterat:& locum & tẽpus ad fugiendum habuit.Inter eos & reguli ipsi fugerunt:priusq; tota circũueniretur acies ĩter tumultũ elapsi.Castra eodẽ die hispanorꝝ præter cæterã prædã cũ tribus ferme millibus hoĩum capiunꝰ.Romani sociiq; ad mille.cc.eo prælio ceciderũt:uulnerata amplius triamillia hoĩum.minus cruẽta uictoria fuisset:si patentiore cãpo:& ad fugã capessandã facili foret pugnatũ.Indibilis:abiectis belli consiliis:nihil tutius ĩ afflictis rebus expta fide & clæmentia Scipionis ratus Mãdoniũ fratrẽ ad eũ mittit:qui aduolutus genibus fatalem rabiẽ tẽporis eius accusat: cũ uelut cõtagione quadã pestifera non illergetes mõ & lacetani:sed castra quoq; romana insanierint:suã quidẽ & fratris & reliquorꝝ populariũ eã cõdicionẽ esse: ut:aut si ita uideaꝰ reddãt spiritũ ꝓconsuli.P.Scipioni ab eodẽ illo acceptũ:aut seruati bis uni debitã uitã ꝑ eo in ꝑpetuum deuoueãt. antea in causa fua fiduciã sibi fuisse nondũ expta clæmentia eius:nunc contra nullã ĩ causa:oẽm in misericordia uictoris spem positã habere.Mos uetustus erat romanis:cũ quo nec fœdere:nec æquis legibus iungerenꝰ amicitia:nõ prius imperio in eum tanquã pacatũ uti:quã oĩa diuina humanaq; dedisset:& obsides accepti:arma adẽpta:ꝑsidia urbibus iposita forẽt. Scipio multis iuectus in ꝑsentem Mandoniũ:absentemq; Indibilem uerbis:illos quidẽ merito periisse ipsorꝝ maleficio ait: uicturos suo atq; populo romano beneficio:cæterorꝝ se neq; arma iis ademptorꝝ:quippe ea pignora timentium rebellionem esse:se libere arma relinquere:solutosq; metu animos: neq; se in obsides innoxios:sed ĩ ipos: si defecerĩt:sæuiturꝝ:nec ab inermi:sed ab armato hoste pœnas experiturꝝ.utrãq; fortunã exptis pmittere sese:utrũ ꝓpicios:an iratos habere romanos mallẽt.Ita dimissus Mãdonius:pecunia tantũmodo imperata:ex qua stipendiũ militi præstari posset.Ipse Martio in ulteriorẽ Hispaniã ꝑmisso:Syllano Tarraconem remisso:paucos moratus dies:dũ imperatã pecuniã illergetes ꝓnumerarent:cũ expeditis Martiũ iã appropinquãtẽ Oceano assequiꝰ.Ideo ĩchoata res ãte de Masinissa aliis atq; aliis de causis dilata erat:qđ numida cũ ipso utiq; cõgredi Scipione uolebat:atq; eiusdẽ dextra fidẽ sancire:ea tũ itineris tam longi ac tam deuii causa Scipioni fuit.Masinissa cum Gadibus esset:certior aduentare eum a Martio factus:causando corrũpi equos in insula inclusos:pecuniãq; omnium rerꝝ & facere cæteris:& ipsos sentire:ad hæc equitem marcescere desidia:ꝓpulit:ut se traiicere ĩ continentẽ ad populandos ꝓximos Hispaniæ agros pateretꝰ.Progressus tres principes numidarꝝ præmittit ad tempus locũq; colloquio statuendũ:duos ꝑ obsidibus retineri a Scipione iubet:& remisso tertio:qui:quo iussus erat:adduceret Masinissam:cũ paucis ĩ colloquium uenerunt.Ceperat iam ante numidam ex fama rerum gestarꝝ admiratio uiri: substitueratq; animo speciem quoq; corporis amplam ac magnificam:ceterum maior præsentis ueneratio cepit:& ꝓterquam qđ suapte natura multa maiestas ĩerat:adornabat ꝓmissa cæsaries:habitusq; corporis nõ cultus mũdiciis:sed uirilis uere ac militaris:& ætas erat ĩ medio uiriũ robore:quod plenius nitiduſq; ex morbo uelut renouatus flos iuuentæ faciebat. Prope attonitus ipso congressu numida gratias de fratris filio remisso agit: ex eo tempore affirmat eã se quæsisse occasionẽ:quã tandem oblatam deum immortalium beneficio non omiserit.cupere se illi populoq; rõano operã nauare:Ita ut nemo unius externus magis enixe adiuuerit rẽ romanam.id se etiam:si iampridem uellet:minus ꝑstare in Hispania aliena atq; ignota terra potuisse:in qua autem gemitus educatusque in spem paterni regni esset facile præstaturum: siquidem eundem Scipionem ducem ĩ Africam mittant romani: satis sperare perbreuis æui Carthaginem esse.Lætus eum Scipio uidit audiuitq;:cũ caput rerꝝ in omni hostium equitatu Masinissam fuisse sciret:& ipse iuuenis specimen

animi ꝑ se ferret. Fide data acceptaq; ꝓfectus retro Tarraconē é. Masinissa pmissu romanoꝝ: ne sine causa traiecisse ī cōtinētem uideret: populatus, ꝓximos agros Gades rediit. Magoni desperatis ī Hispania rebus: in quaꝝ spem seditio primū militaris: deinde defectio Indibilis animos eius sustulerāt: paranti traicere in Africā nūciatū ab Carthagine é: iubere senatū ut classem: quā Gadibus haberet: ī Italiā traiiceret: cōducta- que ibi galloꝝ atq; liguꝝ: quāta maxima posset iuuētute: cōiungeret se Annibali: neu senescere bellū ma- ximo īpetu maiore fortuna cœptū sineret. Ad eam rem & a Carthagine pecunia Magoni aduecta é: & ip̄e: quātum potuit: a gaditanis exegit nō ærario mō eoꝝ: sed etiā templis spoliatis: & priuatim oībus coactis auꝝ argentumq; ī publicū conferre. Cum præterueherent Hispaniæ oram: haud ꝓcul Carthagine noua: expositis ī terram militibus: ꝓximos depopulatus agros: inde ad urbē classem appulit. ibi cum īterdiu mi lites in nauibus tenuisset: nocte in littus expositos ad partem eā muri: qua capta Carthago a romanis fue- rat: ducit. nec p̄sidio satis ualido urbem teneri ratus: & aliquos oppidanoꝝ ad spem nouādi res aliqd mo- turos. Cæteꝝ nuncii ex agris trepidi simul populationē agrestiumq; fugam: & hostiū aduētum attulerāt: & uisa interdiu classis erat: nec sine causa erectam ante urbem stationē apparebat. Itaq; instructi armatiq; intra portā ad stagnū ac mare uersam cōtinebant. ubi effusi hostes mixta iter milites nauali turma ad mu ros tumultu maiore: quā ui subierunt: patefacta repente porta: romani cum clamore erumpunt: turbatos- que hostes & ad primum incursum: cōiectūq; teloꝝ auersos usq; ad littus cum multa cæde p̄sequūt: nec nisi naues littori appulsæ trepidos accepissent: superfuisset fugæ ac pugnæ quisquā. In ipis quoq; trepida- tum nauibus est: dum ne hostes cum suis simul irrumperent: trahunt scalas orasq; & anchoras: ne in mo- liendo mora: esset: p̄cidunt: multiq; adnatantes nauibus īcerto præ tenebris quid aut peterēt aut uitarēt: fœde interierunt. Postero die cum classis inde retro ad Oceanum unde uenerat: fugisset: ad octingentos homines cæsi: inter murum littusq; ad duomillia armatorum inuēta. Mago cum Gades repetisset: exclu- sus īde ad Cimbim (haud ꝓcul a Gadibus is locus abest) classe appulsa mittendis legatis: quærēdoq; quod portæ sibi socio atq; amico clausæ forēt: purgantibus iis multitudinis concursu facto infeste ob direpta quædā abscōdentibus naues militibus ad colloquiū Sufeces eoꝝ: qui summus pœnis est magistratus: cū quæstore elicuit: laceratosq; uerberibus cruci affigi iussit. inde nauibus ad Pitusam īsulā centū millia fer- me a cōtinēti (pœni tū eam īcolebāt) traiecit. Itaq; classis bona cū pace accepta é: nec cōmeatus modo beni gne præbiti: sed in supplemētū classis iuuentus: armaq; data: quoꝝ fiducia pœnus ī Baleares insulas: quin- quaginta millia absunt: transmisit. Duæ sunt Baleares insulæ: altera maior atq; opulētior armis uirisq; : & portū habet: ubi cōmode hybernatuꝝ sē (& iam extremū autūni erat) credebat. cæteꝝ haud secus: quam si romani eā insulā īcolerent: hostiliter classi occursum est. Fundis ut nūc plurimū: ita tūc solo eo telo ute- bantur: nec quisquā alterius gentis unus tantū ea arte: quātū īter omnes alios baleares excellunt. itaq; tan- ta uis lapidū creberrimæ grandinis modo ī ꝓpinquātem iam classem terræ effusa est: ut intrare portū nō ausi auerterēt in altū naues. In minorē inde Baleariū insulam traiecerunt fertilem agro: uiris armis haud æque ualidā. Itaq; egressi nauibus supra portū loco munito castra locāt: ac sine certamine urbe agroq; po- titi duobusmillibus auxiliariū inde conscriptis missisq; Carthaginē ad hybernandū: naues subduxerunt. Post Magonis ab Oceani ora discessum gaditani romanis dedunt. Hæc in hispania. P. Scipionis ductu au- spicioq; gesta. ipse. L. Lentulo: &. L. Manlio Accidino ꝓuincia tradita: cū decem nauibus Romā rediit: & se- natu extra urbē dato ī æde Bellonæ: quas res ī Hispania gessisset: disseruit. quotiens signis collatis dimicas set: quot oppida ex hostibus ui cœpisset: quas gentes ī dicionē populi romani redegisset aduersus quattu- or se imperatores: quattuor uictores exercitus in Hispaniā misisse: neminē carthaginensem in iis terris re- liquisse. Ob has res gestas magis est tentata triumphi spes: quā petita ptinaciter: quia neminē ad eam diē triūphasse: q sine magistratu res gessisset: cōstabat. Senatu misso: urbē é ingressus: argēticq; p̄se tulit ī æra- riū q̄ttuordecimmillia pōdo. ccc. xl. duo: & signati magnū numeꝝ. comitia īde creandis cōsulibus habuit. L. Veturius Philo: cēturiæq; oēs ingēti fauore. P. Scipionē cōsulē dixerūt. collega addit ei. P. Licinius Cras sus pōtifex maximus. cæteꝝ comitia maiore: quā ulla ꝓ id bellū celebrata frequētia, ꝓditū memoriæ é. cō- uenerāt undiq; nō suffragandi mō: sed etiam spectandi causa. P. Scipionis: cōcurrebantq; & domū frequē- tes: & ī capitoliū ad immolantē eum cū centū bobus uotis loui ī Hispania sacrificaret. spōdebātq; animis: sicut. G. Luctacius superius bellū finisset punicū: ita id: quod īstaret: P. Cornelio finiturū: atq; ut Hispania omni pœnos expulisset: sic Italia pulsuꝝ esse: Africāq; ei perinde ac bellatū in Italia foret: prouinciā desti- nabāt. prætoria īde comitia habita. creati duo: qui tū ædiles plebis erant: S. P. Lucretius: &. Gn. Octauius: & ex priuatis. Gn. Seruilius Cepio: &. L. Aemylius Pappus. Quartodecimo anno punici belli. P. Cornelius Scipio: &. P. Licinius Crassus ut cōsulatū inierūt: nominatæ cōsulibus ꝓuinciæ sunt: Sicilia Scipioni extra sorte concedēte collega: quia sacroꝝ cura pontificem maximū in Italia retinebat: brutii Crasso. Tum præ toriæ ꝓuinciæ in sortem coniectæ: urbana. Gn. Seruilio obtigit: Ariminū (ita Galliam appellabant) Sp. Lu cretio: Sicilia. L. Aemylio: Gn. Octauio Sardinia: senatus in capitolio habitus. Ibi referente. P. Scipione se- natusconsultum factum est: ut quos ludos inter seditionē militarem in Hispania uouisset: ex ea pecunia: quam ipse in ærarium detulisset: faceret. Tum saguntinorum legatos in senatum introduxit: ex eis maxi- mus natu. Etsi nihil ultra malorum est. P. C. quam quod passi sumus: ut ad ultimum fidem uobis præsta- remus: tamen ea uestra merita imperatorūq; uestrorum erga nos fuerunt: ut nos cladium nostrarum nō

pœniteat:bellum ꝑpter nos ſuſcepiſtis:ſuſceptũq; quartũdecimũ annũ tã pertinaciter geritis: ut ſæpe ad ultimũ diſcrimẽ & ipſi ueneritis: & populũ carthaginẽſem adduxeritis.Cũ in Italia tam atrox bellũ:& Annibalẽ hoſtẽ haberetis:cõſules cũ exercitu ĩ Hiſpaniã uelut ad colligẽdas reliquias neufragii noſtri miſiſtis P.&.Gn.Cornelii:ex quo ĩ ꝓuinciã uenerũt:nullo tẽpore deſtiterũt:quæ nobis ſecũda:quæq; aduerſa hoſtibus noſtris eſſent:facere.iam oĩum primum oppidũ nobis reſtituerunt:per omnem Hiſpaniã ciues noſtros uenundatos:dimiſſis:qui cõquirerent:ex ſeruitute ĩ libertatẽ reſtituerũt:cũ iam ꝑpe eſſet:ut optabilem eam ex miſerrima fortunã haberemus.P.&.Gn.Cornelii impatores ueſtri luctuoſius nobis ꝑpe: quã uobis perierũt.tum uero ad hoc retracti ex diſtantibus locis ĩ ſedẽ antiquã uidebamur: ut itez ꝑiremus: & altez excidiũ patriæ uideremus:nec ad ꝓniciem noſtrã carthaginenſi utiq; aut duce:aut exercitu opus eſſe:ab turdetanis ueterrimis hoſtibus:qui prioris quoq; excidii cauſa nobis fuerãt extingui poſſe: cũ exiſperato repente miſiſtis nobis hũc.P.Scipionẽ:quẽ fortunatiſſimi oĩum ſaguntinoz uidemur:quia cõſulem declaratũ uidemus:ac uidiſſe nos:ciuibus noſtris renunciaturi ſumus ſpem:opẽ:ſalutẽq; noſtrã. q cũ plurimas hoſtiũ ueſtroz ꝯepiſſet urbes:ubiq; ex captorum numero exceptos ſaguntinos ĩ patriã remiſit: Poſtremo Turdetaniã adeo infeſtam nobis ut illa gente incolumi ſtare Saguntũ non poſſet:ita bello affli xit:ut nõ modo nobis(abſit uerbo inuidia)ne poſteris quidẽ timenda noſtris eſſet.delatã urbẽ cernimus eoz:quoz ĩ gratiã Sagũtũ deleuerat Annibal:uectigal ex agro eoz capimus: quod nobis nõ fructu iucũdius ẽ:quã ultione ob hæc:quibus maiora nec ſperare:nec optare ab diis ĩmortalibus poteramus : gratias actũ:x.legatos nos ſaguntinus ſenatus populuſq; ad uos miſit:ſimul gratulatum quod ita res ꝑ hos annos in Hiſpania atq; ĩ Italia geſſiſtis:ut Hiſpaniam non ibero amne tenus: ſed qua terraz ultimas finit Oceanus domitã armis habeatis:Italiæ niſi quatenus uallũ caſtroz cĩgit:nihil reliqueritis pœno.Ioui Optimo Maximo præſidi capitolinæ arcis nõ grates tãtũ ob hoc agere iuſſi ſumus:ſed donũ hoc etiã; ſi uos ꝓmitteretis:coronã aureã in capitoliũ uictoriæ ferre:id ergo uti permittatis:quæſumus:utiq;:ſi uobis ita uideretur:quæ nobis imperatores ueſtri cõmoda tribuerũt:ea rata atq; ꝑpetua auctoritate ueſtra faciatis.ſenatus legatis ſaguntinis reſpondit & dirutũ ac reſtitutũ ſaguntum fidei ſocialis utrinq; ſeruatæ documentũ oĩbus gentibus fore.ſuos ĩperatores recte & ordine ex uoluntate ſenatus feciſſe quod Saguntũ reſtituerĩt: ciueſq; ſaguntinos ſeruitio exemerint.quæq; alia eis benigne fecerint:ea ſenatũ ita uoluiſſe fieri.donũ permittere ut ĩ capitolio ponerẽt:locus inde lauticiaq; legatis præberi iuſſa & muneris ergo in ſingulos dari ne minus denamillia æris.Legationes deinde cæterae ĩ ſenatu romano ĩtroductæ auditæq;.& petentibus ſagũtinis:ut quatenus tuto poſſent:Italiã ſpectatum irẽt:duces dati:litteræq; ꝑ oppida miſſæ:ut hiſpanos comiter acciperẽt.tum de rep.de exercitibus ſcribẽdis:de ꝓuinciis relatũ.cũ Africã nouam ꝓuinciam extra ſortem.P.Scipioni deſtinari hoĩes fama ferrent:& ipſe nulla iam modica gloria contentus nõ ad gerendũ mõ bellũ:ſed ad finiendũ diceret ſe cõſulẽ declaratũ eſſe : neq; aliter id fieri poſſe:quã ſi ipſe in Africã exercitũ trãſportaret:& actuz ſe id ꝑ populũ aperte foret:ſi ſenatus aduerſareẽ:idq; conſiliũ haudquaquã primoribus patrũ conſcriptoz placeret:cæteriq; ꝑ metũ aut ambitionẽ muſſarẽt ; Qũ.Fabius Maximus rogatus ſententiã:Scio:inquit:multis ueſtrũ uideri.P.C.rẽ actã hodierno die agi:& fruſtra habituz orationẽ:qui tanquã de ĩtegra re de Africa ꝓuincia ſententiã dixerit.Ego aũt primũ illud ignoro:quẽadmodũ certa iam ꝓuincia Africa cõſulis uiri fortis ac ſtrenui ſit:quã nec ſenatus cenſuit ĩ hũc annũ ꝓuinciã eſſe: nec populus iuſſit.deinde:ſi ẽ:cõſulem peccare arbitror:qui de re tranſacta ſimulãdo ſe referre ſenatũ ludibrio habet:nõ ſenatorẽ:qui:de quo cõſulitur:ſuo loco dicit ſententiã.atq; ego certum habeo diſſentienti mihi ab iſta feſtinatione ĩ Africã traiiciẽdi duaz rez ſub eundẽ opinionẽ eſſe.unius iſitæ ingenio meo cũctationis:quã metũ pigritiamq; hoĩes adoleſcentes ſane appellent:dum me non pœnitcat adhuc alioz ſpecioſiora primo aſpectu cõſilia ſemper uiſa:mea uſu meliora:alterius obtrectationis atq; inuidiæ aduerſus creſcentẽ in dies gloriã fortiſſimi cõſulis.a qua ſuſpicione:ſi me neq; uita acta & mores mei:neq; dicta tura cum quinq; conſulatibus:tantumq; gloriæ belli domiq; partum uendicat:ut ꝓpius faſtidium eius ſim:quam deſiderium:ætas ſaltem liberet.Quæ enim mihi æmulatio cum eo eſſe poteſt:qui ne filio quidem meo æqualis ſit? me dictatorẽ cum uigerẽ adhuc uiribus:& in curſu maximaz rerũ eſſem:recũſantẽ nemo ut audiuit in ſenatu aut apud populum:quo minus inſectante me magiſtro equitũ:quod fando nũquam ante auditum erat:imperiũ æquaretur meum:rebus quam uerbis aſſequi malui:ut qui aliquorum iudicio mihi comparatus erat:ſua mox confeſſione me ſibi præferret:ne dum ego perfunctus honoribus certamina mihi atq; æmulationem cum adoleſcẽte florentiſſimo proponam.uidelicet ut mihi iam uiuẽdo non ſolum rebus gerendis feſſo : ſi huic negata fuerit:Africa prouĩcia decernatur:cum ea gloria : quæ parata eſt:uiuendum atq; moriendum eſt.Vincere ergo prohibui Annibalem:ut a nobis:quorum uigent nunc uires:etiam uinci poſſet.Illud te mihi ignoſcere.P.Corneli æquum erit:ſi cum in meipſo nunquam pluris famam hominum:quam remp.fecerim:ne tuam quidem gloriam bono publico præponam:quanquam ſi aut bellum nullum in Italia:aut is hoſtis eſſet:ex quo uicto nihil gloriæ quæreretur:qui te in Italia retineret : & ſi id bono publico facere ſimul cum bello materiam gloriæ tuæ ire ereptum uideri poſſet. Cum uero Annibal hoſtis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obſideat : pœnitebit te.P.Corneli gloriæ tuæ ; niſi hoſtem eum : qui tot funerum : tot cladium nobis cauſa fuit : tu conſul Italia expuleris ; & ſicut penes.G.Luctatium prioris punici perpetrati belli titulus fuit ; ita penes

te huius fuerit: nisi haud Amilcar Annibali dux est præferendus: aut illud bellum huic: aut uictoria illa maior clariorque quam hæc (modo contingat: ut te consule uincamus) futura est. ab direpanis atq; Erycе detraxisse Amilcare: quã Italia expulisse pœnos atq; Annibale malis. ne tu quidẽ & si magis partã: quã speratam gloriã amplectaris: Hispania potius: quã Italia bello liberata gloriatus fueris: nondũ is est Annibal: quẽnõ magis timuisse uideat: quã contẽpsisse: qui aliud bellum maluerit, quin igit ad hoc accigeris: nec per istos circuitus: ut cũ in Africã traieceris: secutuq; te illuc Annibale speres: potius quã recto hic itinere: ubi Annibal est: eo bellũ intendis? egregiã istã palmã belli punici pacti petis? hoc & natura prius est: tua cũ defenderis aliena ire oppugnatũ. pax ante in Italia: quã bellũ in Africa sit: & nobis prius decedat timor: quã ultro aliis inferat. si utrũq; tuo ductu auspicioq; fieri potest. Annibale hic uicto illic Carthaginẽ expugna: si alterutra uictoria nobis consulibus relinquẽda est: prior cũ maior clariorq; tum causa etiã inse quẽtis fuerit: Nam nũc quidẽ ꝑterquã quod & in Italia: & in Africa duos diuersos exercitus alere ærarium nõ potest: ꝑterquã quod unde classes tueamur: unde cõmeatibus sufficiamus ꝑbẽdis nihil reliqui est: quid periculi tandẽ: quantũ adeat: quẽ fallit? P. Licinius in Italia. P. Scipio bellum in Africa geret. Quid: si quod omnes dii omen auertãt: & dicere reformidat animus: sed quæ acciderũt: accidere possunt: & uictor Annibal ire ad urbẽ ꝑgat: tum demum te cõsulẽ ex Africa: sicut. Qu. Fuluiũ a Capua accersemus? Quid quod in Africa quoq; mars cõmunis belli erit domus tibi tua pater patruusq; intra. xxx. dies cũ exercitibus cæsi documento sint: ubi ꝑ aliquot annos maxis rebus terra mariq; gerendis amplissimũ nomẽ est apud exteras gentes populo rõano uestræq; familæ fecerant. dies me deficiet: si reges ꝑeratoresq; temere ĩ hostium terras transgressos cũ maximis cladibus suis exercituũq; suoꝝ enumerare uelim. Atheniẽsis prudẽtissima ciuitas: bello domi relicto auctore æque impigro atq; nobili iuuene magna classe in Siciliã trãsmisso: una nauali pugna florentẽ remp. suã in ꝑpetuũ afflixerũt. externa & nimis antiqua repeto. Africa eadem ista: & M. Attilius insigne utriusq; fortunæ exemplũ nobis documẽto sint. Næ tibi. P. Corneli cum ex alto Africã conspexeris: ludus & iocus fuisse Hispãiæ tuæ uidebunt. Quid enĩ simile? pacato mari præter oram Italiæ Galliæq; uectus emporiis ĩ urbẽ socioꝝ classem appulisti: & expositos milites per tutissima oia ad socios & amicos populo romano Tarraconẽ duxisti: a Tarracõe deinde inter ꝑsidia romana circa Ibeꝝ exercitus patris patruiq; tui post amissos ꝑeratores ferociores calamitate ipsa facti dux tumultuarius quidẽ ille. L. Martius & militari suffragio ad tempus lectus: cæteꝝ si nobilitas ac iusti honores adornarent claris imperatoribus qualibet arte belli par. oppugnata per summũ otiũ Carthago nullo triũ punicoꝝ exercituũ socios defendẽte. cætera neq; ea eleuo: nullo tamẽ modo africo bello cõparãda: ubi nõ portus ullus classi nostræ apertus: nõ ager pacatus: nõ ciuitas socia: nõ rex amicus: nõ cõsistendi usquã locus: nõ ꝓcedẽdi: quacũque circũspexeris hostilia oia atq; infesta. An Syphaci numidisq; credis? satis sit semel creditum. nõ semper temeritas est fœlis & fraus. fidem ĩ paruis sibi ꝑstruit: ut cũ operæpretiũ sit: cũ mercede magna fallat. Nõ hostes patrẽ patruũq; tuũ armis priusquã celtiberi socii fraude circunuenerunt: nec tibi ipsi a Magone & Asdrubale hostiũ ducibus: quantũ ab Indibili & Mandonio ĩ fidem acceptis periculi fuit. Numidis tu credere potes defectionẽ militum tuorum expertus? & Syphax & Masinissa se: quam carthaginẽses malunt potentes in Africa esse. carthaginẽses quã quẽ aliũ. nunc illos æmulatio inter sese: & oẽs causæ certaminũ acuunt: quod procul externus metus est: ostende romana arma: exercitum alieniginã iam uelut ad cõmune restinguendũ incendiũ cõcurrent. Aliter iidẽ illi carthaginẽses Hispaniã defenderunt: aliter mœnia patriæ: tẽpla deum: aras: & focos defendent: cũ cuntes in ꝑlium pauida ꝓsequet coniunx: & parui liberi occursabunt. Quid porro si satis confisi carthaginẽses cõsensu Africæ fide socioꝝ regũ: mœnibus suis cum tuo exercituq; tui ꝑsidio nudatã Italiã uiderint: ultro ipsi nouum exercitũ in Italiã aut ex Africa miserint: aut Magonem: quẽ a Balearibus classe transmissa iam præter oram ligurum alpinoꝝ uectari constat: Annibali se cõiungere iusserit? Nempe in eodẽ terrore erimus: in quo nuper fuimus: cũ Asdrubal in Italiã trãscẽdit. quẽ tu qui: nõ solũ Carthaginẽ: sed oẽm Africã exercitu tuo ex clausurus: e manibus tuis in Italiam emisisti. Victum a te dices: eo quidẽ minus uellem: & id tua nõ solum reip. causa iter datũ uicto in Italiam esse. Patere uos omnia: quæ prospera tibi: & populi romãi imperio euenere: tuo consilio assignare. aduersa casibus incertis belli & fortunæ legare: quo melior fortiorq; es: eo magis talem præsidem sibi patria atque uniuersa Italia retinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare ubi Annibal sit: ibi caput: atq; arcem huius belli esse. Quippe qui præte feras eam tibi causam esse traiiciendi in Africam ut Annibalem eo trahas. Siue igitur hic: siue illic cũ Annibale est tibi futura res. Vtrum ergo tandem firmior eris ĩ Africa solus: an istic tuo collegæque tui exercitu coniuncto? Ne Claudius quidem: & Liuius consules tam recenti exemplo: quantum id interfit: documento sunt? Quid Annibalem: utrum tandem extremus angulus brutii agri frustra iandiu poscentem ab domo auxilia: an propinqua Carthago: & tota socia Africa potentiorem armis uirisq; faciet? Quod istud consilium est: ibi malle decernere: ubi tuæ dimidio minores copiæ sint: hostium multo maiores: quam ubi duobus exercitibus aduersus unum tot præliis: & tam diuturna: & graui militia fessum pugnandum sit? Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit: reputa. ille consul profectus in Hispaniam ut Annibali ab alpibus descendenti occurreret. in Italiam de prouincia rediit: tu cum Annibal in Italia sit: relinquere Italiam paras: non quia reipublicæ id utile: sed quia tibi id amplum & glorioſum censes esse: sicut cum prouincia & exercitu relicto sine lege: sine. S. C. duabus nauibus

populi romani imperator:fortunã publicã & maieſtatẽ imperii:quæ tum in tuo capite piclitabantur:com miſiſti.Ego.P.Corneliũ.P.C.reip.nobiſq;nõ ſibi ipſi priuatim creatũ cõſulẽ exiſtimo.Exercitus ad cuſtodiam urbis atq; Italiæ ſcriptos eſſe:nõ quos regio more p ſuperbiã cõſules:quo terraꝝ uelint:traiiciãt.Cũ oratione ad tẽpus parata Fabius:tũ auctoritate & iueterata prudẽtiæ fama magnã partẽ ſenatus & ſeniores maxĩe mouiſſet:pluresq; conſiliũ ſenis:quã aĩum adoleſcentia ferocẽ laudarent:Scipio ita locutus fertur:& ipſe.Qu.Fabius principio orationis.P.C.cõmemorauit in ſentẽtia ſuo poſſe obtrectationẽ ſuſpectã eſſe:cuius ego rei nõ tam ipſe auſim tantũ uirum ĩſimulare:quã ea ſuſpicio uitio orõnis:an rei haud ſatis purgata eſt.Sic enĩ honores ſuos & fama reꝝ geſtaꝝ extulit uerbis ad extinguendũ inuidiæ crimẽ:tãquã mihi ab infimo quoq; piculũ ſit:ne mecũ æmuleť:& nõ ab eo:qui quia ſup cæteros excellat:quo me quoque niti nõ diſſimulo:me ſibi æquari nolit.ſic ſenẽ ſe pfũctũ:& me infra ætatẽ filii ſui poſuit: tanquã non longius:quã quantũ uitæ humanæ ſpatiũ eſt:cupiditas gloriæ extendať:maxĩaq; pars eius in memoriã ac poſteritatẽ ꝓmineat.Maximo cuiq; id accidere aĩo certũ habeo:ut ſe nõ cõpræſẽtibus modo: ſed cum oĩs æui claris uiris cõparet.equidẽ haud diſſimulo me tuas .Qu. Fabi laudes nõ aſſequi ſolũ uelle:ſed bona uenia tua dixerim:ſi poſſim etiã exuperare:illud nec tibi in me:nec mihi ĩ minoribus natu animi ſit:ut nolimus quenquã noſtri ſimilẽ euadere ciuẽ.id enim nõ eoꝝ modo:quibus iuidemus:ſed reip.& pœne omnis generis humani detrimentũ ſit.Cõmemorauit quãtũ eſſem piculũ aditurus:ſi in Africã traiicere uelim: ut meã quoq; nõ ſolũ & reip.& exercitus uicẽ uideret ſollicitus.Vnde hæc repente de me cura ex orta?cũ pater patruuſq; meus ĩterfecti:cũ duo exercitus eoꝝ ꝑpe occidiõe occiſi ſũt:cũ amiſſæ Hiſpaniæ:cũ quattuor exercitus pœnoꝝ:q̃ttuorq; duces:omnia metu armiſq; teneret: cũ quæſitus ad id bellum imperator nemo ſe oſtenderet præter me:nemo profiteri nomẽ auſus eſſet:cum mihi quattuor & uiginti annos nato detuliſſet imperiũ populus romanus:quid ita? Tunc nemo ætatẽ meã: uim hoſtium: difficultatẽ belli: patris patruiq; recentẽ cladẽ cõmemorauit. Vtrum maior aliqua in Africa nunc calamitas accepta ẽ: quã tunc in Hiſpania erat?an maiores nunc ſunt exercitus in Africa:& duces plures melioreſq;:quã tũc in Hiſpania fuerit?an ætas mea tunc maturior bello gerẽdo fuit:quã nunc eſt? an cũ Carthaginẽſi hoſte in Hiſpania:quã in Africa bellum geri aptius eſt.Facile eſt poſt fuſos fugatoſq; quattuor exercitus punicos:poſt tot urbes ui captas:aut metu ſubactas in deditionẽ:poſt ꝓdomita omnia uſq; ad Oceanũ:tot regulos: tot ſæuas gentes: poſt receptã totã Hiſpaniã:ita ut ueſtigium belli nullũ reliquum ſit.eleuare meas res geſtas tam hercule:quã ſi uictor ex Afrcica redieri:ea ipſa eleuare:quæ nũc retinẽdi mei cauſa:ut terribilia eadẽ uideanť:uerbis extollunť. Negat aditũ eſſe in Africã:negat ullos patere portus.M.Attiliũ captũ in Africa cõmemorat:tanquã.M.Attilius primo acceſſu ad Africã offenderit:neq; recordať illi ipſi tam in fœlici imperatori patuiſſe tamẽ portus Africæ:& res geſtas ab eo egregias primo anno. & quantũ ad carthaginenſes duces attinet:inuictũ ad ultimũ ꝓmanſiſſe.Nihil igitur me iſto extẽplo terrueris:ſi hoc bello nõ priore ſi nuper & nõ annis ante.xl.iſta clades accepta foret:qui ego minus ĩ Africã Regulo capto:quã Scipionibus occiſis:in Hiſpaniã traiicerem?Nec fœlicius Xantippũ lacedæmoniũ Carthagini:quã me patriæ meæ ſinerem natum eſſe:creſceretq; mihi ex eo ipſo fiducia:quod poſſit in hominis unius uirtute tantũ momenti eſſe.At etiã athenienſes audiendi ſunt:temere in Siciliã:omiſſo domi bello:tranſgreſſi.Cur ergo:quoniam græcas fabulas enarrare uacat: nõ Agathoclem potius ſyracuſanũ regem:cum diu Sicilia punico bello uretur:tranſgreſſum in hãc eandẽ Africã:auertiſſe eo bellũ:unde uenerat:refers? ſed quod ultro metum inferre hoſti:& ab ſe remoto periculo aliũ in diſcrimẽ adducere:quale ſit ueteribus externiſq; exẽplis admonere opus eſt? maius præſentiuſue ullũ exẽplum eſſe:quã Annibal poteſt?multũ intereſt alienos populari fines:an uri tuos excindiq; uideas:plus animi eſt iferenti piculũ:quã ꝓpulſanti.ad hoc maior ignotaꝝ rerum eſt terror:bona malaq; hoſtiũ ex ꝓpinquo ĩgreſſus fines aſpicias.Nõ ſperauerat Annibal fore:ut tot ĩ Italia populi ad ſe deficerẽt.Defecerũt poſt cannẽſem cladẽ:quãto minus qcquã in Africa carthaginẽſibus firmũ:ac ſtabile ifidis ſociis:grauibus ac ſupbis dominis? Ad hæc nos etiam deſerti a ſociis uiribus noſtris rõano milite ſtetimus.Carthaginenſi nihil ciuilis roboris eſt.mercede paratos milites habẽt afros : numidaſq; leuiſſima fidei mutãdæ ĩgenia.Hic modo nihil moræ ſit:una & traieciſſe me audietis:& ardere bello Africã:& molientẽ hĩc Annibalẽ:& obſideri Carthaginẽ.Lætiores & frequẽtiores ex Africa expectate nũcios:quã ex Hipania accipiebatis.Has mihi ſpes ſubiicit fortuna.Populi Romani: dii fœderis ab hoſte uiolati teſtes.Syphax & Maſiniſſa reges:quoꝝ ego fidei ita innitar:ut bene tutus a pfidia ſim:Multa:quæ nũc ex ĩteruallo nõ apparẽt:bellũ aperiet.& id eſt uiri & ducis nõ de eſſe fortunæ ꝑbẽti ſe:& oblata caſu flectere ad cõſiliũ.Habebo.Qu.Fabi parẽ quidẽ Annibalẽ:ſed illũ potius ego trahã; quã ille me retineat. In ſua terra cogã pugnare eũ:& Carthago potius ꝓmiũ uictoriæ erit:quã ſemiruta brutioꝝ caſtela:ne qd ĩterim: dũ traiicio:dũ ex pono exercitũ ĩ Africã:dũ caſtra ad Carthaginem ꝓmoueo.reſp. hic detrimẽti capiat.qd tu.Qu.Fabi:cũ uictor tota Italia uolitaret Annibal:potuiſti ꝑſtare.Hoc uide ne cõtumelioſũ ſit.cõtuſo iã & pœne fracto Annibale negare cõſulẽ ꝑſtare uiꝝ fortiſſimũ poſſe.P. Liciniũ: q ne a ſacris abſit pontifex maxĩus:ideo ĩ ſortẽ tã lõginquæ ꝓuinciæ nõ uẽit.Si hercule nihilo maturius hoc ego cẽſeo : mõ pficeret bellũ:tamẽ ad dignitatẽ populi rõani famamq; apud reges gẽteſq; externas: ptinebat nõ ad defendendam modo Italiam: ſed ad inferenda etiam Africæ arma uideri nobis animum eſſe.non hoc credi uulgariquet quod Annibal auſus ſit:neminem ducem romanorum audere.Et priore punico bello tum:cum de Sicilia

certerẽt:tociẽs Africã a noſtris exercitibus & claſſibus oppugnatã:nũc cũ de Italia certẽt:Africã pacatã ẽ. Requieſcat aliquando tadiu uexata Italia:urat̃ euaſteturq; inuicẽ Africa.Caſtra romana potius Carthaginis portis imineant:quã nos iterũ uallum hoſtiũ ex mœnibus noſtris uideamus.Africa ſit reliqui belli ſedes. Illuc terror fugaq;:populatio agroꝝ:defectio ſociorꝝ:cæteræ belli clades: quæ in nos per qnattuordecim annos ingruerut:uertant̃.Quæ ad remp.pertinent:& bellum:quod inſtat:& ꝓuincias: de quibus agit̃ : dixiſſe ſatis eſt.Illa longa oratio nec ad uos ꝓtinens ſit:ſi quẽ admodũ.Qu.Fabius meas res geſtas in Hiſpania eleuauit:ſic & ego contra gloriã eius eludere:& uerbis meã extollere uelim.Neutrũ faciã.P.C. &ſi nulla alia re:modeſtia certe:& tẽperamento linguæ adoleſcens ſenẽ uicero. ita & uixi:& res geſſi:ut tacitus ea opinione:quã ueſtra ſpõte conceptа animis haberetis:facile cõtentus eſſem. Minus æquis animis auditus eſt Scipio: quia uulgatũ erat:Si apud ſenatũ nõ obtinuiſſet:ut ꝓuincia Africa ſibi decerneret̃:ad populum extemplo latuꝝ.Itaq;.Qu.Fuluius:qui Conſul quater fuerat:poſtulauit a Conſule:ut palã in ſenatu diceret.Permitteret ne patribus: ut de ꝓuinciis decernerent̃:ſtaturuſq; eo eſſet:quod cenſuiſſent:an ad populum laturus:Cum Scipio reſpõdiſſet:ſe quod e rep.eſſet factuꝝ:tum Fuluius.Non ego:inquit:ignarus quid reſpõſurus: facturuſue eſſes:quæſiui:Quippe cũ præte feras:tentare magis:quã cõſulere ſenatũ,& ni ꝓuinciam tibi:quã uolueris:extéplo decernamus:paratã rogationẽ habeas.Itaq; a uobis tribuni ple.poſtulo:inquit:ut ſententiã mihi ideo nõ dicenti:qd ſi in meã ſententiã diſcedat̃:nõ ſit ratũ habiturus conſul auxilio ſitis.Inde altercatio orta:cũ cõſul negaret æquũ eſſe Tribunos itercedere:quo minus ſuo quiſq; loco ſenator rogatus ſententiã diceret.Tribuni decreuerunt:ſi cõſul ſenatui de ꝓuinciis ꝓmittit ſtari:eo quod ſenatus cenſuerit:placet.nec de ea re ferri ad poulũ patiemur.Si nõ permittit:qui de ea re ſentẽtiã recuſabit dicere:auxilio erimus.Conſul diem ad colloquendũ cũ collega petiit. Poſtero die ꝓmiſſum ſenatui eſt:prouinciæ ita decretæ.Alteri conſuli Sicilia &.xxx.roſtratæ naues:quas.G.Seruilius ſuperiore anno habuiſſet: permiſſũq; ut in Africã:ſi id e rep.eſſe cẽſeret:traiiceret.alteri brutii & bellũ cũ Annibale cum eo exercitu quẽ.L.Veturius:&.Qu.Cecilius ſortirent̃ inter ſe.Compararent ue uter in brutiis duabus legiõibus:quas conſul reliquiſſet:rem gereret.Imperiũq; in annũ ei ꝓrogaret̃:cui ea ꝓuincia eueniſſet.Et cæteris præter conſules ꝓtoreſq;:qui exercitibus ꝓuinciiſq; ꝓfuturi erant;ꝓrogata iperia.Qu.Cecilio ſorte euenit: ut cũ conſule:in brutiis aduerſum Annibalẽ bellum gereret.Ludi deinde Scipionis magna frequentia & fauore ſpectantium celebrati. Legati Delphos ad donum ex præda Aſdrubalis portãdum miſſi .M. Pomponius Matho:&.Qu. Catulus tulerunt coronã aureã.cc.pondo:& ſimulacra ſpolioꝝ &.x.põdo argenti facti. Scipio cum:ut delectũ haberet:neq; ipetraſſet:neq; magnopere tetendiſſet:ut uoluntarios ducere ſibi milites liceret:tenuit.& quia ipenſæ negauerant reip.futurã claſſem:ut quæ a ſociis darent̃ ad nouas fabricãdas naues:acciperet.Ethruriæ primũ populi ꝑ ſuis quiſq; facultatibus conſulem adiuturos polliciti.Cerites frumentũ ſociis naualibus:cõmeatũq; oĩs generis.Populonienſes ferrũ.Tarquiniẽſes lintea ad uela.Volaterani armamēta nauiũ:& frumentũ.Arretini.xxx.millia ſcutoꝝ:galeas totidẽ:pila gæſa:haſtas lõgas millium quinquaginta ſummã:pari cuiuſq; generis numero expleturos.Secures:rutra:falces:alueolos:molas:quantum in.xl.longas naues opus eſſet.Tritici centũ &.xx.millia modiũ:& inuiaticũ decurionibus:remigibuſque collaturos.Peruſini:cluſini:ruſelani abietes in fabricandas naues:& frumēti magnum numeꝝ.Abiete ex publicis ſiluis eſt uſus.Vmbriæ populi:& ꝑter hos nurſini:& reatini:& amiternini:ſabinuſque ager oĩs milites polliciti.Marſi:peligni:marrucinicq; multi uolũtarii noia in claſſem dederũ.. Camertes cũ æquo fœdere cũ romanis eẽnt:cohortẽ armatã ſexcentoꝝ hominũ miſerunt triginta nauiũ carinæ.xx. quique remes:decẽ quadriremes cũ eſſent poſitæ:ipſe ita inſtitit operi ; ut die quadrageſimoquinto ; quã ex ſiluis detracta materia eſſet:naues inſtructæ armataeq; in aquã deductæ ſint.Profectus in Siciliã eſt triginta nauibus longis:uolũtarioꝝ ſeptẽ ferme millibus in naues ipoſitis.Et.P.Licinius in brutiis ad duos conſulares uenit exercitus:ex eis eũ ſibi ſumpſit:quẽ.L.Veturius cõſul habuerat. Metello:ut quibus ꝓfuiſſet legionibus:iis ꝓeſſet:facilius cũ aſſuetis iperio rem geſtuꝝ ratus:permiſit.Et ꝓtores diuerſi in ꝓuincias profecti: & quia pecunia ad bellum deerat:agri cãpani regionẽ a foſſa græca ad mare uerſa uendere quæſtores iuſſi. Indicioq; ꝓmiſſo:qui ager ciuis campani fuiſſet:ut is publicus populi romani eſſet. Indici præmiũ conſtitutum:quantæ pecuniæ ager iudicatus eſſet:pars decima:&.Gn.Seruilio ꝓtori urbis negotiũ datũ:ut campani ciues:ubicũq; ex.S.C.liceret:ibi habitarent;aiaduerteretq; in eos:qui alibi habitarẽt.Eadẽ æſtate Mago Amilcaris filius ex minore Baleariũ iſula:ubi hybernarat:iuuetute lecta in claſſem ipoſita in Italiã.xxx. roſtratis nauibus:& multis onerariis duodecimillia peditũ:duo ferme equitũ traiecit.Genuãq; nullis præſidiis maritimã orã tutatibus repetino aduetu cepit.Inde ad orã ligurū alpinorũq;:ſi quos ibi motus facere poſſet:claſſem appulit.Ingauni(ligurū ea gens eſt)bellũ ea tempeſtate gerebat cum epanteriis mõtanis.Igitur pœnus Sauone oppido alpino præda depoſita:&.x.longis nauibus inſtationem ad præſidium relictis: cæteris Carthaginẽ miſſis ad tuendã maritimã orã:quia fama erat Scipionẽ traiectuꝝ eẽ: ipſe ſocietate cũ ingaunis:quoꝝ gratiã malebat:compoſita montanos inſtituit oppugnare. & creſcebat ĩ dies exercitus ad famam nominis eius gallis undique cõfluentibus.Ea litteris cognita.Sp. Lucrecii ne fruſtra Aſdrubale cũ exercitu deleto biennio ante forent lætati: ſi par aliud inde bellum duce tantum mutato oriretur:curam ingentem accẽderunt patribus.Itaq; &.M.Liuium ꝓconſulem ex Ethruria uolonum exercitũ admouere Ariminum iuſſerunt .&.Gn. Seruilio prætori negotiũ datũ:ut ſi e rep.cenſeret eſſe: duas urbanas legiões

cui imperio uideretur dato:ex urbe duci iuberet .M.Valerius Leuinus Aretiũ eas legiones duxit. Eisdem diebus naues onerariæ pœnoꝝ ad octoginta circa Sardiniã a.C.Octauio qui ꝓuinciæ præerat captæ.Eas Cæcilius frumẽto missο ad Annibalẽ cõmeatuq; onustas.Valerius prædã Ethruscã ligurũq; & mõtanoꝝ captiuos Carthaginẽ portantes tradit.In brutiis nihil ferme eo anno memorabile gestũ est. Pestilentia interceſſerat eo anno pari clade in rõanos pœnosq; nisi qđ punicũ exercitũ supra morbũ: etiã fames affecit ꝓpter Iunonis Laciniæ tẽplũ æstatẽ Annibal egit:ibiq; arã cõdidit:dedicauitq; cũ ĩgenti reꝝ ab se gestaꝝ titulo punicis græcisq; litteris insculpto.

LIBER NONVS.

CIPIO POSTEAQ_VAM IN SICILIAM VENIT VOLVNTARIOS Militesordinauitcẽturiauitqꝫ.Ex iis.ccc.iuuenes florẽtes ætate & uiriũ robore in ermes circa se habebat ignorãtes quẽ ad usum neq; cẽturiati :neq; armati seruarent. Tum ex Siciliæ iunioꝝ numero prĩcipes genere & fortuna centũ equites: qui secũ in Africã traiicerent:legit: diẽq; iis:qua equis armisq; instructi atq; ornati adessent: edixit. Grauis ea militia ꝓcul domo terra mariq; multos labores magna pericula allatura uidebat:neq; ipsos modo:sed parentes cognatosq; eoꝝ ea cura angebat. Vbi dies:quæ edicta erat: aduenit:& arma equosq; ostenderũt: tũ Scipio renũciari sibi dixit quosdã eqtes siculoꝝ tanquã graue & durã horrere eã militiã.Siq ita animati essent:malle eos sibi tunc fateri:quã postmodũ querẽtes:segnes atq; iutiles milites eẽ reip.expromerẽt: qd sentirẽt:cũ bõa uenia se auditurꝝ. Vbi unus ex iis ausus ẽ dicere se ꝓrsus: si sibi:utrũ uelit: libeꝝ esset:nolle militare. Tum Scipio ei: quãdo igit adolescẽs quid sentires:nõ dissimulasti:uicariũ tibi expediã:cui tu arma:equũq;:& cætera ĩstrumenta militiæ tradas:& te cum hinc extẽplo domũ ducas:exerceas:docendũ cures equo tradito:armisq;.Cui læto conditionẽ accipienti unũ ex.ccc.quos inermes habebat:tradit. Vbi hoc modo exauctoratũ equitem cũ gratia imperatoris cæteri uiderũt : se qsq; excusare:& uicariũ accipere.Ita.ccc.siculis rõani substituti equites sine publica ĩpensa.Docendoꝝ atq; exercendoꝝ curã siculi habuerũt:quia edictũ ĩperatoris erat:ipsũ militaturꝝ:qui ita nõ feciſſet.Egregiã hãc alã equitũ euasisse ferũt.multisq; ꝑ iis rẽpublicã adiuuisse.Legiones inde cũ ĩspiceret: plurimoꝝ stipendioꝝ ex iis milites delegit:maxĩe quis sub duce Marcello militauerãt:quos cũ optima disciplina institutos credebat:tum etiã ab longa Syracusanoꝝ obsidione peritimos esse urbiũ oppugnãdaꝝ nihil enĩ paruũ: sed Carthaginis iam excidia agitabat aĩo.Inde exercitũ per oppida dispartit. Frumentũ siculoꝝ ciuitatibus ĩperat.Ex Italia aduecto parcit.Veteres naues reficit:& cũ iis.C.Lælliũ prædatũ mittit. Nouas Panormi subducit:quia ex uiridi materia raptim factæ erant:ut in sico hybernarẽt. Præparatis omnibus ad bellũ:Syracusas nondũ ex magnis belli motibus tranquillas uenit.Græci res : a quibusdam italici generis eadẽ ui:qua per bellũ ceperant:retinẽtibus:cõcessas sibi ab senatu repetebant.Omniũ primũ ratus tueri publicam fidem:partim edicto:partim iudiciis etiam in pertinaces ad obtinẽdam iniuriam redditis: suas res ſyracusanis restituit.Non ipsis tantũ ea res:sed oĩbus Siciliæ populis grata fuit:eoq; enixius ad bellum adiuuerunt.Eadẽ æstate in Hispania coortũ ingens bellũ:cõciente Indibili:nulla alia de causa:quã per admirationẽ Scipiõis:cotẽptu ĩperatoꝝ alioꝝ orto.Eum supesse unũ ducẽ romanis: cæteris ab Annibale interfectis rebant.eo nec in Hispaniã cæsis Scipionibus:aliũ:quẽ mitterent:habuisse.& posteaquã in Italia grauius bellum urgeret aduersus Annibalẽ:eũ accersitum.præterquã quod nomina tãtum ducũ in Hispania romani habebant:exercitũ quoq; inde ueterẽ deductũ.trepida oĩa & in conditã inde turbã tyronũ eẽ. nunquam talẽ occasionem liberandæ Hispaniæ fore.seruitum ad eam diem aut carthaginensibus: aut romanis.nec inuicem his aut illis:sed interdum utrisque simul:pulsos ab romanis carthaginenses : ab hispanis:si consentirent:pelli romanos posse:ut ab omni imperio externo soluta in perpetuum Hispania in patrios rediret mores:rituſq;.Hæc taliaq; dicendo nõ populares modo:sed anxetanos quoq; uicinã gentem concitat.Et alios finitimos sibi atq; illis populos:Itaq; intra paucos dies.x.millia peditum:quattuor ferme equitum in sedetanũ agꝝ:quo edictũ erat:conuenerũt.Romani quoq; ĩperatores.L.Lentulus:&.L.Manlius Accidinus negliſceret: primo negligendo bellũ iunctis & ipsi exercitibus per agrũ anxetanũ hostico: tanquã pacato clæmenter ductis militibus:ad sedẽ hostiũ peruenere.Triũ milliũ ſpatio,ꝓcul a castris eorũ posuerũt castra.Primo ꝑ legatos nequicq; est tentatũ:ut discederẽt ab armis. deinde cũ in pabulatores romanos ĩpetus repẽte ab equitibus hispanis factus esset:sũmisso ab statiõe rõana eqtatu equestre pliũ fuit. haud sane memorãdo ĩ partẽ ullã euẽtu.Sole oriente postero die armati:instructiq; oẽs mille ferme passus ꝓcul a castris rõanis aciẽ ostẽdere.Medii anxetãi erãt:cornu dexteꝝ illergetes:leuũ ignobiles tenebant hiſpani populi.Inter cornua & mediã aciẽ iteruallа patẽtia satis late fecerũt:q̃ eqtatũ:ubi tps eẽt : emitterẽt. Et rõani more suo exercitũ cũstruxisset:id mõ hostiũ imitati sũt: ut ĩter legiões & ipi patẽtes eqti relinquerent uias.Cæteꝝ Lẽtulus ei ꝓpti usũ eqtis fore ratus:quæ prior ĩ dehiscẽtẽ iteruallis hostiũ aciẽ eqtes emisisset:Sex.Cornelio Tribũo militũ ĩperat eqtes ꝑ patẽtes ĩ hostiũ acie uias ꝓmittere equos iubeat. Ipse cœpta paꝝ ꝓpere pedestri pugna tantũ moratus.dũ cedẽti duodecimæ legiõi:quæ ĩ leuo cornu aduersus illergetes locata prona erat: tertiãdecimã legionẽ ex subsidiis ĩ primã aciẽ firmamẽtũ ducit.Posteaquã æq̃ta

ibi pugna eſt:ad.L.Manlium inter prima ſigna hortantē:ac ſuſ ſidia:quibus res poſtulabat locis inducentem:uenit.Indicatq; tuta ab leuo cornu eſſe.iam miſſum a ſe Sex.Cornelium ꝓcella equeſtri hoſtis circūfuſurum.Vix hæc dicta dederat:cū romani equites in medios inuecti hoſtes ſimul pedeſtres acies turbauerunt:ſimul equitibus hiſpanoꝝ uiā imittendi equos clauſerunt.Itaq; omiſſa pugna equeſtri ad pedeſtrem hiſpani deſcenderūt.Romani ĩperatores:ut turbatos hoſtiū ordines:& trepidatione pauorēq; & fluctātia uiderunt ſigna:hortant:orant milites:ut ꝑculſos inuadāt:neu reſtitui aciē ꝓtiant.Non ſuſtinuiſſent tam infeſtum ĩpetum barbari:ni regulus ipſe Indibilis cū equitibus ad pedes digreſſis ante prima ſigna peditū ſe obieciſſet.Ibi aliquādiu atrox pugna ſtetit.Tandē poſteaquā ii:qui circa regē eminecē reſtantē: deinde pilo terræ affixū pugnabant:obruti telis occubuerūt:tum fuga paſſim cœpta:pluresq; cæſi:quia equos cō ſcendendi ab equitibus ſpatiū nō fuerat:& quia ꝑculſis acriter inſtiterūt rōani.Nec ante abſceſſum eſt:quā caſtris quoq; exuerunt hoſtē Tredecimillia hiſpanoꝝ cæſa eo die.d.ccc.ferme capti.Romanoꝝ ſociorūq; paulo amplius.cc.maxie in leuo cornu ceciderunt.Pulſi caſtris hiſpani:aut qui ex prælio effugerant: ſparſi primo p agros:deinde in ſuas quiſq; ciuitates redierūt.Tum a Mandonio euocati ĩ concilium:conqueſtiq; ibi clades ſuas:increpitis auctoribus belli:legatos mittēdos ad arma tradenda:deditionēq; faciendā cēſuerunt.Quibus culpā in auctores belli Indibilē cæteroſq; principes:quoꝝ pleriq; in acie cecidiſſent: conferentibus tradentibuſq; arma & dedentibus ſeſe reſpōſum eſt:In deditionē ita accepi eos:ſi Mandoniū cæteroſq; belli cōcitatores tradidiſſent uiuos:ſi minus:exercitus ſe in agrū illergetū anxetanorūq;:& deiceps alioꝝ populoꝝ ducturos.Hæc dicta legatis renūciataq; in conciliū.Ibi Mandonius cæteriq; principes cō ꝓhenſi traditi ad ſuppliciū.Hiſpanis populis pax reddita.Stipendiū eius anni duplex:& frumētū ſex mē ſium imperatū:ſagaq; & togæ exercitui:& obſides ad triginta ferme populis accepti.Ita Hiſpaniæ rebellā tis tumultu haud magno motu intra paucos dies concito & cōpreſſo:in Africā oīs terror uerſus.G.Lælius nocte ad Hipponē Rhegiū cū acceſſiſſet:luce prima ad populandū agrū ſub ſignis milites ſocioſq; nauales duxit.Omnibus pacis modo incurioſe agentibus:magna clades illata:nunciiq; trepidi Carthaginem terrore ingenti cōpleuere.Claſſem romanā:Scipionēq; imperatorē(& fama iam fuerat in Siciliā tranſgreſſum)aduenīſſe.Nec quot naues uidiſſent:nec quanta manus agros popularetur:ſatis gnari omnia ĩ maius metu augente accipiebant.Itaq; primo terror pauorq;:deinde mœſticia aīos inceſſit:tantū fortunā mutaſſe:ut qui modo ipſi exercitū ante mœnia rōana habuiſſent uictores:totq; ſtratis hoſtiū exercibus: oēs Italiæ populos aut ui:aut uoluntate in deditionē accepiſſent:ii uerſo marte Africæ populationes & obſidionem Carthaginis uiſuri forent:nequaquā pari ad patienda ea robore ac romāi fuiſſent.illis rōanam plebē: illis Latium iuuentutē ꝑbuiſſe:maiorē ſemp frequentioremq; pro tot cæſis exercitibus ſoboleſcēte. cæteroꝝ ſuam plebē imbellē in urbe: ĩbellem ĩ agris eſſe:mercede parari auxilia ex afris:gente ad omnē auram ſpei mobili atq; infida.Iam regem Syphacē poſt colloquiū cū Scipiōe alienatū. Nec Maſiniſſam apta defectiōe infeſtiſſimū hoſtē:nihil uſquā ſpei:nihil auxilii eſſe.Nec Magonē ex Gallia mouere tumultus quicquā:nec coniūgere ſeſe Annibali.& Annibalē ipſū iam & fama ſeneſcere & uiribus.In hæc deflenda ꝓlapſos ab recenti nuncio aīos rurſus terror inſtans reuocauit ad conſultādū:quonāmodo obuiam ꝑſentibus periculis iretur.Delectus raptim in urbe agriſq; haberi placet: mittere ad cōducenda auxilia:munire urbē:frumētū conuehere:tela arma parare: inſtruere naues:& mittere ad Hipponem aduerſus rōanam claſſem.Iam hæc agentibus nūcius tādem uenit:Lælliū nō Scipionē;copiaſq;:quātæ ad incurſiones agroꝝ ſatis ſint: trāſuectas:ſummā belli molē adhuc in Sicilia eſſe.Ita reſpiratū:mittiq; ad Syphacē legationes:alioſq; regulos firmandæ ſocietatis cauſa cœptū.Ad Philippū quoq; miſſi:qui ducenta argenti talenta pollicerent: ut in Siciliā aut in Italiā traiiceret:& ad ſuos ĩperatores in Italiā:ut omni terrore Scipionē retinerent.Ad Magonē etiā nō legati modo:ſed.xxv.naues longæ:ſexmillia peditū:octingenti equites:& ſeptē elephanti adhuc magna pecunia ad cōducenda auxilia:quibus frætus ꝓpius urbē Romā exercitū admoueret: cōiungeretq; ſe Annibali.Hæc Carthagine parabāt agitabātq; ad Lælliū ꝑdas ingentes ex agro inermi ac nudo ꝑfidiis agē tem Maſiniſſa fama rōanæ claſſis excitus cū equitibus paucis uenit.Is ſegniter rem agi a Scipione quæſtus: quod nō iā exercitū in Africā traieciſſet:ꝑculſis Carthaginēſibus:Syphacē ĩpedito finitimis bellis: quē certum haberet:ſi ſpatiū ad ſua:ut uelit:cōponēda deſ:nihil ſincera fide cū rōanis actuꝝ .hortareſ ac ſtimularet Scipionē nō ceſſare.Se quāquā regno pulſus eēt:cū haud conténēdis copiis affutuꝝ peditū equitūq; Nec ipſi Lælio morandū in Africa eſſe:claſſem credere ꝓfectā a Carthagine:cū qua abſente Scipiōe:nō ſatis tutū eſſet cōtrahi certamē.Ab hoc ſermone dimiſſo Maſiniſſa:Lælius poſtero die naues ꝑda honuſtas ab Hippone ſoluit:reuectuſq; ĩ Siciliā maſiniſſæ mādata Scipiōi expoſuit.Eiſdē ferme diebus naues:quæ a Carthagie ad Magonē miſſæ erāt:inter albigaunos:ligureſq; alpinos Genuā acceſſerūt. In iis locis tū forte Mago tenebat claſſē:qui legatoꝝ auditis uerbis iubentiū exercitus cōparare quāmaxīos: extēplo gallorum & liguꝝ(nāq; utriuſq; gētis īgens ibi multitudo erat)cōciliū habuit.Et miſſū ſe ad eos uindicādos in libertatē ait:ut & ipſi cernāt mitti ſibi ab domo præſidia:ſed quātis uiribus : quātoq; exercitu id bellū gerat:in eoꝝ poteſtate eſſe:duos exercitus rōanos:unū ĩ Gallia:alterū ĩ Ethruria eſſe ſatis ſcire.Sp. Lucretiū ſe cum.M.Liuio iuncturum:multa millia ipſis etiā armanda eſſe: ut duobus ducibus:duobus exercitibus romanis reſiſtatur.Galli ad id ſummam ſuam uoluntatem eſſe dicere.ſed cum una caſtra intra fines:altera infinitima terra Ethruria prope in conſpectu habeant:ſi palam fiat auxiliis adiutum ab ſeſe eſſe pœnum

extemplo infestos utrinq; exercitus in agrum suum incursuros: ea ab gallis desideraret: quibus occulte ad iuuari posset, liguribus: quod ꝓcul agro urbibusq; eoꝝ castra romana sint: libera consilia esse. illos armare iuuentutē: & capessere ꝓ pte bellum æquū esse. Ligures haud abnuere tēpus modo duoꝝ mensiū petere ad delectus habendos. Interim Mago milites: gallis dimissis: clam ꝑ agros eoꝝ mercede cōducere: commeatus quoq; oīs generis occulte ad eū a gallicis populis mittebant. M. Liuius exercitū uolonū ex Ethruria in Galliam traducit: iūctusq; Lucretio: si se Mago ex liguribus ꝓpius urbē moueat: obuiam ire parat. Si pœnus sub angulo alpium quietus se contineat: & ipse ī eadē regiōe circa Ariminū Italiæ præsidio futurus. Post reditum ex Africa. G. Lelii: & Scipiōe stimulato Masinissæ adhortatiōibus: & militibus p̄dam ex hostium terra cernētibus: tota classe efferri accensis ad traiiciendū: quāprimum interuenit maiori minor cogitatio Locros urbē recipiendi: quæ sub defectionē Italiæ desciuerat & ipsa ad pœnos. spes autē affectādæ eius rei ex minima re affulsit: quod latrociniis magis: quā iusto bello in brutiis gerebant res: principio a numidis facto: & brutiis nō societate magis punica: quā suopte ingenio cōgruentibus in eum morē. postremo romani quoq; milites iam cōtagione quadā rapto gaudentes: quantū ꝑ duces licebat excursiones ī hostium agros facere. Ab iis egressi quidā urbe locrenses circunuēti: Rhegiūq; abstracti fuerant. In eo captiuoꝝ numero fabri quidā fuere: assueti forte apud pœnos mercede opus in arce locroꝝ facere: ii cogniti a locrensiū prīcipibus: qui exulabāt Rhegii: pulsis ab aduersa factiōe: quæ Annibali Locros tradiderat: Rhegiū se contulerāt. Cum cætera ꝓcunctātibus: ut mos est: qui diu absunt: quæ domi agerent: exposuissent: spem fecerunt: si redempti ac remissi forent: arcē se iis tradituros. ibi se habitare: fidēq; sibi reꝝ oīum inter carthaginēses esse. Itaq; ut qui simul desiderio patriæ agerent: simul cupiditate inimicos ulciscendi arderent: redemptis extemplo iis remissisq;: cum ordine agendæ rei cōposuissent: signa quoq;: quæ procul edita obseruarent: ipsi ad Scipionē Syracusas ꝓfecti: apud quē pars exulū erat: referentes sibi ꝓmissa capti uoꝝ: cum spem ab effectu haud abhorrentē consuli fecissent: tribuni militū cū iis: M. Sergius: &. P. Matienus missi: iussiq; ab Rhegio triamillia militū Locros ducere: &. Qu. Plēinio ꝓptori scriptū: ut rei agendæ adesset. Profecti ab Rhegio scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas portātes: media ferme nocte ex eo loco: unde conuenerat: signum dedere ꝓditoribus arcis: qui parati intenti & ipi scalas ad idpsum factas cum demisissent: pluribusq; simul locis scandētes accepissent: priusquā clamor orirēt in uigiles pœnorum: ut in nullo metu sopitos impetus est factus: quoꝝ gemitus primo morientiū ex auditus. deinde subita consternatio ex somno: & tumultus: cum causa ignoraretur: postremo certiores aliis excitantibus alios: iam pro se quisq; ad arma uocabat: hostes in arce esse & cædi uigiles: oppressiq; forent romani nequaquā numero pares: ni clamor ab iis: qui extra urbē erāt: sublatus incertū: unde accidisset: oīa uana augente nocturno tumultu fecisset. Itaq; uelut plena iam hostiū arce territi pœni: omissō certaīe: ī alterā arcem (duæ sunt haud multum inter se distantes) confugiūt. Oppidani urbē habebāt uictoribus p̄miū in medio positam. ex arcibus duabus prælīis quottidie leuibus certabāt. Qu. Pleminius romano: Amilcar punico præsidio præerat: & accersentes ex ꝓpinquis locis subsidia copias augebant. Ipse postremo ueniebat Annibal: nec sustinuissent rōani: nisi locrensium multitudo exacerbata superbia atq; auaritia pœnoꝝ ad romanos inclinasset. Scipioni ut nunciatum est: in maiore discrimine Locris rem uerti: ipsumq; Annibalē aduentare: ne præsidiū etiā piclitarēt haud facile inde receptū: & ipse a Messana: L. Scipione fratre in præsidio ibi relicto: cū primū æstu fretū inclinatū est: naues mari secundo misit. & Annibal a Butroto anni: haud ꝓcul is ab urbe Locris abest: nuncio præmisso: ut sui luce prima summa ui prælium cū romanis ac locrensibus consererent: dū ipse auersis omnibus in eum tumultū a tergo urbē icautā aggrederēt: ubi luce cœptā iuenit pugnā: ipse nec in acrē se includere turba locū artū ipediturus uoluit: neq; scalas: quibus scāderet muros: attulerat. sarcinis in aceruū cōiectis: cū haud ꝓcul muris ad terrorē hostiū aciem ostendisset: cū equitibus numidis circūequitabat urbem: dum scalæ quæq; alia ad oppugnandū opus esset parantur: ad uisendum qua maxima parte aggrederetur progressus ad murū scorpione ictus: qui ꝓximus forte eum steterat: territus inde tam piculoso casu receptui canere cum iussisset: castra ꝓcul ab ictu teli cōmuniit. Classis romana a Messana Locros multa die superāte accessit. Expositi omnes e nauibus & ante occasum solis urbē ingressi sūt. postero die cœpta ex arce a pœnis pugna: & Annibal iam scalis aliisq; oībus ad oppugnationē paratis subibat muros: cū repente in eū nihil minus: quā tale quicquā timentē patefacta porta erūpunt romani: ad. cc. īprouidos cū inuasissent: occidunt. Cæteros Annibal ut consulē adesse sensit: in castra recepit: nunciocq; misso ad eos: qui in arce erant: ut sibimet ipsis cōsulerent: nocte motis castris abiit: & qui in arce erant: igni iniecto tectis: quæ tenebant: ut is tumultus hostem moraretur: agmen suorum fugæ simili cursu āte nocte assecuti sunt. Scipio ut & arcē relictā ab hostibus & uacua uidit castra: uocatos ad concionē locrēses grauiter ob defectionē incusauit. De auctoribus suppliciū sumpsit: bonaq; eoꝝ principibus alterius factiōis ob egregiam fidē aduersus romanos concessit. Publice nec dare: nec eripere se quicquam locrensibus dixit: Romam mitterent legatos: quam senatus censuisset eam fortunam habituros. illud satis scire: & si male de populo romano meriti essent: in meliore statu sub iratis romanis futuros: quam sub amicis carthaginensibus fuerunt. Ipse. Qu. Pleminio legato præsidioque: quod arcem ceperat: ad tuendam urbem relicto: cum quibus uenerat copiis: Messanam traiecit. Ita superbe & crudeliter habiti locrenses a carthaginensibus post defectionem ab romanis fuerant: ut modicas iniurias non æquo

modo animo pati:sed prope libenti uidere possent. uerūeninuero tantum Pleminius Amilcarem præsidii præfectum:tantū præsidiarii milites romani pœnos scelere atq; auaritia superauerūt:ut nō armis:sed uitiis uidereť certari. nihil omniū:quæ inopi inuisas opes potētioris faciūt:ptermissum ī oppidanos est ab duce: aut a militibus. in corpora ipsoꝝ:in liberos:in cōiuges infandæ cōtumeliæ editæ. Nam auaritia ne sacroꝝ quidē spoliatione abstinuit: nec alio modo tēpla uiolata: sed Proserpinæ etiā intacti omni ætate thesauri: præterquā qđa Pyrrho:qui cū magno piaculo sacrilegii sui manubias rettulit:spoliati dicebanť. Ergo sicut ante regiæ naues laceratæ naufragiis nihil in terrā ītegri p̄ter sacram pecuniā deæ:quā exportabāt: extulerant:tum quoq; alio genere cladis eadē illa pecunia oībus cōtactis ea uiolatiōe tēpli furorē iniecit:atq; īter se ducē in ducē:militē in militē rabie hostili uertit. Summæ rei Pleminius præerat: militū pars sub eo:quā ipse ab Rhegio abduxerat:pars sub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo pleminii miles fugiens sequētibus:quoꝝ erat:obuius forte Sergio:& Metieno tribuno militū fuit: cui cū iussu tribunoꝝ adēptū esset poculū:prīo iurgiū:deīde clamor quoq;:pugna postrēo orta inter Pleminii milites tribunorūq;:ut suis quisq; opportunus aduenerat:multitudini simul ac tumultu crescēte. Victi Pleminii milites cū ad Pleminiū cruorē & uulnera ostētātes:nō sine uociferatiōe atq; īdignatiōe cōcurrissent:p̄bra ī eūip̄m iactata in iurgiis referentes: accensus ira domo sese ꝓripuit: uocatosq; tribunos nudari ac uirgas expediri iubet. Dum spoliandis iis(repugnabant enī:militūq; implorabāt auxiliū)tēpus teritur:repēte frequētes milites feroces recenti uictoria ex oībus locis uelut aduersus hostes:cū ad arma conclamatū esset:cōcurrerūt. & cum iam uiolata uirgis corpora tribunoꝝ uidissent:tū uero in multo īpotentiorē subito rabiē accensi sine respectu nō maiestatis mō:sed inhumanitatis in legatū impetū: lictoribus primū indignū in modum mulctatis:faciunt:tum ipsum ab suis interceptū & secluſum hostiliter lacerant:&ꝓpe exanguem naso auribusq; mutilatis reliquūt. His Messanā nunciatis:Scipio post paucos dies Locros aduectus cū causam Pleminii & tribunoꝝ audisset:Pleminio noxa liberato:relictoq;in eiusdē loci p̄sidio:tribunis sontibus uindicatis & in uincula coniectis:ut Romā ad senatū mitterēť:Messanā atq; Syracusas rediit. Pleminius impotens iræ: neglectā ab Scipione & nimis leuiter latā suā iniuriā ratus:nec quēquā æstimare aliū eam litē posse: nisi qui atrocitatē eius patiēdo sensisset:tribunos attrahi ad se iussit:laceratosq; oībus: quæ pati corpus ullum potest:suppliciis interfecit:nec satiatus uiuoꝝ pœna in sepultos,iecit:simili crudelitate & in locrēsium principes est usus:quos ad cōquerendas iniurias ad. P. Scipionē ꝓfectos audiuit: & qui antea per libidinē atq; auaritiā fœda exēpla in socios ediderat:tūc ab ira multiplici ea edere: infamiæ atq; inuidiæ non modo sibi:sed etiā īperatori esse. Iam comitioꝝ appetebat tēpus:cum a. P. Licinio litteræ Romā allatæ sūt se exercitūq; suū graui morbo afflictari nec sisti potuisse:nisi eadē uis mali aut grauior etiā in hostes īgruisset. Ita quoniā ipse uēire ad comitia nō potuisset:si ita patribus uidereť:se. Qu. Cecilium Metellū dictatorē comitioꝝ causa dictuꝝ:exercitūq; .Qu. Cecilii dimitti e rep. esse. nam neq; usum eius ullū ī præsentia eē: cum Annibal iā in hyberna se suosq; receperit:& tanta incesserit in ea castra uis morbi: ut nisi mature dimittatur:nemo omniū superfuturus uideať. ea cōsuli a patribus faciēda ut e rep. fideq; sua duceret pmissa. ciuitatē eo tēpore repens religio inuaserat inuento carmine in libris Sibyllinis ꝓpter crebrius eo anno de cælo lapidatū inspectis:quādoq; hostis alienigena terræ Italiæ bellū intulisset:eū pelli italia uinciq; posse: si matris ideæ pessimunte numē Romā aduectū foret. Id carmē a decēuiris inuentū eo magis patres mouit: quod & legati: qui donū Delphos portauerant:referebant:& sacrificantibus ipsis pythio apollini: oīa læta exta fuisse: & responsum oraculo editū maiorē multo uictoriā:quam cuius ex spoliis dona portarēt: adesse populi romani. In eiusdē spei summā conferebāt. P. Scipionis uelut præsagiētē animū de fine belli:q depoposcisset ꝓuinciā Africā. Itaq; quo maturius satis oībus oraculisq; portēdētis sese uictoriæ cōpotes fierent:id cogitare atq; agitare:quæ ratio transportandæ Romā deæ esset. nullas tum in Asia ciuitates sociās habebat populus romanus: tamen memores Aesculapium quoq; ex Græcia quondā haud dum ullo fœdere sociata ualitudinis populi causa accersitum:& iam cum Attalo rege,ꝓpter commune aduersus Philippum bellum cœptam amicitiam esse facturum eum:quæ posset populi romani causa:legatos ad eū decernunt. M. Valerium Leuinum:qui bis consul fuerat:ac res in Græcia gesserat: M. Cecilium Metellum prætorium: Sulpicium Galbam Aedilitium: duos quæstores:G. Tremelium Flaccum: &. M. Valerium Falconem. Hæ quinq; naues quinqueremes ut ex dignitate populi romani adirent eas terras:ad quas concilianda maiestas nomini romano esset:decernunt. Legati Asiam petentes ꝓtinus Delphos cum descēdissent:oraculum adierunt:consulentes ad quod negotium missi domo essent: pficiēdi eius: quam sibi spem populoq; romano portenderet. Responsum esse ferunt p Attalum regem compotes eius fore:quod peterent:cum Romam deam deuexissent:tum curarent:ut eam:qui uir optimus Romæ esset:hospitio acciperet. Pergamum ad regem uenerunt. is legatos comiter acceptos Pessimuntem in Phrygiam deduxit:sacrūque iis lapidē:quē matrē deū īcolæ eē dicebāt:tradidit:ac deportare Romā iussit. Præmissus ab legatis. M. Valerius Flacco nūciauit deā apportari: quærēdū uiꝝ optimū ī ciuitate esse:qui eā rite hospitio acciperet Qu. Cecilius Metellus dictator a cōsule ī brutiis comitioꝝ cā dictus:exercituſq; eius dimissus:magister equitū. L. Veturius Philo. cōitia p dictatorē habita. cōsules facti. M. Cornelius Cethegus. P. Sēpronius Tuditanus absēs:cū ꝓuintiā Græciā hēret. Prætores īde creati Claudius nero:M. Martius ralla:L. Scribonius Libo:M. Pōponius Matho comitiis pactis:dictator sese magistratu abdicauit. Ludi rōani ter: plebeii septies

instaurati.Curules erant Aediles.G.& Lucius Cornelii Lentuli.L.Hiſpaniã ꝓuinciam habebat:abſens creatus abſens eum honorẽ geſſit.T.Claudius Aſellius : Marcus Iunius Pœnus plebeii Aediles fuerunt. Aedẽ Virtutis eo anno ad portã capenã Marcus Marcellus dedicauit:ſeptimodecimo anno poſteaquam a patre eius primo conſulatu uota in Gallia ad Claſtidium fuerat.& flamẽ martialis eo anno eſt mortuus Marcus Aemylius regulus.Neglectæ eo bienio res in Græcia erãt.Itaq; Philippus Aetolos deſertos ab romano:cui uni fidebãt:auxilio:quibus uoluit cõdicionibus ad petẽdam & paciſcendã ſubegit pacem: quod niſi omnia perficere maturaſſet:bellantem eum cũ ætolis.P. Sempronius ꝓconſul ſucceſſor imperii miſſus Sulpicio cum decẽmillibus peditũ:& mille equitibus:& trigintaquinq; roſtratis nauibus:haud paruũ momentum ad opem ferendã ſociis:oppreſſiſſet. Vixdum pace facta:nuncius regi uenit:romanos Dyrrhachiũ ueniſſe:parthinoſq;:& ꝓpinquas alias gentes motas eſſe ad ſpem nouandi res: Dimallũq; oppugnare. Eo ſe auerterant romani ab ætolorũ:quo miſſi erant auxilio:irati quod ſine auctoritate ſua aduerſus fœdus: cũ rege pacem feciſſent.Ea cum audiſſet Philippus:ne qui motus maior in finitimis gentibus populiſq; oriretur:magnis itineribus Apolloniã cõtendit:quo Sempronius ſe receperat: miſſo Vectorio legato cũ ꝑte copiarũ:&.xv.nauibus in Aetholiam ad uiſendas res:pacẽq;:ſi poſſet:turbandã.Philippus agros Apolloniatium uaſtauit:ad urbem admotis copiis poteſtatẽ pugnæ romano fecit.quẽ poſteaquã quietũ muros tantũmodo tueri uidit:nec ſatis fidens uiribus ut urbem oppugnaret:cum romanis quoq; ſicut cũ ætolis cupiens pacẽ:ſi poſſet; ſi minus iducias facere:nihil ultra irritatis nouo certamĩe odiis in regnum ſe recepit. Per idem tempus tædio diutini belli epirotæ:tentata prius romanorũ uoluntate: legatos de pace cõmuni ad Philippũ miſere:ſatis cõfidere conuenturã eam affirmantes:ſi ad colloquiũ cũ. P.Sempronio imperatore ueniſſet:facile ꝑpetratum(neq; enim ipſius quidẽ regis abhorrebat animus)ut in Epirum trãſiret.Penice urbs eſt Epiri: ibi prius collocutus rex cũ Eropo:& Darda:& Philippo epirotarũ prætoribus:poſtea cũ .P. Sempronio congreditẽ.Affuit colloquio & Aminander athamanũ rex:& magiſtratus alii epirotarũ & acarnanum.Primus Philippus prætor uerba fecit:& petiit ſimul ab rege & imperatore romano:ut finẽ belli faceret:daretq; eam epirotis ueniam.P.Sempronius condiciones pacis dixit:ut parthini:& Dimallũ:& Bargulum:& Eugeniũ romanorũ eſſent:Atinthanias miſſis Romã legatis ad ſenatum impetraſſe ut Macedonia cederet.In eas cõdiciones cum pax conueniſſet:ab rege fœderi aſcripti:Pruſia Bithynæ:achæi: boetii: Theſſalia acarnanes:epirotæ:ab romanis ilienſes:Attalus rex:Pleuratus:Nabis lacedæmonioꝝ tyrannus: elei:meſſenii:athenienſes.Hæc cõſcripta modo conſignataq; ſunt:& in duos menſes inducię factæ:donec Romam mitterent legati:ut populus in has condiciones pacẽ iuberet:iuſſeruntq; oẽs tribus:quia auerſo in Africam bello:oĩbus aliis in præſentia leuari uolebant bellis. Sempronius pace facta ad conſulatũ Romam deceſſit.P.Sempronio:M.Cornelio conſulibus:quintuſdecimus is annus punici belli erat: prouĩciæ Cornelio Ethruria cum uetere exercitu:Sempronio Brutii ut nouas ſcriberet legiones decretæ. prætoribus:M.Martio urbana:L.Sribonio Liboni pegrina:& eidẽ Gallia:M.Pomponio Mathoni Sicilia:T.Claudio Neroni Sardinia euenit.P.Scipioni ꝓconſuli cum eo exercitu cũq; ea claſſe:quã habebat:prorogatũ in annum imperiũ eſt.item.P.Licinio ut brutios cum duabus legionibus obtineret:quoad eum cũ imperio in ꝓuincia morari conſuli e republica uiſum eſſet.&.M.Liuio:&.Sp. Lucretio cum binis legionibus: quibus aduerſus Magonem Galliæ præſidio fuiſſent;ꝓgatum imperiũ eſt:&.Gn.Octauio:ut cum ſardiniã legionẽq;.T.Claudio tradidiſſet:ipſe nauibus longis.xl.maritimã oram:quibus finibus ſenatus cenſuiſſet: tutaretur.M. Pomponio prætori in Sicilia cannẽſis exercitus duæ legiones decretæ ſunt:T.Quintius Tarentum:G.Hoſtilius Capuã ꝓprætores ſicut priore anno cum uetere uterq; præſidio obtinerent.De Hiſpaniæ imperio:quod in eam ꝓuinciam duos ꝓconſules mitti placeret:latum ad populũ eſt.Omnes tribus eoſdem:L.Corneliũ Lentulũ:&.L.Manliũ Accidinũ ꝓconſules:ſicut priore anno tenuiſſent:obtinere eas prouincias iuſſerunt.Conſules delectum habere inſtituerunt:& ad nouas ſcribendas in brutios legiões:& inde cæterorũ(ita enim iuſſi a ſenatu erant)exercitum ſupplementũ:quanquã nondum aperte Africa prouincia erat decreta:occultãtibus:id credo:patribus ne præſciſcerent carthaginẽſes:tamẽ in eam ſpem erecta ciuitas erat:in Africa eo anno debellatũ iri:finemq; bello punico adeſſe. Impleuerat ea res ſuperſtitiõe animos:proniq; & ad nũcianda:& ad credenda prodigia erant . Ea plura uulgabantur:duos ſoles uiſos: & nocte interluxiſſe.& facem ſtellæ ſpecies ab ortu ſolis ad occidentẽ porrigi uiſam. Tarracinæ portã: Anagninæ portam:& multis locis murũ de cælo tactum.In æde Iunonis Soſpite Lauinii cũ horrendo fragore ſtrepitũ editum eorũ ꝓcurandorũ cauſa diem unum ſupplicatio fuit:& nouẽdiale ſacrum:quod de cælo lapidatum eſſet:factum.eo acceſſit cõſultatio de matre Idæa accipienda: quã prætерquã quod.M. Valerius unus ex legatis regreſſus ac tutũ ĩ Italia fore nũciauerat: recens nuncius aderat Tarracinæ iam eſſe.Haud paruæ rei iudicium ſenatum tenebat. qui uir optimus ĩ ciuitate eſſet.uerã certe uictoriam eius rei ſibi quẽque mallet:quam ulla imperia:honoreſue ſuffragio ſeu patrum:ſeu plebis delatos.Patreſconſcripti.P.Scipionem filium eius:qui in Hiſpania occiderat:adoleſcentem nondũ quæſtorium iudicauerunt in tota ciuitate uirum optimum eſſe.Id quibus uirtutibus inducti ita iudicauerint:ſicut traditum a proximis memoriæ temporum illorũ ſcriptoribus libens poſteris tradiderim:ita eas opiniões coniectãdo rem uetuſtate obrutã nõ interponã.P.Cornelius cũ oĩbus matronis Oſtiam ire iuſſus obuiã deæ:iſq; eam de naue acciperet:& ĩ terram elatam tradere referendã matrõis.poſteaquã nauis ad hoſtium amnis tyberini acceſſit:

ſicut erat iuſſus:ī ſalum naue euectus a ſacerdotibus deam accepit extulítq; in terram. Matronæ primores ciuitatis:inter quas unius Claudiæ Quintiæ inſigne eſt nomen:accepere:cui dubia:ut traditur : antea fama clariorem ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit.Eæ per manus ſuccedentes deinde aliæ aliis omni effuſa ciuitate obuiá:turibulis ante ianuá poſitis:qua pferebatur atq; accenſo ture: p̄cantibus ut uolens propiciaq; urbem Romam iniret:in ædem Victoriæ:quæ eſt in palatio:pertulere deam pridie idus aprilis:iſq; dies feſtus fuit.Populus frequens dona deæ in palatio tulit:lectiſterniumq; & ludi fuere:megalenſia appellata. Cum de ſupplemēto legionum ageretur:quæ ī prouinciis erant:tempus eſſe a quibuſdam ſenatoribus ſubiectum eſt:quæ dubiis in rebus utcūq; tolerata eſſent : eo dempto iam tandē deū benignitate metu nō ultra pati.Erectis expectatione patribus ſubiecerūt:colonias latinas duodecim:quæ Qu.Fabio &.Qu.Fuluio conſulibus:abnuiſſent:milites dare:eas ānum iam ferme ſextū uacationem militiæ quaſi honoris cauſa & beneficii habere:cum iterim boni obediēteſq; ſocii pro fide atq; obſequio imperii romani continuis omnium annoꝝ delectibus exhauſti eſſent.Sub hanc uocē noua memoria magis patribus renouata rei prope iā obliteratæ eſt:quā ira irritata. Itaq; nihil prius referre conſules paſſi decreuere:ut conſules magiſtratus denoſq; principes Nepte:Sutrio:Ardea:Calibus:Alba:Carſeolis:Sora:Sinueſſa:Setia:Cercæis:Narnia: Interamne(eæ nāq; coloniæ in ea cauſa erant)Romam excirent :iis imperarent: quantum quæque earum coloniaꝝ militū plurimū dediſſet populo romano: ex quo hoſtes in Italia eēnt: duplicatum eius ſummæ numeꝝ peditū daret:& equites centenos uicenos:Siqua eaꝝ numerū equitū explere non poſſet:pro equite uno tres pedites liceret dare.pedites equiteſque quam locupletiſſimi legerēt: mitteréturque ubicūque extra Italiam ſupplemento opus eſſet: ſiqui ex iis recuſarent:retineri eius coloniæ magiſtratus legatoſq; placere:neque:ſi poſtularēt:ſenatū dari:priuſquam imperata feciſſent.Stipēdiū præterea iis coloniis.iii.millia æris aſſes ſingulos imperari exigiq; quotannis:cenſumq; in iis coloniis agi ex formula ab romanis cēſoribus data.Dare aūt placere eandē:quam populo romano:deferriq; Romam ab iuratis cēſoribus coloniarum priuſquā magiſtratu abirēt.Ex hoc.S.C.accitis Romā magiſtratibus primoribuſq; eaꝝ coloniarū:conſules cum milites ſtipendiumq; imperaſſent:alii aliis magis recuſare ac reclamare.Negare tantum militum effici poſſe:uix ſi ſimplum ex formula imperetur enixuros.orare atque obſecrare:ut ſibi ſenatum adire ac deprecari liceret:nihil ſe:quare perire merito deberent:admiſiſſe.ſed ſi peundum etiam foret:neq; ſuum delectum:neq; iram populi romani ut plus militum darēt: quam hēnt: poſſe efficere.Conſules obſtinati manere legatos Romæ iubent:magiſtratus ire domos ad delectus habēdos niſi ſumma militū: quæ imperata eēt:Romā adducta:neminē iis ſenatū datuꝝ.Ita præciſa ſpe ſenatū adeundi deprecandiq; delectus in iis.xii.coloniis p longā uacationē numero iunioꝝ aucto haud difficulter eſt pfectus.Altera itidē res ꝓpe æque longo neglecta ſilentio relata a.M.Valerio Leuino eſt:qui priuatis collatas pecunias ſe:ac.M.Claudio cōſule reddi tandē æquū eſſe dixit.nec mirari quēquā debere in publica obligata fide ſuā præcipuā curā eſſe:nā præterquā quod aliquid ꝓprie ad cōſulem eius anni:quo collatæ pecuniæ eſſent:ptineret:etiam ſe auctorem ita cōferendi fuiſſe in inopia ærarii:nec plebe ad tributū ſufficiente.Grata ea patribus admonitio fuit:iuſſiſq; referre cōſulibus decreuerūt:ut tribus pēſionibus ea pecunia ſolueretur.primā præſentem ii:qui tum eſſent:duas tertii & quinti cōſules numerarent . Omnes deinde alias curas una occupauit:poſteaquā locrenſiū clades:quæ ignotæ ad eam diē fuerāt: legatoꝝ aduētu uulgatæ ſunt.nec tam.Qu.Pleminii ſcelus:quā Scipionis ī eo aut ambitio aut negligētia iras hominū irritauit.Decem legati locrenſium obſiti ſqualloré & ſordibus: ī comitio ſedātibus cōſulibus:uelamēta ſupplicū ramos oleæ(ut græcis mos eſt)porrigētes ante tribunal cū flebili uociferatione humi ꝓcubuerunt.Quærentibus cōſulibus locrenſes ſe dixerunt eſſe:paſſos ea a.Qu.Pleminio legato romaniſq; militibus:quæ pati ne carthaginenſes quidem uelit populus romanus:rogare uti ſibi patres adeundi deplorādiq; erumnas ſuas poteſtatem facerent.Senatu dato:maximus natu ex iis Scio:inquit:quāti æſtimētur noſtræ apud uos querelæ.P.C.plurimū in eo mométi eſſe:ſi ꝓbe ſciatis & quomodo ꝓditi Locri Annibali ſint:& quomodo pulſo Annibalis præſidio reſtituti ī dicioné ueſtrā.quippe ſi & culpa defectionis procul a publico cōſilio abſit:& reditum in ueſtram dicioné appareat:nō uoluntate ſolum:ſed etiam opere ac uirtute nſra: magis īdignemini bonis ac fidelibus ſocii tā atroces atq; īdignas iniurias ab legato ueſtro [illegible] tibuſq; fieri.Sed ego cām utriuſq; defectionis noſtræ in aliud tēpus differendā arbitror eſſe duaꝝ [illegible] gratia.unius ut coram.P.Scipione:qui Locros recepit:quiq; perinde nobis recte ꝓperamq; factoru[illegible]ſtis:agatur:alterius quod qualeſcunq; ſumus: tamē hæc:quæ paſſi ſumus:pati non debuimus. No[illegible]mus diſſimulare.P.C.nos cū præſidium punicum ī arce noſtra haberemus:multa fœda & indigna a præfecto præſidii Amilcare:& ab numidis afriſq; paſſos eſſe.ſed quid illa ſunt collata cum iis:quæ hodie patimur:Cum bona uenia:quæſo:audiatis.P.C.id:quod inuitus eloquar.In diſcrimine eſt nūc humanū genus:utrū uos:an carthaginenſes principes orbis terrarum uideantur.ſed ſi ex iis:quæ locrenſes:aut ab illis paſſi ſumus:aut a ueſtro præſidio:nūc cū maxime patimur:æſtimandū romanū ac punicum ꝑium ſit: nemo nō illos ſibi:quā uos dominos præoptet.& tamen uidete quēadmodum locrenſes in uos animati ſint:cum a carthaginenſibus iniurias multo minores acciperemus:ad ueſtrum imperatorem cōfugimus: cum a ueſtro præſidio pluſquam hoſtilia patiamur: nuſquā alio:quā ad uos querelas detulimus.Aut uos reſpicietis ꝓditas res noſtras.P.C.aut ne ab diis quidem īmortalibus quod precemur:quicquam ſupereſt.

Qu.Pleminius legatus missus est cum præsidio ad recipiendos a carthaginẽsibus Locros: & cum eodem ibi relictus est præsidio.in hoc legato uestro(dant enim animũ ad loquendũ libere ultimæ miseriæ) nec hominis quicquã é patresc̃oscripti præter figurã & speciem:neq; romani ciuis præter habitũ uestitũq;:& sonũ latinæ liguæ:pestis ac bællua imanis quale fretũ quondam:quo ab Sicilia diuidimur;ad ꝓniciem nauigantium circunsedisse fabulæ ferunt:ac si scelus libidinéq; & auaritiam solus ipse exercere in socios uestros satis haberet:unam ꝓfundam quidem uoraginem tamen patientia nostra expleremus.Nunc omnes centuriones militesq; uestros(adeo in ꝓmiscuo licẽtiam atq; improbitatẽ esse uoluit)Pleminius fecit.oés rapiunt:spoliant:uerberant:uulnerant:occidunt:constuprant matronas:fiunt in uirgines ingenuas raptus ex cõplexu parẽtum:quottidie capitur urbs nostra:quottidie diripitur:dies nocteq; passim omnia mulierum puerorumq;:qui rapiuntur atq; asportantur:ploratibus sonant.Miretur:qui sciat quomodo aut nos ad patiendum sufficiamus:aut illos:qui faciunt:nondum tãtaq; iniuriaq; satietas ceperit.neq; ego exequi possum:nec uobis opus est audire singula:quæ passi sumus.cõmuniter omnia amplectar. Nego domum ullam Locris:nego quẽquam hominem expertem iniuriæ esse:nego ullum genus sceleris libidinis ac auaritiæ supesse:quod in eorũ ullo:q pati potuerint: prætermissum sit.uix ratio iniri potest:uter casus ciuitatis sit detestabilior:cum hostes bello urbem cepere:an cum exitialis tyrannus ui atq; armis oppressit: oía: quæ captæ urbes patiuntur;passi sumus:& cum maxime patimur patresconscripti omnia:quæ crudelissimi atq; importunissimi tyranni scelera in oppressos ciues edunt:Pleminius in nos liberosq; nostros con iugesq; edidit.Vnum est:de quo nominatim:& nos queri religio infixa animis cogat:& uos audire & exoluere rempublicam uestram religione:si ita uobis uidebitur:uelimus.P.C.uidimus enim cum quanta cerimonia non solum uestros colatis deos:sed etiam externos accipiatis.Fanum est apud nos Proserpinæ:de cuius sanctitate templi credo aliquã famam ad uos pueniſſe Pyrrhi bello:qui cũ ex Sicilia rediens Locros classe præteueheret:inter alia fœda:quæ ꝓpter fidẽ nostrã erga uos in ciuitatẽ nostrã facinora edidit:thesauros quoq; Proserpinæ intactos ad eam diem spoliauit:atq; ita pecunia in naues imposita ipse terra est ꝓfectus.Quid ergo euenit.p.c.classis postero die fœdissima tẽpestate lacerata:omnesq; naues: quæ sacrã pecuniam habebant:in littora nostra eiectæ sunt:qua tanta clade edoctus tãdem deos esse superbissimus agnouit rex:pecuniáq; omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri iussit:nec tamẽ illi unquam postea ꝓspere quicquã euenit:pulsusq; Italia ignobili atq; inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit:Hæc cum audisset legatus noster tribunicq; militũ & mille alia:quæ nõ augẽdæ religionis causa: sed præsentis deæ numine sæpe cõperta nobis maioribusq; nostris referebamus: ausi sunt nihilominus sacrilegas admouere manus intactis illis thesauris:& nefanda seipsos præda ac domos contaminare suas: & milites uestros:quibus per uos fidemq; uestram.p.c.priusquã eorum scelus expietis:neq; in Italia:neq; i Africa quicquã rei gesseritis:ne quod piaculi cõmiserunt nõ solum suo sanguine:sed etiam publica clade luant.quanquam ne nunc quidem.P.C.aut in ducibus:aut in militibus uestris cessat ira deæ.iam aliquotiens iter se signis collatis concurrerunt:dux alterius partis Pleminius:alterius duo tribuni militum erãt. non acrius cum carthaginensibus:quam ipsi inter se ferro dimicauerunt:præbuissentq; occasionem furore suo Locros recipiendi Annibali:ni accitus a nobis Scipio interuenisset.At hercule milites contactos sacrilegio furor agitat:in ducibus ipsis puniendis nullum deæ numen apparuit: immo ibi præsens maxime fuit:uirgis cæsi tribuni ab legato sunt.legatus deinde insidiis tribunorum interceptus:præterquam quod toto corpore laceratus:naso quoq; auribusq; decisis exanguis est relictus.Recreatus deinde legatus ex uulneribus tribunos militum in uincula coniectos:deinde uerberibus affectos:seruilibusq; omnibus supplitiis trucidatos cruciando occidit:mortuos deinde prohibuit sepeliri.Has dea pœnas a templi sui spoliatoribus habet:nec ante desinet omnibus eos agitare furiis:quam deposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Maiores quondam nostri graui crotonensium bello:quia extra urbem templum est: transferre in urbem eam pecuniam uoluerunt. nocte audita ex delubro uox est: abstinerent manus: deam sua templa defensuram.quia mouendi inde thesauros incussa erat religio:muro circundare templum uoluerunt. Ad aliquantũ iam altitudinis excitata erãt mœnia:cum subito collapsa ruina sunt. Sed & nunc:& tunc:& sæpe dea suam sedẽ suumque templum aut tutata é:aut a uiolatoribus grauia piacula exegit.nostras iniuria[illegible] potest:nec possit alius ulcisci quam uos.P.C.Ad uos uestramq; fidem supplices confugimus:nihil [illegible]tra interest:utrum legato sub illo præsidio Locros esse sinatis:an irato Annibali & pœnis ad supplicium dedatis.Non postulamus:ut extemplo nobis de absente indicta causa credatis:ueniat:coram ipse audiat:ipse diluat:si quicquam sceleris:quod homo in homines edere potest:in nos prætermisit:non recusamus: quin & nos omnia eadem iterũ: si pati possumus:patiamur:& ille omni diuino humanoq; liberetur scelere.Hæc cũ a legatis dicta eẽnt:quæsissetq; ab iis.Qu.Fabius: detulissent ne eas querelas ad.P.Scipionem:responderunt missos legatos esse:sed eum belli apparatu occupatum esse:& in Africam aut iã traiecisse: aut post paucos dies traiecturum: & legati gratiam: quanta esset apud imperatorem; expertos esse:cum inter eum & tribunos cognita causa tribunos in uincula coniecerit:legatum æque sontem aut magis etiam in ea potestate reliquerit.Iussis excedere extemplo legatis non Pleminius mõ:sed etiã Scipio orationibus lacerari:ante omnes.Qu.Fabius natum eum ad corrumpendam disciplinam militarẽ argue re.Sic & in Hispania plus ꝓpe seditione militum:quam bello amissum externo & regio more:& idulgere

licẽtiæ militũ:& ſæuire in eos.Sententiã deinde æque trucẽ orationi adiecit.Pleminiũ legatũ uinctũ Romam deportari placere:& ex uinculis cauſam dicere:ac ſi uera forẽt:quæ locrenſes quererent:ĩ carcere necari:bonaq; eius publicari.P.Scipionẽ:quod de ꝓuincia deceſſiſſet iniuſſu ſenatus:reuocari agiq; cum triple,ut de imperio eius abrogando ferrent ad populum.Locrenſibus coram ſenatum reſpondere quas ſibi iniurias factas quererẽt:eas neq; ſenatũ:neq; populũ romanũ uelle factas.uiros bonos ſocioſq; & amicos eos appellari:liberos:cõiuges:quæq; alia erepta eſſent:reſtitui.pecuniam:quanta ex theſauris Proſerpinæ ſublata eſſet:cõquiri:duplaq; pecuniã in theſauris reponi:& ſacrum piaculare fieri:ita ut prius quã ad collegium pontificũ referretur:quod ſacri theſauri moti aperti uiolatiq; eſſent:quæ piacula:quibus diis:quibus hoſtiis fieri placeret.milites:qui Locris eſſent:oẽs in Siciliam tranſportari:quattuor cohortes ſocioꝝ latini nominis in præſidiũ Locros adduci.Prorogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiis ꝓ Scipione:& aduerſus Scipionẽ nõ potuere ꝓpter Pleminii facinus locrenſiũq; cladem.Ipſius etiam imperatoris non romanus modo:ſed ne militaris quidẽ cultus iactabat:cũ pallio crepidiſq; inambulare in gymnaſio:libellis etiã eũ paleſtraq; operã dare:æque ſegniter molliterq; cohortem totã Syracuſanꝝ amœnitate frui:Carthaginẽ atq; Annibalẽ excidiſſe de memoria:exercitum oẽm licentia corruptum: qualis Sucrõe ĩ Hiſpania fuerit: qualis nunc Locris ſociis magis:quã hoſti metuendus.Hæc quãquã partim uera:partim mixta:eoq; ſimilia ueris iactabant:uicit tamen.Qu.Metelli ſententia:qui de cæteris maximo aſſenſu de Scipionis cauſa diſſenſit:Qui enĩ cõuenire:quẽ & modo ciuitas iuuenem admodum unum recuperandæ Hiſpaniæ delegerit:ducẽq; recepta ab hoſtibus Hiſpania ad imponendũ punico bello finem creauerit:cõſulem ſpe deſtinauerit Africam ſubactuꝝ:Annibalem ex Italia detractuꝝ.eum repente tanquam.Qu.Pleminiũ ĩ dicta cauſa ꝓpe damnatum ex ꝓuincia reuocari?cum ea:quæ in ſe nefaria facta locrenſes quererent:nẽ præſente quidem Scipione facta dicerent:neq; aliud:quã patientia aut pudor:quod legato peperciſſet:inſimulari poſſet.Sibi placere.M.Pomponium prætorem:cui Sicilia ꝓuincia ſorte eueniſſet:triduo ꝓximo in ꝓuinciam ꝓficiſci.conſules decem legatos:quos iis uideretur ex ſenatu legere:quos cum prætore mitterent: & duos tribunos plebis atq; ædilem:cum eo conſilio cognoſcere prætorem:ſi ea:quæ locrenſes facta quererentur:iuſſu ac uoluntate Publii Scipionis facta eſſent:ut eum de ꝓuincia decedere iuberẽt.ſi Publius Scipio iam in Africam traieciſſet:tribuni plebis atq; ædilis cum duobus legatis:quos maxime prætor idoneos cenſuiſſet:in Africam ꝓficiſcerentur:tribuni atq; ædilis:qui reducerẽt inde Scipionem:legati:qui exercitui præeſſent:donec nouus imperator ad eũ exercitum ueniſſet.Sin Marcus Pomponius & decem legati comperiſſent:neq; iuſſu:neq; uoluntate.P.Scipionis ea facta eſſe:ut in exercitu Scipio maneret:bellumque:ut propoſuiſſet:gereret. Hoc facto.S.C.cũ tribunis plebis actũ eſt:ut cõpararẽt inter ſe:aut ſorte legerẽt:qui duo cũ prætore ac legatis irẽt.Ad collegiũ pontificũ relatũ de expiandis:quæ Locris in templo Proſerpinæ tacta uiolata elataq; inde eſſent.tribuni plebis cũ prætore:& decem legatis ꝓfecti.M.Claudius Marcellus:&.M.Cicius Almintus.ædilis plebis datus eſt:quẽ:ſi aut ĩ Sicilia ꝓtoris dicto audiẽs nõ eſſet Scipio:aut in Africam traieciſſet:præhendere tribuni iuberẽt:ac iure ſacroſanctæ poteſtatis reducerẽt.prius Locros ire:quã Meſſanam conſiliũ erat.Cæteꝝ duplex fama eſt:quod ad Pleminiũ attinet:alii auditis: quæ Romæ acta eſſent: ĩ exiliũ Neapolin euntẽ forte ĩ.Qu.Metellũ unũ ex legatis incidiſſe:& ab eo Rhegiũ ui retractũ:alii ab ipſo Scipione legatũ cũ triginta nobiliſſimis equitũ miſſum:qui Quintũ Pleminiũ ĩ cathænas:& cũ eo ſeditionis principes cõiicerent.li oẽs ſeu ante Scipionis:ſeu tum prætoris iuſſu traditi in cuſtodiã rheginis ſũt.Prætor legatiq; Locros ꝓfecti primum:ſicuti mãdatũ erat:religionis curã habuere:oẽm enim ſacrã pecuniam:quæq; apud Pleminiũ:quæq; apud milites erat:cõquiſitã cũ ea:quam ipſi ſecum attulerãt:in theſauris repoſuerũt:ac piaculare ſacrũ fecerũt.Tũ uocatos ad cõcionem milites prætor ſigna extra urbẽ efferre iubet:caſtraq; ĩ cãpo locat:cũ graui edicto:ſiqs miles aut in urbe reſtitiſſet:aut ſecũ extuliſſet:qđ ſuum nõ eſſet:locrenſibus ſe ꝓmittere:ut quod ſuũ quiſq; cognoſceret:præhenderet:ſiqd non compareret:repeteret.ante omnia libera corpora placere ſine omni mora locrenſibus reſtitui: nõ leui defunctuꝝ pœna:qui nõ reſtituiſſet.Locrenſium deinde concionẽ habuit:atq; iis libertatẽ:legeſq; ſuas populũ romanũ ſenatũq; reſtituere dixit.Siquis Pleminium:aliumue accuſare uelit: Rhegiũ ſe ſequereꝝ. Si de.P.Scipione publice queri uellent:ea:quæ Locris nefarie ĩ deos hoieſq; facta eſſent:iuſſu aut uoluntate.P.Scipionis facta eſſe:legatos mitterẽt Meſſanã:ibi ſe cũ concilio cognituꝝ.Locrenſes prætori legatiſque & ſenatui ac populo romano gratias egere:ſe ad Pleminiũ accuſandũ ituros:Scipionẽ:quãquam parũ iniuriis ciuitatis ſuæ doluerit:eum eſſe uiꝝ:quem amicũ ſibi:quã inimicũ mallent eſſe:ꝓ certo ſe habere neq; iuſſu:neq; uoluntate.P.Scipionis tot tam nefanda cõmiſſa:ſed aut Pleminio nimium:aut ſibi parum creditũ:aut natura inſitum quibuſdã eſſe:ut magis peccare nolint:quam ſatis animi ad uidicanda peccata habeant.Et prætori:& cõcilio haud mediocre onus demptũ erat de Scipione cognoſcẽdi.Pleminium : & alios triginta hoies cum eo damnauerũt:atq; ĩ cathænis Romam miſerunt.Ipſi ad Scipionem ꝓfecti ſunt: ut ea quoq;:quæ uulgata ſermonibus erant:de cultu ac deſidia imperatoris:ſolutaq; militiæ diſciplina cõperta oculis referrent Romã.ueniẽtibus iis Syracuſas Scipio res nõ uerbã ad purgãdum ſe præparauit:exercitũ omnem eo conuenire:claſſem expediri iuſſit:tãquam dimicandũ eo die terra mariq; eſſet cum carthaginenſibus.Quo die uenerũt hoſpitio comiter accepti:poſtero die terreſtres naualeſq; exercitus non inſtructos modo:ſed hos decurrentes claſſem in portu ſimulacrũ & ipſam edentẽ naualis pugnæ oſtẽdit:

tum circa armamentaria & horrea aliumq; belli apparatum uisendum prætor legatiq; ducti: tantaq; admiratio singulaꝝ uniuersarũq; reꝝ incussa:ut satis crederent aut illo duce:atq; exercitu uinci carthaginẽsem populum:aut alio nullo posse.iuberentq;:quod dii bene uerterent:traiicere:& spei conceptæ quo die illum omnes cẽturiæ priorem cõsulem dixissent:primo quoq; tempore compotẽ populum romanũ facerent.adeoq; lætis inde animis ꝓfecti sunt:tanquam uictoriã non belli magnificum apparatum nunciaturi Romã essent.Pleminius quiq; in eadem cãusa erant: posteaquam Romam est uentum:extemplo ĩ carcerem conditi:ac primo ꝓducti ad populum ab tribunis apud præoccupatos locrensium clade animos: nullum misericordiæ locum habuerunt.postea cum sæpius ꝓducerent: iam senescente inuidia mollie-
batur iræ:& ipsa deformitas Pleminii memoriaq; absentis Scipionis facilius eos ad uulgũ cõciliabat:mortuus est tamen prius in uinculis:quã iudicium de eo populi ꝓficeretur.Hũc Pleminium Clodius Licinius in libro tertio reꝝ romanaꝝ refert ludis uotiuis:quos romæ Africanus itereꝝ consul faciebat: conatum ꝓ quosdam:quos pretio corruperat:aliquot locis urbem incendere:ut frangendi carceris:fugiẽdiq; haberet occasionem.patefacto dein scelere:delegatum in Tullianũ ex.S.C.De Scipione nunquã nisi ĩ senatu actũ: ubi omnes legatiq; & tribuni classem eam exercitum:ducẽq; uerbis extollentes effecerunt:ut senatus cẽseret primo quoq; tempore in Africã traiiciendum:Scipioniq; ꝓmitteret:ut ex iis exercitibus:qui ĩ Sicilia essent:ipsi liceret:quos in Africam secum traiiceret:quos ꝓuinciæ relinqueret præsidio. Dum hæc apud romanos gererent:carthaginenses quoq;:cum speculis per ꝓmontoria omnia positis:percunctantes pauẽtesq; ad singulos nuncios sollicitam hyemem egissent:haud paruum & ipsi tuendæ Africæ momentũ adiecerunt societatẽ Syphacis regis:cuius maxime fiducia traiectuꝝ in Africam romanum crediderũt.Erat Asdrubali Gisgonis filio nõ hospicium modo cum rege:de quo ante dictũ est:cũ ex Hispania forte in idẽ tẽpus Scipio atq; Asdrubal conuenere:sed mẽtio quoq; incohatæ affinitatis:ut rex duceret filiã Asdrubalis.Ad eam rem consumandam tempusq; nuptiis statuendũ(iam enim & nubilis erat uirgo) ꝓfectus Asdrubal: ut accensum cupiditate(& sunt ante oẽs barbaros numidæ effusi in uenerem)sensit: uirginem ab Carthagine accersit:maturatq; nuptias:& inter aliam gratulationẽ:ut publicũ quoq; fœdus priuato adiiceretur:societas inter populum carthaginensem regemq; data ultro citroq; fide: eosdem amicos inimicosque habituros iureiurando affirmant.Cæterũ Asdrubal memor & cum Scipione initæ regiæ societatis:& quã uana & mutabilia barbaroꝝ ingenia essent:ueritus:ne si traiiceret ĩ Africam Scipio:paruum uiculum eæ nuptiæ essent:dum accensum recenti amore numidã habet:ꝓpellit blanditiis quoq; puellæ adhibitis:ut legatos ĩ Siciliã ad Scipionẽ mittat:ꝓ quos moneat:ne prioribus suis ꝓmissis frætus in Africam traiiciat:se & nuptiis ciuis carthaginensis filiæ Asdrubalis:quẽ uiderit apud se in hospitio: & publico etiã fœdere cũ populo carthaginensi iunctũ:hortari primũ ut ꝓcul ab Africa:sicut adhuc fecerint:bellũ romani cũ carthaginensibus gerant:nec sibi interesse certaminibus eoꝝ:armaq; aut hæc:aut illa abnuentẽ alterã societatẽ seq necesse sit: si nõ abstineat Africa Scipio:& Carthagini exercitũ admoueat: sibi necessariũ fore & ꝓ patria Africa:in qua & ipse sit genitus:& pro patria cõiugis suæ:proq; parente atq; penatibus dimicare.Cum his mandatis ab rege legati ad Scipionẽ missi Syracusis cum eum cõuenerunt. Scipio quanquã magno momento reꝝ in Africa gerendaꝝ:magnaq; spe destitutus erat:legatis ꝓpere: priusquam res uulgaretur:remissis ĩ Africã litteras dat ad regẽ:quibus etiã atq; etiã monet eum:ne iura hospitii secũ:neu cũ populo romano initæ societatis:neu fas:fidẽ:dextras:deos testes atq; arbitros cõuentoꝝ fallat.Cæteꝝ quando neq; celari aduentus numidaꝝ poterat:uagati enim in urbe obuersatiq; ꝓtorio erant:&:si silereẽ quid petentes uenissent:periculum erat:ne uera eo ipso:quod celarentur:sua sponte magis emanarent:timoreq; in exercitum incideret: ne simul cũ rege & carthaginensibus foret bellandum:auertit a uero falsis elicitas præoccupando mentes hoium:& uocatis ad concionẽ militibus:nõ ultra esse cunctandum ait:instare ut in Africam quãprimũ traiiciat:socios reges:Masinissam ipm prius ad Lælliũ uenisse querentẽ qđ cunctando tẽpus tereret:nũc Syphacẽ mittere legatos idem admirantẽ:quæ tã diuturnæ moræ sit causa: postulantẽq; ut aut traiiciat tãdem ĩ Africã exercitus:aut si mutata cõsilia sint:certior fiat:ut & ipse sibi:& regno suo posset cõsulere.Itaq; iã satis oĩbus ĩstructis appatisq;: & re iã nõ ultra recipiẽte cũctationẽ ĩ aio sibi eẽ Lilybæũ classẽ traducta eodẽq; oĩbus peditũ equitũq; copiis cõtractis:quæ prima dies cursum nauibus daret:deis bene iuuãtibus in Africã traiicere.Litteras ad.M.Pomponiũ mittit:ut:si ei uideret:Lilybæũ ueniret:ut cõmuniter consulerent:quas potissimũ legiones:& quãtum militũ numeꝝ in Africã traiiceret.Item circum oram maritimã misit:ut naues onerariæ compræhẽsæ Lilybæũ oẽs contraherentur. Quicquid militũ nauiumq; in Sicilia erat:cũ Lilybæũ cõuenisset:& nec urbs multitudinem hoium: nec portus naues caperet:tantus oĩbus ardor erat ĩ Africã traiiciendi:ut nõ ad bellũ duci uideret: sed ad certa uictoriæ præmia:præcipue qui superabant ex cannensi exercitu milites:illo nõ alio duce credebant nauata reipublicæ opera finire se militiam ignominiosam posse.Et Scipio minus id genus militum asperna-
batur:ut qui neq; ad Cãnas ignauia eoꝝ cladem acceptã sciret:neq; ullos milites æque ueteres in exercitu romano esse:experto sq; non uariis prælĩis modo:sed in urbibus etiã oppugnandis. Quinta & sexta cãnenses erãt legiones:eas se traiectuꝝ ĩ Africam:cũ dixisset:singulos milites ĩspexit:relictisq;: quos nõ idoneos credebat:ĩ locũ eoꝝ subiecit:quos secũ ex Italia acciuerat: suppleuitq; ita eas legiões:ut singula senamillia & ducenos pedites trecenos haberent equites.socioꝝ itẽ latini noĩs pedites equitesq; de exercitu cãnensi

legit.Quãtũ millitũ ĩ Africã trãſportatũ ſit:nõ ꝓuo nũero ĩter auctores diſcrepat.Alibi decẽmillia peditũ: duomillia & ducẽtos eqtes alibi.xv.millia peditũ mille & qngẽtos eqtes.alibi paꝛ plus dimidio:rẽ auctã. v.&.xxx.millia peditũ eqtũq; ĩ naues ĩpoſita;qdã nõ adiecere nũeꝛ:ĩter quos me ipẽ ĩ re dubia põi malui. Cælius ut abſtinet nũero:ita ad ĩmẽſum multitudinis ſpeciẽ auget:uolucres ad terrã delapſas clamore militũ ait:tãtãq; multitudinẽ cõſcẽdiſſe naues:ut nemo mortaliũ:aut ĩ Italia:aut ĩ Sicilia relinq uideret.Milites ut in naues ordine ac ſine tumultu cõſcenderent:ipſe eam ſibi curam ſumpſit.nauticos.G.Lællius:qui claſſis præfectus erat;ĩ naues ante cõſcendere coactos cõtinuit.cõmeatus ĩponendi.M. Põponio prætori curã dat.v.&.xl.dieꝛ cibaria:e quibus.xv.dieꝛ cocta ĩpoſita.Vt oẽs iã in nauibus erãt:ſcaphas circũmiſit: ut ex oĩbus nauibus gubernatores:& magiſtri nauium:& bini milites ĩ foꝛ conuenirent ad imperia accipienda.Poſteaquã conuenerunt:primũ ab iis quæſiuit:ſi aquam hoĩbus iumentiſq; neceſſariam in totidẽ dies:quot frumentũ ĩpoſuiſſent.ubi reſponſum eſt aquã dieꝛ.v.&.xl.ĩ nauibus eſſe:tum edixit militibus: ut ſilentium quieti nautis ſine certamine ad miniſteria exequenda bene obedientes præſtarẽt. Cũ.xx. roſtratis ſe ac.L.Scipioné a dextero cornu;ab leuo totidẽ roſtratas;&.G.Lællium præfectũ claſſis cũ.M.Portio Catone(quæſtor is tum erat)onerariis futuꝛ præſidiũ lumina in nauibus ſingula roſtratæ:bina onerariæ haberent:in prætoria naue inſigne nocturnũ trium luminũ fore.Emporia ut peterent: gubernatoribus edixit:fertiliſſimus ager eoq; abundans omni copia reꝛ eſt regio:& imbelles quod plerũq; euenit: in ubere agro barbari ſunt.prius quoq; quã a Carthagine ſubueniret:opprimi uidebant poſſe.Iis editis imperiis redire ad naues iuſſi:& poſtero die:diis bene iuuẽtibus:ſigno dato ſoluere naues.Multæ claſſes rõanæ e Sicilia arq; ipſo illo portu ꝓfectæ erãt:cæteꝛ nõ eo bello ſolum:nec id mirum:ꝑdatum enĩ tantũmodo plæræq; claſſes ierant:ſed ne prior quidem ulla ꝓfectio tanti ſpectaculi fuit:quãquã ſi multitudine claſſis æſtimaretur:& bini conſules cũ binis exercitibus ante traiecerãt:& prope totidẽ roſtratæ in illis claſſibus fuerãt:quot onerariis Scipio tũ traiiciebat:Nã præter.xl.naues longas:quadringentis ferme onerariis exercitũ tranſuexit:ſed & bellũ bello:ſecundũ priori:ut atrocius romanis uideret:tum qđ in Italia bellabat, tum quod ingentes ſtrages tot exercituum ſimul cæſis ducibus effecerant:& Scipio dux partim factis fortibus:partim ſuapte fortuna quadem ingenti ad incrementa gloriæ celebratus conuerterat aĩos: ſimul & mẽs ipſa traiiciendi nulli ante eo bello duci tentata:quod ad Annibalẽ detrahendũ ex Italia tranſferendũque & finiendũ in Africa bellũ tranſire uulgauerat.cõcurrebat ad ſpectaculũ ĩ portu omnis turba nõ habitantiũ modo Lilybæi:ſed legationũ oĩum ex Sicilia:quæ ad ꝓſequendũ Scipioné officii cauſa cõuenerãt:& prætoré ꝓuinciæ.M.Põponiũ ſecutæ fuerant.Ad hoc legiones:quæ in Sicilia relinquebãt:ad perſequẽdos cõmilitones ꝓceſſerant:nec claſſis modo ꝓſpectãtibus e terra:ſed terra oĩs circa referta turba ſpectaculo nauigantibus erat.Vbi illuxit Scipio e prætoria naue:ſilẽtio ꝑ præconẽ facto:dii deæq;inquit:maria terraſq; qui colitis:uos precor quæſoq;:uti quæ in meo ĩperio geſta ſunt.& gerunt:poſtq; gerentur: ea mihi populoq; & plebi romanæ ſociis nominiq; latino:q populũ romanũ:quiq; meã ſectã imperiũ auſpiciũq; terra mari amnibuſq; ſecunt:bene uertant:eaq; uos oĩa bene iuuetis:bonis auctoribus adſitis:ſaluos incolumeſq;:uictis pduellibus:uictores ſpoliis decoratos:præda honuſtos:triumphãteſq; mecũ domos reduces ſiſtatis:inimicoꝛ hoſtiũq; ulciſcẽdoꝛ copiã faxitis:quæq; populus carthaginenſis ĩ ciuitatẽ noſtrã facere molitus eſt:ea ut mihi populoq; romano ĩ ciuitatẽ carthaginẽſium exempla edendi facultatẽ detis. Secũdum has preces cruda exta cæſam uictimam:uti mos eſt:in mare ꝓiecit:tubaq; ſignũ dedit,pficiſcẽdi. Vẽto ſecundo ſatis uæheméti,pfecti:celeriter e cõſpectu terræ ablati ſunt:& a meridie nebula occœperat: ita ut uix cõcurſus nauiũ inter ſe uitarent:lenior uentus in alto factus.noctẽ ĩſequẽtem eadẽ caligo obtinuit:ſole orto diſcuſſa eſt & addita uis uentoꝛ.Iam terrã cernebãt:haud ita multo poſt.T.Poſthumius gubernator Scipioni ait:nõ plus quinq; millia paſſuũ Africã abeſſe:Mercurii ꝓmontoriũ ſe cernere.ſi iubeat eo dirigi:iã ĩ portu fore oẽm claſſem.Scipio:ut in cõſpectu terra fuit:precatus deos uti bono reipublicæ ſuoq; Africam uiderit:dare uela:& aliũ infra nauibus acceſſum iubet petere:& uento eodem ferebãtur: cæteꝛ nebula ſub idem ferme tempus:quo pridie exorta:cõſpectũ terræ ademit:& uentus premente nebula cecidit:nox deinde ĩcertiora oĩa fecit,Itaq; anchoras ne aut inter ſe cõcurrerent naues:aut terræ inferent:iecere.Vbi illuxit:uentus idẽ coortus nebula diſiecta aperuit oĩa littora Africæ.Scipio qđ eſſet ꝓximũ ꝓmontoriũ ꝓcunctatus:cũ ꝓmõtoriũ Pulchri id uocari audiſſet:placet omen:inquit:huc dirigite naues:& claſſis decurrit:copiæq; oẽs in terrã expoſitæ ſunt.ꝓſperã nauigationẽ ſine terrore ac tumultu permultis græcis latiniſq; auctoribus credidi.Cælius unus præterquã:quod nõ merſas fluctibus naues:cæteros oẽs cæleſtes maritimoſq; terrores: poſtremo abreptã tẽpeſtate ab Africa claſſem ad inſulam Egimurũ: inde ægre correptum curſum exponit: & ꝓpe obrutis nauibus iniuſſu imperatoris:ſcaphis haud ſecus quã naufragos milites ſine armis cũ ĩgenti tumultu ĩ terrã euaſiſſe. Expoſitis copiis:romani caſtra in ꝓximis tumulis mœtãtur.iã nõ ĩ maritimos modo agros cõſpectu primũ claſſis:deide tumultu egredientiũ ĩ terrã pauor terrorq; ꝓuenerat:ſed ĩ ipſas urbes:neq; enĩ hoĩum mõ turba mulieꝛ puerorũq; agminibus immixta omnes paſſim compleuerat uias:ſed pecora quoq; præſe agreſtes agebãt: ut relinqui ſubito Africã diceres.urbibus ipſis maioré:quã quẽ ſecũ attulerãt:terroré inferebãt:præcipue Carthagini ꝓpe ut captæ tumultus fuit:Nã poſt.M.Attiliũ Regulũ:&.L.Mãliũ cõſules annis ꝓpe.l.nullũ romanũ exercitũ uiderãt:ꝑter ꝑdatorias claſſes:quibus deſcẽſiones ĩ agros maritimos factæ erant:raptiſq;:quæ obuia ſors

fecerat:prius recursum semp ad naues:quã clamor agrestis cõciret:fuerat.Eo maior tũ fuga pauorq; i urbe fuit:& hercule neq; exercitus domi ualidus neq; dux:qué opponerét:erat.Asdrubal Gisgonis filius genere fama diuitiis:regia tũ etiam affinitate longe primus ciuitatis erat:sed eũ ab illo ipso Scipione aliquot prælijs fusum pulsumq; i Hispania meminerant:nec magis ducé duci parem:quã tumultuariũ exercitum suũ romano exercitui esse.Itaq; uelut si urbé extemplo Scipio aggressurus foret:ita ad arma é cõclamatũ: portæq; raptim clausæ:& armati i muris:uigiliæq; & stationes dispositæ:ac nocte insequéti uigilatũ é.Postero die.d.equites speculatũ ad mare turbãdosq; egredientes ex nauibus missi i stationes romanoꝝ ícederunt.lã enī Scipio:classe Vticã missa:ipse haud ita multũ ꝓgressus a mari tumulos ꝓxios ceperat:& eqtes i stationes locis idoneis posuerat:& ꝓ agros miserat ꝑdatũ.ii cũ carrhaginẽsi equitatu ꝑliũ cũ cõmisissent: paucos i ipso certamíe pleroscq; fugiẽtes ꝓsecuti:i quibus ꝑfectũ quoq; Hánonẽ nobilẽ iuuenẽ occiderũt. Scipio nõ agros mõ circa uastauit:sed urbé etiã ꝓximã afroꝝ satis opulẽtam cepit:ubi præter cætera:quæ extẽplo i naues onerarias iposita missaq; i Siciliã erãt:octomillia liberoꝝ seruorũq; capitũ sunt capta.Lætissimus tamẽ rõanis i prícipio reꝝ geredaꝝ aduẽtus fuit Masinissæ: qué qdã cũ.cc.haud ãplius eqtibus: plæriq; cũ duorũmilliũ eqtatu tradũt uenisse. Cæteꝝ cũ lõge maximus oĩum ætatis suæ regũ hic fuerit: plurimũq; rẽ romanã iuuerit:operæpretiũ uidet excedere paululũ ad enarrádũ:quã uaria fortuna usus sit i amittẽdo recuperãdoq; p aterno regno.Militãte eo ꝓ carthaginẽsibus i Hispania pater eius moriť:Galæ nomẽ erat:regnũ ad fratrẽ regis Desalcem ꝓgrandẽ natu(mos ita apud numidas est)puenit. Haud multo post:Desalce quoq; mortuo:maior ex duobus filiis eius Capusa puero admodũ altero paternũ iperiũ accepit.cæteꝝ cũ magis iure gẽtis:quã auctoritate iter suos aut uiribus obtineret regnũ:extitit quidã Mezetullus noíe nõ alienis sanguine regibus familiæ semp inimicæ:ac de iperio uaria fortuna cũ iis:qui tũ obtinebãt certãtis.is:cõcitatis popularibus:apud quos iuidia regũ magnæ auctoritatis erat:castris palã positis:descendere regẽ in aciẽ:ac dimicare de regno coegit:in eo ꝑlio Capusa cũ multis prícipum cecidit.Gẽs massuloꝝ ois i dicionẽ iperiumq; Mezetulli concessit:regio tamẽ noíe abstinuit:cõtentusq; noíe modico tutoris pueꝝ Lacumacẽ:qui stirpis regiæ ſuperat:regẽ appellat.carthaginẽsem nobilẽ fœminã sororis filiã Annibalis:quæ ꝓxime Desalci regi nupta fuerat:i matrimonio sibi cõiungit spe carthaginẽsiũ societatis;& cum Syphace hospitium uetustum legatis missis renouat.oĩa ea auxilia ꝓparauit aduersus Masinissam:& Masinissa audita morte patrui:deinde nece fratris patruelis ex Hispania i Mauritaniam(Bocchar ea tẽpestate rex mauroꝝ erat)traiecit.Ab eo supplex infimis ꝑcibus auxiliũ itineri:quoniã bello non poterat:quattuor millia mauroꝝ ipetrauit.Cũ iis præmisso nũcio ad paternos suosq; amicos:cũ ad fines regni pueniſſet:qngenti ferme numidæ ad eũ cõuenerunt.Igiť mauris inde:sicut cõuenerat:retro ad regẽ remissis:quãquã aliquãto minor spe multitudo:nec cũ qua tantã rẽ aggredi satis auderet:ratus agendo ac moliẽdo uires quoq; ad agẽdũ aliqd collectuꝝ:ꝓficiscẽti ad Syphacẽ Lacumaci regulo ad Tapsũ occurrit trepidũ agmen cũ in urbẽ refugisset:urbẽ Masinissa primo ipetu capit.ex regiis alios tradẽtes se recepit: alios uim parãtes occidit:pars maxima cũ ipso puero iter tumultũ ad Syphacẽ:quo primũ itenderat iter: ꝓuenerũt.Fama huiuscemodi rei i principio reꝝ ꝓspere actæ conuertit ad Masinissã numidas:affluebãtque undiq; ex agris uicisq; ueteres milites Galæ:ícitabãtq; iuuenẽ ad recuperãdũ paternũ regnũ. numero militũ aliquãtũ Mezetullus supabat:nã & ipse cũ exercitu:quo Capusam uicerat: & ex receptis post cædẽ regis aliquot habebat:& puer Lacumaces a Syphace auxilia ingentia adduxerat quídecímillia peditũ:Mezetullo.x.millia equitũ erãt:quibus cũ Masinissa neq̃quã tãtũ peditũ equitũue habẽs acie conflixit:uicit tamẽ & ueteꝝ militũ uirtus:& prudẽtia iter rõana & punica arma exercitati ducis.Regulus cũ tutore & exigua massuloꝝ manu i carthaginensiũ agꝝ ꝓfugit.Ita recuperato regno paterno Masinissa:quia sibi aduersus Syphacẽ aut paulo maiorẽ restare demicationẽ cernebat:optimũ ratus cũ fratre patruele gram recõciliare:missis:qui & spem puero facerẽt:si i fidẽ Masinissæ sese ꝑmisisset:futuꝝ eũ i eodẽ honore:quo apd Galã & Desalcẽ quõdã fuisset:& q Mezetullo ꝓter ipunitatẽ sua oĩa cũ fide restitui respõderẽt:ambo poptãtes exilio modicã domi fortunã:oĩa:ne id fieret:carthaginẽsibus de idustria agẽtibus ad sese pduxit.Asdrubal tũ forte:cũ hæc gerebãť:apd Syphacẽ erat:q numidæ haud sane multũ ad se ptinere credẽti utꝝ penes Lacumacen:an Masinissã regnũ massuloꝝ eẽt:falli eũ magnope ait:si Masinissã eisdẽ cõtentũ fore:quibus pfem Galã:aut patruũ eius Desalcẽ credat:multo maiorẽ idolẽ i eo animi ingeniiq; eẽ:quã i ullo gẽtis eius unquã fuisset:sæpe eũ i Hispania raræ iter hoíes uirtutis specimẽ dedisse sociis piter hostibusq;:& Syphacẽ & carthaginẽses:nisi orientẽ illũ ignẽ oppressissent:ingenti mox icẽdio:cũ iã nullã opẽ ferre possent: arsuros.adhuc teneras & fragiles eius uires esse: uixdũ coalescere fouẽti regnũ.Instãdo stimulãdoq; puicit: ut exercitum ad fines massuloꝝ admoueat:atq; in agro:de quo sæpe cum Gala non uerbis modo discertatum:sed etiã armis certatum fuerat:tanquã haud dubie iuris sui castra locet:siquis arceat: quod maxime opus sit:acie dimicatuꝝ.sin ꝓ metum agro cedať:in regnum medium eundum;aut sine certamine cõcessuros i dicionẽ eius massulos:aut nequaquã pares futuros armis.His uocibus icitatus Syphax Masinissæ bellũ iferť:& primo certamine massulos fũdit fugatq;.Masinissa cũ paucis eqtibus in mõtem(Balbum icolæ uocãt)ꝓfugit:familiæ aliquot cũ mapalibus pecoribusq; suis(ea pecunia illis ẽ),ꝓsecuti sunt regẽ.cætera massuloꝝ multitudo i dicionem Syphacis cõcessit.Quẽ ceperãt exules montem herbidus aquosusq; est;& quia pecori bonus alendo erat:hominũ quoq; carne ac lacte uescentiũ abunde sufficiebat alimentis.

Inde nocturnis prio ac furtiuis icursionibus:deinde apto latrocinio infesta oia circa esse:maxime uri carthaginẽsium ager:quia & plus ꝑdæ:quã inter numidas:& latrociniũ tutius erat. lanq; adeo licẽter eludebant:ut ad mare deuectã prædã uenderẽt mercatoribus appellentibus naues ad idipsũ: pluresq; quã iusto sæpe in ꝓlio carthaginẽses cæderent caperẽturq;.Deplorabãt ea apud Syphacẽ carthaginẽses:infensũq; & ipsum ad reliquias belli ꝓsequendas instigabãt.sed uix regiũ uidebat latronẽ uagũ in mõtibus consectari. Bocchar ex ꝑfectis regiis uir acer & ĩpiger ad id delectus:ei q̃ttuormillia peditũ data:duo equitũ:ꝑmiorũque ĩgenti spe oneratus:si caput Masinissæ rettulisset:aut uiuũ(id uero ĩæstimabile gaudiũ fore(cepisset.Is palatos incurioseq; agentes ĩprouiso adortus: pecor̃ atq; hominũ ĩgenti multitudie a præsidio armator̃ excluſa:Masinissã ipsum cũ paucis ĩ uerticẽ mõtis cõpellit: inde ꝓpe iam ut debellato: nec ꝑda mõ pecor̃ hominũq; captor̃ missa ad regẽ:sed copiis etiã aliquãto maioribus:quã ꝓ reliquiis belli remissis:cũ quingentis haud ãplius peditibus degressũ iugis Masinissã ꝓsecutus ĩ ualle arta faucibus utrinq; obsessis inclusit:ibi ĩgẽs cædes massulor̃ facta.Masinissa cũ.l.haud ãplius equitibus ꝓ anfractus mõtis ignotos sequẽtibus sese aripuit:tenuit tamẽ uestigia Bocchar:adeptusq; eũ patentibus cãpis ꝓpe Clupeã urbẽ circunuenit: ut ꝑter q̃ttuor equites oẽs ad unũ interficeret:cũ iis ipsum quoq; Masinissã ſaucium ꝓpe e manibus inter tumultũ amisit:in cõspectu erãt fugientes alæ equitũ disperſæ lato cãpo:quibusdã ut occurrerent ꝓ obliq̃ tendẽtibus.Quacunq; hostes sequebant:amnis ĩgens fugientes accepit:neq; enĩ cunctãter: ut quos maior metus urgeret:ĩmiserãt equos:raptiq; gurgite & in obliquũ relati: duobus ĩ ꝓruptum gurgitẽ in cõspectu hostiũ haustis ipse pisse creditus:ac duo reliqui equites cum eo uirgulta ulterioris ripæ tenuerunt.Is finis Bocchari fuit sequẽdi:nec ĩgredi flumen ausor̃:nec habere credenti se:iã quẽ sequeret:ĩde uanus auctor absumpti Masinissæ ad regẽ rediit:missiq; qui carthaginẽ gaudiũ ĩgens nunciarẽt: totaq; Africa fama mortis Masinissæ repleta uarie aĩos affecit.Masinissa ĩ spelunca occulta cũ herbis curaret uulnus:duor̃ equitũ latrocinio ꝓ dies aliquot uixit.ubi primũ ducta cicatrix patiq; posse est uisa iactationẽ:audacia ĩgenti pgit ire ad regnũ repedendũ: atq; ĩ ipso itinere haud plus.xl. eq̃tibus collectis:cum ĩ Massulos palã iã quis eẽt : ferens uenisset:tantũ motũ cum fauore pristino tum gaudio ĩsperato:qđ quẽ pisse crediderãt:ĩcolumẽ cernebant: fecit: ut ĩtra paucos dies ſexmillia peditũ armator̃: q̃ttuor equitũ cõuenirent: lanq; nõ ĩ possessione mõ paterni regni esset:sed etiã socios carthaginenſiũ populos:massulorũq; fines(id Syphacis regnum erat)uastaret. Inde irritato ad bellũ Syphace:iter Cirthã Hipponẽq; ĩ iugis opportuno ad oĩa montiũ cõ sedit.Maiorẽ igit eã rẽ iã Syphax rex ratus:quã ut ꝓ ꝑfectũ ageret:cum filio iuuene(nomẽ Verminæ erat) parte missa exercitus ĩperat:ut circũducto agmĩe:in se intentũ hostẽ ab tergo iuadat.Nocte ꝓfectus Vermina:qui ex occulto aggressurus eũ erat:Syphax autẽ ĩterdiu apto itinere: ut qui signis collatis acie dimicaturus esset:mouet castra. Vbi prio tꝑus uisũ est:quo ꝓuenisse iã circunmissi uideri poterant : & ipse leui cliuo ferente ad hostẽ tũ multitudie frætus:tũ ꝑparatis a tergo insidiis ꝓ aduersũ montẽ erectã aciẽ ducit: Masinissa fiducia maxĩe loci:quo multo æquiore pugnaturus erat:& ipe dirigit suos. Atrox ꝓliũ & diu anceps fuit:loco & uirtute militũ Masinissã: multitudie: quæ nimio maior erat:Syphacẽ iuuante. Ea multitudo diuisa:cũ pars a frõte urgeret:pars a tergo se circunfudisset:uictoriã haud dubiã Syphaci dedit:& nec effugiũ quidẽ patebat:hĩc a frõte:hĩc a tergo iclusis.Itaq; cæteri pedites eq̃tesq; cæsi aut capti:ducẽtos ferme equites Masinissa circa se cõglobatos diuisosq; turmatĩ ĩ tris ꝑtes erũpere iubet:loco ꝑdicto:in quẽ ex dissipata cõuenirent fuga:ipse:quã ĩtenderat:ĩter media tela hostiũ euadit.Duæ turmæ hæsere: altera metu dedita hosti:altera ꝑtinacior ĩ repugnãdo telis obruta & cõfixa ẽ.Verminã ꝓpe uestigiis ĩstantẽ in alia atq; alia flectẽdo itinera ludẽs tedio & despatiõe tãdẽ fessũ absistere a sequẽdo coegit.Ipse cum.lxx.equitibus ad minorẽ Syrtĩ ꝓuenit.ibi cũ cõscĩa egregia sæpe repetiti regni paterni ĩter punica ẽporia: gentẽq; garamantũ oẽ tꝑs usq; ad.G.Lællii classisq; rõanæ aduẽtũ ĩ Africã cõsumpsit.Hæc aĩum iclinãt:ut cũ modico potius:quã cũ magno ꝑsidio equitũ ad Scipionẽ quoq; postea uẽisse Massinissã credã:quippe illa regnãti multitudo:hæc paucitas exulis fortunæ cõueniẽs est. Carthaginenſes ala equitũ cũ ꝑfecto amissa:alioq; equitatu ꝓ nouũ delectũ cõparato:Hãnonẽ Amilcaris filiũ ꝑficiũt.Asdrubalẽ subĩde ac Syphacẽ ꝓ litteras nũcioseq;:postrẽo etiã ꝓ legatos accersunt:Asdrubalẽ opẽ ferre circunsessæ patriæ iubẽt:Syphacẽ orant: ut Carthagini:& uniuersæ Africæ subueniat.Ad Vticã tum castra Scipio ferme mille passus ab urbe habebat trãslata a mari:ubi paucos dies statiua cõiũcta classi fuerãt.Hãno neq̃quã satis ualido nõ mõ ad lacessẽdũ hostes:sed ne ad tuendos quidẽ apopulatiõibus agros equitatu accepto:id oĩum primũ egit:ut ꝓ cõquisitionẽ numer̃ equitũ augeret:nec aliar̃ gentiũ asꝑnatus maxĩe tamẽ numidas(id lõge primũ equitũ ĩ Africa est genus)cõducit.Iam ad q̃ttormillia equitũ habebat:cũ Salecã noĩe urbem occupauit.xv.ferme millia ab rõanis castris:qđ ubi Scipiõi relatũ est:æstiua sub tectis agere equitatus:inquit:sint uel plures:dum talem ducẽ habeãt.Eoq; minus sibi cessandũ ratus:quo illi segnius rem agerẽt. Masinissã cũ equitatu ꝑmissum portis obequitare:atq; hostẽ ad pugnã elicere iubet.ubi oĩs multitudo se effudisset:grauiorq; iã ĩ certamĩe eẽt:quã ut facile sustineri posset:cederet paulatĩ:se ĩ tꝑ pugnæ uentur̃:tãtũ moratus:quantũ satis tꝑis ꝓgresso uisũ ad eliciẽdos hostes:cũ rõano eq̃tatu secutus tegẽtibus tumulis:q; ꝓpportunæ circa uiæ flexus suppoĩti erãt:occultus ꝓcessit.Masinissa ex cõposito nũc terẽtis:nũc timẽtis mõ:aut ipis obeq̃tabat portis aut cedẽdo cũ tĩoris simulati spe audaciã hosti faceret:ad ĩsequẽdũ temere eliciebat.Nõdũ oẽs egressi erãt: uarieq; dux fatigabat:alios uino & sõno graues arma capere:& frenare equos cogẽdo:aliis ne sparsi & ĩ cõ

diti ſine ordine:ſine ſignis oĩbus portis excurrerent obſiſtẽdo:prĩo incaute ſe iuehentes Maſiniſſa excipiebat:mox plures ſimul cõferti porta effuſi æquauerãt certamẽ.Poſtremo iam oĩs equitatus prælio cum ad eſſet: ſuſtineri ultra nequiuere. nõ tamẽ effuſa fuga Maſiniſſa ſed cedendo ſenſim ĩpetus eoꝝ excipiebat: donec ad tumulos tegentes romanũ equitatũ ꝓtraxit.Inde exorti equites: & ipſi ĩtegris uiribus & recentibus equis Hannone afriſq; pugnãdo ac ſequẽdo feſſis ſe circũfudere:& Maſiniſſa:uerſis ſubito equis:ĩ pugnam rediit.Mille ferme:qui primi agminis fuerãt:quibus haud facilis receptus fuit:cũ ipſo duce Hánone intercluſi atq; ĩterfecti ſunt. Cæteros ducis præcipue territos cæde effuſe fugientes ꝑ trigĩtamillia paſſuũ uictores ſecuti:ac duo ꝓterea millia equitũ aut ceperũt:aut occiderũt.Inter eos ſatis cõſtabat nõ minus du centos carthaginenſiũ equites fuiſſe:& diuitiis quoſdã & genere illuſtres. Eodẽ forte: quo hæc geſta ſunt: die naues:quæ prædã in Siciliã uexerãt:cũ cõmeatu rediere:uelut ominatæ ad prædã alterã repetendã ſeſe ueniſſe.Duos eodẽ noĩe carthaginenſiũ duces duobus equeſtribus prælĩis ĩterfectos nõ oés auctores ſunt: ueriti: credo:ne falleret bis relata eadẽ res.Cælius quidẽ:& Valerius captũ etiã Hánonẽ tradũt.Scipio præfectos equiteſq;:prout cuiuſq; opa fuerant:& ante oĩs Maſiniſſam inſignibus donis donat:& firmo p̃ſidio Saleræ ĩpoſito: ipſe cũ cætero exercitu ꝓfectus nõ agris mõ:q̃cũq; ĩcedebat:populatis:ſed urbibus etiã qui buſdã uiciſq; expugnatis:late fuſo terrore belli:ſeptĩo die:quã ꝓfectus erat:magnã uim hominũ & pecoris & oĩs generis prædæ trahens ĩ caſtra redit:graueſq; iteꝝ hoſtiũ ſpoliis naues dimittit.Inde omiſſis expeditionibus paruis populatiõibuſq; ad oppugnandã Vticã oés belli uires cõuertit:eã deinde ſi cepiſſet ſedem ad cætera exequenda habiturus:ſimul & a claſſe nauales ſocii:qua ex parte urbs mari alluit̃: ſimul & terreſtris exercitus ab ĩminente ꝓpe ipſis mœnibus tumulo eſt admotus. Torméta machinaſq; etiã aduexerat ſecũ:& ex Sicilia cũ cõmeatu miſſa erant:& noua in armamẽtario multis taliũ operũ artificibus de induſtria incluſis fiebãt.Vticenſibus tãta undiq; mole circũſeſſis in carthaginenſi populo:carthaginenſibus in Aſdrubale:ita ſi is mouiſſet Syphacẽ:ſpes oĩs erat:ſed deſiderio indigentiũ auxilii tardius cũcta mouebãt. Aſdrubal ĩtentiſſima cõq;ſitiõe cũ ad.xxx.millia peditũ:tria equitũ cõfeciſſet:nõ tamẽ ãte aduentũ Syphacis caſtra ꝓpius hoſtẽ mouere eſt auſus.Syphax cũ.l.millibus peditum.x.equitũ aduenit:confeſtimq; motis ab Carthagine caſtris:haud ꝓcul Vtica munitiõibuſq; rõanis cõſedit:quoꝝ aduentus hoc tamen momenti fecit:ut Scipio:cũ.xl.ferme dies neq;quã oĩa experiẽs obſediſſet Vticã:abſcederet inde irrito incœpto:etenĩ hyems iſtabat:caſtra hyberna in ꝓmontorio:qd̃ tenui iugo cõtinenti adhærens: ĩ aliquantũ maris ſpaciũ extendit̃:cõmunit:uno uallo & naualiũ caſtra amplectit̃:iugo medio legionũ impoſitis caſtris: littus ad ſeptẽtrionẽ uerſus:ſubductæ naues naualeſq; ſocii tenebãt meridianã uallẽ ad alteꝝ littus deuexã.Hæc ĩ Africa uſq; ad extremũ autũni geſta.Præter cõuectũ undiq; ex populatis circa agris frumẽtũ:cõmeatuſq; ex Sicilia atq; Italia aduectos:Gn.Octauius ꝓprætor ex Sardinia ab.T.Claudio prætore:cuius ea ꝓuincia erat:ingentẽ uim fruméti aduexit:horreaq; non ſolũ ea:quæ iam facta erãt:repleta: ſed noua ædificata.Veſtiméta exercitui deerant:id mandatũ Octauio ut cũ ꝓtore ageret:ſiqd ex ea ꝓuincia comparari: aut mitti poſſet:ea quoq; haud ſegniter curata res:mille ducentæ togæ breui ſpatio:&.xii. millia tunicarũ miſſa.Aeſtate ea:qua hæc in Africa acta ſunt:P.Sẽpronius cõſul:cui Brutii ꝓuincia erat:in agro crotonẽſi cũ Annibale in ipſo itinere tumultuario p̃lio cõflixit:agminibus magis:quã acie pugnatũ eſt.Romani pulſi & tumultu uerius quã pugna:ad mille &.cc.de exercitu cõſulis ĩterfectis ĩ caſtra trepidi rediere:neq; oppugnare tamẽ ea hoſtes auſi:cæteꝝ ſilẽtio ꝓxĩæ noctis ꝓfectus inde cõſul:p̃miſſo nũcio ad.P. Liciniũ ꝓconſulẽ:ut ſuas legiões admoueret:copias coniũxit.ita duo duces:duo exercitus ad Annibalẽ redierũt.nec mora dimicãdi facta eſt: cũ cõſuli duplicatæ uires:pœno recens uictoria aĩos faceret.In ipſam aciẽ ſuas legiones Sẽpronius ĩduxit:in ſubſidiis locatæ.P.Licinii legiões.Conſul prĩcipio pugnæ ædẽ Fortunæ Primigeniæ uouit:ſi eo die hoſtes fudiſſet:cõpoſq; eius uoti fuit.Fuſi ac fugati pœni ſupra q̃ttormillia armatoꝝ cæſa:paulo minus trecẽti capti uiui & equi.xl.&.xi.militaria ſigna:Perculſus aduerſo p̃lio Annibal Crotonem exercitũ reduxit.Eodẽ tempore .M.Cornelius cõſul in altera ꝑte Italiæ nõ tã armis:quã iudicioꝝ terrore Ethruriã cõtinuit totã ferme ad Magonẽ:ac ꝑ eũ ad ſpem nouãdi res uerſã.Eas quæſtiões ex.S.C.minime ãbitioſe habuit:multiq; nobiles Ethruſci:qui aut ipſi ierãt:aut miſerant ad Magonẽ de populoꝝ ſuorum defectiõe:prĩo erãt p̃ſentes condẽnati poſtea cõſcientia ſibimetipſi exiliũ cõſciſcentes cum abſentes dãnati eẽnt:corporibus ſubtractis:bona tantũ:quæ publicari poterãt:pignerãda pœne p̃bebãt.Dũ hæc cõſules diuerſis regionibus agunt:céſores interĩ Romæ.M.Liuius &.G.Claudius ſenatũ recitarũt.Principes iteꝝ delectus.Q.Fabius Maxĩus:notati ſeptẽ:nemo tamẽ:qui ſella curuli ſediſſet:ſarta tecta acriter & cũ ſũma fide exegerũt. Viã e foro Boario:& ad Veneris circa foros publicos:& ædẽ matris magnæ in palatio faciendã locauerũt. Vectigal etiã nouũ ex ſalaria ãnona ſtatuerũt.Sextante ſal & Romæ & per totam Italiã erat:& Romæ pretio eodẽ pluris in foris & conciliabulis:& alibi alio pretio præbẽdum locauerũt. Id uectigal cmnmẽtum alterum ex cenſoribus ſatis credebant populo iratũ:qd̃ iniquo iudicio & quondã damnatus eſſet:& in prætio ſalis maxime oneratas tribus:quarum opera dãnatus erat:credebãt: ĩde Salinatori Liuio inditũ cognomẽ.Luſtrũ cõditũ ſerius:qa ꝑ ꝓuincias dimiſerũt cenſores:ut ciuiũ romanoꝝ in exercitibus:quantus ubiq; eſſet:referretur numerus.Cenſa cum iis.cc.xv.millia hominũ.condidit luſtrum .G. Claudius Nero:Duodecim deinde coloniaꝝ: quod nunq̃ ante facttũ erat:deferẽtibus cenſoribus cenſum receperunt:ut quantũ numero militũ:quãtũ pecũia ualerẽt:in publicis tabulis monuméta extarẽt.Equi-

tum deinde cēſus agi cœptus eſt:& ambo forte cēſores equūpublicū habebāt:cū ad tribū Polliā uentū eſt: in qua.M.Liuii nomē erat:& præco cunctaref citare ipſum cenſorē:cita:inquit: Nero.M.Liuiū:& ſiue ex reſidua & uetere ſimultata:ſiue intēpeſtiua iactatione ſeueritatis inflatus:M.Liuium:quia populi iudicio eſſet condēnatus equū uendere iuſſit.Item.M.Liuius cū ad tribū Narnienſem:& nomē collegæ uentū eſt: uendere equū.G.Claudiū iuſſit duaꝝ reꝝ cauſa:unius qđ falſū aduerſus ſe teſtimoniū dixiſſet:alterius qđ nō ſincera fide ſecū in gratiā rediſſet.Itaq; ibi fœdū certamē īquinandi famā alterius cū ſuæ famæ damno factū eſt.Exitu cēſuræ cū in leges iuraſſet.G.Claudius:& ī ærariū aſcendiſſet inter noīa eoꝝ: quos ærarios relīquebat: dedit collegæ nomē.Deīde.M.Liuius ī ærariū uenit:& p̄ter Metiā tribū:quæ ſe nec cōdem naſſet:neq; cōdēnatū aut cōſulē:aut cēſorē feciſſet:populū rōanū oēm q̄ttuor & trigīta tribus ærarios reli qt: qđ & innocentē ſe cōdēnaſſent:& condēnatū conſulē & cēſorē feciſſent:neq; inficiari poſſent aut iudi cio ſemel:aut comitiis bis ab ſe peccatū eſſe:in q̄ttuor & triginta tribus &.G.Claudiū ærariū fore: quod ſi exemplū haberet:bis eundē ærariū relinquēdi:G.Claudiū noīatim inter ærarios fuiſſe relictuꝝ.Prauū cer tamen notaꝝ inter cēſores:caſtigatio incōſtantiæ populi cēſoria grauitate tempoꝝ illoꝝ digna ī inuidia cenſores cū eſſent:creſcendi ex his ratus eē occaſionē.Gn.Bebius tribunuſplebis diē ad populū utriq; di xit:ea res cōſenſu patrū diſcuſſa eſt:ne poſtea obnoxia populari auræ cenſura eſſet. eadē æſtate in brutiis iam Petilia a cōſule deuicta.Conſentia:& Pandoſia:& ignobiles aliæ ciuitates uolūtate in deditionē uene runt.Et cū comitioꝝ iā appeteret tēpus:Corneliū potius ex Ethruria:ubi nihil belli erat:Romā acciri pla cuit.Cōſules.Gn .Seruiliū Cepionē & .Gn: Seruiliū geminū creauit. Inde p̄toria comitia habita creati .P. Cornelius Lentulus.L.Quīitilius Varus:P.Elius Pætus:P.Iulius:&.T:Apuleius.Hi duo cum ædiles plebis eſſent:p̄tores creati ſunt.Cōſul:comitiis pfectis:ad exercitū in Ethruriā redit.Sacerdotes eo anno mortui: atq; in locū eoꝝ ſuffecti.T.Veturius Philo flamē martialis in locū.M.Aemylii Regilli:q priore anno mor tuus erat: creatus inauguratuſq;:& in.M.Pōponii Mathōis auguris & decēuiri locū creati decēuir.M.Au relius Cotta:augur.T.Sēpronius Gracchus admodū adoleſcēs:qđ tūc perraꝝ ī mādandis ſacerdotiis erat. Quadrigæ aureæ eo āno ī capitolio poſitæ ab ædilibus curulibus:G.Leuio:&.M.Seruilio Gemīo: & ludi rōani biduum īſtaurati.Item p̄ biduū plebeii ab ædilibus.P.Elio:P.Iulio:& louis epulū fuit ludoꝝ cauſa.

LIBER DECIMVS.

N.SERVILIVS CEPIO:ET GNAEVS SERVILIVS GEMINVS CONSVles ſextuſdecimus is ānus belli punici erat(cū de rep.belloq; & ꝓuinciis ad ſena tū retuliſſent:cenſuerūt patres:ut cōſules inter ſe cōpararent:ſortirenturue uter Brutios aduerſus Annibalē:uter Ethruriā ac Liguriā ꝓuinciā haberet: cui Bru tii euenīſſent:exercitū a.P.Sēpronio acciperet:P.Sēpronius(ei quoq; enī ꝓcōſuli īperiū in annū,progabaf)P.Licinio ſuccederet:is Romā reuerteref.Bello quoq; bonus habitus ad cætera:q̄bus nemo ea tēpeſtate īſtructior ciuis habebaf:con geſtis oībus humanis a natura fortunaq; bonis:nobilis idē ac diues erat:forma uiribuſq; corporis excellebat:facūdiſſimus habebaf:ſeu cā oráda:ſeu ī ſenatu & ad populū ſuadēdi ac diſſuadendi locus eēt:iuris pōtifici peritiſſimus:ſup hoc bellicæ quoq; laudis cōſula tus cōpotē fecerat:cui in Brutiis ꝓuincia eidē in Ethruria ac liguribus decreta:M. Cornelius nouo cōſuli tradere exercitū iuſſus:ipſe ꝓrogato īperio Galliā ꝓuinciā obtinere cū legiōibus iis:q̄s ꝓcōſul.Qu.Scribo nius priore āno habuiſſet.Sortiti deīde ꝓuincias:Cepiōi Brutii:Seruilio Gemīo Ethruria euenit.Tū p̄to rum ꝓuīciæ in ſorte cōiectæ:iuriſdicionē urbanā Pætus Elius:Sardiniā.P.Lētulus:Siciliā.G.Iulius:Arimi num:cū duabus legiōibus(ſub Lucretio Spurio eæ fuerāt)Quīitilius Varus ē ſortitus:& Lucretio ꝓrogatū imperiū eſt:ut Genuā oppidū a Magone pœno dirutū exædificaret.P.Scipioni nō tēporis:ſed rei gerendæ fine: donec debellatū ī Africa foret:ꝓrogatū īpiū ē:decretūq; ut ſupplicatio fieret:qđ ſi is ī Africā,puinciā traieciſſet:ut ea res ſalutaris populo rōano ipſiq; duci atq; exercitui eēt: ī Sicilia triamillia militū ſunt ſcri pta &qa:qđ roboris ea ꝓuincia habuerat:ī Africā traiectū fuerat:neq; claſſis ex Africa traiiceret:xl.nauibus cuſtodiri placuerat Siciliæ maritimā orā.tredecī nouas naues Iulius ſecū ī Siciliā duxit:cætere ī Sicilia uete res refectæ.huic claſſī.M.Pōponius prioris āni p̄tor ꝓrogato īpio p̄poſitus nouos milites ex Italia aduec tos ī naues īpoſuit.parē nauiū numeꝝ.G.Octauio p̄tori itē prioris āni cū pari iure īperii ad tuendā Sardi niæ orā pfes decreuerūt.Lētulus p̄tor duomillia militū dare in naues iuſſus: & Italiæ ora: qa incertū erat: quo miſſuri claſſē carthaginēſes forēt(uidebāt aūt q̄quid nudatū p̄ſidiis eēt petituri)M.Martio p̄tori pri oris āni cū totidē nauibus tuēda data ē.Triamillia militū ī eā claſſē ex decreto patꝝ cōſules cōſcripſerunt: & duas legiōes urbanas ad īcerta belli.Hiſpāiæ cū exercitibus īperioq; ueteribus īpatoribus Lucio Lētulo & Lucio Mālio Accidino decretæ. decē omnino legiōibus:&.c.xl.nauibus lōgis res romana eo āno geſta. Prætores in prouincias ire iuſſi.conſulibus imperatum ut prius quā ab urbe proficiſcerenf:ludos magnos facerent:quos.T.Manlius Torquatus dictator in quintū annum uouiſſet:ſi eodem ſtatu reſpubica ſtaret. & nouas religiones excitabāt in animis hominum prodigia ex pluribus locis nūciata.Aurum in capitolio corui non laceraſſe tantū roſtris crediti:ſed etiam ediſſe.mures Antii coronā aureā arroſere.circa Capuā omnem agrum locuſtaꝝ uis ingens:ita ut unde aduenīſſent:paꝝ conſtaret:compleuit.equuleus Reate cū

quinq; pedibus natus. Anagniæ ſparſi primũ ignes: in cælo deinde fax ingens arſit. Fruſinone arcus ſolem tenui linea amplexus é: circulũ deinde ipſum maior ſolis orbis extrinſecus incluſit. Arpini terra campeſtri in agro in ingentẽ ſinum conſedit. Conſulum alteri primam hoſtiam ímolanti caput iecinori defuit. ea ꝑ digia maioribus hoſtiis ꝓcurata: editi a collegio pontificum dii: quibus ſacrificaretur. Iis tranſactis cõſules prætoreſq; in prouincias ꝓfecti: oĩbus tamẽ uelut eã ſortitis Africæ cura erat: ſeu quia ibi ſumma rerum belliq; uerti cernebant: ſeu ut Scipioni gratificarentur: in quẽ tũ omnis ciuitas uerſa erat. Itaq; nõ ex Sardinia tantũ: ſicut ante dictum eſt: ſed ex Sicilia quoq; & Hiſpania ueſtimẽta: frumentumq; : armaq;: & omne genus commeatus eo portabaꝫ. Nec Scipio ullo tempore hyemis belli opa remiſerat: quæ multa ſimul undique circũſtabant: Vticam obſidebat: caſtra in conſpectu Aſdrubalis erant: carthaginenſes deuexerant naues: claſſem paratam ſtructãq; ad commeatus ĩtercipiendos habebant. Inter hæc ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo dimiſerat: ſi forte iam ſatis amoris ĩ uxore ex multa copia eũ cepiſſet. Ab Syphace magis pacis pro carthaginenſibus condiciones: ut romani Africa: pœni Italia excederent: quã ſi bellaretur: ſpes ulla deſiturum afferebatur. Hæc per nuncios magis equidem acta crediderim: & ita pars maior auctores ſunt: quã ipſum Syphacem: ut Valerius Antias ꝓdit: in caſtra romana ad colloquiũ uenisſe. Primo eas condiciones impator romanus uix auribus admiſit: Poſtea ut cauſa ꝓbabilis uiſa commeãdi foret in caſtra hoſtium: mollius eadem illa abnuere: ac ſpem facere ſæpius ultro citroq; agitantibus rem conuenturam. Hybernacula carthaginẽſium congeſta temere ex agris materia exædificata lignea ferme tota erant: numidæ præcipue arundine texta ſtoriaq; ꝑs maxima tectis paſſim nullo ordine: quidã ut ſine imperio occupatis locis: extra foſſam uallumq; habitabant. Hæc relata Scipioni ſpem fecerant caſtra hoſtium ꝑ occaſionẽ ĩcendẽdi. Cũ legatis: quos mitteret ad Syphacem: calonũ loco primos ordinis ſpectatæ uirtutis atq; prudẽtiæ ſeruili habitu mittebat: qui: dum in colloquio legati eſſent: uagi ꝑ caſtra alius alia: aditus exituſq; omnes: ſitum formamq; uniuerſoꝝ caſtrorum & partium: qua pœni: qua numidæ haberent: quantum interualli Inter Aſdrubalis ac regia caſtra eſſent: ſpecularentur: morẽq; ſimul noſcerẽt ſtationum uigiliaꝝq;: nocte an interdiu opportuniores inſidiantibus eſſent. & inter crebra colloquia alii atque alii de induſtria: quo pluribus omnia nota eſſent: mittebantur. Cum ſæpius agitata res certioré ſpem pacis in dies & Syphaci: & carthaginenſibus per eum facerũt: legati romani uetitos ſe reuerti ab impatore aiunt: niſi certum reſponſum detur. proinde ſeu ipſa ſtaret iam ſententia: ſeu conſulendus Aſdrubal & carthaginenſes eſſent: conſuleret: tempus eſſe aut pacẽ componi: aut bellum nouiter geri. Dum cõſulitur Aſdrubal ab Syphace: ab Aſdrubale carthaginenſes: & ſpeculatores omnia uiſendi: & Scipio ad comparãda ea: quæ ĩ rem opus erant: tempus habuit: & ex mentione & ſpe pacis negligentia: ut fit: apud pœnos numidaſq; orta cauendi: nequid hoſtile interim paterẽtur. tandem relatũ reſponſum quibuſdam: quod nimis cupere romanus pacem uidebatur iniquis ꝑ occaſionem adiectis: quæ peropportunæ cupienti tollere inducias Scipioni cauſam præbuere: ac nuncio regis: cum relaturum ſe ad conſiliũ dixiſſet: poſtero die reſpondit: ſe uno fruſtra tendente nulli alii pacem placuiſſe: renũciaret igitur nullam aliam ſpem pacis: quã relictis carthaginenſibus Syphaci cum romanis eſſe. ita tollit inducias: ut libera fide incœpta exequeretur: deductiſq; nauibus: (& iam ueris principiũ erat) machinas tormẽtaq; uelut a mari aggreſſurus Vticã imponit. duomillia militũ ad capiendũ: quẽ ante tenuerat tumulũ: ſuper Vticã mittit: ſimul: ut ab eo qđ parabat: in alterius rei curã cõuerteret hoſtiũ aĩos: ſimul ne: quã cũ ipſe ad Syphacẽ Aſdrubalẽq; ꝓfectus eſſet: eruptio ex urbe & ĩpetus ĩ caſtra ſua relicta cũ leui ꝓſidio fieret. His ꝓparatis aduocatoq; cõcilio: & dicere exploratoribus iuſſis: quæ cõpta afferrẽt: Maſiniſſaq;: cui oĩa hoſtiũ nota erant: poſtrẽo: qd ipſe pararet: in ꝓximã noctẽ ꝓponit. Tribunis edicit: ut ubi ꝓtorio dimiſſo ſigna cõcinuiſſẽt: extẽplo educerẽt e caſtris legiones. ita: ut ĩperauerat: ſigna ſub occaſu ſolis efferri ſunt cœpta. Ad primã ferme uigiliã agmẽ explicauerunt: media nocte (ſeptẽ enĩ millia itineris erãt) modico gradu ad caſtra hoſtiũ ꝓuentũ eſt. Ibi Scipio ꝓtem copiaꝝ Lælio Maſiniſſaq; ac numidas attribuit: & caſtra Syphacis ĩuadere: igneſq; cõiicere iubet: ſingulos deinde ſeꝑatim Lælliũ ac Maſiniſſã ſeductos obteſtaꝫ: ut quantũ nox ꝓuidentiæ adimat: tantũ diligenti expleant cura: unaq; ſe Aſdrubalẽ punicaq; caſtra aggreſſuꝝ: cæteꝝ nõ ante cœptuꝝ: quã ignẽ in regiis caſtris cõſpexiſſet. Neq; ea res morata diu eſt: ná ut ꝓximis caſtris iniectus ignis hæſit: extẽplo ꝓxima quæq; & deinceps cõtigua aplexus totis ſe paſſim diſſipauit caſtris: & trepidatio quidẽ: quanta neceſſe erat: ĩ nocturno effuſo tã late incẽdio orta eſt: cæteꝝ fortuitũ nõ hoſtilẽ ac bellicũ agmẽ rati eſſe: ſine armis ad reſtĩguendũ incendiũ effuſi in armatos ĩciderũt hoſtes: maxĩe numidas ab Maſiniſſa notitia regioꝝ caſtrorũ ad exitus itineꝝ idoneis locis diſpoſitos. Multos ĩ ipis cubiculis ſemiſõnes hauſit flama: multi ĩ ꝑcipiti fuga ruẽtes ſup alios: alii ĩ anguſtiis portaꝝ obtriti ſũt. Relucentẽ flamã prĩo uigiles carthaginẽſiũ: deĩde excitati alii nocturno tumultu cũ cõſpexiſſent: ab eodẽ errore credere ipſi ſua ſponte incendiũ ortum: & clamor ĩter cædẽ & uulnera ſublatus: an ex trepidatiõe nocturna eẽt cõfuſus: ſenſũ ueri adimebat. Igiť ꝓ ſe qſque iermes: ut qbus nihil hoſtile ſuſpectũ eẽt: oĩbus portis: q̃ cuiq; ꝓximũ erat: ea mõ: quæ reſtiguẽdo ignĩ forẽt: portãtes: ĩ agmẽ romanũ ruebãt. Quibus cæſis oĩbus: ꝑterquã hoſtili odio: etiã neqs nuncius effugeret: extemplo Scipio neglectas ut ĩ tali tumultu portas inuadit: ignibuſq; in proxima tecta coniectis: effuſa flama primo ueluti ſparſa pluribus locis reluxit: deinde per continua ſerpens uno repente omnia incendio hauſit. Ambuſti homines iumentaq; fœda primum fuga: deinde ſtrage obruebant itinera portaꝝ: quos nõ

oppſſerat ignis: ferro abſūpti: binaq; caſtra die una deleta: duces tamē ābo & ex tot millibus armatorꝫ xx. millia peditū & qngēti eqtes ſemiermes magna pars ſaucii afflatiq; icendio effugerūt. Cæſa aut hauſta flamis ad xl. millia hoīum ſunt: capti ſupra vi. millia: carthaginenſiū nobiles. xi. ſenatores: ſigna militaria. c. xxviiii. equi numidici ſupra. ii. millia. dcc. elephanti ſex capti: octo ſlama ferroq; abſumpti: magnaq; uis armorꝫ capta. ea oīa imperator Vulcano ſacra incendit. Aſdrubal ex fuga cū paucis afrorꝫ urbem ꝓximam petierat: eoq; oēs: qui ſupererant: ueſtigia ducis ſequentes ſe contulerant: metu deinde: ne dederetur Scipioni: urbe exceſſit. Mox eodem patentibus portis romani accepti: nec quicquā hoſtile: quia uoluntate conceſſerant: indicionē factū. duæ ſubinde urbes captæ direptæq; ea prēda: & quæ caſtris incenſis ex igne rapta erat: militi conceſſa eſt. Syphax octomilliū ferme inde ſpatio loco cōmunito cōſedit. Aſdrubal Carthaginem cōtendit: nequid ꝓ metum ex recenti clade mollius cōſuleretur: quo tātus primo terror eſt allatus: ut omiſſa Vtica Carthaginē crederent extēplo Scipionē oppreſſurꝫ. Senatū itaq; Suffeces: quod uelut conſulare iperium apud eos erat: uocauerunt. ibi tribus dictis ſentētiis: una de pace legatos ad Scipionē decernebat: altera Annibalē ad tuendā ab exitiabili bello patriā reuocabat: tertia romanæ in aduerſis rebus conſtantiæ exēplo reparandū exercitū: Syphacēq; orandū: ne bello abſiſteret. cenſebat. Hæc ſententia: quia Aſdrubal ꝓſens barchinæq; oēs factionis bellū malebāt: uicit. Inde delectus in urbe agriſq; haberi cœptus: & ad Syphacē legati miſſi ſumma ope & ipſum reparantē bellū: cū uxor iā nō ut ante blandiciis ſatis potentibus ad animū amātis: ſed ꝓcibus & miſericordia ualuiſſet plena lachrymarꝫ obteſtās: ne patrē ſuū patriāque ꝓderet: iiſdēq; flamis Carthaginē: quibus caſtra conflagraſſent: abſumi ſineret. Spem quoq; opportune oblatā afferebant legati: q̄ttuormillia celtiberorꝫ circa urbē noīe. Olbā ab cōquiſitoribus ſuis cōducta in Hiſpania egregiæ iuuentutis ſibi occurriſſe: & Aſdrubalē ꝓpediem affore cū manu haudquaquā contēnenda. Is non benigne modo legatis reſpondit: ſed oſtendit etiā multitudinē numidarꝫ agreſtiū: quibus p eoſdem dies arma equoſq; dediſſet: & oēm iuuentutē affirmat excituꝝ ex regno: ſcire incēdio nō plio cladē acceptā: eū bello iferioré eſſe: qui armis uīcat. Hæc legatis reſpōſa: & poſt dies paucos rurſus Aſdrubal & Syphax copias iunxerunt. is oīs exercitus fuit. xxx. ferme millia armatorꝫ. Scipionē uelut iam debellato: quod ad Syphacē carthaginēſeſq; attineret: Vticæ oppugnādæ ītentū: iamq; machinas admouentē muris auertit fama redintegrati belli: modiciſq; ꝓſidiis ad ſpeciē modo obſidionis terra mariq; relictis: ipſe cum robore exercitus ire ad hoſtes ꝓgit: primo ī tumulo q̄ttuor ferme millia diſtāte ab caſtris regiis cōſedit. poſtero die cū equitatu in Magnos (ita uocāt) campos: ſubiectos ei tumulo degreſſus ſuccedēdo ad ſtatiōes hoſtiū laceſſendoq; leuibus prælliis diē aſſumpſit: & per inſequens biduū tumultuoſis hinc atq; illinc excurſionibus inuicē nihil dictu ſatis dignū fecerūt. Quarto die in aciē utrinq; deſcenſū eſt: romanus poſt principes haſtatorꝫ prima ſigna in ſubſidiis triarios cōſtituit: equitatū Italicum ab dextero cornū: ab leuo numidas Maſiniſſamq; oppoſuit. Syphax Aſdrubalq; numidis aduerſus Italicū equitatū: carthaginēſibus contra Maſiniſſam locatis: celtiberos in mediam aciem in aduerſa ſigna legionū accepere. Ita inſtructi cōcurrunt primo īpetu: ſimul utroq; cornu & numidæ: & carthaginenſes pulſi: nā neq; numidæ maxime pars agreſtis romanū equitatū: neq; carthaginēſes & ipſe nouus miles Maſiniſſam recēti ſupra cætera uictoria terribilē ſuſtinuere: nudata utrinq; cornibus celtiberorꝫ acies ſtabat: quod nec in fuga ſalus ulla oſtēdebat locis ignotis: neq; ſpes ueniæ ab Scipione erat: quē benemeritū de ſe & gente ſua mercēnariis armis ī Africam oppugnātū ueniſſent. Igitur circūfuſis undiq; hoſtibus alii ſuper alios cadentes obſtricti moriebātur: oībuſq; in eos uerſis aliquantū ad fugā tēporis Syphas & Aſdrubal præceperūt. fatigatos cæde diutius: quā pugna uictores nox oppreſſit. Poſtero die Scipio Lælliū Maſiniſſamq; cū omni romano & numidico equitatu expeditiſq; militū ad perſequēdos Syphacē atq; Aſdrubalē mittit. Ipſe cū robore exercitus urbes circa oēs: quæ carthaginēſium dicionis erant: partim ui: partim metu ſubegit. Carthagini quidē erat ingens terror: & circūferentē arma Scipionē oībus finitimis raptim ꝓdomitis ipſam Carthaginē repente aggreſſurꝫ credebant. Itaq; & muri reficiebant: ꝓpugnaculiſq; armabant: & p ſe quiſq; quæ diutinæ obſidioni tolerandæ ſunt: ex agris neceſſaria conuehit. Rara mentio eſt pacis: frequentior legatorꝫ ad Annibalem accerſendum mittendorꝫ: pars maxima claſſem: quæ ad cōmeatus excipiendos parata erat: mittere iubēt ad opprimendam ſtationem nauium ad Vticam īcaute agentē: forſitan etiā naualia caſtra relicta cū leui præſidio oppreſſuros. In hoc conſiliū maxīe inclinat: legatos tamē ad Annibalē mittendos cēſent: quippe claſſe: ut fœliciſſime gerantur res: parte aliqua leuari Vticæ obſidionē: Carthaginem ipſam: qui tueatur: neque imperatorem alium quam Annibalem: neq; exercitum alium quā Annibalis ſupereſſe. Deductæ ergo poſtero die naues: ſimul & legati in Italiam profecti: raptimq; omnia: ſtimulante fortuna: agebantur: & ī quo quiſq; ceſſaſſet: prodi ab ſe ſalutem omnium rebatur. Scipio grauem iam ſpoliis multis multarꝫ urbiū exercitum trahens: captiuis aliaque prēda inuetera caſtra ad Vticam miſſis: iam in Carthaginem intētus occupat relictum fuga cuſtodum Tuneta: abeſt ab Carthagine. xii. millia ferme paſſuū: locus tū operibus: tum ſuapte natura tutus & qui ab Carthagine conſpici & præbere ipſe conſpectum tum ad urbem: tum ad circunfuſum mare urbi poſſet. Inde cum maxime uallum romani iacerent: conſpecta claſſis hoſtiū eſt Vticā a Carthagine petens. Igit omiſſo opere ꝓnunciatū iter: ſignaq; raptim ferri ſunt cœpta: ne naues in terrā: & ad obſidionē uerſæ ac minīe nauali ꝓlio aptæ opprimerent. Qui enī reſtitiſſēt agili & nautico ſtrumēto aptæ: & armatæ claſſi naues tormēta machināſq; portātes: & aut ī onerariarꝫ uſū uerſæ: aut ita

appulsæ ad muros ut pro aggere ac pontibus præbere accessum possent. Itaq; Scipio: posteaquam eo uentum est: ut in nauali certamine solet: rostratis: quæ præsidio aliis esse poterant: in postremã aciem receptis prope terram: onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduersus hostem opposuit: easq; ipsas: ne in tumultu pugnæ turbari ordines possent: malis antemnisq; de naue in nauem traiectis: ac ualidis funibus uelut uno inter se uinculo illigatis compressit: tabulasq; super instrauit: ut peruium nauium ordinem faceret: & sub ipsis pontibus interualla fecit: qua procurrere speculatoriæ naues in hostem ac tuto recipi possent. His raptim pro tempore instructis mille ferme delecti propugnatores onerariis imponuntur: telorũ maxime missilium: ut quamuis longo certamine sufficerent: uis ingens congeritur: ita parati instructique hostium aduentum opperiebantur. Carthaginenses: qui si maturassent: omnia permixta turba trepidantiũ primo impetu deprehendissent: perculsi terrestribus cladibus: atq; inde ne ĩ mari quidem: ubi ipsi plus poterant: satis fidentes die segni nauigatione absumpto: sub occasum solis ĩ portum (Rusucinona afri uocãt) classem appulere: postero die sub ortum solis instruxere ab alto naues uelut ad iustum prælium nauale: & tanquam exituris contra romanis. cum diu stetissent: posteaquam nihil moueri ab hostibus uiderũt: tum demum onerarias aggrediuntur. Erat res minime certamini nauali similis: proxime speciem muros oppugnantium nauium: altitudine aliquantum onerariæ superabant: ex rostratis pœni uana plæraq; utpote supino iactu tela in locum superiorem mittebant: rarior ac põdere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat. Speculatoriæ naues ac leuia ipsa nauigia: quæ sub constratis pontium per interualla excurrebant: primo ipso tantum impetu ac magnitudine rostratarũ obruebantur. deinde & propugnatoribus quoq; incõmodæ erant: quod permixtæ cum hostiũ nauibus inhibere sæpe tela cogebat: metu ne ambiguo ictu suis inciderent. Postremo asseres ferreo unco præfixi (harpagones uocant milites) ex punicis nauibus iniici in romanas cœpti: quos cũ neq; ipsos: neq; cathænas: quibus suspensi iniiciebantur: incidere possent: ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærente unco traheret: scindi uideres uincula: quibus aliis alia innexa erant: seriemq; aliam simul plurium nauium trahi. Hoc maxime modo lacerati quidem omnes pontes: & uix transiliendi in secundũ ordiné nauium spatium propugnatoribus datũ est. Sex ferme onerariæ puppibus abstractæ Carthaginem sunt: maior quã pro re lætitia: sed eo maior quod inter assiduas clades ac lachrymas unum quantumcũq; ex insperato gaudium affulserat: cum eo: ut appareret: haud ꝓcul exitio fuisse romanam classem: ni cessatum a p̃fectis suarũ nauium foret; & Scipio ĩ tempore subuenisset. Per eosdẽ forte dies cum Lællius: & Masinissa quintodecimo ferme die ĩ Numidiam pueniissent: massuli regnum paternum Masinissæ læti ut ad regem diu desideratum cõcessere. Syphax: pulsis inde præfectis p̃sidiisq; suis: uetere se cõtinebat regno: ne utiq; quieturus. stimulabat ægrum amore uxor socerq; & ita uiris equisque abundabat: ut subiectæ oculis regni ꝑ multos florentes annos uires: etiam minus barbaro atq; in potenti animo spiritus possent facere. Igitur omnibus: qui bello apti erant: in unum eductis: equos arma tela diuidit: equites in turmas: pedites in cohortes: sicut quondam ab romanis centurionibus didicerat: distribuit. Exercitu haud minore: quã quẽ prius habuerat: cæterũ omni ꝓpe nouo atq; incondito ire ad hostes ꝓgit: & castris in propinquo positis: primo pauci equites ex tuto speculatores ab stationibus ꝓgredi: inde iaculis summoti recurrere ad suos: inde excursiones inuicem fieri: & cum pulsos indignatio accenderet plures subire: quod irritamentum certaminum equestrium est: cum aut uincentibus spes: aut pulsis ira aggregat suos. Ita tum a paucis prælio accenso omnem postremo utrinq; equitatum certaminis studium effudit: ac dum equestre prælium erat: multitudo massulorũ ingentia agmina Syphace emittente sustineri uix poterat. Deinde ut pedes romanus repentino per turmas suas uiam dantes intercursu stabilem aciem fecit: absterruitq; effuse inuehentem sese hostem: primo barbari segnius ꝓmittere equos: deinde stare ac ꝓpe turbari nouo genere pugnæ: postremo nõ pediti solum cedere: sed nẽ equitem quidem sustinere peditis præsidio audentem. iam signa quoq; legionum apropinquabant: tum uero massuli non modo primum impetum: sed ne conspectum quidem signorũ atq; armorũ tulerunt: tantum seu memoria priorum cladum: seu præsens terror ualuit. Ibi Syphax dum obequitat hostium turmis: si pudore: si periculo suo fugam sistere posset: equo grauiter icto effusus opprimitur capiturq; : & uiuus lætum ãte omnes Masinissæ præbiturus spectaculum ad Lællium ꝓtrahitur. Cirtha caput regni Syphacis erat: eoq; se ingens hominum uis ex fuga contulerat. Cædes in eo prælio minor: quam uictoria fuit: quia equestri tantúmodo prælio certatum fuerat. Non plus quinquemillia occisa: minus dimidium eius hominũ captum est: impetu ĩ castra facto: quo perculsa rege amisso: multitudo se contulerat. Masinissa Lællio dicere sibi quidem nihil esse in præsentia pulchrius: quam uictorem recuperatum tanto post interuallo patrium inuisere regnum. sed tam secũdis: quam aduersis rebus non dari spatium ad cessandum: si se Lællius cum equitatu: uictoq; Syphace Cirthã præcedere sinat: trepida omnia metu se oppressurũ: Læliũ cũ peditibus subsequi modicis itineribus posse. Assentiente Lællio ꝓgressus Cirtham euocari ad colloquium principes cirthensiũ iubet: sed apud ignaros regis casus: neq; quæ acta essent: ꝓmendo: nec minis: nec suadendo ante ualuit: quã rex uinctus in cõspectum datus esset. Tum ad spectaculum tam fœdum comploratio orta: & partim pauore mœnia sunt deserta: partim repentino consensu gratiam apud uictorem quærentiũ patefactæ portæ: & Masinissa: præsidio circa portas opportunaque mœniũ dimisso: ne cui fugæ pateret exitus: ad regiam occupandam cito uadit equo: intranti uestibulum in ipso uestibuli limine Sophonis uxor Syphacis filia Asdrubalis pœni

occurrit:& cū in medio agmine armatoꝝ Maſiniſſā īſignē cū armis:tum cætero habitu cōſpexiſſet:& regē eſſe id:qđ erat:rata:genibus aduoluta eius:Oīa quidē:inquit:ut poſſes ī nos dii tibi dederūt:uirtuſq; & fœlicitas tua:ſed ſi captiuæ apud dominū uitæ neciſq; ſuæ uocē ſupplicē mittere licet:ſi genua:ſi uictricē attingere dextrā:precor:quæſoq; p maieſtatē regiā:ī qua pauloante nos quoq; fuimus:perq; gentis numidaꝝ nomē:quod tibi cū Syphace cōmune fuit:p huiuſce regiæ deos:qui te melioribus oībus accipiāt:quā Syphacē hīc miſerūt:hanc ueniā ſupplici des:ut ipſe:quodcunq; feret animus de captiua: ſtatuas:neq; me ī cuiuſquā romani ſupbū ac crudele arbitriū uenire ſinas.ſi nihil aliud:quā Syphacis uxor fuiſſem: tamen numidæ atq; ī eadem mecum Africa geniti:quā alienigenæ & externi fidē experiri mallē:Quid carthaginenſi ab romano:qd filiæ Aſdrubalis timēdū ſit:uides.Si nulla alia re potes me:morte ut uīdices ab rōanoꝝ arbitrio:oro obteſtorq;.Forma erat īſignis & florētiſſima ætas.itaq; cū mō dextrā āplectēs ī id ne cui rōano traderet:fidē expoſceret:ppiuſq; iam blanditias oratio eſſet:quā preces:nō ī miſericordiā mō placſus ē animus uictoris:ſed(ut ē genus numidaꝝ ī uenerē p̄ceps)amore captiuæ uictor captus:data:dextra ī id:qđ petebat;obligandæ fidei ī regiā cōcedit.inſtitit deinde reputare ſecū ipſe:quēadmodū p̄miſſi fidē p̄ſtaret:qđ cū expedire nō poſſet:ab amore temerariū atq; īpudens mutuat cōſiliū.nuptias ī eū īpm diem repente parari iubet:nequid relinqueret ītegri aut Lællio:aut ipſi Scipioni cōſulendi uelut ī captiuā; quæ Maſiniſſæ iā nupta foret.factis nuptiis:ſupuenit Lællius:& adeo nō diſſimulauit īprobare factū:ut primo etiā cum Syphace:& cæteris captiuis detractā iā thoro geniali mittere ad Scipionē conatus ſit. Victus deinde p̄cibus Maſiniſſæ orātis ut arbitrium utrius regum duoꝝ fortunæ acceſſio eſſet:Sophoniſba ad Scipionem reiiceret:miſſo Syphace:& cæteris captiuis:cæteras urbes Numidiæ:quæ p̄ſidiis regiis tenebāt:ad iuuante Maſiniſſa:recepit.Syphacem in caſtra adduci cum eſſet nunciatum:oīs uelut ad ſpectaculum triumphi multitudo effuſa eſt:p̄cedebat ipſe uictus:ſequebat grex nobilium numidaꝝ.Tum quātum plurimū quiſq; poterat magnitudini Syphacis:famæ gentis uictoriā ſuā augēdo addebat:illū eſſe regem:cuius tātū maieſtati duo potētiſſimi ī terris tribuerīt populi: rōanus carthaginēſiſq; : ut Scipio īperator ſuis ad amicitiā eius petēdā:relicta ꝓuincia Hiſpania exercituq;:duabus qnqueremibus ī Africā nauigaret .Aſdrubal pœnoꝝ īperator nō ipſe mō ad eū in regnū uenerit:ſed ēt filiā ei nuptā dederit : habuiſſe eū uno tpe ī poteſtate duos īperatores pœnū:romanūq;:ſicut ab diis īmortalibus pars utraq; hoſtiis mactandis pacem petiſſet:ita ab eo utrīq; pariter amicitiā petitā:iam tantas habuiſſe opes:ut Maſiniſſam regno pulſum eo redegerit:ut uita eius fama mortis & latebris feraꝝ mō in ſiluis rapto uiuētis tegeret.His ſermonibus circūſtantiū celebratis:rex ī p̄toriū ad Scipionē ē ꝓductus.mouit & Scipionē tamē fortuna priſtina uiri præſenti fortunæ collata:tū recordatio hoſpitii:dextræq; datæ:& fœderis publice ac priuatim iūcti.eadē hæc & Syphaci animū dederūt ī alloquēdo uictorē.nā cū Scipio: quid ſibi uoluiſſet:quæreret:q non ſocietatē ſolū abnuiſſet romanā:ſed ultro bellū ītuliſſet:tū ille peccaſſe quidē ſeſe atq; īſaniſſe fatebat:ſed tū demū cū arma aduerſus populū romanū recepiſſet:exitū ſui furoris fuiſſe nō principiū:tūc ſe īſaniſſe cū hoſpitia priuata & publica fœdera oīa ex animo eieciſſet:cū carthaginēſem matronā domū accepit:illis nuptialibus facibus regiā cōflagraſſe ſuā:illā furiā peſtēq; oībus delinimētis aīum ſuū auertiſſe atq; alienaſſe: nec ꝙuiſſe:donec ipa manibus ſuis nefaria ſibi arma aduerſus hoſpitē atq; amicū īduerit.pdito tamē ſibi atq; afflicto hoc ī miſeris ſolatii eē:qđ ī oīum hoīum inimiciſſimi ſibi domū ac penates eādē peſtē ac furiam trāſiſſe uideat:neq; prudētioré:neq; cōſtātioré Maſiniſſā:quā Syphacē eē:etiā ab iuuēta ī cautiorem:certe ſtultius illū atq; ītēperatius eā quā ſe duxiſſe.hāc nō hoſtili mō odio:ſed amoris etiā ſtimulis armatā apud æmulū cernēs cū dixiſſet:nō mediocri cura Scipionis aīum pepulit:& fidē criminibus factæ ꝓpe īter arma nuptiæ neq; cōſulto:neq; expectato Lællio faciebant tanquā præceps feſtinatio:ut quo die captā reginam uidiſſet:eodem matrimonio iunctā acciperet:& apud penates hoſtis ſui nuptiale ſacrū cōficeret.etiā eo fœdiora hæc uidebantur Scipioni:quod ipſum in Hiſpania iuuenē nullius forma pepulerat captiuæ.Hæc ſecum uoluēti Lællius:ac Maſiniſſa ſuperuenerūt:quos cū pariter ambos benigno uultu excepiſſet: & egregiis laudibus frequenti prætorio celebraſſet:adductū in ſecretū Maſiniſſam ſic alloquitur.Aliqua te exiſtimo Maſiniſſa intuentē in me bona:& principio in Hiſpania ad iungendā amicitiā mecum ueniſſe: & poſtea in Africa teipſum ſpeſq; oīs tuas in fidem meā cōmiſiſſe:atqui nulla eaꝝ uirtus eſt;ꝓpter quā appetēdus tibi uiſus ſim:in qua ego æque atq; tēperantia & continentia libidinū gloriatus fuerint:hanc te quoq; ad cæteras tuas eximias uirtutes Maſiniſſa adieciſſe uelim: nam nō eſt:mihi crede:tātū ab hoſtibus armatis ætatis noſtræ ꝑiculum:quantū ab circunfuſis undiq; uoluptatibus: qui eas ſua temperātia frenauit ac domuit:multo maius decus:maioréq; uictoriā ſibi pepit:quā nos Syphace uicto habuimus.Quæ me abſente ſtrenue ac fortiter feciſti:libēter & cōmemoraui & memini:cætera teipſū reputare tecū : quā me dicēte erubeſcere malo.Syphax populi rōani auſpiciis uictus captuſq; ē:itaq; ipſe cōiunx:regnū:agri oppida: hoīes:q ī colūt: qcqd dēiq; Syphacis fuit:p̄da populi rōani ē:& regē cōiugē eius:etiā ſi nō ciuis carthaginēſis eēt:etiā ſi nō patrē eius īperatoré hoſtiū uideremus:Romā oporteret mitti:ac ſenatus populiq; romani de ea iudiciū atq; arbitriū eſſe:quæ regē nobis ſociū alienaſſe:atq; ī arma coegiſſe p̄cipitē dicat . uince animū:caue:ne deformes multa bona uno uitio:& tot meritoꝝ gratiā maiore culpa:quā cauſa culpæ eſt: corrūpas.Maſiniſſæ hæc audiēti nō rubor ē ſolū ſuffuſus:ſed lachrymæ etiā obortæ:& cū ſe qdē ī poteſtate futurum imperatoris dixiſſet:oraſſetq; eum:ut quātū res ſineret:fidei ſuæ temere obſtrictæ cōſuleret:

ꝑmisisse enī sese ī nullius potestate eā traditugꝫ:ex ꝓtorio ī tabernaculū suū cōfusus concessit:ibi arbitris remotis:cū crebro suspirio & gemitu:quo facile a circūstantibus tabernaculū exaudiri posset:aliquātū tēporis cōsumpsisset:ingenti ad postremū edito gemitu:fido ex seruis uno accito: sub cuius custodia regio more ad incerta fortunæ uenenū erat:ei mixtū ī poculo ferre ad Sophonisbā iubet:ac simul núciare Masinissam libēter ei primā fidē ꝑstaturꝫ fuisse:quā uir uxori debuerit:quoniā eius arbitriū:qui possint adimāt:secundā fidē præstare:ne uiua ī potestatē romanorꝫ ueniat:memor patris ĩperatoris:patriæq; & duorum regū:quibus nupta fuisset:sibi ipsa cōsuleret.Hūc núcium ac simul uenenū ferēs minister cum ad Sophonisbam uenisset: Accipio:inquit:nuptiale munus: neq; ingratum: si nihil maius uir uxori præstare potuit:hæc tamen nuncia melius me moriturā fuisse:si nō ī funere meo nupsissem.nec locuta est ferocius quā acceptū poculum nullo trepidationis signo dato ĩpauide hausit.Quod ubi nunciatum ē Scipioni:ne quid æger aīo ferox iuuenis grauius consuleret:accitum eum extemplo nunc solat̄: nūc qđ temeritatē temeritate alia luerit: tristioremq; rē:quā necesse fuit:fecerit:leniter castigat.Postero die:ut a præsenti motu auerteret aīum eius:ī tribunal ascendit:& cōcionem aduocari iussit:ibi Masinissā primū regem appellatum:eximiisq; ornatū laudibus:aurea corona:aurea patera:sella curuli eburnea:& scipione eburneo: toga picta:& palmata tunica donat:addit uerbis honorem neq; magnificentius quicquā triumpho apud romanos:neq; triumphātibus ampliorem eo ornatu esse:quo uno oīum externorꝫ dignum Masinissam populo romano ducat.Lællium deinde:& ipm collaudatum aurea corona donat:& alii militares uiri: ꝑut a quoq; nauata opera erat:donati.Iis honoribus mollitus regis animus:erectusq; in spem ꝑpinquā: sublato Syphace:oīs Numidiæ potiundæ.Scipio:G.Lælio cum Syphace aliisq; captiuis Romā misso: cum qbus & Masinissæ legati missi sunt:ipse ad Tuneta rursum castra refert:& quæ munimenta incohauerat:ꝑmunit.Carthaginenses nō breui solum:sed ꝑpe uano gaudio ab satis ꝑspera in ꝑsens oppugnatione classis ꝑfusi:post famā capti Syphacis:ī quo plus ꝑpe quā ī Asdrubale:atq; exercitu suo spei reposuerant:ꝑculsi: iā nullo auctore belli ultro audito:oratores ad pacem petendā mittunt.xxx.senioꝝ principes:id erat sanctius apud illos cōsilium:maximaq; ad ipsum senatum regendum uis:qui:ubi in castra romana & prætorium puenerunt:more adulātium accepto:credo:ritu ex ea regione:ex qua oriundi erāt:ꝑcubuerunt. Cōueniens oratio tā humili adulationi fuit nō culpā pugnātiū:sed trāsferētiū initiū culpæ ī Annibalē ĩpotētiæq; eius:fautores ueniā ciuitati petebāt:ciuiū temeritate bis iā āte euersæ īcolumi futuræ iterꝫ hostiū beneficio.ĩperiū ex uictis hostibus populo rōano nō ꝓnicié peteret:patis obediēter seruire:quæ uellet:ĩperaret Scipio & uenisse ea spe ī Africā se ait:& spem suā ꝑspero belli euētu auctā:uictoriā se:nō pacē domum reportaturꝫ esse:tamen cū uictoriā ꝑpe ī manibus habeat:pacē nō abnuere:ut oēs gētes sciāt populū romanū & suscipere iuste bella:& finire.Leges pacis se has dicere:captiuos & ꝑfugas restituāt:exercitus ex Italia & Gallia deducāt:Hispania abstineāt:insulis oībus:quæ ĩter Italiā & Africā sunt:decedāt:naues lōgas oēs: ꝓter uiginti:tradāt.tritici quingēta:hordei.ccc.millia modiū.Pecuniæ sūmā:quantā ĩperauerit:paꝫ cōuenit:alibi quīquemillia talētū:alibi quinquemillia pōdo argēti:alibi duplex stipēdiū militibus ĩperatū iuenio.His cōdicionibus:inqt:si placeat:pax triduū ad cōsultandū dabit̄:si placuerit:mecū īducias facite:Romā ad senatū mittite legatos.Ita dimissi carthaginēses nullas recusandas cōdiciones pacis cū censuissent: quippe qui morā tēporis quærerēt:dū Annibal ī Africā traiceret: legatos alios ad Scipionē:ut īducias faceret:alios Romā ad pacē petendā mittūt:ducētes paucos ī speciē captiuos ꝑfugasq; & fugitiuos:quo ĩpetrabilior pax esset.Multis ante diebus Lællius cū Syphace primoribusq; numidarꝫ captiuis Romā uenit: quæq; ī Africa gesta essent:oīa exposuit ordine patribus:īgenti oīum & ī præsens lætitia:& in futurꝫ spe. Cōsulti inde patres regē ī custodiā Albā mittēdū cēsuerūt.Lælliū retinēdū donec legati carthaginēses uenirēt:supplicatio ī quatriduū decreta ē.Publius Elius prætor senatu misso:& concione inde aduocatā cū G.Lælio ī rostra ascēdit.Ibi uero audiētes fusos carthaginensiū exercitus:deuictū & captū ingentis noīs regē:Numidiā oēm egregia uictoria ꝑgratā:tacitū cōtinere gaudiū nō poterāt:quin clamoribus quibusque aliis multitudo solet: lætitiā ĩmodicā significarēt.Itaq; prætor extēplo edixit: uti æditui ædes sacras omnes tota urbe aperirent:circuneundi salutandiq; deos agendiq; gratias per totum diem populo potestas fieret.Postera die legatos Masinissæ in senatum introduxit. gratulati primum senatui sunt:quod.P. Scipio prospere res in Africa gessisset:deinde gratias egerunt:quod Masinissam non appellasset modo regem:sed fecisset restituendo paternum regnum:ī quo post Syphacem sublatum:si ita patribus uisum eēt: sine metu & certamine esset regnaturus:deinde quod collaudatum pro concione amplissimis decorasset donis:quibus ne indignus esset & dedisse operam Masinissam & porro daturum esse:petere ut regiū nomen:cæteraq; Scipionis beneficia:& munera senatus decreto confirmarent:& nisi molestum esset: illud quoq; petere Masinissam:ut numidas captiuos:qui Romæ in custodia essent:remitterent: id sibi amplū apud populares futurum esse.Ad ea responsum legatis:rerum gestarum in Africa prospere cōmunem sibi cum rege gratulationem esse:Scipionem recte atq; ordine uideri fecisse quod eum regem appellauerit:& quicquid aliud fecerit:quod honori foret Masinissæ:ei patres comprobare atq; laudare:munera:quæ legati ferrent regi:decreuerunt.Sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis:& lato clauo tunicis: equos duos phaleratos:bina equestria arma cum loricis:& tabernacula:militaremq; suppellectilem: qualē præberi consuli mos est.Hæc regi prætor mittere iussus:legatis in singulos dona ne minus quinummillium:

comitibus eorum mille æris:& uestimenta bina legatis:singula comitibus:numidisq; qui ex custodia mis si:redderentur. regiæ ad hoc ædes libera loca lauticiæ legatis decreta.Eadem æstate:qua hæc decreta Ro mæ:& in Africa gesta sunt:Publius Quintilius Varus prætor:& Marcus Cornelius ꝓconsul in agro insu brium gallorꝫ cū Magone pœno signis collatis pugnauerūt.prætoris legiones ī prima acie fuerūt.Corne lius suas in subsidiis tenuit.ipse ad prima signa equo aduectus: ꝙq; duobus cornibus ꝓtor ac ꝓconsul mi lites ad inferenda in hostes signa summa ui hortabantur:posteaquam nihil commouebant:tum Cornelio Quintilius:lentior:ut uides:fit pugna:inquit:& induratus præter spem resistendo hostium timor: ac ne uertatur in audaciam:periculum est.equestrem ꝓcellam excitemus oportet:si turbare ac statu mouere uo lumus.itaq; uel tu ad prima signa prælium sustine:ego inducam in pugnam equites:uel ego hic in prima acie rem geram:tu quattuor legionum equites in hostem emittito. Vtram uellet prætor muneris partem ꝓconsule accipiente:Quintilius prætor cum filio:cui Marco prænomen erat:impigro iuuene ad equites ꝓgit:iussosq; ascendere in equos repente in hostem emittit.tumultum equestrem auxit clamor ab legio nibus additus:nec stetissent hostiū acies:ni Mago ad primū equitū motum paratos elephantos extemplo in prælium induxissent: ad quorꝫ stridorem odoremq; & aspectum territi equi uanum equestre prælium fecerunt:& ut in rem pmixtis:ubi cuspide uti:& cōminus gladio posset:roboris maioris romanus eques erat:ita in ablatū pauentibus ꝓcul equis melius ex interuallo numidæ iaculabantur:simul & peditum le gio duodecima magna ex parte cæsa pudore magis:quam uiribus tenebat locum:nec diutius tenuisset:ni ex subsidiis tertiadecima legio in primam aciem inducta prælium dubium excepisset: Magoq; ex subsi diis gallos integræ legioni opposuisset; quibus haud magno certamine fusis:hastati legionis undecimæ conglobant sese: atque elephantos iam etiam peditum aciem turbantes inuadunt:in quos cum pila con fertos coniecissent nullo ferme frustra emisso:omnes retro in aciem suorum auerterūt: quattuor grauā ti uulneribus corruerunt. Tum prima commota hostium acies simul omnibus peditibus: ut auersos uidere elephantos ad augendum pauorem ac tumultum effusis:sed donec stetit ante signa Mago gradum sensim referentes ordines tenorem pugnæ seruabant:posteaquā fœmine transfixo cadentem auferriq; ex ꝑlio ꝓpe exanguem uidere:extemplo in fugam omnes conuersi.ad.v.millia hostium eo die cæsa:& signa militaria duo & uiginti capta.nec romanis incruenta uictoria fuit.ii.millia:&.ccc.de exercitu ꝓtoris:pars multo maxima ex legione.xii.amissa.inde tribuni militū duo Marcus Cosconius:& Marcus Menius:ter tiædecimæ quoq; legionis:quæ postremo ꝑlio affuerat:Gn.Heluius tribunus militum in restituenda pu gna cecidit:& duode.xx.ferme equites illustres obtriti ab elephātis cum centurionibus aliquot perierūt. & longius certamen fuisset:ni uulnere ducis cōcessa uictoria esset.Mago ꝓximæ noctis silentio ꝓfectus: quātū pati uiæ ꝑ uulnus poterat:itineribus extētis ad mare in ligures ingaunos puenit:ibi eum legati ab Carthagine paucis ante diebus in sinum gallicum appulsis nauibus adierunt:iubentes primo quoq; tem pore in Africam traiicere:idem & fratrem eius Annibalem(nam ad eum quoq; isse legatos eadem iuben tes)facturum:non in eo esse carthaginenſium res:ut Galliam:atq; Italiam armis obtineant.Mago nō im perio modo senatus:periculoq; patriæ motus:sed metuens etiā ne uictor hostis moranti ilstaret: ligureſq; ipsi relinqui Italiam a pœnis cernentes ad eos:quorū mox in potestate futuri essent:deficerent:simul spe rans leniorem in nauigatione:quā in uia iactationem uulneris fore:& curationi omnia commodiora:ꝑpo sitis copiis in naues ꝓfectus uixdū superata Sardinia ex uulnere moritur:naues quoq; aliquot pœnorum disiectæ in alto a classe romana:quæ circa Sardiniam erat:capiunt.Hæc terra mariq; in pre Italiæ: quæ ia cet ad alpes:gesta.Cōsul.Gn.Seruilius nulla memorabili re ī ꝓuincia Ethruria:& Gallia(nā eo quoq; pro cesserat)gesta:patre.Gn.Seruilio:&.G.Luctatio patruo ex seruitute post decimū sextū annū receptis: qui ad uicum Canetum a Boiis capti fuerant:hinc patre:hinc patruo latera circūdantibus priuato magis:quā publico decore ilsignis Romā rediit.Latū ad populū est:ne.G.Seruilio fraudi esset:quod patre:qui sella cu ruli sedisset:uiuo:cū id ignoraret:tribunus plebis:atq; ædilis ple.fuisset:cōtra quam sancitū legibus erat. Hac rogatione plata in ꝓuinciam rediit ad.G.Seruilium consulem:qui in Brutiis erat. Consentia:Vffu gum:Vergæ:Besidiæ:Hetriculum:Sypheum:Argentanum: Dampetia:multiq; alii ignobiles populi sene scere punicū bellum cernentes defecere.Idem consul cum Annibale in agro Crotonensi acie conflixit.ob scura eius pugnæ fama est. Valerius Antias quinquemillia hostiū cæsa ait:quæ tanta res est:ut aut impu denter ficta sit:aut negligēter ꝑtermissa.Nihil certe ultra rei ab Annibale in Italia gestum est:nam ad eum quoq; legati ab Carthagine uocantes in Africam iis forte diebus:quibus ad Magonē uenerūt.frendēs:fre mens:gemēsq;:ac uix lachrymis temperās dicit legatorꝫ uerba audisse.Posteaquā edicta sunt mandata:lā nō pplexe:inquit:sed palā reuocāt:qui uetādo supplementū:& pecuniā mitti iā pridē retrahebant. Vicit er go Annibalē nō populus romanus totiens cæsus fugatusq;:sed senatus carthaginensis obtrectatione atq; inuidia:neq; hac deformitate reditus mei tā Publius Scipio exultabit atq; efferet sese: quā Hanno: qui do mū nostrā:quādo alia re nō potuit:ruina Carthaginis oppressit:Iam hoc ipm ꝑsagiēs aīo ꝓparauerat ante naues.Itaq; inutili militū turba ꝑsidii specie ī oppida brutii agri:quæ pauca magis metu:quā fide cōtine bant:dimissa quod roboris in exercitu erat:in Africā trāsuexit:multis Italici generis:quia in Africā secu turos abnuentes cōcesserant in lunonis Laciniæ delubrū iuiolatū ad eum diē in tēplo ipso fœde interfe ctis: Raro quēquā aliū patriā exilii causa relinquētem magis mœstū abisse ferūt: quā Annibalem hostiū

terra excedẽtem,reſpexiſſe ſæpe Italiæ littora:& deos hoieſq; accuſantẽ:in ſe quoq; ac ſuũ ipſius caput execratũ:quod nõ cruentũ ab cannenſi uictoria militẽ Romã duxiſſet:Scipionẽ ire ad Carthaginẽ auſum:q; cõſul hoſtẽ in Italia pœnũ nõ uidiſſet:ſe centũ millibus armatoꝝ ad Thraſimenũ & Cannas cæſis: circa Caſilinũ:Cumas:Noláq; cõſenuiſſe.Hæc accuſans querenſq; ex diutina poſſeſſione Italiæ ẽ detractus.Romã ꝑ eoſdẽ dies & Magonẽ:& Annibalẽ ꝓfectos allatũ ẽ:cuius duplicis gratulationis relatio minuit lætitiam:& quod paꝝ duces in retinendis iis(cum id mandatũ ab ſenatu eſſet)aut animi:aut uirium habuiſſe uidebantur:& quod ſolliciti erãt:omni belli mõle ĩ unum ducem exercitúq; ĩclinata:quo euaſura eẽt res. Per eoſdẽ dies legati ſaguntini uenerunt compræhenſos cũ pecunia adducentes carthaginẽſes:qui ad cõducenda auxilia in Hiſpaniã traieciſſent:ducẽtum & quinquaginta auri:octingẽta pondo argẽti in ueſtibulo curiæ poſuerũt.Hoĩbus acceptis & in carcerem cõditis:auro argentoq; reddito:gratiæ legatis actæ: atq; inſuper munera data:ac naues:quibus ĩ Hiſpaniã reuerterent.Mentio deinde ab ſenioribus facta eſt: ſegnius homines bona:quã mala ſentire:tranſitũ Annibalis in Italiã quantũ terroris pauoriſq; eſſe ſe ſemp meminiſſe:quas deinde clades :quos luctus incidiſſe:uiſa caſtra hoſtiũ e muris urbis:quæ uota ſingulos uniuerſorũq; fuiſſe:quotiẽs ĩ conciliis uoces manus ad cælũ porrigentiũ auditas:en unq̃ ille dies futurus eſſet:quo uacuã hoſtibus Italiã bona pace florentẽ uiſuri eſſent:dediſſe id deos tandẽ ſextodecimo demũ anno:nec eſſe q; diis gratias agendas cenſeant:adeo ne aduenientem quidem gratiam hoĩes benigne accipere:nedũ ut præteritæ ſatis memores ſint.Conclamatum deinde ex omni ꝑte curiæ eſt:uti referret Publius Elius prætor:decretũq; eſt:ut.v.dies circa omnia puluinaria ſupplicaret:uictimæq; maiores immolarent.c.xx.Iam dimiſſo Lælio:legatiſq; Maſiniſſæ cũ carthaginẽſiũ legatos de pace ad ſenatũ uenientes Puteolis uiſos:inde terra uẽturos allatum eſſet:reuocari.G.Lælliũ placuit:ut corã eo de pace ageret.Qu. Fuluius Gillo legatus Scipionis carthaginẽſes Romam adduxit:q̃bus uetitis ĩgredi urbẽ:hoſpitium ĩ uilla publica:ſenatus ad ædẽ Bellonæ datus eſt.Orationẽ eandem ferme:quã apd̃ Scipionẽ habuerũt: culpã oẽm belli a publico conſilio in Annibalem uertentes:eũ in iuſſu ſenatus nõ Alpes modo:ſed Ibeꝝ quoq; trãſgreſſũ:nõ rõanis ſolũ:ſed ante etiã ſagũtinis priuato cõſilio bellũ ĩtuliſſe:ſenatui ac populo carthaginẽſiũ: ſiquis uere exiſtimet:fœdus ad eã diẽ inuiolatũ eſſe cũ rõanis.Itaq; nihil aliud ſibi mãdatũ eſſe uti peterẽt:quã ut in ea pace:quæ poſtremo cũ cõſule Luctatio facta ẽ:manere liceret.Cum more tradito a patribus poteſtatẽ ĩterrogandi:ſiquis quid uellet:legatos prætor feciſſet:ſenioreſq;:qui fœderibus interfuerãt:alia alii ĩterrogarẽt:nec meminiſſe ſe ꝑætatẽ & enĩ omnes ferme iuuenes erãt:dicerẽt legati: cõclamatũ ex omni ꝑte curiæ eſt:punica fraude electos:q; ueterẽ pacẽ repeterẽt:cuius ipſius nõ meminiſſent.emotis deinde curia legatis:ſententiæ interrogari cœptæ.M.Liuius.Gn.Seruiliũ cõſulẽ:qui ꝓpior eſſet:accerſendũ :ut corã eo de pace ageret:cenſebat:cũ de re maiore:quã quãta eſſet cõſultatio.incidere non poſſet: nõ uideri ſibi abſente cõſulũ altero ambobuſue eã rẽ agi ſatis ex dignitate po.ro.eẽ.Qu.Metellus:qui triennio ante cõſul dictatorq; fuerat:cũ.P.Scipio cædẽdo exercitus:agros populãdo ĩ eam neceſſitatẽ compuliſſet hoſtes:ut ſupplices pacẽ peterẽt:& nemo oĩum uerius exiſtimare poſſet:qua mẽte ea pax peteret: quã eũ:qui ante portas Carthaginis bellũ gereret:nullius alterius cõſilio:quã Scipionis accipiẽdã abnuendãq; pacẽ eſſe.M.Valerius Leuinus:qui bis cõſul fuerat:ſpeculatores nõ legatos ueniſſe arguebat: iubendoſq; eos Italia excedere:& cuſtodes cũ iis uſq; ad naues mittẽdos:Scipioniq; ſcribẽdũ ne bellũ remitteret Lælius Fuluiuſq; adiecerũt:& Scipionẽ ĩ eo poſitã habuiſſe ſpem pacis ſi Annibal & Mago ex Italia nõ reuocarẽt:.cæteꝝ oĩa ſimulaturos carthaginẽſes duces eos exercituſq; exſpectátes:deide quãuis recẽtiũ fœdeꝝ:& deoꝝ omniũ oblitos bellum geſturos:eo magis in Marci Leuinii ſententiã diſceſſum.Legati pace infecta ac ꝓpe ſine reſponſo dimiſſi.Per eos dies.Gn.Seruilius cõſul haud dubius quin pacatæ Italiæ pe nes ſe gloria eſſet:uelut pulſum ab ſe Annibalẽ ꝓſequens in Siciliam:inde in Africã tranſiturus traiecit.qd̃ ubi Romæ uulgatũ eſt:primo cenſuerũt patres:ut prætor ſcriberet cõſuli ſenatum æquũ cenſere in Italiã reuerti eũ:deinde cũ prætor ſpretuꝝ eum litteras ſuas diceret:dictator ad idipſum creatus.P. Sulpicius ꝓ iure maioris imperii conſulẽ in Italiam reuocauit.Reliquũ anni cũ Marco Seruilio magiſtro equitũ circũ eundis Italiæ urbibus:quæ bello alienatæ fuerant:noſcẽdiſq; ſingulaꝝ cauſis cõſumpſit.Per inducias tẽpus & ex Sardinia ab Lentulo pretore cẽtũ onerariæ naues cũ cõmeatu uiginti roſtrataꝝ præſidio actæ: & ab hoſte:& ab tẽpeſtatibus mari tuto in Africã tranſmiſerũt.Gn.Octauio.cc.onerariis.xxx.longis nauibus ex Sicilia traiiciẽti non eadem fortuna fuit.ĩ cõſpectu ferme Africæ proſpero curſu uectũ primo deſtituit uentus:dein uerſus ĩ Africum turbauit:ac paſſim naues diſiecit:ipſe cũ roſtratis ꝓaduerſos fluctus ingenti remigũ labore enixus Apollinis ꝓmontoriũ tenuit:onerariæ pars maxima ad Egimuꝝ inſulã: ea ſinum ab alto claudit:ĩ quã ſita Carthago eſt.xxx.ferme millia ab urbe:aliæ aduerſus urbem ipſam ad calidas aquas delatæ ſunt.omnia in conſpectu Carthaginis erãt.Itaq; ex tota urbe in foꝝ cõcurſum eſt:magiſtratus ſenatum uocare : populus in curiæ ueſtibulo fremere ne tanta ex oculis manibuſq; amitteretur præda . Cum quidam pacis petitæ:alii inducarum(necdum enim dies exierat)fidem opponeret : poſtremo permixto pœne ſenatus populiq; concilio : conſenſum eſt : ut claſſe quinquaginta nauium Aſdrubal Egimurum traiiceret : indeq; per littora portuſq; diſperſas romanas naues colligeret . Deſertæ fuga nautarum primum ab Egimuro:dein ab calidis aquis onerariæ Carthaginem puppibus tractæ ſunt. Nondũ reuerterant ab Roma legati:neq; ſciebant:quæ ſenatus romani de bello aut pace ſententia eſſet : necdum

inducia⁹ dies exierat:eo indigniorē iniuriam ratus Scipio:ab iis:qui petissent pacem:& inducias:spem pacis:& fidē inducia⁹ uiolatā esse:legatos Carthaginē Luciū Bebium:Marcū Seruiliū:Lucium Fabium extemplo misit:qui cū multitudinis cōcursu ꝓpe uiolati eēnt: nec reditū tutioré cernerēt futu⁹: petierūt a magistratibus:quo⁹ auxilio uis ꝓhibita erat:ut naues mitterēt:quæ se ꝓsequerent: datæ triremes duæ: cum ad Bregadā flumen ꝓuenissent:unde castra romana conspiciebant:Carthaginē rediere.Classis punica ad uticā stationē habebat:ex ea tres quatriremes seu clam misso a Carthagine nuncio:ut fieret:seu Asdrubale:qui classi prærat:sine publica fraude auso facinus: quinqueremē romanā superantē ꝓmontoriū ex altō repente agressæ sunt:sed neq; rostro ferire celeritate subter labentē poterāt:neq; transilire armati ex humilioribus in altiorem nauē:& defendebat egregie:quoad tela suppeditarāt:q⁹ deficiētibus: iam nulla alia res eā quam ꝓpinquitas terræ multitudoq; a castris ī littus effusa tueri potuisset: concitatā remis:quanta maxime ui poterāt: in terrā cū īmisissent:nauis tantū iactura facta incolumes ipsi euaserunt. Ita alio sup aliud scelere cum haud dubie inducię ruptæ essent:Lælius Fuluiusq; ab Roma cū legatis carthaginensibus superuenerūt,quibus Scipio: &si nō inducia⁹ fides modo a carthaginensibus:sed etiā ius gentiū in legatis suis uiolatū esset:tamē se nihil nec institutis populi romani:nec suis moribus indignū in iis factu⁹ esse cū dixisset:legatis dimissis:bellum parabat.Annibale iā terræ appropinquante iussus e nautis unus ascēdere ī malum:ut specularet:quā tenerēt regionē:cū dixisset sepulchrū dirutū ꝓram spectare: locū abominatus præteruehi iusso gubernatore ad Leptim appulit classem : atq; ibi copias exposuit.Hæc eo āno in Africa gesta.Insequētia excedūt ī eum annū:quo Marcus Seruilius Geminus:qui tum magister equitū erat:&.T.Claudius Nero cōsules facti sunt.cæte⁹ exitu superioris anni cū legati socia⁹ urbiū ex græcia questi essent uastatos agros ab regiis præsidiis: ꝓfectosq; ī Macedoniā legatos ad res repetēdas nō admissos ad Philippum regem:simul nūciassent quattuormillia militū cum Sopatro duce traiecta ī Africā duci:ut essent carthaginensibus præsidio:& pecuniæ aliquātum una missum:legatos ad regē: qui hæc aduersus fœdus facta uideri patribus nunciarent:mittendos censuit senatus.Missi Gaius Terētius Varro: Gnæus Mālius:Marcus Aurelius:iis tres qnqueremes datæ. Annus īsignis īcendio īgenti:quo cliuus publicus ad solum exustus est & aqua⁹ magnitudine:sed & annonæ uilitate fuit:præterquā quod pace oīs Italia erat aperta:etiā quod magnā uim fruméti ex Hispania missā Marcus Valerius Falco:& Marcus Fabius Buteo ædiles curules quaternis æris uicatim populo descripserunt.Eodē anno Quintus Fabius Maximus moritur exactæ ætatis:siquidem ue⁹ est:auguré duos & q̄draginta ānos fuisse: qđ quidā auctores sunt.uir certe fuit dignus tāto cognomīe:uel si nouū ab eo īcipet:supauit paternos honores:auitos æquauit:pluribus uictoriis & maioribus præliis auus insignis Rullus:sed oīa æquare unus hostis Annibal pōt: cautior tamē quā ꝓmptior hic habitus fuit:& sicut dubites utrū ingenio cūctatior fuerit:an quia ita bello ꝓprie:qđ tum gerebat:aptum erat:sic nihil certius é:quā unū hoīem nobis cūctando rē restituisse sicut Ennius ait.Augur ī locū eius inauguratus Quīt⁹ Fabius Maximus filius eius.in eiusdē locum pontifex (nam duo sacerdotia habuit)Seruius Sulpicius Galba:ludi rōani diē unū:plebeii ter toti īstaurati ab ædilibus Marco Sestio Sabino:& Gnæo Tremellio Flacco:li ambo prætores facti:& cū iis Gaius Liuius Salinator:& Gaius Aurelius Cotta.Comitia eius āni utrū Gnæus Seruilius cōsul habuerit:an quia eum res in Ethruria tenuerint:quæstiones ex sociis de cōiurationibus principū habētem dictator ab eo dictus Publius Sulpicius:sic incertū diuersi auctores faciunt.Principio insequentis anni Marcus Seruilius : & Titus Claudius:senatu ī capitoliū uocato:de ꝓuinciis rettulerūt:Italiā atq; Africā in sortem cōiici:Africam ambo cupientes uolebāt.cæte⁹ Quinto Metello maxime ānitēte:neq; data:neq; negata ē Africa.Cōsules iussi cū tribunis plebis agere:ut si iis uideret:populū rogarēt:quē uellent ī Africa bellū gerere.omnes tribus Publium Scipionem iusserunt:nihilominus consules prouinciam Africā(ita enim senatus decreuerat)in sortem cōiecerunt.Tito Claudio Africa euenit:ut quinquaginta nauium classem: omnes quinqueremes ī Africā traiiceret: pariq; imperio cū Scipione imperator esset:Marcus Seruilius Ethruriā sortitus.In eadē ꝓuincia & Gnæo Seruilio ꝓrogatum imperiū:si consules manare ad urbem senatui placuisset. Prætores Marcus Sestius Galliā est sortitus : ut duas legiones ꝓuinciāq; traderet ei Publius Quintilius Varus;Gaius Liuius Brutios cū duabus legionibus:quibus Publius Sēpronius ꝓconsul prioris anni pfuerat: Gnæus Tremellius Siciliam:ut ab Appio Appulo prætore prioris anni ꝓuinciam: & duas legiones acciperet. Iulius ꝓprætor cū.xx.nauibus lōgis militibus mille oram Siciliæ tutaret.inde Marcus Pōponius uiginti nauibus reliquis mille & quingentos deportaret mílites Romā:Gaio Aurelio Cottæ urbana euenit.cæteris:ita uti quisq; obtinebāt ꝓuincias exercitusq;:progata imperia:sedecim nō amplius āno eo legionibus defensum imperium est.& ut a placandis diis omnia inciperent agerētq;:quos ludos Marco Claudio Marcello:T.Quintio cōsulibus Titus Mālius dictator quasq; hostias maiores uouerat:si p quīquēnium illud respublica eodem statu fuisset:ut eos cōsules:priusquā ad bellum proficiscerentur:facerent.Ludi in circo per quatriduū facti:hostiæq;:quibus uotæ erāt diis:cæsæ.Inter hæc simul spes: simul cura ī dies crescebat: nec satis certū cōstare apud animū poterat:utrū gaudio dignū esset Annibalē post sextumdecimum annū ex Italia decedentem uacuam possessionē eius reliquisse po.ro.an magis metuandū: qđ incolumi exercitu in Africam traiecisset:locum nimirum nō periculū mutatum: cuius tātæ dimicationis uatem: qui nuper decessisset.Q̄.Fabium haud frustra canere solitum:grauiorem in sua terra futu⁹ hostem Annibalē

quã ĩ aliena fuiſſet:nec Scipioni aut cũ Syphace incõditæ barbariæ rege:qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſolitus ſit:aut cũ ſocero eius Aſdrubale fugaciſſimo duce rẽ futurã: aut tumultuariis exercitibus ex agreſtium ſemiermi turba ſubito collectis:ſed cũ Annibale ꝑpe nato in prætorio patris fortiſſimi ducis alito atq; educato ĩter arma puero:quondã milite uixdũ iuuene imperatore:qui ſenex uincẽdo factus Hiſpanias:Gallias:Italiã ab alpibus ad fretũ monumentis ingentiũ reꝝ cõpleſſet: ducere exercitũ æqualẽ ſtipẽ diis ſuis duratũ oĩum reꝝ patiẽtia:quas uix fides fiat hoĩes paſſos:ꝑfuſum milles cruore romano:exuuias non militũ mõ:ſed etiã ĩperatoꝝ portantẽ:multos occurſuros Scipioni ĩ acie:qui ꝓtores:qui imperatores:qui cõſules romanos ſua manu occidiſſent:muralibus uallaribuſq; inſignes coronis ꝓuagatos capta caſtra:captas urbes romanas:non eſſe hodie tot faſces magiſtratibus populi romani : quot captos ex cæde imperatoꝝ præſe ferre poſſet Annibal.Has formidines agitãdo animis ipſi curas & metus augebãt. & iam qđ cũ aſſueſſent ꝑ aliquot ãnos bellum ante oculos aliis atq; aliis in Italiæ ꝑtibus lenta ſpe in nullũ ꝓpinquũ debellandi finẽ gerere:erexerat oĩum aĩos Scipio & Annibal uelut ad ſupremũ certamẽ cõparati duces.ii.quoq;:quibus erat ingẽs in Scipione fiducia & uictoriæ ſpes:quo magis ĩ ꝓpinqua eã ĩminebant animis:eo curæ intentioris erãt.Haud diſpar habitus aĩoꝝ carthaginenſibus erat:quos modo petiſſe pacem:intuentes Annibalẽ ac reꝝ geſtaꝝ eius magnitudines:pœnitebat:modo cũ reſpicerẽt bis ſeſe acie uictos:Syphacẽ captũ:pulſos ſe Hiſpania:pulſos Italia:atq; ea oĩa unius uirtute & cõſilio Scipionis facta: uelut fatalem eum ducẽ in exitiũ ſuũ natũ horrebãt . Iam Adrumentũ ꝓuenerat Annibal:unde ad reficiendũ ex iactatione maritima militem paucis diebus ſumptis:excitus pauidis nunciis oĩa circa Carthaginem obtineri armis afferentiũ magnis:itineribus Zamã contẽdit.Zama quinq; dieꝝ iter ãb Carthagine abeſt. inde præmiſſi ſpeculatores cũ excepti a cuſtodibus romanis deducti ad Scipionẽ eſſent : traditos eos tribunis militum:iuſſoſq; omiſſo metu uiſere oĩa per caſtra:qua uellent:circunduci iuſſit : ꝓcunctatoſq; ſatin ꝓcõmode oĩa exploraſſent:datis:qui ꝓſequerent:retro ad Annibalẽ dimiſit.Annibal nihil quidẽ eoꝝ: quæ nunciabant:nã & Maſiniſſã cũ ſexmillibus peditũ:quattuor equitũ ueniſſe eo ipſo forte die afferebãt:læto aĩo audiuit:maxime hoſtis fiducia:quæ nõ de nihilo ꝑfecto cõcepta eſt:ꝓculſus. Itaq; quanq; & ipſe cauſa belli eius erat:& aduentu ſuo turbauerat pactas inducias & ſpem fœdeꝝ:tamẽ ſi ĩteger:quã ſi uictus peteret pacẽ:æquiora poſſe ĩpetrari ratus:nunciũ ad Scipionẽ miſit:ut colloquendi ſecũ poteſtatẽ faceret.Id utrũ ſua ſponte fecerit an publico cõſilio:neutrũ:cur affirmẽ:habeo.Valerius Antias primo prælio uictũ eũ a Scipione:quo duodecimillia armatoꝝ ĩ acie ſunt cæſa:mille & ſeptigẽti capti:legatũ cũ aliis decẽ legatis tradit ĩ caſtra ad Scipionẽ ueniſſe.cæteꝝ Scipio cũ colloquiũ haud abnuiſſet:ambo ex compoſito duces caſtra ꝓtulerũt:ut coire ex ꝓpinquo poſſent.Scipio haud ꝓcul Nadagara urbe tũ ad cætera loco opportuno:tũ qđ aquatio ĩtra teli cõiectum erat:cõſedit.Annibal tumulũ a quattuor millibus inde tutũ cõmodũq; alioquin:niſi quod longinquæ aquationis erat:cepit.ibi ĩ medio locus cõſpectus undiq;. nequid inſidiaꝝ eſſet:delectus:ſummotis pari ſpatio armatis:cũ ſingulis ĩterpretibus congreſſi ſunt.Non ſuæ mõ ætatis maximi duces:ſed oĩs ante ſe memoriæ oĩum gẽtiũ:cuiuſlibet regũ ĩpatorũue pares pauliſper alter alterius cõſpectu admiratione mutua ꝓpe attoniti cõticuere.Tũ Annibal prior:ſi hoc ita fato datũ erat:ut qui primus bellũ intuli po.ro.quiq; totiens ꝓpe ĩ manibus uictoriã habui: is ultro ad pacẽ petendã uenirẽ:lætor te mihi ſorte potiſſimum datum:a quo pacẽ peterẽ.Tibi quoq; ĩter multa egregia nõ ĩ ultimis laudũ hoc fuerit:Annibalẽ:cui tot de romanis ducibus uictoriã dii dediſſent:tibi ceſſiſſe:teq; huic bello ueſtris plus quã noſtris cladibus inſigni finẽ impoſuiſſe.Hoc quoq; ludibriũ fortuna: an caſus ediderit:ut cũ patre tuo cõſule ceperim arma:cũ eodẽ primum romano ĩpatore ſigna cõtulerim : ad filiũ eius ĩermis ad pacẽ petendã ueniã.Optimũ quidẽ fuerat eã patribus noſtris mentẽ datã ab diis eſſe:ut & uos Italiæ:& nos Africæ ĩperio cõtenti eſſemus:neq; enĩ ne nobis quidẽ Sicilia:atq; Sardinia ſatis digna ꝑtia ſũt:ꝑ tot claſſibus tot exercitibus:tot tãq; egregiis amiſſis ducibus ſed ꝓterita magis reꝑhẽdi poſſũt: quã corrigi.ita aliena appetiuimus:ut de noſtris dimicaremus:nec in Italia ſolũ uobis bellũ:nobiſq; ĩ Africa eſt:ſed & uos ĩ portis ueſtris ꝓpe ac mœnibus ſigna armaq; hoſtiũ uidiſtis:& nos ab Carthagine fremitum caſtrorum romanorum exaudiuimus.Quod igitur nos maxime abominaremur:uos autẽ ante oĩa optaretis:in meliore ueſtra fortuna de pace agitur:agimuſq; ĩ:quorum & maxime ĩtereſt pacem eſſe:& q quodcunq; egerimus:ratum ciuitates noſtræ habituræ ſint:animo tantum nobis opus eſt non abhorrente a quietis conſiliis.quod ad me attinet:iam ætas ſenem in patriam reuertentem:unde puer ꝓfectus ſum: iam ſecũdæ:iam aduerſæ res ita erudierũt:ut rationem ſequi:quam fortunam malim: tuam & adoleſcentiã:& ꝑpetuã fœlicitatẽ:ferociora utraq;:quã quietis opus ẽ cõſiliis:metuo nõ temere ĩcerta caſuũ reputat quẽ fortuna nunquã decepit.Quod ego fui ad Thraſymenũ:ad Cãnas:id tu hodie es:uixdũ militari ætate ĩperio accepto oĩa audaciſſime incipiẽtẽ nuſquã fefellit fortuna.Patris & patrui ꝓſecutus mortẽ ex calamitate ueſtræ domus decus ĩſigne uirtutis pietatiſq; eximiæ cepiſti amiſſas Hiſpanias recupaſti q̃ttuor inde punicis exercitibus pulſis:cõſul creatus cũ cæteris ad tutãdũ Italiã paꝝ animi eẽt:trãſgreſſus ĩ Africã duobus his exercitibus cæſis.binis eadẽ hora captis ſimul ĩcẽſiſq; caſtris: Syphace potẽtiſſimo rege capto: tot urbibus regni eius:tot noſtri ĩperii ereptis:me ſextũdecimũ iã annũ hærentẽ ĩ poſſeſſione Italiæ detraxiſti.poteſt uictoriam inquam malle:quam pacem animus:noui uobis ſpiritus magis magnos : quam utiles:& mihi talis aliquando fortuna affulſit:quod ſi in ſecundis rebus bonam mentem quoq; donarẽt: dii:

non ea solū:quæ euenissent:sed etiā ea:quæ euenire possent:reputaremus.ut oīum obliuiscaris:alioꝝ satis ego documēti in oēs casus sum: quē modo castris inter anienē atq; urbē Romā positis : signa inferentem ad mœnia romana uideras:hic cernas duobus fortissimis uiris fratribus clarissimis īperatoribus orbatum ante mœnia ꝓpe obsessæ patriæ:quibus terrui uestrā urbē:ea ꝑ mea dēpcantē.maxīe cuiq; fortunæ minīe credendū est.In bonis tuis rebus nostris dubiis tibi āpla ac speciosa danti est pax:nobis petētibus magis ne cessaria:quā honesta:melior tutiorq; est certa pax:quā sperata uictoria.hæc in tua:illa ī deoꝝ manu est.ne tot annoꝝ fœlicitatē in unius horæ dederis discrimē:cū tuas uires:tū uim fortunæ martēq; belli cōmunē ꝓpone aīo.utrinq; ferꝝ:corpora humana erūt:nusquā minus:quā in bello euētus respondēt:non tantū ad id:qđ data pace iā habere potes:si ꝑlio uincas:gloriæ adieceris:quātū ademeris:siqd aduersi eueniat:simul parta ac spata decora unius horæ fortuna euertere pōt: oīa in pace iungēda tuæ potestatis sūt Publi Corneli:tūc ea habēda fortuna erit:quā dii dederint.Inter pauca fœlicitatis uirtutisq; exēpla.M.Attilius quondam in hac eadē terra fuisse fert:qui sic uictor pacē petētibus patribus nostris abnuit:sed nō statuēdo tandem fœlicitati modū:nec cohibēdo efferentē se fortunā:quāto altius elatus erat:eo fœdius corruit. Est qdem eius:qui dat:nō qui petit:cōdiciones dicere pacis:sed forsitā nō īdigni simus:q nobis metipsis mulctā irrogemus:qui nō recusamus:qn oīa:ꝓpter quæ bellū initū est:uestra sint.Sicilia:Sardinia Hispania: quicquid insulaꝝ tota īter Africā Italiāq; cōtinet mari:carthaginēses īclusi Africæ littoribus: uos quando ita diis placuit:externa etiā terra mariq; uideamus regentes īperia.Haud negauerī ꝓpter nō nimis sincere petitā: aut expectatā nup pacē:suspectā eē uobis punicā fidē:multū: per quos petita sit:ad fidē tuendæ pacis ptinet.Scipio uestri quoq;:ut audio:patres nō nihil etiā ob hoc:quia paꝝ dignitatis ī legatione erat: negauerūt pacē.Annibal peto pacē:qui neq; peterē:nisi utilē crederē:& ꝓpter eādē utilitatē tuebor eam:ꝓpter quā petii.Et quēadmodū qa a me bellū cōceptū est:nequē eius pœniteret:quoad ipsi nō iuidere dei ꝑstiti: ita ānitar nequē pacis ꝑ me partæ pœniteat.Ad hæc īperator rōanus in hāc fere sententiā respōdit.Nō me fallebat Annibal/aduentus tui spe carthaginenses & ꝑsentē inducias fidē:& spem pacis turbasse:neq; tu id sane dissimulas:qui de cōdiciōibus supioribus pacis oīa subtrahis: ꝓter ea:quæ iāpridē in nostra potestate sunt.cæteꝝ sicut tibi curæ est sentire ciues tuos:quāto per te onere leuent:sic mihi laborandū est: ne quæ tunc pepigerūt:hodie subtracta ex cōditionibus pacis ꝑmia perfidiæ habeant:indigni:quibus eadē pateat cōdicio:ut etiā ꝓsit uobis fraus petitis.neq; patres nostri priores de Sicilia:neq; nos de Hispania fecimus bellū:& tum mamertinoꝝ socioꝝ periculū: & nūc Sagūti excidiū nobis pia ac iusta induerunt arma. uos lacessīsse:& tu ipse fateris:& dii testes sunt:qui & illius belli exitū secundū ius fasq; dederūt: & huius dant & dabunt.Quod ad me attinet:& hūanæ īfirmitatis memini:& uim fortunæ reputo:& oīa: quæcūq; agimus: subiecta eē mille casibus scio:cæteꝝ quēadmodū supbe & uiolēter me facere faterer: si prius quam ī Africā traiecissem:te tua uolūtate cedentē Italia:& ꝑposito in naues exercitu ipsū uenientē ad pacē petēdā aspernarer:sic nūc cū ꝓpe manu cōsertū restitantē ac tergiuersantē in Africā attraxerim:nulla sum tibi uerecundia obstrictus.ꝓinde siquid ad ea:in quæ tū pax cōuentura uidebat(quæ sunt nosti multa:nauiū cū cōmeatu ꝑ īducias expugnataꝝ legatorūq; uiolatoꝝ)adiicit:ē quod referā ad cōciliū:sin illa quoq; grauia uident:bellū parate:quoniā pacē pati nō potuistis.Itaq; īfecta pace ex colloqo:cum se ad suos recepissent: frustra uerba pacata renunciāt:armis decernendū esse:habendāq; eam fortunā:quā dii dedissent. in castra ut est uentū:ꝓnunciāt ambo arma expedirēt milites. aīosq; ad supremū certamē nō in unū diē sed in ꝑpetuum:si fœlicitas adesset:uictores.Roma an Carthago iura gentibus daret:āte crastinā noctē scituros. neque enī Africā aut Italiā:sed orbē terraꝝ uictoriæ ꝑmiū fore.par piculū ꝑmio:quibus aduersæ pugnæ fortuna fuisset:nā neq; rōanis effugiū ullū patebat in aliena ignotaq; terra.etiam Carthagini supremo auxilio effuso adesse uidebat ꝑsens excidiū.ad hoc discrimē ꝓcedūt postero die duoꝝ opulentissimoꝝ populoꝝ duo longe clarissimi duces: duo fortissimi exercitus: multa ante parata decora aut cumulaturi eo die: aut euersuri.Anceps igit spes & metus miscebāt aīos:contēplātibusq; mō suā:mō hostiū aciē: cum oculis magis:quam ratione pēsarēt uires:simul læta:simul tristia obuersabant:quæ ipsis sua spōte nō succurrebāt:ea duces admonēdo atq; hortādo subiiciūt. Pœnus xvi.ānoꝝ ī terra Italia res gestas: tot duces rōanos:tot exercitus occidione occisos:& sua cuiq; decora:ubi ad insignē alicuius pugnæ memoria militē uenerat:referebat.Scipio Hispanias:& recētia ī Africa ꝑlia:& cōfessionē hostiū:quod neq; nō petere pacē ꝓpter metū : neq; manere ī ea præ īsita aīs pfidia potuissent.ad hoc colloquū Annibalis ī secreto habitū ac liberꝝ fingēti qua uelit flecti:ominant:quibus quondā auspiciis patres eoꝝ pugnauerīt ad Egatis insulas:ea illis exeuntibus ī aciē portēdisse deos:adesse finē belli ac laboris:ī māibus eē pdā Carthagīs:reditū domū ī patriā ad parētes:liberos:cōiuges:penatesq; deos.adeo celsus hæc corpore uultuq; ita læta:ut uicisse iā crederes:dicebat.Instruit deīde prīos hastatos:post eos prīcipes:triariis postremā aciē clausit.nō confertas aūt cohortes ante sua quēq; signa īstruebat:sed māipulos aliquantum inter se distantes:ut esset spatium: quo elephanti hostium accepti nihil ordines turbarent.Lællium:cuius ante legati eo anno quæstoris extra sortem ex .S. C.opera utebatur cum Italico equitatu ab siniſtro cornu:Masinissam: numidasque ab dextero oppositi: uias patētes īter māipulos antesignanioꝝ uelitibus(ea tūc leuis armatura erat) cōpleuit: dato ꝑcepto ut ad īpetū elephātoꝝ aut post rectos refugerēt ordies:aut ī dexterā leuāq; discursu applicātes se āte signāis uiā: qua irruerent in ancipitia tela:beluis darent.Annibal ad terroré primū elephantos(Lxxx.autē erant:quot

nulla unquã ĩ acie ante habuerat)inſtruxit: deinde auxilia ligurũ gallorũq; balearibus mauriſq; admixtis: ĩ ſecũda acie carthaginẽſes afroſq; & macedonũ legionẽ modico ĩteruallo relicto:ſubſidiariã acié italicoꝝ militũ(brutii plæriq; erant ui ac neceſſitate plures:quã ſua uoluntate decedentem ex Italia ſecuti(inſtruit. Eqnitatũ etiã ipſũ circũdedit cornibus:dexteꝝ carthaginẽſes ſiniſtrũ numidæ tenuerũt. Varia exhortatio erat in exercitu inter tot hoſtes:quibus nõ lingua: nõ mores: non lex:nõ arma:nõ ueſtitus habituſq;:non cauſa militandi eadẽ eſſet.auxiliaribus & p̃ſens & multiplicata merces ex præda oſtentaſ. galli ꝓprio atq; inſito in rõanos odio accenduntſ:liguribus campi uberes Italiæ deductis ex aſperrimis montibus in ſpem uictoriæ oſtentantſ:mauros numidaſq; in Maſiniſſæ impotenti futuros dominatũ terret: aliis aliæ ſpes ac metus iactantur:carthaginenſibus mœnia patriæ: dii penates: ſepulchra maiorum: liberi cum parentibus: coniuges pauidæ: aut excidium ſeruitiumque: aut imperium orbis terrarum: nihil aut in metum aut in ſpem mediũ oſtentaſ.Cum maxĩe hæc ĩperator apud carthaginenſes duces ſuaꝝ gentium:inter populares plæraq; p̃ ĩterpretes ĩtermixtos alieniginis ageret: tubæ cornuaq; ab romanis cecinerunt:tantuſque clamor ortus:ut elephanti in ſuos ſiniſtro maxĩe cornu cõuerterentur. mauris ac numidis addidit facile Maſiniſſa perculſis terroré: nudauitq; ab ea parte aciem equeſtri auxilio:paucæ tamẽ beſtiaꝝ intrepidæ in hoſtẽ actæ inter uelitũ ordines cum multis ſuis uulneribus ingenté ſtragem edebãt.reſilentes enim ad manipulos uelites:cũ uiam elephãtis:ne obtererẽtur: feciſſent:in eas ancipites ad ictũ utriq; cõiciebãt haſtas:nec pila ab anteſignanis ceſſabãt:donec undiq; incidentibus telis exacti ex romana acie: hi quoque in ſuo dextero cornu ipſos carthaginenſium equites ĩ fugam uerterunt.Lælius: ut turbatos uidit hoſtes: addit perculſis terrorem. utrinque equite nudata erat punica acies:cum pedes concurrit nec ſpe: nec uiribus iam par:ad hoc dictu parua:ſed magna eadem in re gerenda momenti res: cõgruens clamor a romanis eoq; maior & terribilior:diſſonæ illis ut gentiũ multaꝝ diſcrepantibus linguis uoces: pugna romana ſtabilis & ſuo & armoꝝ pondere incumbentiũ in hoſtẽ:cõcurſatio & uelocitas illinc maior:quã uis. Igiť primo impetu extẽplo mouere loco hoſtium aciem rõani:ala deinde & umbonibus pulſantes in ſummotos gradu illato:aliquantũ ſpatii uelut nullo reſiſtente inceſſere urgentibus & nouiſſimis primos ut ſemel motam aciem ſenſere:qđ ipſum uim magnã ad pellendũ hoſtem addebat. Apud hoſtes auxiliares cedentes ſecunda acies afri & carthaginẽſes adeo non ſuſtinebant:ut contra etiam ne reſiſtentes pertinaciter priꝰ cedendo ad ſe peruenirẽt hoſtis:pedem referret.Igitur auxiliares terga dant:repente & in ſuos uerſi p̃tim refugere in ſecundã aciẽ:p̃tim nõ recipientes cædere:uti pauloante nõ adiuti:& tũc excluſi: & ꝓpe duo iam permixta p̃lia erant:cũ carthaginenſes ſimul cum hoſtibus:ſimul cũ ſuis cogerenť cõſerere manus: nõ tamen ita perculſos iratoſq; in aciẽ accepere:ſed denſatis ordinibus in cornua uacuũq; circa campũ extra p̃lium eiecere pauidos fuga uulneribuſq; milites:ne certam & integram aciẽ miſcerent. Cæteꝝ tãta ſtragæ hominũ armorumq; locũ:in quo ſteterant:ante auxiliares compleuerãt: ut prope difficilior tranſitus eẽt: quam per cõfertiſſimos hoſtes fuerat.itaq; qui primi fuerunt haſtati per tumulos corpoꝝ armorũq; & tabem ſanguinis:qua quiſq; porterat:ſequentes hoſtem:& ſigna:& ordines confuderunt. principũ quoq; ſigna fluctuare cœperant uagã ante ſe cernẽtes aciẽ:quod Scipio:ubi uidit: receptui propere canere haſtatis iuſſit: & ſauciis ĩ poſtremã aciem ſubductis:principes triarioſq; in cornua inducit: quo tutior firmiorque media haſtatoꝝ acies eſſet.ita nouum deintegro prælium ortum eſt: quippe ad ueros hoſtes peruentum erat & armoꝝ genere: & uſu militiæ:& fama reꝝ geſtaꝝ:& magnitudine uel ſpei:uel periculi pares.ſed numero romanus ſuperior erat:& animo quod iam equites:iam elephantos fuderat: iam prima acie pulſa in ſecunda pugnabat.In tempore Lælliusac Maſiniſſa pulſos per aliquantum ſpatii ſecuti equites:reuertẽtes in a uerſam hoſtiũ aciẽ incurrere. is demũ equitũ impetus percuſſit hoſtẽ: multi circũuenti una ue cæſi p patentẽ circa campũ fuga ſparſi tenente omnia equitatu paſſim interierunt.carthaginenſiũ ſociorũq; cæſa eo die ſupra millia uiginti:par ferme numerus captus eſt cum ſignis militaribus centum triginta tribus: elephantis undecim:uictores ad decemmillia cecidere.Annibal cum paucis equitibus ĩter tumultum elapſus Adrumentum perfugit:omnia & in prælio & ante aciem:priuſquam excederet pugna:expertus.& cõfeſſione etiam Scipionis omniumq; peritorum militiæ illam laudem adeptus: ſingulari arte aciem eo die inſtruxiſſe:elephantos in prima fronte: quorum fortuitus impetus atque intolerabilis uis ſigna ſequi: & ſeruare ordines:in quo plurimum ſpei ponerent:romanos prohiberet.deinde auxiliares ante carthaginenſium aciem:ne homines mixti ex colluuione omnium gentium:quos non fides teneret:ſed merces:libeꝝ receptũ fugæ haberent:ſimul primũ ardorem atq; impetũ hoſtiũ excipiẽtes fatigarent:ac ſi nihil aliud alii miſſilibus:alii uulneribus ſuis feꝝ hoſtiũ habetarẽt.tũ ubi oĩs ſpes eẽt: milites carthaginenſes afroſq;:ut oĩbus rebus aliis pares:eo qđ ĩtegri cũ feſſis ac ſauciis pugnarẽt:ſupiores eẽnt.italicos ĩteruallo quoq; diremptos incertos: ſocii an hoſtes eẽnt:in poſtrẽam aciẽ ſũmotos.Hoc edito uelut ultĩo uirtutis ope Annibal cũ Adrumẽtũ p̃fugiſſet: accituſq; ĩde Carthaginẽ.vi.ac.xxx.ãno:poſteaq; puer ĩde ꝓfectus erat:rediſſet: faſſus ĩ curia ẽ nõ p̃lio mõ ſe eẽ: ſed bello uictũ:nec ſpem ſalutis alibi:quã ĩ pace ĩpetrãda eẽ.Scipio cõfeſtim expugnatis a p̃lio hoſtiũ caſtris direptiſq;:cũ ĩgẽti p̃da ad mare ac naues rediit:nũcio allato.P.Lẽtulũ cũ.l.roſtratis .c.onerariis nauibus cũ oĩ genere cõmeatus ad Vticã acceſſiſſe.Admouendũ igiť undiq; terroré p̃culſæ Carthagini ratus:miſſo Lælliio Romã cũ uictoriæ nũcio:G.Octauium terreſtri itinere ducere legiões Carthaginẽ iubet:ipe ad ſuã ueterẽ noua Lẽtuli claſſe adiũcta:ꝓfectus ab Vtica portum carthagi-

nis petiit. Haud ꝓcul aberat: cū uelata infulis ramisq; oleæ carthaginensiū occurrit nauis: decē legati erāt principes ciuitatis auctore Annibale missi ad petendam pacem: qui cū ad pupim ꝓtoriæ nauis accessissent uelamenta supplicū porrigentes orātes implorāteq; fidem & misericordiā Scipionis: nullum iis aliud responsū datū: quam ut Tuneté uenirent: eo se motuꝝ castra ipse ad contemplandū situ Carthaginis non tam noscendi in præsentia: quam terrendi hostis causa: Vticam eodem Octauio reuocato rediit. Inde procedentibus ad tunetem nuncius allatus Verminam Syphacis filium cum equitibus pluribus: quam peditibus uenire carthaginensibus auxilio: pars exercitus cū omni equitatu missa: saturnalibus primis agmē aggressa numidaꝝ leui certamine fudit: exitu quoq; fugæ intercluso parte omni circūdatis equitibus. xv. millia hominū cæsa. mille &. cc. uiui capti sunt: & eq numidici mille &. d. signa militaria duo &. lxx. regulus ipse inter tumultū cum paucis effugit. Tum ad Tunetem eodem: quo antea loco castra posita legatiq; xxx. Carthagine ad Scipionem uenerūt. & illi quidem multo miserabilius: quam ante: quia magis cogebat fortuna: egerunt: sed aliquanto minore tamen misericordia ab recentis memoria perfidiæ auditi sūt: quā quā iusta ira oēs ad delendā stimulabat Carthaginē. tamē cū & q̄nta res esset: quā longi tpis obsidio tam inuictæ: & tam ualidæ urbis reputarent: & ipm Scipionē expectatio successoris futuri ac uenturi ad paratam alterius labore ac periculo finiti belli famam sollicitaret: ad pacē omniū animi uersi sūt. Postero die reuocatis legatis: & cū multa castigatōne pfidiæ monitis: ut tot cladibus edocti tādem deos & iusiurandū esse crederent: cōdiciones pacis dictæ: ut liberi legibus suis uiuerent: quas urbes: quosq; agros: quibusq; finibus ante bellū tenuissent: tenerent: populandiq; finem eo die romanus faceret: perfugas: fugitiuosq;: & captiuos omnes redderent romanis: & naues rostratas præter triremes traderent: elephātosq;: quos haberent domitos: neq; domarent alios: bellū neue in Africa: neue extra Africam iniussu po. ro. gererent: Masinissæ res redderēt: fœdusq; cum eo facerent: frumētum stipendiumq; auxillis: donec ab Roma legati uenissent: præstarent. x. millia talentum argenti descripta pensionibus æquis in annos. l. soluerēt: obsides cētum arbitratu Scipionis darent: nec minores. xiiii. annis: neu. xxx. maiores: inducias ita se datuꝝ: si per priores inducias naues onerariæ captæ: quæq; fuissent in nauibus: restituerentur: aliter nec inducias: nec spē pacis ullam esse. Has condiciones legati cum domū referre iussi inconcionē ederent: & Gisco ad dissuadendum pacē ꝓcessisset: audireq; a multitudine inquieta & imbelli: īdignatus Annibal dici ea ī tali tempore audiriq;: & arreptū Giscōné manu sua ex supiore loco detraxit: quæ insueta liberæ ciuitati species cū fremitū populi mouisset: & perturbatus militaris uir urbana libertate: Nouē: inquit: annoꝝ a uobis ꝓfectus post sextū & tricesimū annum redii: militares artes: quas me a puero fortuna nūc priuata: nūc publica docuit: ꝓbe uideor scire: urbis ac fori iura leges mores uos me oportet: doceatis. excusata ī prudētia disseruit de pace multis uerbis: quā nec iniq̄ & necessaria eēt. id omniū maxīe difficile erat: quod ex nauibus per inducias captis nihil præter ipsas comparebat naues: nec īquisitio erat facilis. cum aduersantes paci arguerentur: placuit naues reddi: & homines undiq; inquiri: cætera: quæ abessent: æstimanda Scipioni ꝓmitti: atq; ita pecunia luere carthaginenses. Sunt qui Annibalem ex acie ad mare pueniſſe: inde præparata naue ad regem Antiochū extemplo profectū tradant: postulantiq; ante oīa Scipioni: ut Annibal sibi traderetur: respōnsum est Annibalem in Africa nō esse. Posteaquā redierunt ad Scipionē legati: quæq; publica in nauibus fuerant: ex publicis descripta rationibus quæstores: quæ priuata profiteri domini iussi: pro ea sūma pecuniæ. xxv. millia pondo argenti præsentia exacta: inducieq; carthaginensibus datæ in tres menses additum ne per inducias tempus alio usquam quam Romam mitterent legatos: & quicunq; legati Carthaginem uenissent: ne ante dimitterent eos: quam romanum imperatorē: qui & quæ petentes uenissent: certiorem facerent: Cum legatis carthaginensibus Romam missi Lucius Veturius Philo: & Marcus Martius Ralla: & Lucius Scipio imperatoris frater. Per eos dies commeatus ex Sicilia Sardiniaq; tantam uilitatem annonæ fecerunt: ut pro uectura frumentum nautis mercatores relinquerent. Romæ ad nunciū primum rebelliōis carthaginensiū trepidatū fuerat. iussus erat Titus Claudius mature ī Siciliā classē ducere: atq; īde Africā traiicere: & alter cōsul Mar. Seruilius ad urbē morari: donec: quo statu res in Africa essent: sciret. Segniter oīa in cōpanda deducēdaq; classe ab Tito Claudio cōsule facta erāt: qđ pres de pace Scipionis potius arbitriū eē: q̄bus legibus daret: quā cōsulis cēsuerāt. ꝓdigia ergo nūciata sub ipsa fama rebellionis terroré attulerāt. Cuius solis orbis mīui uisus: & pluuit lapideo ībri: & ī ueliterno agro terra īgētibus cauernis cōsedit: arboresq; ī ꝓfundū hausta. Aritiæ foꝝ: & circa tabernæ. Erusione murus aliquot locis: & porta de cælo tacta: & ī palatio lapidibus pluuit. id ꝓdigiū more patriæ nouēdiali sacro: cætera hostiis maioribus expiata: īter quæ & iā aquaꝝ īsolita magnitudo ī religionē uersa: nā ita habundauit tyberis: ut ludi Apollinares circo inūdato extra portā collinā ad ædē erycinæ Veneris pati sint. cæteꝝ ludoꝝ ipo die serenitate subita orta. pōpa duci cœpta ad portā collinā: reuocata ductaq; ī circū est: cū decessisse īde aquā nunciatum esset: lætitiamque populo: & ludis celebritatem addit: sedes sua solemni spectaculo reddita Clau. consulem profectum tandem ab urbe inter portus compsanum loretanumq; atrox uis tempestatis adorta in metū īgentē adduxit. populonios inde cū pueniſſet: stetisseteq; ibi: dū reliquū tēpestatis exæuiret Iluā insulā: ex Ilua Corsicam: a Corsica in Sardiniā traiecit: ibi superantem insanos montes multo sæuior & infestioribus locis tempestas adorta disiecit classem. multæ quassatæ: armamentisque spoliatæ naues: quædā fractæ: ita uexata ac lacerata classis Carales tenuit: ubi dum subductæ reficiunt naues: hyems

oppreſſit:circunactumque anni tempus:& nullo prorogante imperium priuatus Titus Claudius claſſem Romam reduxit.Marcus Seruilius:ne comitioꝝ cauſa ad urbem reuocaretur:dictatore dicto Gnæo Seruilio Gemino in prouinciam eſt ꝓfectus.Dictator magiſtrum equitum Elium Pætum dixit,ſæpe comitia indicta perfici tempeſtates ꝓhibuerunt,itaq; cum præter idus martias ueteres magiſtratus abeſſent:noui ſuffecti nō eſſent:reſpublica ſine curulibus magiſtratibus erat.Lucius Manlius torquatus pontifex eo áno mortuus:in locum cuius ſuffectus Lucius Galba ab Lucio Licinio Lucullo:& Quinto Fuluio ædili curuli,ludi romani ter toti inſtaurati,pecuniam ex ærario ſcribæ: uiatoreſq; ædilitii ciam egiſſe per indicē dánati ſunt:non ſine infamia Luculi ædilis,P.Elius tubero:& Lucius Lictorius ædiles plebis uitio creati magiſtratu ſe abdicauerunt: qui cum ludos ludorūq; cauſa epulum Ioui feciſſent:& ſigna tria ex mulctaticio argento facta:in capitolio poſuiſſēt cerealia,ludos dictator : & magiſter equitum ex ſenatuſconſulto fecerunt.Legati ex Africa romani ſimul carthaginenſeſq; cum ueniſſent Romā:ſenatus ad ædem Bellonæ habitus:ubi cum Lucius Veturius Philo pugnatum cum Annibale eſſe ſuprema cum carthaginenſibus pugna:finēq; tandem lugubri bello impoſitum ingenti lætitia patrum expoſuiſſet:adiecit Verminā etiam Syphacis filium:quæ parua bene geſtæ rei acceſſio erat:deuictum:in cōcionem inde ꝓdire iuſſus:gaudiūque id populo impartire.Tum patuere facta gratulatione omnia in urbe templa:ſupplicationeſq; decretæ in triduum,legatis carthaginenſium:& Philippi regis(nam ii quoq; uenerāt)petētibus ut ſenatus ſibi daretur:reſponſum iuſſu patrum adictatore eſt conſules nouos iis ſenatum daturos eſſe.Comitia inde habita: creati cōſules Gnæus Cornelius Lentulus:Publius Elius Pætus: prætores Marcus Iulius Pœnus: cui ſors urbana euenit:Marcus Valerius Flacchus Brutios:Marcus Fabius Buteo Sardiniā:Publius Elius Tubero Siciliam eſt ſortitus.tum uero de prouinciis cōſulum nihil ante placebat agi: quā legati regis: & carthaginenſium auditi eſſent,belli finem alterius:principiū alterius ꝓſpiciebant animis .Gn.Lentulus cōſul cupiditate flagrabat ꝓuinciæ Africæ:ſeu bellum foret: facilem uictoriā fore : ſeu iam finiref finiti tāti belli ſe conſule gloriam petens:negare itaq; prius quicquā agi paſſuꝝ:quā ſibi Africa decreta eſſet:cōcedēte collega moderato uiro & prudenti:qui gloriæ eius certamē cum Scipione: præterquā: quod iniquū eſſet : etiá impar futuꝝ cernebat.Qu.Minutius Thermus:&.M. Attilius Glabrio tri:ple,rem priore anno nequicq̄ tentatam ab.T.Claudio cōſule,G.Cornelium tentare aiebāt.ex auctoritate patrum latum ad populū eſt: cuius uellent ſperium in Africa eſſe, omnes.v.&.xxx.tribus.P.Scipioni id inperium decreuiſſe.multis contentionibus in ſenatu & ad populū acta res: poſtremo eo deducta eſt: ut ſenatui permitterent. Patres igiſ iurati(ita conuenerat)cenſuerunt: ut cōſules ꝓuincias inter ſe compararent.ſortirenturue uter Italiā:uter claſſē nauium.l.haberet: cui claſſis obueniſſet:in Siciliā nauigaret:ſi pax cum carthaginenſibus componi neqſſet: ī Africā traiiceret.cōſul mari:Scipio eodem:quo adhuc iure ſperii terra rem gereret:ſi cōdiciones cōuenirēt pacis: tri.ple.populū rogarēt:utrum conſulē: an ꝓtorem Scipionē iuberent:pacem dare: quem: ſi & deportandus exercitus uictor ex Africa eſſet: deportare:Si pacem p Publium Scipionem dari: atq; ab eodem exercitū deportari iuſſiſſent:ne conſul ex Sicilia ī Africā traūceret:alter conſul: cui Italia euenīſſet: duas legiones a Seſtio ꝓtore acciperet.Publio Scipioni cū exercitibus:quos haberet in ꝓuincia Africa: ꝓrogatum imperiū ꝓtori.M.Valerio Falconi duæ legiones ī Brutiis:quibus Gaius Liuius priore áno præfuerat:decretæ. Publius Elius prætor duas legiones in Sicilia ab.Gn.Tremelio acciperet.legio una Fabio in Sardiniam:quam Publius Lentulus Proprætor habuiſſet:decernitur:M. Seruilio prioris anni cōſuli cū ſuis duabus item legionibus in Ethruria ꝓrogatum imperiū eſt. Quod ad Hiſpanias attineret aliquot iā annos ibi Lucium Cornelīū Lentulū:& Lucium Manliū Accidinū eſſe:ut ii conſules cū tribunis agerent: ſi eis uideretur:ut plebem rogarent:cui iuberent in Hiſpania imperiū eſſe: is ex duobus exercitibus unam legionem conſcriberet romanos milites:& in.xv.cohortes ſocios latini nominis:quibus Prouinciam obtineret. Veteres milites Lucius Cornelius:& Lucius Manlius in Italiam de portarent .Cornelio conſuli .L. nauium claſſis ex duabus claſſibus Gnæi Octauii:quæ in Africa eſſet Publii Iulii:quæ Siciliæ oram tuebatur:decreta:ut:quas naues uellet:deligeret:Publius Scipio quinquaginta longas naues haberet: quas habuiſſet:quibus ſi Gnæus Octauius:ſicut præfuiſſet:præeſſe uellet.Octauio Proprætori in eum annum imperium eſſet: ſi Lællium præficeret:Gnæus Octauius Romam decederet:reduceretq; naues:quibus conſuli uſus non eſſet.Et Marco Fabio in Sardiniam decem longæ naues decretæ:& conſules duas legiones urbanas ſcribere iuſſi:ut quattuordecim legionibus eo anno centum nauibus longis reſp. adminiſtrarēt. Tūc de legatis Philippi & carthaginenſium actum: priores macedonas introduci placuit:quorum uaria oratio fuit:partim purgantium:quæ queſti erant:miſſi ad regem a Roma legati de populatiōe ſocioꝝ:partim ultro accuſantium quidem & ſocios populi romani:ſed multo infeſtius Marcum Aureliū: quem ex tribus ad ſe miſſis legatis:delectu habito:ſubſtitiſſe:& ſe bello laceſſiſſe contra fœdus:& ſæpe cum præfectis ſuis ſignis collatis pugnaſſe:poſtulātiū ut macedones duxq; eoꝝ Sopater:qui apd Annibalē mercede militaſſent capitiq; ī uiculis eēnt:ſibi reſtituerēt .Aduerſus ea Marcus Furius miſſus ad id ipſū ab Aurelio ex Macedōia diſeruit.Aureliū relictū: ne ſocii populi rōani feſſi populationibus atq; iniuria ad regē deficerent: finibus ſocioꝝ nō exceſſiſſe:dediſſe operā ne ꝑpugne agros eoꝝ trāſcēderēt populatores : Sopatꝝ ex purpuratis & ꝑpīqs regis eē: eū cū q̄ttuormillibus macedonū:& pecūia miſſū nup ī Africā eē Annibal carthaginēſibuſq; auxilio.De iis rebus ĩterrogati macedōes cū perplexe reſponderēt:ipſi ante reſponſum tulerūt:

Bellum quærere regem:& ſi ꝑgat:ꝑpediē iuentuꝫ:dupliciter ab eo fœdus uiolatum:& quod ſociis populi romani iniurias fecerit:de bello armiſq; laceſſiuerit:& quod hoſtes auxiliis & pecunia iuuerit.& Publium Scipionem recte atque ordine uideri feciſſe & facere:quod eos:qui arma contra po.ro.ferentes ſunt capti: hoſtiū numero in uinculis habeat:& Marcum Aureliū e rep.facere: gratūq; id ſenatui eē: qđ ſocios po.ro: quando iure fœderis non poſſet:armis tueatur.Cum hoc tam triſti reſponſo dimiſſis macedonibus legati carthaginenſes uocati:quoꝫ ætatibus dignitatibuſq; conſpectis(nam longe primi ciuitatis erant(tum pro ſe quiſq; dicere uere de pace agi.Inſignis tamen inter cæteros Aſdrubal erat: Hædū populares cognomīe appellabant:pacis ſemp auctor aduerſuſq; factioni barchinæ: eo tum illi plus auctoritatis fuit: belli culpā in paucoꝫ cupiditatem a rep.tranſferenti:qui cū uaria oratione uſus eſſet:nunc purgando crimina: nunc quædam fatendo ne īpudenter certa negantibus difficilis uenia eſſet: nūc monendo etiā patreſcōſcriptos ut rebus ſecundis modeſte ac moderate uterent:ſi ſe atq; Hannonē audiſſent carthaginenſes:& ipſi tēpore uti uoluiſſent:daturos fuiſſe pacis cōditiones:quas tūc peterent.raro ſimul hoībus bonā fortunā bonāque mentē dari po.ro.eo īuictū eſſe:qđ in ſecundis rebus ſapere & cōſulere meminerit:& hercule mirādū fuiſſe ſi alter facerent ex inſolentia:quibus noua bona fortuna ſit:īpotentes lætitiæ inſanire:po.ro.uſitata ac iam ꝑpe obſoleta ex uictoria gaudia eſſe:ac plus pœne parcendo uictis:quā uincendo īperium auxiſſe. Cæteroꝫ miſerabilior oratio fuit cōmemoratiū ex quantis opibus:quo recidiſſent carthaginenſium res: nihil eis:qui modo ꝑpe orbem terraꝫ obtinuiſſent:armis ſupereſſe:præter Carthaginis mœnia:iis īcluſos non terra:nō mari quicquā ſui iuris cernere.urbē quoq; ipſam:ac penates ita habituros:ſi non in ea quoq; mœnia:quo nihil ulterius ſit:ſæuire po.ro.uelit.Cum flecti miſericordia patres appareret: ſenatoꝫ unum infectum perfidiæ carthaginenſiū ſucclamaſſe ferunt:per quos deos fœdus acturi eſſent:cū eos: per quos ante ictū eſſet:fefelliſſent.per eoſdem inquit Aſdrubal:qui tam infeſti ſunt fœdera uiolantibus.Inclinatis oīum ad pacē aīs:Gn.Lentulus cōſul:cui claſſis ꝑuincia erat:S.C.īterceſſit.Tum Marcus Attilius:& Quītus Minutius tri.ple.ad populū tulerunt:uellent iuberentne ſenatum decernere: ut cum carthaginēſibus pax fieret:& quem eam pacem dare:quenq; ex Africa exercitus deportare iuberent.de pace uti rogaſſent: omnes tribus iuſſerunt pacem dare.P.Scipionem:eundem exercitū deportare.Ex hac rogatiōe ſenatus decreuit:ut.P.Scipio ex.x.legatoꝫ ſententia pacem cū populo carthaginenſi:quibus legibus ei uideret:faceret.Gratias deīde carthaginenſes egere patribus:petieruntq;:ut ſibi ī urbem ītroire:& colloqui cū ciuibus ſuis liceret:qui capti in publica cuſtodia eſſent:eſſe in iis partī propinquos amicoſq; ſuos nobiles homīes: partim ad quos mandata a propinquis haberent:quibus conuentis cū rurſus peterent:ut ſibi:quos uellēt: redimendi ex iis poteſtas fieret:iuſſi nomina edere:& cum ducentos ferme ederent:ſenatuſconſultū factū eſt:ut legati romani ducentos ex captiuis:quos carthaginenſes uellēt: ad Publium Cornelium Scipionem in Africā deportarent:nunciarentq; ei:nt ſi pax cōueniſſet: ſine pretio eos carthaginenſibus redderet.Fœciales cum in Africam ad fœdus faciendum ire iuberentur:ipſis poſtulantibus ſenatuſconſultum in hæc uerba factū eſt:ut priuos lapides ſilices:priuaſq; uerbenas ſecum ferrent:uti prætor romanus iis imperaret: ut fœdns ferirent:ſibi illi prætorem ſagmina poſcerent:herbæ id genus ex arce ſumptū dari fœcialibus ſolet.Ita dimiſſi ab romanis carthaginenſes cum in Africam ueniſſent ad Scipionē:quibus ante dictū eſt legibus:pacem fecerunt:naues longas:elephantos:perfugas:fugitiuos:captiuoꝫ quattuormillia tradiderūt: inter quos.Qu.Terentius Culleo ſenator fuit.Naues prouectas in altū īcendi iuſſit.quingentas fuiſſe oīs generis:quæ remis agerent:quidā tradunt:quaꝫ conſpectum repente incendium tam lugubre fuiſſe pœnis:quam ſi tum ipſa Carthago arderet.De perfugis grauius:quā de fugitiuis conſultū:nominis latini qui erant:ſecuri percuſſi.romani in crucem ſublati. Annis ante.xl.pax cū carthaginēſibus poſtremo facta erat Qu.Luctatio.M:Manlio conſulibus: bellū initum annis poſt tribus &.xx.P. Cornelio:T. Sempronio cōſulibus.finitū eſt ſeptimo decimo anno.Gn. Cornelio:P.Pæto conſulibus. Sæpe poſtea ferunt Scipionem dixiſſe.T.Claudii primum cupiditatē:deinde:Gn.Cornelii fuiſſe ī mora:quo minus id bellum exitio Carthaginis finiretur.Carthaginenſibus cū prima collatio pecuniæ diutino bello ex hauſtis difficilis uideret: mœſtitiaq; & fletus in curia eſſet:ridentem Annibalē ferunt conſpectū: cuius cum Aſdrubal Hædus riſū increparet in publico fletu:cum ipſe lachrymaꝫ cauſa eſſet:ſi quēadmodum oris habitus cernitur oculis: inquit:ſic & animus intus cerni potuiſſet:facile uobis appareret nō læti:ſed ꝑpe amentis malis cordis hūc: quem increpatis:riſum eſſe: qui tamen nequaquā adeo eſt intempeſtiuus:quā ueſtræ iſtæ abſurdæ atq; ab horrentes lachrymæ ſunt:tunc fleſſe decuit:cum adempta nobis arma:incenſæ naues: interdictum externis bellis:illo enim uulnere concidimus:nec eſſe in uos odio ueſtro conſultum ab romanis credatis. nulla magna ciuitas quieſcere poteſt:ſi foris hoſtem non habet:domi inuenit:ut prævalida corpora ab externis cauſis tuta uidentur:ſed ſuis ipſa uiribus onerantur:tantum nimirum ex publicis malis ſentimus:quantū ad priuatas res pertinet:nec in eis quicquam acrius: quam pecuniæ damnum ſtimulat . Itaque cum ſpolia uictoriæ Carthagini detrahebantur:cum inermen iam ac nudam deſtitui inter tot armatas gentes Africæ cerneretis:nemo ingemuit:nunc quia tributum ex priuato conferendum eſt:tanquam in publico funere comploratis:quā uereor:ne ꝑpediem ſentiatis leuiſſimo ī malo uos hodie lachrymaſſe. hæc Annibal apd carthaginenſes. Scipio concione aduocata Maſiniſſam ad regnum paternum Cirtha oppido & cæteris urbibus agriſque: quæ ex regno Syphacis in populi romani poteſtatem ueniſſent: adiectis: donauit :Gn.

Octauium classem in Siciliã ductam.C.Cornelio consuli tradere iussit.legatos carthaginensium Romam pficiscí:ut quæ a se ex.x.legatoꝝ sententia facta essent:ea patrũ auctoritate populiq; iussu confirmarẽtur. Pace terra mariq; parta exercitu in naues impositio in Siciliam Lilybæum traiecit.inde magna parte militum in nauibus missa:ipse per lætam pace non minus:quam uictoria Italiam effusis nõ urbibus modo ad habendos honores:sed agrestium etiam turba obsidẽte uias Romam peruenit: clarissimoq; omnium triumpho urbem est inuectus.argenti tulit in ærarium pondo centummillia.xxiii: militibus ex præda quadragenos æris diuisit.Morte subtractus spectaculo magis hominũ:quam triumphãtis gloriæ Syphax est: Tybure haud ita multo ãte mortuus:quo ab Alba traductus fuerat:conspecta mors tamen eius fuit: quia publico funere est elatus.Hunc regem in triumpho ductum Polybius haudquaquam spernendus auctor tradit:Secutus Scipionem triumphantem est pileo capiti impositio:Quintus Terẽtius Culleo omniq; deinde uita:ut dignum erat:libertatis auctorem coluit Africanum.Cognomen militaris prius fuor : an popularis aura celebrauerit:an sicuti fœlicis Syllæ magniq; Pompeii patrum memoria cœptum ab assentatione familiari sit:parum compertum habeo.Primus certe hic imperator nomine uictæ a se gentis est nobilitatus.Exemplo deinde huius nequaquam uictoria pares insignes imaginum titulos claraq; cognomina familiæ fecere.

FINIS.

T.LIVII PATAVINI HISTORICI Q_VARTAE DECADIS PRAEFACIO.

EQ_VOQ_VE IVVAT: VELVT IPSE IN PARTE LABORIS AC PERIculi fuerī ad finem belli punici pueniſſe:nā &ſi ꝑfiteri auſum ꝓſcriptuꝝ res oīs romanas:ī partibus ſingulis tāti operis fatigari minime cōuenit:tamē cū in mentem uenit tres &.xl.ānos(tot enī ſunt a primo punico ad ſecūdū bellū finitū)æque multa uolumina occupaſſe mihi:quā occuparint quadringēti.lxxviii.anni a cōdita urbe ad Appiū Claudiū cōſulē:qui primus bellū carthaginenſibus ītulit:tā prouideo aīo:uelut qui ꝑximis littoris uadis inducti mare pedibus ingrediūt:quicquid progredior:in uaſtiorem me altitudinem ac uelut profundam inuehi:& creſcere pene opus:quod prīma quæq; ꝑficiendo minui uidebatur.

T.LIVII PATAVINI HISTORICI DECADIS Q_VARTAE

LIBER PRIMVS.

DACEM PVNICAM BELLVM MACEDONICVM EXCEPIT: PERICVlo haudquaquā cōparandū:aut uirtute ducis:aut robore militū: claritate regū antiquoꝝ uetuſtæq; fama gentis: & magnitudine imperii:quo multam quondam Europæ:maiorē partem Aſiæ obtinuerāt armis:prope nobilius.Cæterum cœptum bellum aduerſus Philippum decem ferme antē annis triennio prius depoſitū erat:cū ætoli & belli & pacis fuiſſent cauſæ.uacuos deinde pace punica iā romanos & ifenſos Philippo cū ob infidā aduerſus ætholos alioſq; regionis eiuſdē ſocios pacē:tū ob auxilia cū pecunia nup ī Africam miſſa Hannibali pœniſq;:preces athenienſiū:quos agro puaſtato in urbē cōpulerat:excitauerūt: ad īnouādū bellū. Sub idē fere tēpus & ab Attalo rege & rhodiis legati uenerūt nunciantes Aſiæ quoq; ciuitates ſollicitari.his legationibus reſpōſum eſt curæ aſianā rē ſenatui fore. Cōſultatio de macedonico bello ītegra ad cōſules: q tūc ī ꝓlio cū Boiis erāt.reiecta ē. Interim ad Ptolemæū Aegypti regē legati tres miſſi.Gn.Claudius Nero.M.Aemylius Lepidus:Gn.Sēpronius Tuditanus:ut an nūciarēt uictū Hannibalē pœnoſq;:& gratias agerēt regi:qđ ī rebus dubiis:cū finitimi etiā ſocii romanos deſererēt:ī fide māſiſſet:& peterēt:ut:ſi coacti iniuriis bellū aduerſus Philippū ſuſcepiſſent:priſtinū aīum erga romanos cōſeruaret.Eodē fere tēpore.P.Elius cōſul ī Gallia cū audiſſet a Boiis ante ſuū aduentū incurſiones ī agros ſocioꝝ factas:duabus legionibus ſubitariis tumultus eius cauſa ſcriptis: additiſq; ad eas q̄ttuor cohortibus de exercitu ſuo.G.Appiū præfectū ſociū hac tumultuaria manu p Vmbriā quā tribū ſappiniā uocāt:agrū Boioꝝ iuadere iuſſit:ipſe eodē aperto itinere p montes duxit.Appius ingreſſus hoſtiū fines primo populationes ſatis ꝓſpere ac tuto fecit:delecto deinde ad caſtrū mutilū ſatis idoneo loco ad demetenda fruмēta(iam enim maturæ erāt ſegetes),ꝓfectus:neq; explorato circa nec ſtationibus ſatis firmis:quæ armatæ inermes atq; operi ītentos tutarentē:poſitis:improuiſo īpetu galloꝝ cū frumētatoribus ē circūuentus.inde pauor fugaq; etiā armatos cepit:ad ſeptēmillia hoīum palata p ſegetes ſūt cæſa:inter quos ipſe.G.Appius præfectus:cæteri in caſtra metu ꝓpulſi:inde ſine certo duce cōſenſu militari ꝓxima nocte:relicta magna ꝑte regꝝ ſuaꝝ: ad cōſulē p ſaltus ꝓpe inuios puenere:qui niſi quod populatus ē boioꝝ fines:& cum ingaunis liguribus fœdus icit:nihil quod eſſet memorabile aliud ī ꝓuincia cū geſſiſſet:Romā rediit.Cū primū ſenatū habuit:uniuerſis poſtulātibus ne quā prius rem:quā de Philippo ſociorūq; querelis ageret:relatū ex templo ē:decreuitq; frequēs ſenatus:ut.P.Elius cōſul:qđ uideret ei:cū imperio mitteret:qui claſſe accepta:quā ex Sicilia.Gn.Octauius reduceret:ī Macedoniā traiiceret.M. Valerius Leuinus prætor miſſus circa Vibonē duo de.xl.nauibus ab.Gn.Octauio acceptis ī Macedoniā traiecit.ad quē cū.M. Aurelius legatus ueniſſet: edocuiſſetq; eū q̄tos exercitus:q̄tū nauiū numeꝝ cōparaſſet rex:& quēadmodū circa oēs non cōtinentis modo urbes:ſed etiā inſulas:ꝓtim ipſe adeundo: ꝓtim p legatos cōciret hoīes ad arma:maiore conatu romanis id capeſſandū bellum eſſe:ne cunctantibus iis auderet philippus:quod Pyrrhus prius auſus ex aliquāto minore regno eſſet.hæc ſcribere eadē Aurelium cōſulibus & ſenatui placuit.Exitu huius anni cum de agris ueteꝝ militū relatum eſſet:qui ductu atq; auſpicio ꝓcōſulis Scipionis ī Africa bellū ꝓfeciſſent:decreuerūt patres:ut Marcus Iunius ꝓtor urbis:ſi ei uideretur decē uiros agro ſamniti appuloq;:quod is publicus populi romani eſſet:metiēdo diuidēdoq; crearet.creati.P.Seruilius:Quītus Cecilius Metellus:Gn.& Marcus:Seruilii:Geminis ambobus cognomen erat:L. & M.Hoſtilii Catones:Publius Iulius.T.Apuleius:Marcus Fuluius Flaccus.P.Elius Pætus:Quintus Flamininus.Per eos dies.P.Elio cōſulū comitia habente:creati cōſules Publius Sulpicius Galba:Gnæus Aurelius Cotta:prætores exinde facti Quintus Minutius Ruffus:Liuius Furius Purpurio: Quintus Fuluius Gilo G.Sergius Plātius. Ludi rōani ſcænici eo āno magnifice apparateq; facti ab ædilibus curulibus Lucio Valerio Flacco:& Tito Quītio Flaminio:biduū īſtaurati ſūt:frumētiq; uim ingentē:quod ex Africa ꝓconſul

Scipio miſerat:quaternis æris populo cũ ſumma fide & gratia diuiſerunt.& plebeii ludi toti inſtaurati ab ædilibus ple.L.Apuſtio Fullone:& Quinto Minutio Ruffo:qui ex ædilitate prætor creatus erat : & louis epulũ fuit ludoꝝ cauſa.Anno quingẽteſimo q̃drageſimo ab urbe cõdita Publio Sulpicio Galba:Gn.Aurelio cõſulibus bellũ cũ rege Philippo initũ eſt paucis mẽſibus poſt pacẽ carthaginẽſibus datã. Omnium primũ eã rem idibus martiis:quo die tũ cõſulatus inibaẽ:P.Sulpicius cõſul rettulit:ſenatuſq; decreuit: ut ii cõſules maioribus hoſtiis rem diuinã faceret:quibus diis ipſis uideret:cũ p̃catione ea:quã ſenatus populuſq; romanus de rep.deq; ineundo nouo bello ĩ aĩo haberet:ea res uti populo romano ſociiſq; ac nomini latino bene ac fœliciter eueniret:ſecundũ rem diuinã p̃cationẽq; ut de republica deq; ꝑuiciis ſenatum conſuleret.Per eos dies opportune irritandis ad bellũ animis & litteræ a.M.Aurelio legato:&.M. Valerio Leuino ꝑprætore allatæ:& athenienſiũ noua legatio uenit:quæ regẽ appropinquare finibus ſuis nunciaret:breuiq; nõ agros mõ:ſed urbẽ etiã in dicionẽ eius futurã:niſi quid in romanis auxilii foret.Cũ ꝑnunciaſſent cõſules rem diuinã rite p̃fectam eſſe:& p̃cationi annuiſſe deos aruſpicem reſpondere:lætaq; exta fuiſſe:& ꝑlationẽ finiũ uictoriãq; & triumphũ portendi:tũ litteræ Valerii Aureliiq; lectæ:& legati athenienſiũ auditi.ſenatus inde cõſultũ factum eſt:ut ſociis gratiæ agerent:quod diu ſollicitati ne obſidionis quidem metu fide deceſſiſſent.De auxilio mittendo tũ reſpõdere placere:cũ cõſules ꝑuincias ſortiti eẽnt: atq; is cõſul:cui Macedonia ꝑuincia eueniſſet:ad populũ tuliſſet:ut Philippo regi macedonũ indiceretur bellũ.P.Sulpicio ꝑuicia Macedonia forte euenit:is rogationẽ ꝑmulgauit:uellẽt:iuberẽt Philippo regi macedonibuſq;:qui ſub regno eius eſſent:ob iniurias armaq; illata ſociis populi romani bellũ indici. Alteri cõſuli Aurelio Italia ꝑuincia obtigit.Prætores exinde ſortiti ſunt.Gn.Sergius Plancus urbanã:Qu.Fuluius Gilo Siciliã:Qu.Minutius Rufus Brutios:L.Furius purpurio Galliã. Rogatio de bello macedonico primis comitiis ab oĩbus ferme cẽturiis antiquata eſt:id cũ feſſi diuturnitate & grauitate belli ſua ſponte hoĩes tedio periculoꝝ laborũq; fecerãt:tũ.Qu.Bebius tribunus plebis uiã antiquã criminãdi patres ingreſſus incuſſauerat bella ex bellis ſeri:ne pace unquã frui plebs poſſet.ægre eã rem paſſi patres laceratuſque ꝑbris ĩ ſenatu tribunus plebis & cõſulẽ ꝑ ſe quiſq; hortari:ut deintegro comitia rogationi ferendæ ediceret:caſtigaretq; ſegnitiã populi:atq; doceret quãto dãno dedecoriq; dilatio ea belli futura eſſet.Conſul ĩ cãpo Martio comitiis habitis:priuſq; cẽturias ĩ ſuffragiũ mitteret : cõcione aduocata ignorare:ĩquit: uidemini mihi quirites nõ utrũ bellum an pacẽ habeatis:uos cõſuli:neq; enĩ libeꝝ id uobis pmittet Philippus:qui terra mariq; ingens bellũ molit:ſed utrũ ĩ Macedoniã legiones tranſportetis: an hoſtẽ in Italiã accipiatis.hoc quãtũ interſit:ſi unquam ante alias:punico certe proximo bello experti eſtis. Quis enim dubitat:quin:ſi ſaguntinis obſeſſis fidẽq; noſtrã ĩplorãtibus impigre tuliſſemus opẽ:ſicut patres nr̃i mamertinis tulerãt:totũ in Hiſpaniã auerſuri bellũ fuerimus:quod cunctando cum ſumma clade noſtra in Italiam accepimus . Ne illud quidem dubium eſt quin hũc ipſum Philippũ pactũ iã per legatos litteraſq; cũ Hannibale in Italiã traiicere:miſſo cũ claſſe Leuino:qui ultro ei bellũ inferret:in Macedonia cõtinuerimus.& qđ tũc fecimus:cũ hoſtẽ Hannibalẽ ĩ Italia haberemus:id nũc pulſo Italia Hãnibale:pulſis carthaginẽſibus:cunctamur facere:Patiamur expugnãdis Athenis: ſicut Sagunto expugnãdo Hãnibalem paſſi ſumus:ſegnitiã noſtrã experiri regẽ:nõ quĩto inde mẽſe:quẽadmodũ ab Sagũto Annibal:ſed quinto inde die:quã ab Corintho ſoluerit naues:in Italiã ueniet.Ne æquaueritis Hannibali Philippũ:ne carthaginenſibus macedonas:Pyrrho certe æquabitis:dico q̃tũ uel uir uiro:uel gẽs gẽti præſtat.Minima acceſſio ſemp Epirus regno Macedoniæ fuit:& hodie ẽ.Pelopõneſum totam in dicionẽ Philippus habet:Argoſq; ipſos nõ uetere fama magis quã morte Pyrrhi nobilitatos.Noſtra nũc corpora quãto magis florentẽ Italiã:quãto magis integras res ſaluis ducibus:ſaluis tot exercitibus:quos punicũ poſtea bellũ abſumpſit: aggreſſus Pyrrhus tamẽ cõcuſſit:& uictor ꝑpe ad ipſam urbẽ Romã uenit:nec tarentini mõ oraq; illa Italiæ: quam maiorẽ Græciã uocãt:ut linguã:ut nomẽ ſecutos crederes:ſed lucanus:& brutius:& ſamnis ab nobis deſecerũt.Hæc uos :ſi Philippus ĩ Italiã tranſmiſerit:quietura aut mãſura ĩ fide creditis:mãſerunt enim punico poſtea bello:nũquã iſti populi:niſi cũ deerit:ad quẽ deſciſcãt:ab nobis nõ deficient. Si pigуiſſet uos in Africã traiicere:hodie ĩ Italia Hannibalẽ & carthaginenſes hoſtes haberetis.Macedonia potius quã Italia bellũ habeat:hoſtiũ urbes agriq; ferro atq; igni uaſtẽt . experti iam ſumus foris nobis: quam domi fœliciora potẽtioraq; arma eſſe.Ite ĩ ſuffragiũ bene iuuãtibus diis:& quæ patres cẽſuerũt:uos iubete. Huius uobis ſententiæ non conſul modo auctor eſt:ſed iam dii immortales: qui mihi facrificanti precantiq; ut hoc bellum mihi ſenatui uobiſque ſociis nomini latino claſſibus exercitibuſque noſtris bene ac fœliciter eueniret:læta oĩa proſperaq; portẽdere . Ab hac oratione ĩ ſuffragiũ miſſi:uti rogarat:bellũ iuſſerunt. ſupplicatio inde a cõſulibus ĩ triduũ ex ſenatus cõſulto indicta ẽ:obſecratiq; circa oĩa puluinaria dii:quod bellũ cũ Philippo iuſſiſſet populus.id bene ac fœliciter eueniret:cõſultiq; fœciales a Publio Sulpicio bellũ:qđ indiceret regi Philippo:utrũ ipſi utiq; annũciari iuberẽt:an ſatis eſſet ĩ finibus regni:qđ ꝓximũ ꝑſidiũ eẽt:eo nũciari.fœciales decreuerũt:utrũ eoꝝ feciſſet:recte factuꝝ.cõſuli a patribus pmiſſum : ut quẽ uideret ex iis:qui extra ſenatũ eſſent:legatũ mitteret ad bellũ regi idicẽdũ. Tũ de exercitibus cõſulũ prætorũq; actũ.cõſules binas legiões ſcribere iuſſi ueteres dimittere exercitus . Sulpicio: cui nouũ ac magni nois bellũ decretũ erat : pmiſſũ ut de exercitu:quẽ ꝑcõſul Scipio ex Africa deportaſſet:uolũtarios: quos poſſet:duceret:inuitũ nequem militẽ ueteré ducendi ius eẽt.Prætoribus.L.Furio Purpurioni : & Quĩto

Minutio Ruffo quinamillia ſocium latini noīs cōſul daret:quibus præſidiis alter Galliam: alter Brutios ꝓuinciam obtineret. Qu. Fuluius Gilo ipſe iuſſus ex eo exercitu:quem Publius Elius cōſul habuiſſet: ut quiſq; minime multa ſtipendia haberet legere:donec & ipſe quīquemillia ſociū ac noīs latini effeciſſet: id ꝑſidio Siciliæ ꝓuinciæ eſſet.Marco Aurelio Falconi:qui prætor priore anno Cāpaniā ꝓuinciā habuerat: ꝓrogatū ī annū īperiū ē:uti ꝓprætor ī Sardiniā traiiceret:qq; de exercitu:q ibi eēt qnquemillia ſociū noīs latini:qui eoꝝ minime multa ſtipēdia haberet:legeret.Et cōſules duas urbanas legiōes ſcribere iuſſi quæ:ſi quo res poſceret:multis ī Italia cōtractis gētibus punici belli ſocietate iraq; inde tumētibus mitterē tur:ſex legionibus romanis eo anno uſura reſp.erat.In ipſo apparatu belli legati ab rege Ptolemæo uenerūt:qui nūciarēt athenienſes aduerſus Philippū petiſſe ab rege auxiliū:cæteꝝ & ſi cōmunes ſocii ſint: tamē niſi ex auctoritate populi romani claſſē:neq; exercitū defendendi aut oppugnādi cuiuſquā cauſa regē ī Græciā miſſuꝝ eſſe:uel quietuꝝ eum in regno ſi populo romano ſocios defendere liceat:uel romanos quieſcere:ſi malint:paſſuꝝ:atq; ipſum auxilia:quibus facile aduerſus Philippū tueri Athenas poſſent:miſſuꝝ.Gratiæ regi ab ſenatu actæ:reſpōſumq; tutari ſocios populo rōano ī aīo eē: ſiqua re ad id bellū opus ſit:īdicaturos regi: regniq; eius opes ſcire ſubſidia firma ac fidelia ſuæ reip.eē.munera deinde legatis ī ſingulos quinamillia.l.æris ex ſenatuſcōſulto miſſa.cū delectū cōſules haberēt:pararētq; quæ ad bellū opus eſſent:ciuitas religioſa ī prīcipiis maxime nouoꝝ belloꝝ:ſupplicationibus habitis iā & obſecratione circa oīa puluinaria facta: nequid ꝑtermitteret:quod aliquādo factū eſſet:ludos loui donūq; uouere cōſulē: cui ꝓuincia Macedonia euenīſſet:iuſſit.Morā uoto publico Licinius pōtifex maximus attulit: qui negauit ex incerta pecunia uoucre debere:ſi ea pecunia nō poſſet ī bellum uſui eſſe:reponi ſtatim debere: nec cū alia pecunia miſceri:quod niſi factū eſſet:uotū rite ſolui nō poſſe.Quāquā & res: & auctor mouebat: tamē ad collegiū pontificū referre cōſul iuſſus:ſi poſſet recte uotū incertæ pecuniæ ſuſcipi poſſe: rectiuſque eſſe pōtifices decreuerūt.Vouit ī eadē uerba cōſul præeunte maxīo pōtifice: quibus antea qnquēnalia uota ſuſcipi ſollita erāt:præterquā qđ tanta pecunia:quātam tum cū ſolueret:ſenatus cēſuiſſet ludos: donaq; factuꝝ uouerit.totiens ante ludi magni de certa pecunia uoti erāt: ii primi de incerta. Oīum animis ī bellū macedonicum uerſis repēte nihil minus eo tēpore timētibus gallici tumultus fama exorta ē. Inſubres: cenomani: & Boii excitis ſemilibus iluatibuſq; & cæteris liguſtinis populis: Hamilcare pœno duce:qui ī iis locis de Haſdrubalis exercitu ſubſtiterat:Placentiā inuaſerāt: & direpta urbe ac ꝑ irā magna ex ꝑte īcēſa: uix duobuſmillibus hoīum īter īcēdia ruinaſq; relictis. traiecto pado ad Cremonā diripiēdā ꝓgūt.uicinæ urbis audita clades ſpatiū colonis dedit ad clauđēdas portas ꝑſidiaq; ꝑ muros diſponēda:ut obſideret tamē prius quā expugnarent:nūcioſq; mitteret ad populū rōanū:L.Furius Purpurio: q tū ꝓuīciæ ꝑerat cætero ex ſenatuſcōſulto exercitu dimiſſo: ꝑter qnquemillia ſociū ac latini noīs: cū iis copiis ī ꝓxima regiōe ꝓuīciæ circa Ariminū ſubſtiterat.is tū ſenatui ſcripſit:quo ī tumultu ꝓuincia eēt. duaꝝ coloniaꝝ:quæ īgentē illā tempeſtatē punici belli ſubterfugiſſent:alterā captā ac direptā ab hoſtibus: alterā oppugnari:nec ī exercitu ſuo ſatis ꝑſidii colonis laborātibus fore:niſi quinquemillia ſocioꝝ.xl. millibus hoſtiū (tot enī ī armis eſſe)trucidāda obiicere uelit.& tāta ſua clade iā īflatos excidio coloniæ rōanæ auger hoſtiū aīos.His litteris recitatis decreuerūt:ut.Gn.Aurelius cōſul exercitū:cui ī Ethruria ad cōueniendū diē edixerat:Arimini eadē die adeſſe iuberet:& aut ipſe:ſi ꝑ cōmodū reipublicæ poſſet:ad opprimēdū gallicū tumultū ꝓficiſceret:aut.Qu.Minutio prætori ſcriberet: ut cū ad eū legiōes ex Ethruria ueniſſet: miſſis iuicē eaꝝ quinquemillibus ſocioꝝ:qui interim Ethruriæ ꝑſidio eſſent: ꝓficiſceret ipſe ad coloniā liberādā obſidione.Legatos itē mittēdos ī Africā cēſuerūt.eoſdē Carthaginē: ut nunciarent ciuem eorū Hamilcarē relictū ī Gallia:haud ſatis ſcire ex Haſdrubalis prius:an ex Magonis poſtea exercitu bellum cōtra fœdus facere:exercitus galloꝝ ligurūq; exciuiſſe ad arma cōtra populū romanū:eū:ſi pax placeret: reuocandū illis & dedendū populo romano eſſe:ſimul nūciare iuſſi ꝑfugas ſibi nō oēs redditos eſſe:ac magnā ꝑtem eoꝝ palā Carthagini obuerſari dici:quos cōpræhēdi cōquiriq; debere:ut ſibi ex fœdere reſtituā tur.Hæc ad carthaginēſes mādata Maſiniſſæ gratulari iuſſi:qđ non patriū modo recuperaſſet regnū: ſed ꝑte floretiſſima Syphacis finiū adiecta etiā auxiſſet.Nūciare poſtea iuſſi bellū cū rege Philippo ſuſceptū: qđ carthaginēſes auxiliis iuuiſſet:iniuriaſq; inferēdo ſociis populi rōani flagrāte bello Italia:coegiſſet claſſes exercituſq; ī græciā mitti:& diſtinēdo copias cā in primis fuiſſet ſerius ī Africā traiiciēdi:peterētq; ut ad id bellū mitteret auxilia numidaꝝ equitū:dona ampla data:quæ ferret regi:uaſa aurea argēteaq;:togaque purpurea:& palmata tunica cū eburneo Scipione:& toga prætexta cū curuli ſella:iuſſiq; polliceri: ſiquid ei ad firmādū augēdūq; regnū opus eſſe iudicaſſet:enixe id populū romanū merito eius præſtaturuꝝ. Verminæ quoq; Syphacis filii legati ꝑ eos dies ſenatū adierūt excuſantes erroré adoleſcentiāq;:& culpam oēm in fraudē carthaginēſium auertētes:& Maſiniſſam romanis ex hoſte amicum factū:Verminā quoq; annixuꝝ ne officiis in populū romanum aut a Maſiniſſa :aut ab ullo alio uincatur:petere ut rex ſociuſq; & amicus ab ſenatu appellaretur.Reſpōſum legatis eſt & patrem eius Syphacem ſine cauſa ex ſocio & amico hoſtē repēte populi rōani factū:& eū ipſum rudimētum adoleſcentiæ bello laceſſentem romanos poſuiſſe.itaq; pacē illi prius petendam eſſe a populo romano:quā ut rex ſociuſq; & amicus appellaretur: nominis eius honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum romanum conſueſſe:legatos romanos in Africa fore:quibus mandatuꝝ ſenatū ut Verminæ pacis dent leges:liberum arbitrium eis populo

romano ꝓmittente.ſiquid ad eas addi demi mutariue uellet:rurſus ab ſenatu ei poſtulādū fore. Legati cū iis mādatis in Africā miſſi.Gn.Terentius Varro:Sp.Lucretius:G.Octauius quinqueremes ſingulis datæ. Litteræ deinde ī ſenatu recitatæ ſunt.Qu.Minutii prætoris:cui Brutii ꝓuincia erat:pecuniā Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte clam ſublatā:nec:ad quos ꝓtineat facinus:ueſtigia ulla extare.Indigne paſſus ſenatus nō ceſſari ab ſacrilegiis:& ne Pleminiū quidē tam claꝝ recenſq; noxe ſimul ac pœnæ exemplū hoies deterrere.G.Aurelio cōſuli negotiū datū:ut ad ꝓtorem in Brutios ſcriberet:ſenatui placere quæſtionē de expilatis theſauris eodē exemplo haberi:quo.M.Pōponius prætor triennio ante habuiſſet:quæ inuēta pecunia eſſet reponi:ſi quo minus ſuentū foret:expleri:ac piacularia:ſi uidereť:ſicut ante pontifices cenſuiſſent:fieri cauſa expiandæ uiolationis eius tēpli.Prodigia etiā ſub idē tēpus pluribus locis nūciata acciderūt:in lucanis cælū arſiſſe afferebāt.Priuerni ſereno ꝑ diē totū rubrū ſolē fuiſſe.Lauinii tēplo ſoſpitæ lunonis nocte ſtrepitū ingentē exortū.iam aīalium obſcæni fœtus pluribus locis nūciabātur .in ſabinis ſicertus infans natus maſculus an fœmina eſſet.alter ſedecim iā annoꝝ itē ambiguo ſexu inuentus.Fruſinone agnus cū ſuillo capite.Sinueſſæ porcus cū capite humano natus.in lucanis ī agro publico equus cū qnq; pedibus.fœda oīa & deformia errantiſq; ī alienos fœtus naturæ uiſa:ante oīa abominati ſemimares iuſſique in mare extemplo deportari ſicut proxime.G.Claudio.M.Liuio conſulibus deportatus ſimilis prodigii fœtus erat:nihilominus decenuiros adire libros de portento eo iuſſerunt.decēuiri ex libris res diuinas eaſdem:quæ proxime ſecundum id prodigiū factæ eſſent:imperarūt.carmen præterea ab ternouenis uirginibus cani per urbē iuſſerunt:donumq; lunoni reginæ ferri.ea uti fierent.G. Aurelius cōſul ex decēuiroꝝ reſponſo curauit.carmen ſicut patrum memoria Liuius:ita tum cōdidit.P.Licinius Tegula.Expiatis omnibus religionibus(nam etiam Locris ſacrilegiū perueſtigatū a Qu.Minutio erat:pecuniaq; ex bonis noxioꝝ in theſauris repoſita)cū cōſules ad ꝓuincias ꝓficiſci uellēt:priuati frequētes quibus ex pecunia:quā.M. Valerio.M.Claudio cōſulibus:mutuā dederāt:tertia penſio debebaťeo āno adierūt ſenatum: quia cōſules cū ad nouū bellū: qđ magna claſſe magniſq; exercitibus gerendū eſſet:uix ærariū ſufficeret: negauerāt eſſe:unde iis ī præſentia ſolueret.Senatus quærentes eos nō ſuſtinuit:ſi in punicū bellū pecunia data:ī macedonicū quoq; bellū:uti reſp.uellet aliis ex aliis oriētibus bellis:quid aliud quā publicā pro beneficio tanquā obnoxā ſuā pecuniā foreť cū & priuati æquū poſtularēt:nec tamē ſoluendo ære alieno reſp.eſſet:quod mediū iter æquū:& utile erat:decreuerūt:ut quoniā magna pars eoꝝ agros uulgo uenales eſſe diceret:& ſibimet emptis opus eſſe:agri publici:qui ītra quīquageſimū lapidē eſſet:copia iis fieret. Cōſules agrū æſtimaturos:& in iugera ſe aſſes uectigales teſtandi cauſa publicū agrū eſſe īpoſituros:ut ſiquis cū ſoluere poſſet:populus pecuniā habere: quā agꝝ mallet:reſtitueret agrū populo.Læti eā cōdicionē priuati accepere.trientius tabuliuſq; is ager:quia ꝑ tertia ꝑte pecuniæ datus erat:appellatus.Tū.P.Sulpicius ſecūdū uota ī capitolio nuncupata paludatis lictoribus ꝓfectus ab urbe Brunduſiū uenit: & ueteribus militibus uolūtariis ex Africano exercitu ī legiones deſcriptis:nauibuſq; ex claſſe cōſulis Cornelii lectis:altera die:quā a Brūduſio ſoluit:ī Macedoniā traiecit ibi ei præſto fuere Athenienſiū legati orātes:ut ſe obſidione eximeret.Miſſus extemplo Athenas ē Gaius Claudius Cētimalus cū.xx.lōgis nauibus & militibus.neq; enī ipſe rex Athenas obſidebat:eo maxime tēpore Abydū oppugnabat:iā cū rhodiis & Attalo certaminibus naualibus neutro fœliciter prælio uires expertus:ſed aīos ei faciebat præter ferociā īſitam: fœdus ictum cū Antiocho Syrie rege:diuiſæq; iā cum eo Aegypti opes:cui morte audita Ptolomæi regis ambo īminebāt.Cōtraxerāt aūt ſibi cū Philippo bellū athenienſes haudquaquā digna cauſa:dū ex uetere fortuna nihil ꝑter aīos ſeruant.Acarnanes duo iuuenes ꝑ initioꝝ dies nō initiati tēplum Cereris imprudētes religionis cū cætera turba īgreſſi ſunt.facile eos ſermo.ꝓdidit abſurdæ quædā ꝓcunctātes:deductiq; ad antiſtites tēpli:cū palā eſſet ꝑ erroré ingreſſos:tanquā ob infandū ſcelus īterfecti ſunt.id tam fœde atq; hoſtiliter gēs acarnanū factū ad Philippū detulit:īpetrauitq; ab eo:ut datis Macedonū auxiliis:bellū ſe inferre atheniēſibus pateret. Hic exercitus primo terrā atticā ferro igniq; depopulatus : cū oīs generis præda ī Acarnaniā rediit.& irritatio aīoꝝ ea prima fuit.poſtea iuſtū bellū decretis ciuitatis ultro īdicendo factum. Attalus enī rex rhodiiq; ꝓſecuti cedētem ī Macedoniā Philippum:cū Aeginā ueniſſet rex: Pyræum renouādæ firmandæq; cū athenienſibus ſocietatis cauſa traiecit.Ciuitas oīs obuiam effuſa cum coniugibus ac liberis: ſacerdotes cū inſignibus ſuis ītrantem urbem Cadmi ꝓpe ipſi exciti ædibus ſuis exceperūt. In cōcionem extemplo populus uocatus:ut rex:quæ uellet:coram ageret.deīde ex dignitate magis uiſum ſcribere eum:de quibus uidereť: quam præſentem aut referendis ſuis in ciuitatem beneficiis erubeſcere: aut ſignificationibus acclamationibuſq; multitudinis aſſentatione īmodica pudorē onerantis. In litteris aūt:quæ miſſæ ī cōcionē recitataq; ſunt:cōmemoratio erat beneficioꝝ primū ī ciuitatē ſuā:deinde reꝝ: quas aduerſus Philippum geſſiſſet:ad poſtremū adhortatio capeſſendi bellum:dum ſe: dum rhodios : tū quidem dum etiam romanos haberent:nequicquam poſtea:ſi tum ceſſarent: prætermiſſam occaſionem quæſituros.Rhodii deinde legati auditi ſunt:quoꝝ recēs erat beneficium:quod naues longas quattuor ī portu athenienſium captas nuper a macedonibuſq; recuperatas remiſerāt.Itaq; ingenti conſenſu bellum aduerſus Philippum decretum.honores regi primum Attalo īmo dici:deinde & rhodiis habiti. tum primum mentio illata de tribu:quā attalidā appellarēt:ad decem ueteres tribus addēda.& rhodiorum populus corona aurea uirtutis gratia donatus:ciuitaſq; rhodiis data:quēadmodum rhodii prius atheniēſibus

dederãt.Secundũ hæc rex Attalus ad classẽm Aeginam se recepit:rhodii etiam ab Aegina inde per insulas Rhodium nauigarunt:oĩbus præter Andrum:parumq;:& Cidnum:quæ præsidiis macedonum tenebantur:in societatem acceptis.Attalum Aeginæ missi in Aetoliam nuncii:expectatiq; inde legati aliquandiu nihil agentẽ tenuere:& neq; illos ad arma excire potuit gaudẽtes utcunq; composita cum Philippo pace: & ipse rhodiiq; si instituissẽt cũ Philippo:liberatæ egregium per se Græciæ titulũ habere potuissent patientes rursus eum i Hellespõtum traiicere:occupantẽq; græciæ opportuna loca uires colligere:bellũ aluere:gloriãq; eius gesti pfectiq; romanis concesserunt.Philippus magis regio aĩo est usus:qui cum Attalum rhodiosq; hostes non sustinuissẽt:ne romano quidem:quod iminebat:bello territus:Philode quodam ex præfectis suis cum duobusmillibus peditum equitibus ducentis ad populandos athenienſium agros misso:classe tradita Heraclidi ut Maroneã peteret:ipse terra eodẽ cũ expeditis duobusmillibus peditũ : equitibus ducentis pgit:& Maroneã quidem primo ipetu expugnauit:Aenũ inde cum magno labore: postremo proditione Ganymedis præfecti Ptolomæi cepit:deinde alia castella Cypsella: & Dorison: & Sepheũ occupat.Inde progressus ad Cheronnesum:Eleunta:& Alopeconesum tradentibus ipsis recepit. Gallipolis quoq; & Madotiis dedita & castella quædam ignobilia.Abydeni:ne legatis quidem admissis:regi portas clauserũt. ea oppugnatio diu Philippum tenuit:eripiq; ex obsidione:ni cessatum ab Attalo & rhodiis foret:potuerunt.Attalus.ccc.tantum milites in præsidium:rhodii quadriremem unam ex classe: cum ad Tenedum staret:miserunt.eodem postea cum iam uix sustinerent obsidionem:& ipe Attalus cum traiecisset:spem tantum auxilii ex propinquo ostendit:neq; terra:neq; mari adiutis sociis.abydeni quoq; tormẽtis p muros dispositis non terra modo adeuntes aditu arcebant:sed nauium quoq; stationẽ infestam hosti faciebant.postea cũ & muri pars strata ruinis : & ad interiorem raptim oppositum mur̃ cuniculis iam puentum esset:legatos ad regẽ de cõdiciombus tradendæ urbis miserunt. pacisebantur autem : ut rhodiam quadriremẽ cũ sociis naualibus Attaliq; p̃sidium emitti liceret:atq; ipsos urbe excedere cũ singulis uestimentis. Quibus cũ Philippus nihil pacati nisi oĩa pmittentibus respondisset.adeo renunciata hæc legatio ab indignatione simul ac desperatione irã accendit:ut ad saguntinã rabiẽ uersi matronas oẽs i templo Dianæ:pueros ingenuos:uirgines;q; etiã ifantes cũ suis nutricibus i gymnasium includi iuberẽt: aur̃ & argentũ in for̃ deferri:uestẽ pretiosam i nauem rhodiã Cyzicæ:nãq;:quæ in portu erat : choreos sacerdotes uictimasq; ad duci & altaria in medio pon.ibi delecti primũ:qui ubi cæsã aciẽ suor̃ p diruto muro pugnãtem uidissent:extẽplo cõiuges liberosq; iterficerẽt:aur̃ argentũ uestẽ : quæ i nauibus essent: i mare deiicerẽt:tectis publicis priuatisq;:q̃plurimis locis possent: ignes subiicerẽt:& se facinus ppetraturos præeuntibus etiã execrabile carmen sacerdotibus iureiurando coacti.tũ militaris ætas iurare neminẽ uiuũ nisi uictorẽ acie excessur̃.hi memores dictor̃ adeo ptinaciter pugnauerunt:ut cũ pliũ nox direptura eẽt:rex prior territus rabie eor̃ pugna abstiterit.prĩcipes:quibus atrocior pars facinoris delegata erat: cũ paucos & cõfectos uulneribus ac lassitudine supesse prælio cernerẽt:luce prima sacerdotes cũ ifulis ad urbẽ dedendã Philippo mittũt.Ante deditionẽ ex iis legatis romanis:qui Alexãdriã missi erant.M.Aemylius triũ cõsenſu minimus natu audita obsidiõe abydenor̃ ad Philippũ uenit:qui questus Attalo rhodiisque arma illata:& qđ tum maxime Abydũ.oppugnaret:cũ rex ab Attalo & rhodiis ultro se bello lacessitũ diceret:num abydeni quoq;:inquit:ultro tibi intulerũt arma?insueto uera audire ferocior oratio uisa est: quã quæ habẽda apud regem esset:ætas:inquit:& forma & sup oĩa romanũ nomẽ te ferociorem facit:ego aũt primũ uelim uos fœder̃ memores mecum seruare pacẽ:si bello lacessitis:mihi quoq; aĩo est facere:& regnũ macedonũ nomẽq; haud minus:quã romanũ nobile bello sentietis.ita dimisso legato Philippus auro argentoq;:quæ coaceruata erãt:accepto hoium prædã oẽm amisit. tãta enĩ rabies multitudinẽ inuasit: ut repẽte ꝓditos rati:qui pugnãtes mortẽ occubuissent:piuriũq; aliis alii exprobrãtes:& sacerdotibus maxime:qui quos ad mortẽ deuouissent:eor̃ deditionẽ uiuor̃ hosti fecissent:repẽte oẽs ad cædes coniugũ liberorũq; discurrerẽt:seq; ipsi p oẽs uias læti interficerẽt.Obstupefactus eo furore rex suppressit impetũ militũ:& triduũ se ad moriendũ abydenis dare dixit:quo spatio plura facinora in se uicti ediderũt:quã infesti edidissent uictores.nec nisi quem uicula:aut alia necessitas mori ꝓhibuit:quisquã uiuus in potestatẽ uenit.Philippus ipposito Abydi præsidio in regnũ rediit.Cũ uelut Sagunti excidiũ Hannibali sic Philippo abydenor̃ clades ad romanũ bellũ aĩos fecisset:nuncii occurrerunt cõsulẽ iam in Epiro esse:& Apolloniam terrestres copias:nauales Corcyrã in hyberna deduxisse.Inter hæc legatis:q; i Africã missi erãt de Hamilcare gallici exercitus duce:responsum a carthaginenſibus est nihil ultra se facere posse:quã ut exilio eũ mulctarẽt:bonaq; eius publicarẽt.pfugas & fugitiuos:quos inquirendo uestigare potuerũt:reddidisse : & de ea re missuros legatos Romã:qui senatui satisfacerẽt:ducẽtamillia modiũ tritici Romã.cc.ad exercitũ in Macedoniã miserũt.Inde i Numidiã ad regẽ ꝓfecti legati:dona data Masinissæ:mãdataq; edita: equites cc.numidæ:cum daret:accepti:ipse in naues imponendos curauit.& cum.cc.millibus modium tritici.cc. ordei in macedoniam misit. Tertia legatio ad Verminam ierat:is ad primos fines regni legatis obuiam ꝓgressus:ut scriberent ipsi:quas uellent pacis:condiciones:pmisit oẽm pacem bonam sibi iustãq; fore cũ populo romano.datæ leges pacis:iussusq; ad eam confirmandam mittere legatos Romam.Per idem tempus.L.Cornelius Lentulus ꝓconsul ex Hispania rediit: qui cum in senatu res ab se p multos annos fortiter fœliciterq; gestas exposuisset:postulassetq; ut triumphanti sibi inuehi liceret in urbem:res triumpho

dignas esse censebat senatus:sed exemplum a maioribus non accepisse: ut qui neq; dictator:neq; consul: neq; prætor res gessisset:triumpharet:,pconsulem illũ Hispaniã ,puinciam nõ conſulẽ aut prætorem obtinuisse:decurrebaẽ tamen eo:ut ouans urbẽ iniret.intercedẽte.T.Sẽpronio Lõgo tribuno ple.qui nihilo magis id more maiorũ aut ullo exemplo futurũ diceret:posti emo uictus cõsensu patrũ tribunus cessit: & ex senatusconsulto.L.Létulus ouãs urbem est ingressus.argenti tulit ex præda quadraginta triamillia pondo:auri octingenta.l.militibus ex p̃da centum.xx.asses diuisit.lam exercitus consularis ab Arretio Arimi num traductus erat:& quinquemillia socium latini nominis ex Gallia in Ethruriam transiuerant:itaq;.L. Furius magnis itineribus ab Arimino aduersus gallos Cremonã tum obsidentes ,pfectus:castra mille q̃ngentorũ passuum interuallo ab hoste posuit.occasio egregie rei gerendæ fuit:si ,ptinus de uia ad castra oppugnãda duxisset:palati passim uagabãẽ p agros nullo satis firmo relicto p̃sidio:lassitudini militũ timuit: qđ raptim ductũ agmẽ erat galli clamore suorũ ex agris reuocati omissa p̃da:quæ ĩ manibus erat:castra repetiuere:& postera die in aciem ,pgressi.nec romanus morã pugnandi fecit:sed uix spatium instruẽdi fuit: eo cursu hostes in prælium uenerunt. dextera ala:quia ĩ alas diuisum socialẽ exercitum habebat: ĩ prima acie locata est:ĩ subsidiis duæ rõanæ legiones.M.Furius dexteræ alæ:legionibus.M.Cecilius:equitibus.L. Valerius Flaccus(legati omnes erant)præpositi:Prætor secum duos Legatos.G.Lectorium:&.P.Titinum habebat:cũ quibus circũspicere & obire ad omnes hostiũ subitos conatus posset.Primo galli omni multitudine ĩ unum locum connixi obruere atque conterere sese dexteram alã quæ prima erat:sperarũt posse:ubi id paũ ,pcedebat:circũuenire a cornibus & amplecti hostiũ aciẽ: quod multitudine aduersus paucos facile uidebatur:conati sunt.id ubi uidit prætor:& ut ipse dilataret aciẽ:duas legiones ex subsidiis dextera leuaq; alæ:quæ in prima acie pugnabat:circũdat:ædeq; deo loui uouit:si eo die hostes fudisset.L. Valerio imperat:ut altera parte duarum legionnm equites:altera socioũ equitatum ĩ cornua hostiũ emittat: nec crcũuenire eos aciem paciatur:simul & ipse ut extenuatam mediã subductis cornibus aciem gallorũ uidit:signa iferre cõfertos milites & prũpere ordines iubet:& cornua ab equitibus:& medii a pedite pulsi: ac cum repente in omni parte cæde ĩgenti sternerentur:galli terga uertunt:fugaq; effusa repetũt castra:fugientes p̃secutus eques:mox & legiones insecutæ in castra impetũ fecerunt.minus sexmillia hoĩum inde effugerunt:cæsa & capta supra quinq; &.xxx.cũ signis militaribus. lxx.carpẽtis gallicis multa præda oneratis plus ducentis.Hamilcar dux pœnus eo prælio cecidit:& tres imperatores nobiles gallorũ. placentini captiui ac duomillia liberorũ capitũ redditi colonis.Magna uictoria lætaq; Romæ fuit litteris allatis:supplicatio ĩ triduũ decreta est.Romanorũ socioũq; ad duomillia eo prælio ceciderũt:plurimi dexteræ alæ: in quam primo impetu ingens uis hostiũ illata est.Quanquã a prætore prope debellatũ erat:cõsul quoq;. G.Aurelius p̃fectis:quæ Romæ agenda fuerant:,pfectus in Galliam uictorẽ exercitũ a p̃tore accepit.cõsul alter cũ autumno ferme exacto in ,puiciã uenisset:circa Apolloniam hybernabat.ab classe:quæ Corcyræ subducta erat:G.Claudius: triremesq; romanæ:sicut ante dictũ est:Athenas missæ: cũ Pyræũ pueniſſent: deponẽtibus iam animos sociis spem ingentẽ attulerant:nam & terrestres ab Corintho:quæ p Megaram incursiones in agros fieri solitæ erant:non fiebant:& p̃donum a Chalcide naues: quæ nõ mare solum infestum:sed etiam omnes maritimos agros athenienſibus fecerant:non modo Samum supare:sed ne extra fretum Erupi cõmittere aperto mari se audebant:supuenerunt iis tres rhodiæ quadriremes:& erãt atticæ tres aptæ naues ad tuendos maritimos agros cõparatæ.Hac classe si urbs agriq; athenienſium defenderẽẽ satis ĩ præsentia existimanti Claudio esse:maioris etiam rei fortuna oblata est: exules ab Chalcide regiorũ iniuriis pulsi attulerũt occupari Chalcidem sine certamine ullo posse:nam & macedonas quia nullus ĩ ,ppinquo sit hostium metus uagari passim:& oppidanos præsidio macedonum frætos custodiã urbis negligere.His auctoribus ,pfectus quanquam Sunium ita mature puenerat:ut inde ,puehi ad primas angustias Euboeæ posset:ne supato ,pmontorio cõspicererur:classem in statione usq; ad noctẽ tenuit: primis tenebris mouit & tranquillo puectus Chalcidem pauloante lucem:qua infrequẽtissima urbis sunt:paucis militibus turrim ,pximam murũq; circa scalis cepit:alibi sopitis custodibus:alibi nullo custodiente: ,pgressi inde ad frequẽtia ædificiis loca custodibus interfectis refractaq; porta cæteram multitudinẽ acceperũt. inde in totam urbem discursum est:aucto etiam tumultu:quod circa forum ignis tectis iniectus erat:conflagrarunt & horrea regia:& armamentarium cũ ingenti apparatu machinarum tormentorũq;.cædes ide passim fugientiũ pariter ac repugnãtiũ fieri cœpta est:nec ullo iam:qui militaris ætatis esset:non aut cæso aut fugato:Sopatro etiam acarnane p̃fecto præsidii interfecto:præda omnis primũ in foũ collata:deinde in naues imposita.carcer etiã ab rhodiis refractus:emissiq; captiui:quos Philippus tanquã in tutissimã custodiam condiderat. statuis inde regis deiectis truncatisq;:signo receptui dato conscenderũt naues:& Pyræum:unde ,pfecti erãt:redierũt.qđ si tãtũ militũ romanorũ fuisset:ut & Chalcis teneri:& nõ deseri p̃sidiũ Athenarũ potuisset:magna res principio statim belli Chalcis & Euripus adempta regi forẽt:nam ut terra Thermopylarũ angustiæ Græciã:ita mari fretũ Euripi claudit.Demetriade tũ Philippus erat:quo cũ esset nũciata clades sociæ urbis:quanquã seũ auxiliũ p̃ditis erat: tamen:quæ ,pxima auxilio est:ultionẽ petẽs: cũ expeditis q̃nquemillibus peditũ &.ccc.eq̃tibus extẽplo ,pfectus cursu ,ppere Chalcidẽ contẽdit haudquaquã dubius opprimi romanos posse.a qua destitutus spe nec q̃quã aliud quã ad deforme spectaculũ semirutæ ac fumãtis sociæ urbis cũ uenisset:paucis uix:q; sepelirẽt:bello absumptos relictis:æque raptim

quã uenerat: trãſgreſſus põte Euripũ p Boetiã Athenas ducit:pari ĩcœpto haud diſparẽ euentũ ratus reſpõſuꝝ:& reſpõdiſſet:niſi ſpeculator(Hemerodromas uocãt græci)ĩgens die uno curſu emetiẽs ſpatiũ:cõtẽplatus rẽgiũ agmen e ſpecula quadã p̃greſſus nocte media Athenas peruenĩſſet: idem ibi ſomnus: eademq; negligentia erat:quæ Chalcidem dies ante paucos ꝓdiderat:excitati nũcio trepido & p̃tor athenienſium & Dioxippus p̃fectus cohortis mercede militantium auxilioꝝ:cõuocatis in forum militibus: tuba ſignũ ex arce dari iubẽt:ut hoſtes adeſſe omnes ſcirẽt.ita undiq; ad portas ad muros diſcurrunt.Paucas poſt horas Philippus aliquanto tamen ante lucem appropinquans urbi:conſpectis luminibus crebris & fremitu hominum trepidantium:ut in talibus tumultu exaudito ſuſtinuit ſigna:& conſidere ac quieſcere agmen iubet:ui aperta ꝓpalam uſurus:quando paꝝ dolus ꝓfuerat:ad Dipylon acceſſit.porta ea uelut in ore urbis poſita maior aliquanto patentiorq; quã cæteræ eſt:& intra eam extraq; latæ ſunt uiæ: ut & oppidani dirũgere aciẽ a foro ad portam poſſent:& extra limes mille ferme paſſus ĩ Academiæ gymnaſium ferens pediti equitiq; hoſtium liberum ſpatium p̃beret.Eo limite athenienſes cum Attali p̃ſidio & cohorte Dioxippi acie intra portam inſtructa ſigna extulerunt:qđ ubi Philippus uidit:habere ſe hoſtes in poteſtate ratus & diu optata cæde:neq; enim ulli græcarum ciuitatum infeſtior erat:expleturum: cohortat milites ut ſe intuentes pugnarent:ſcirentq; ibi ſigna:ibi aciem eſſe debere:ubi rex eſſet:concitat ĩ hoſtes equum non ira tantum:ſed etiam gloria elatus:qđ ingenti turba completis etiam ad ſpectaculum muris cõſpici ſe pugnãtem egregiũ ducebat.aliquantũ ante aciem cũ equitibus paucis euectus in medios hoſtes ingentẽ tum ſuis ardorẽ:tum pauorẽ hoſtibus iniecit:plurimos manu ſua cõminus eminuſq; uulneratos cõpulſoſq; ĩ portã cõſecutus:& ipſe cũ maiorẽ in anguſtiis trepidantium edidiſſet cædẽ: intemerario incœpto tutũ tamẽ receptũ habuit:quia:qui in turribus portæ erãt:ſuſtinebãt tela:ne ĩ p̃mixtos hoſtibus ſuos cõiicerent:ĩtra muros deinde tenẽtibus milites atheniẽſibus:Philippus ſigno receptui dato caſtra ad Cynoſarges(templũ herculis:gymnaſiumq;:& lucus erat circuniectus)poſuit.ſed Cynoſarges & lucus & quicquid ſancti amœniue circa urbẽ erat:incẽſum ẽ:dirutaq; nõ tecta ſolum:ſed etiã ſepulchra:nec diuini humaniue iuris quicquã præ ĩpotẽti ira eſt ſeruatũ.Poſtero die cũ primo clauſæ fuiſſent portæ: deinde ſubito apertæ:quia p̃ſidium Attali ab Aegina:romaniq; ab Pyræo intrauerãt urbẽ:caſtra ab urbe retulit rex tria ferme millia paſſuũ.inde Eleuſinã ꝓfectus ſpe improuiſo tẽpli caſtelliq;: qđ & ĩminet & circũdatum ẽ templo capiẽdi:cũ haudquaquã neglectas cuſtodias aĩaduertiſſet & claſſem a Pyræo ſubſidio uenire:omiſſo incœpto:Megarã ac ꝓtinus Corinthum ducit:& cum Argis achæoꝝ concilium eſſe audiſſet:inopinãtibus achæis cõcioni ipſi ſupuenit.cõſultabãt de bello aduerſus Nabin tyrãnum lacedæmoniorũ:qui trãſlato imperio a Philippo emene ad Cycliadem nequaquã parem illi ducem dilapſa cernẽs achæoꝝ auxilia redintegrabat bellum:agroſq; finitimoꝝ uaſtabat:& iam urbibus quoq; erat terribilis: aduerſus hunc hoſtem:cum quantum ex quaq; ciuitatum militum conſcriberetur:cõſultarent:Philippus demptuꝝ ſe eis curam:quod ad Nabin & lacedæmonios attineret:pollicitus:nec tantum agros ſocioꝝ populationibus ꝓhibituꝝ:ſed terrorem omnem belli in ipſam Laconiã ducto eo extẽplo exercitu tranſlatuꝝ. Hæc oratio cum ingenti hominũ aſſenſu acciperetur:ita:inquit:tamen æquum eſt me ueſtra meis armis tutari:ne mea interim nudenẽ p̃ſidiis:itaq;:ſi uobis uidetur:tantum parate militum:quantũ ad Horreum & Chalcidẽ:& Corinthum tuenda ſatis ſint:ut meis ab tergo tutis ſecurus bellũ Nabidi inferam & lacedæmonis.Non fefellit achæos:quo ſpectaſſet tam benigna pollicitatio:auxiliumq; oblatum aduerſus lacedæmonios:id quæri ut obſidem achæoꝝ iuuentutem educeret ex Peloponneſo ad illigãdum romano bello gentẽ:& id quidẽ coarguere Cycliadas p̃tor achæoꝝ nihil attinere ratus: id mõ cũ dixiſſet nõ licere legibus achæoꝝ de aliis rebus referre:quã ꝓpter quas cõuocati eẽnt:decreto de exercitu parãdo aduerſus Nabin facto cõciliũ fortiter ac libere habitũ dimiſit:ĩter aſſentatores regios ante eã diẽ habitũ.Philippus magna ſpe depulſus uolũtariis paucis militibus cõſcriptis:Corinthũ atq; Atticã terrã rediit.Per eos ipſos dies:quibus Philippus ĩ Achaia fuit.Philocus p̃fectus regius ex Euboea,pfectus cũ duobuſmillibus thracũ macedonũq; ad depopulandos athenienſium fines e regione Eleuſinis ſaltum Cithæronis tranſcendit inde dimidia parte militum ad prædendum paſſim p agros dimiſſa:cum ꝑte ipſe occultus loco ad inſidias opportuno conſedit:ut ſi ex caſtello ab Eleuſine in p̃dantes ſuos impetus fieret:repente hoſtes effuſos ex improuiſo adoriretur.non fefellere inſidiæ:itaq; reuocatis:qui diſcurrerant ad p̃dandum:militibus inſtructiſq;:ad oppugnandum caſtellum Eleuſinem ꝓfectus cum multis inde uulneribus receſſit:Philippoque ſe uenienti ex Achaia coniunxit.tentata & ab ipſo rege oppugnatio eius caſtelli ẽ:ſed naues romanæ ab Epiro uenientes ĩtromiſſũq; p̃ſidium abſiſtere incœpto coegerũt.Diuiſo exercitu rex cũ ꝑte Philoclẽ Athenas mittit:cum ꝑte ipſe Pyræum pgit:ut cum Philocles ſubeundo muros comminanda oppugnatione contineret urbe athenienſes:ipſi Pyræum leui cum præſidio relictum expugnandi facultas eſſet.Cæterum nihil ei Pyræi quam Eleuſinis facilior iiſdem fere defendentibus oppugnatio fuit:a Pyræo Athenas repente duxit.inde eruptione ſubita peditum equitũq; inter anguſtias ſemiruti muri:qui brachiis duobus Pyræum Athenis iungit:repulſus:omiſſa oppugnatione urbis:diuiſo cum Philocle rurſus exercitu: ad agros uaſtandos ꝓfectus:cum priorem populationem ſepulchris circa urbẽ diruendis exercuiſſet: nequid inuiolatum reliqueret:templa deum:quæ pagatim ſacrata habebant:dirui atq; incendi iuſſit:& ornata eo genere opeꝝ eximie terra attica & copia domeſtici marmoris & ingeniis artificum præbuit huic

furori materiam.neq; enim diruere modo ipsa tẽpla ac simulacra euertere satis habuit:sed lapides quoq; ne ītegri cumularẽt ruinas:frãgi iussit.& posteaquã nõ tam ira satiata: quam iræ exercendæ materia hæc deerat:agro hostiũ in Boetiã excessit:nec aliud quicquã dignũ memoria in græcia egit.

LIBER SECVNDVS.

CONSVL SVLPICIVS EO TEMPORE INTER APOLLONIAM AC DYrhachium habebat castra ad tarsum flumen:quo accersitum Titum Apustium legatũ cũ ꝑte copiarũ ad depopulãdũ hostiũ fines mittit.Apustius extrema Macedoniæ populatus:Corrhago & Gerrunio & Orresso castellis primo ĩpetu captis:ad Antepatriã in faucibus angustis sitã urbẽ uenit:ac primo euocatos prĩcipes ad colloquiũ:ut fidei romanorũ se cõmitterẽt:plicere est conatus: deinde ubi magnitudine ac mœnibus situq; urbis fræti dicta aspernabant: ui atq; armis adortus expugnauit:puberibusq; ĩterfectis ꝑda omni militibus cõcessa diruit muros:atq; urbẽ incendit.Hic metus Codrionẽ satis ualidũ & munitũ oppidũ sine certamine: ut dederẽt romanis:effecit.ꝑsidio ibi relicto ; Indusnomẽ ꝓpter alterã ĩ Asia urbẽ:quã oppidũ notius ui capiẽt.Reuertẽtem legatũ ad cõsulẽ cũ satis magna præda Athenagoras quidã regius ꝑfectus ĩ transitu fluminis a nouissimo agmine adortus postremos turbauit: ad quorũ clamorẽ & trepidationẽ cũ reuectus equo ꝓpere lagatus signa cõuertisset:coniectisq; ĩ medium sarcinis aciẽ direxisset:nõ tulere ĩpetũ romanorũ militũ regii,multi ex iis occisi:plures capti.Legatus icolumi exercitu reducto ad cõsulẽ:remittiẽ inde extẽplo ad classem.Hoc satis fœlici expeditione bello cõmisso:reguli ac prĩcipes accolæ macedonũ ĩ castra romana ueniunt.Pleuratus Serdileni filius:& Aminander athamanũ rex:& ex dardanis Bato.Longari filius(bellũ suo noĩe Lõgarus cũ Demetrio Philippi pãtre gesserat)pollicẽtibus auxilia respõdit cõsul dardanorũ:& Pleurati opa:cũ exercitũ ĩ macedoniã ĩduceret: se usurũ:Aminãdro ætolos cõcitandos ad bellũ attribuit:Attali legatis(nã ii quoq; ꝑ id tẽpus uenerãt)mãdat:ut Aeginæ rex:ubi hybernabat:classem romanã opperiretur:qua adiũcta bello maritimo sicut ante Philippũ urgeret.ad rhodios quoq; missi legati:ut capesserẽt ptem belli.Nec Philippus segnius(iã enĩ ĩ Macedoniã puenerat)apparabat bellũ:filiũ Persea puerorũ admodũ datis ex amicorũ numero:qui ætatem eius regerẽt:cũ parte copiarũ ad obsidendas angustias:quæ ad Pelagoniã sunt:mittit.Sciatũ & Pepetrecum haud ignobiles urbes:ne classi hostiũ prædæ aut præmio eẽnt:diruit.ad ætolos mittit legatos: ne gẽs inquieta aduẽtu romanorũ fidẽ mutaret.cõciliũ ætolorũ statuta die:qđ panætoliũ uocãt:futurum erat:huic ut occurrerent:& legati regis iter accelerarũt: & ab cõsule missus Lucius Ruffus Purpurio legatus uenit:atheniensium quoq; legati ad id concilium occurrerunt.Primi macedones:cũ quibus recẽtissimũ fœdus erat: auditi sunt.qui noua nulla re nihil se noui habere:quod afferrent:dixerunt.quibus enim decausis experta iutili societate romana pacẽ cũ Philippo fecissent cõpositã semel seruare eos debere.an imitari:inqt unus ex legatis:romanorum licentiam:an leuitatem:dicam:mauultis?qui cum legatis uestris Romæ respõderi ita iussissent:quid ad nos uenitis ætoli:sine quorũ auctoritate pacem cũ Philippo fecistis?iidẽ nũc ut bellum secum.aduersus Philippum geratis:postulant:& antea propter uos:& pro uobis arma sumpta aduersus eum simulabant:nunc uos in pace esse cum Philippo prohibent . Messanæ ut auxilio essent primo in Siciliam conscenderunt:itemq; ut Syracusas oppressas ab carthaginensibus in libertatem eximerẽt:& Messanam: & Syracusas : & totam Siciliam ipsi habent:uectigalemq; prouinciam securibus & fascibus subiecerunt.Scilicet sicut uos Naupacti legibus uestris per magistratus a uobis creatos concilium habetis:socium hostemq; libere:quem uelitis:lecturi:pacẽ ac bellũ arbitrio habituri uestro:sic siculorũ ciuitatibus Syracusas:aut Messanam:aut Lilybæum indicitur concilium populi romani:romanus conuentus agitur:eo imperio euocati conueniunt:excelso in suggestu superba iura reddentem stipatum lictoribus uident: uirgæ tergo:secures ceruicibus imminent : & quotannis alium atq; alium dominum sortiuntur. nec id mirari debent:aut possunt:cum Italiæ urbes Rhegium Tarentum Capuamue finitimas quarum ruinis creuit urbs romana : eiusdem subiectas uideant imperio.Capua quidem sepulchrum & monumentum campani populi data:extorri & electo ipso populo supereſt urbs trunca sine senatu:sine plebe:sine magistratibus : prodigium relicta crudelius habitanda:quam si deiecta foret.Furor est:si alienigenæ homines plus lingua & moribus & legibus:quam maris terrarumq; spatio discreti hæc renuerint:sperare quicquam eodem statu mansurum:Philippi regnum officere aliquid uideri libertati uestræ:qui cum merito uestro uobis infestus esset:& nihil a uobis ultra:quam pacem petiit:fidemq; hodie pacis pactæ desiderat.assuefacite iis terris legiones externas:& iugum accipite:sero ac nequicquam cum dominum romanum habebitis:socium Philippũ quæretis. Aetolos acarnanes macedones eiusdẽ linguæ hoĩes leues ad tẽpus ortæ causæ disiungũt:coniungũtq; cũ alienigenis:cum barbaris:æternũ oĩbus græcis bellũ est:eritq;:natura enĩ:quæ perpetua ẽ:nõ mutabilibus ĩ diẽ causis hostes sũt:sed unde cœpit oratio mea:ibi desinet.Hoc eodẽ loco iidẽ hoĩes de eiusdẽ Philippi pace triẽnio ante decreuistis:iisdẽ ĩprobantibus eã pacem romanis qui nunc pactã & cõpositam turbare uolũt.in qua cõsultatione nihil fortuna mutauit:cur uos mutetis:nõ uideo. Secundũ macedonas ipsis romanis ita concedentibus iubentibusq; athenienses:qui fœda passi iustius ĩ cru-

delitatē sæuitiāq; regis inuehi poterāt: ītroducti sūt. Deplorauerūt uastationē populationēq; miserabilem agrorum: neque id se queri quod hostilia ab hoste passi forent: esse enim quædam belli iura: quæ ut facere: ita pati sit fas: saxa exuri: dirui tecta: prædas hominum pecorūq; agi: misera magis: quā indigna patienti esse: uerum eninuero id se queri: qđ qui romanos alieniginas & barbaros uocet: adeo omnia simul diuina humanaq; iura polluerit: ut priore populatione cum infernis diis: secunda cum superis bellum nefariū gesserit: omnia sepulchra monumētaq; diruta esse in finibus suis: omnium nudatos manes: nullius ossa terra tegi: delubra ibi diruta: quæ quondam pagatim habitantes in paruis illis castellis uicisq; consecrata: ne in unam urbem quidē contributi maiores sui deserta reliquerint: circa ea omnia templa Philippū infestos circuntulisse ignes: semi iusta & truncata simulacra deum inter pstratos iacere postes temploꝝ. qualē terram atticam fecerit exornatā quondā opulentāq; talem eum: si liceat: Aetoliā Græciāq; omnem facturū. urbis quoq; suæ similē deformitatē futurā fuisse: nisi rōani subuenissēt. eodē enī scelere urbē colentē hos deos pſidēq; arcis Mineruā petitā: eodē eleusinæ Cereris templū eodē pyrræi louē Mineruāq;. Sed ab eoꝝ nō tēplis mō: sed ēt mœnibus ui atq; armis repulsū: ī ea delubra: quæ sola religiōe tuta fuerīt: sedisse. Itaq; se orare atq; obsecrare ætolos: ut miserti athenienſiū ducibus diis īmortalibus: deinde romanis: qui secundum deos plurimum possint: bellum accipiant. Tum romanus legatus totam orationis meæ formam macedones primum: deinde athenienses mutarunt: nam & macedones cum ad conquerendas Philippi iniurias in tot socias nobis urbes uenissent: ultro accusando romanos defensionē: ut accusatione potiorē haberem: effecerunt: & athenienses in deos superos inferosq; nefanda atq; inhumana scelera eius referendo: quid mihi aut cuiquā reliquerunt: quod obiicere ultra possimus? Eadem echios: abydenos: æneos: marōitas: thasios: parios: samios: lariſſenſes: messinios: hinc ex Achaia existimate queri grauiora etiā acerbioraq; eos: quibus nocendi maiorē facultatē habuit. Nam quod ad ea attinet: quæ nobis obiecit: nisi gloria digna sunt: fateor ea defendi nō posse. Rhegiū: & Capuā: & Syracusas nobis obiecit. Rhegiū Pyrrhi bello legio a nobis rheginis ipsis: ut mitteret: orantibus in pſidium missa: urbem: ad quā defendendā missa erat: per scelus possedit. cōprobauimus igitur id facinus? an bello pſecuti sceleratā legionē ī potestatē nostram redactā tergo & ceruicibus pœna sociis pendere cum coegissemus: urbem agros suaq; omnia cū libertate legibusque rheginis reddidimus? Syracusanis oppressis ab externis tyrānis: quo īdignius eēt: cū tulissemus opē: & fatigati prope per triennium terra mariq; urbe munitissima oppugnanda essemus: cum ipsis syracusanis seruire tyrannis: quā capi a nobis mallēt: captam iisdem armis: & libertatē & urbē reddidimus: neq; inficiati sumus Siciliam puinciā nostrā esse: & ciuitates: quæq; in parte carthaginēſium fuerunt: & uno aio cum illis aduersus nos bellum gesserunt: stipendiarias nobis ac uectigales eē. Quin contra hoc & uos & omnes gentes scire uolumus: pro merito cuique erga nos fortunam esse. An campanoꝝ pœne: de qua neq; ipsi quidem queri possunt: nos pœniteat? hi homines cum pro iis bellum aduersus samnites per annos pope septuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus: ipsos fœdere primum: deinde connubio: atq; inde cognationibus: postremo ciuitate nobis cōiunxissemus: tempore nostro aduerso primi omnium Italiæ populorum præsidio nostro fœde interfecto ad Hannibalem defecerunt. deinde indignati se obsideri a nobis Hannibalem ad oppugnandam Romam miserunt. Horum si neq; urbs ipsa: neq; homo quisq; superesset: quis id durius quam pro merito ipsorum statuturn indignari posset? plures sibimetipsi conscientia scelerum mortem consciuerunt: quam a nobis supplicio afecti sunt. cæteris ita oppidum: ita agros ademimus ut agrum locumq; ad habitandum daremus: urbem innoxiam stare incolumen pateremur: ut qui hodie uideat: eam nullum oppugnatæ captæue ibi urbis uestigium inueniat. Sed quid ego Capuam dico? cum Carthagini uictæ pacem ac libertatem dederimus? magis illud est periculum ne nimis facile uictis ignoscēdo: plures ob id ipsum ad experiundam aduersus nos fortunam belli incitemus. Hæc pro nobis dicta sūt. Hæc aduersus Philippum: cuius domestica parricidia: & cognatoꝝ amicorūq; cædes: & libidinem ppe inhumaniorem: quā crudelitatē uos: quo ppiores Macedoniæ estis: melius nostis. Quod ad uos attinet ætoli: nos pro uobis bellum suscepimus aduersus Philippum: uos sine nobis cum eo pacem fecistis: & forsitan dicatis bello punico occupatis nobis coactos metu uos leges pacis ab eo: qui tum plus poterat: accepisse: & nos cum alia maiora urgerent: depositum a uobis bellum & ipsi omisimus. nunc & nos deum benignitate punico perfecto bello totis uiribus nostris in macedoniam incubuimus: & uobis restituendi uos in amicitiam societatemq; nostram fortuna oblata est: nisi perire cum Philippo: quam uincere cum romanis mauultis. Hæc dicta ab romano cum essent: inclinatis omnium animis ad romanos: Democritus prætor ætolorum pecunia: ut fama est. ab rege accepta: nihil aut huic aut illi parti assensus: rem magni discriminis consiliis nullam esse tam inimicam: quam celeritatem dixit: celerem enim pœnitentiam: sed tādem seram atque inutilem sequi: cum præcipitata raptim consilia neque reuocari: neque in integrum restitui possint: deliberationis autem eius: cuius ipse maturitatem expectandam putaret: tempus ita iam nunc statui posse: cum legibus cautum esset: ne de pace belloue nisi inpenætolico & pyrrhiaco concilio ageretur: decernerent extemplo: ut prætor sine fraude: cū de bello & pace agere uelit: aduocet conciliū: & qđ tum referat: decernaturque: ut perinde ius ratumque: ac si in penætolico aut pyrrhiaco concilio actum esset. Dimissis ita suspensa re legatis egregie consultum genti aiebat: nam utrius patris melior fortuna esset belli ad eius societatem inclinaturos. Hæc in concilio ætolorum acta. Philippus impigre terra marique

parabat bellum:nauales copias Demetriadem in Theſſaliam contrahebat: Attalum romanamq; claſſem principio ueris ab Aegina ratus moturos nauibus:maritimæq; oræ præfecit Heraclidã:qué & ante præfecerat.Ipe terreſtris copias cõpabat: magna ſe duo auxilia detraxiſſe rõanis credens:ex una pte ætolos:ex altera dardanos:faucibus ad Pelagoniã a filio Perſeo interclufis.Ab cõſule nõ parabaf:ſed gerebaf iam bellũ per Darſetioꝝ fines exercitũ ducebat:frumentũ:qđ ex hybernis extulerat:integrũ uehens:qđ in uſum militi ſatis eſſet p̃bentibus agris.oppida uiciq; partim uolũtate:partim metu ſe tradebant : quædã ui expugnata:quædã deſerta in montes ꝓpinquos refugientibus barbaris inueniebanf.Ad lyncũ ſtatiua poſuit ꝓpe flumé bætum:inde frumentatũ circa horrea darſetioꝝ mittebat. Philippus cõſternata quidé oĩa circa: pauoréq; ingenté hoĩum cernebat:ſed paꝝ gnarus quã ptem petiſſet conſul:alam equitũ ad explorãdum: quonã hoſtes iter intendiſſẽt:miſit.idem error apd conſulé erat:mouiſſe ex hybernis regé ſciebat:quã regionem petiſſet ignorans:is quoq; ſpeculatũ miſerat equites.hæ duæ alæ ex diuerſo:cum diu incertis itineribus uagatæ ꝓ darſetios eſſẽt:tandé in unũ iter cõuenerunt.neutros fefellit:ut fremitus ꝓcul hoĩum equorumq; ex auditus eſt hoſtes appinquare:itaq; priuſquã in conſpectũ uenirent:equos arma expedierãt.nec mora:ubi primũ hoſtẽ uidere:cõcurrendi facta eſt.forte & numero & uirtute utpote lecti utríq; haud impares:æquis uiribus ꝓ aliquot horas pugnauerũt, fatigatio iꝑoꝝ equorũq; icerta uictoria diremit ꝑliũ. macedonũ.xl.equites:romanoꝝ quinq; &.xxx.ceciderũt.neq; eo magis explorati quicquã:i qua regiõe hoſtium caſtra eſſent:aut illi ad regẽ:aut iſti ad conſulem rettulerũt: ꝓ tranſfugas cognitũ eſt:quos leuitas ingenioꝝ ad cognoſcendas hoſtiũ res in oĩbus bellis p̃bet.Philippus aliquid & ad caritatẽ ſuoꝝ:& ut ꝓmptius ꝓ eo piculum adirent:ratus ꝓfectuꝝ ſe:ſi equitũ:qui ceciderãt:inexpeditione ſepeliendoꝝ curã habuiſſet:afferri eos in caſtra iuſſit:ut cõſpiceretur ab oĩbus funeris honos.Nihil tam incertũ:nec tam inæſtimabile eſt:quã animi multitudinis : qđ ꝓmptiores ad ſubeundã oẽm dimicationẽ uidebaf factuꝝ:id metum pigritiáq; incuſit:nam qui haſtis ſagittiſq; & rara lanceis uulnera facta uidiſſent: cum græcis Illyriciſq; pugnare aſſueti poſteaquã gladio hiſpaniẽſi detruncata corpora brachiis abſciſſis:aut tota ceruice deſecta diuiſa a corpore capita patentiaq; uiſcera:& fœditatẽ aliã uulneꝝ uiderunt:aduerſus quæ tela: quoſq; uiros pugnandũ eſſet: pauidi uulgo cernebãt. ipm quoq; regẽ terror cepit nondũ iuſto ꝑlio cũ rõanis cõgreſſũ. itaq; reuocato filio præſidioq;:qđ in faucibus Pelagoniæ erat:ut iis copiis ſuas augeret:Pleurato dardaniſque iter in Macedoniã patefecit.Ipſe cum.xx.millibus peditũ quattuormillibus equitũ ducibus tranſfugis ad hoſtem ꝓfectus:paulo plus.cc.paſſus a caſtris rõanis tumulum ꝓpinquũ Athaco foſſa ac uallo cõmuniuit:ac ſubiecta cernẽs rõana caſtra admiratus eſſe dicif:& uniuerſam ſpeciẽ caſtroꝝ:& deſcripta ſuis quæque ptibus:tum tendentiũ ordine:tum itineꝝ interuallis:& negaſſe barbaroꝝ ea caſtra ulli uideri poſſe. Biduo conſul & rex alter alterius conatus expectãtes cõtinuere ſuos intra uallum:tertio die rõanus omnis copias in aciẽ eduxit.Rex tam celeré aleã uniuerſi certamis timẽs quadringẽtos Trallis(illyricoꝝ id: ſicut alio diximus loco:eſt gens)& cretenſes.ccc.additos iis peditibus primũ numero equitũ cũ duce Athenagora uno ex purpuratis ad laceſſendos hoſtiũ equites miſit.ab rõanis autẽ aberat acies eoꝝ paulo plus quingentos paſſus:uelites & equitũ duæ ferme alæ emiſſæ:ut numero quoq; eques pedeſq; hoſtẽ æquarẽt.Credidere regii genus pugnæ:cui aſſueuerãt fore:ut equites inuicẽ inſequentes refugienteſq; nunc telis uteré tur:nũc terga darent:illyricoꝝ uelocitas ad excurſiones & ĩpetus ſubitos uſui eſſet:cretenſes in inuehentẽ ſe effuſſe hoſtẽ ſagittas cõiicerent: turbauit hunc ordiné pugnãdi nõ acrior quã ptinacior ĩpetus romanorum.nam haud ſecus quã ſi tota acie dimicarent:& uelites emiſſis haſtis cõminus gladiis rem gerebant:& equites:ut ſemel in hoſtẽ euecti ſunt:ſtantibus equis ptim ex ipſis equis:ptim deſilientes ĩmiſcẽteſq; ſe peditibus pugnabãt.ita nec eques regius equiti par erat inſuetus ad ſtabilẽ pugnã:nec pedes cõcurſator & uagus & ꝓpe ſeminudus genere armoꝝ:ueluti romano parmã gladiũq; habenti:pariterq; & ad ſe tuendum: & ad hoſtẽ petendũ armato.Non tulere itaq; dimicationẽ:nec alia re quã uelocitate tutantes ſe in caſtra refugerunt.Vno deinde ĩtermiſſo die cũ oĩbus copiis equitũ leuiſq; armaturæ rex pugnaturus eſſet:nocte cetratos:quos peltas uocant:loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat:pceperatq; Athenagoræ & equitibus:ut ſi apto ꝑlio procederet res:uterentur fortuna;ſi minus cedendo ſenſim ad inſidiaꝝ locum hoſtem ptraherent.& equitatus quidem ceſſit:duces cetratæ cohortis non ſatis expectato ſigno ante tempus excitatis ſuis occaſioné bene gerendæ rei amiſere.romanus & aperto ꝑlio uictor & tutus a fraude inſidiaꝝ ad caſtra ſeſe recepit.Poſtero die oĩbus copiis cõſul in aciem deſendit ante prima ſigna locatis elephantis:quo auxilio tum primũ romani:quia captos aliquot bello punico habebant:uſi ſunt:ubi latẽtem intra uallum exprobrans metũ ſucceſſit.Poſteaq; ne tum quidã poteſtas pugnãdi dabatur:quia ex tam propinquis ſtatiuis paꝝ tuta frumẽtatio erat:diſperſos milites ꝓ agros equitibus exẽplo ĩuaſuris octo ferme inde millia interuallo tutiorem frumentationem habiturus:caſtra ad Atabolum(id eſt loco nomen) mouit.Cum in propinquo frumẽtarentur agro romani:primo rex intra uallum ſuos tenuit:ut creſceret ſimul & negligentia cum audacia hoſti:ubi effuſos uidit cum omni equitatu & cretenſium auxiliaribus quantũ equitem uelociſſimi pedites curſu æquare poterant:citato profectus agmine inter caſtra romana & frumẽtatores conſtituit ſigna.inde copiis diuiſis partim ad conſectandos uagos frumẽtatores emiſit:dato ſigno nequem uiuum relinquerent:cum parte ipſe ſubſtitit:itineraq; quibus ad caſtra recurſuri uidebantur hoſtes;obſedit.Iam paſſim cædes & fuga erat:nec dum quiſquã in caſtra romana nuncius cladis peruenerat:

quia refugientes in regiam ſtationem incidebant: & plures ab obſidentibus uias quam ab emiſſis ad cædem interficiebantur:tandem inter medias ſtationes elapſi quidã trepidi tumultum magis quã certũ nũcium intulerunt caſtris.Conſul equitibus iuſſis qua quiſq; poſſet opem ferre laborantibus:ipſe legiones e caſtris educit:& agmine quadrato ad hoſtem ducit.Diſperſi equites p agros quidã aberrarunt decepti clamoribus aliis ex alio exiſtentibus loco:pars obuios habuerunt hoſtes. pluribus locis ſimul pugna oritur: Regia ſtatio atrociſſimũ prælio ædebat:nam & ipſa multitudine equitũ peditũq; ppe iuſta acies erat:& romanoꝝ:quia mediũ obſederat iter:plurimi i eam inferebant: eo quoq; ſupiores macedones erãt:qđ & rex ipſe hortator aderat:& cretenſium auxiliares multos ex iprouiſo uulnerabant cõferti pparatiq; in diſpſos & effuſos pugnantes.Quod ſi modum in inſequẽdo habuiſſent:nõ in pſentis modo certaminis gloriam: ſed in ſummã etiã belli pfectũ foret:nunc auiditate cædis intẽperantius inſecuti in prægreſſas cũ tribunis militũ cohortes romanas icidere:& fugiens eques:ut primo ſigna ſuoꝝ uidit: conuertit in effuſos hoſtes equos:uerſaq; momẽto tẽporis futura pugnæ eſt:terga dantibus qui mõ ſecuti erãt.multi cõminus cõgreſſi multi fugientes interfecti:nec ferro tantũ periere:ſed in paludes quidam cõiecti pfundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt.Rex quoq; in piculo fuit:nã ruente ſaucio equo pceps in terrã datus haud multũ abfuit: quin iacẽs opprimeret:ſaluti fuit eques:qui raptim ipſe deſiluit:pauidũq; regẽ in equũ ſubiecit:ipſe cũ pedes æquare curſu fugientes nõ poſſet equites:ab hoſtibus ad cãm regis cõcitatis cõfoſſus periit.Rex circũ uectus p paludes puias iuiaſq; trepida fuga in caſtra tandẽ iam deſpantibus plæriſq; incolumẽ euaſuꝝ peruenit.Ducenti macedonũ equites eo plio periere:centũ ferme capti:lxxx.admodũ ornati equis ſpoliiſq; ſimul armoꝝ relictis abducti. Fuerũt qui hoc die regẽ temeritatis:conſulẽ ſegnitiæ accuſarẽt: nã & Philippo quieſcendũ fuiſſe:cũ paucis diebus hoſtes exhauſto circa omni agro ad ultimũ iopiæ uenturos ſciret:& conſulẽ cũ equitatũ hoſtiũ leuemq; armaturã fudiſſet:ac ppe regẽ ipſum cepiſſet: ptinus ad caſtra hoſtiũ ducẽ debuiſſe:nec enĩ máſuros ita pulſos hoſtes fuiſſe:debellariq; momẽto tẽporis potuiſſe.Id dictu:quã re ut plæraq; facilius.nam ſi oĩbus peditũ quoq; copiis rex cõgreſſus fuiſſet forſitan iter tumultũ:cum oẽs uicti metuq; pculſi ex plio intra uallũ:ptinus inde ſupuadentẽ in muniméta uictoré hoſtẽq; fugerẽt: exui caſtris potuerit rex.cũ uero integræ copiæ peditũ in caſtris manſiſſent:ſtationes ante portas præſidiaq; diſpoſita eſſent:qd niſi:ut temeritatẽ regis effuſe pauloãte ſecuti pculſos equites imitarẽt: pfeciſſet:neq; .n. ne regis quidẽ primũ conſiliũ:quo impetũ in frumẽtarios romanos palatos p agros fecit:repræhendendũ foret:ſi modũ pſpere pugnæ ipoſuiſſet.eo quoq; minus eſt mirũ tentaſſe eũ fortunã:qđ fama erat Pleuratum dardanoſq; ingẽtibus copiis pfectos domo iam in Macedoniã tranſcẽdiſſe: quibus cũ undiq; circũuẽtus copiis foret:ſedẽté romanũ debellatuꝝ credi potuerit.Itaq; ſecũdũ duas aduerſas equeſtris pugnas: multominus tutã morã in his ſtatiuis fore Philippus ratus: cũ abire inde & fallere abiẽs hoſtẽ uellet:caduceatore ſub occaſum ſolis miſſo ad conſulẽ:qui inducias ad ſepeliendos equites peteret:fruſtratus hoſtem ſecunda uigilia multis ignibus p tota caſtra relictis:ſilenti agmine abiit.Corpus iam curabat conſul:cum ueniſſe caduceatorẽ:& qd ueniſſet:nunciatũ eſt.Reſponſo tamẽ dato mane poſtero die fore copiã cõueniendi:id qđ quæſitũ erat:nox dieiq; ſequẽtis pars ad pcipiendũ iter Philippo data eſt:mõtes quoq;:quã uiã nõ ingreſſuꝝ graui agmine romanũ ſciebat:petit.Conſul pria luce caduceatoꝝ datis ĩduciis dimiſſo:haud ita multo poſt abiſſe hoſtẽ cũ ſenſiſſet:ignarus qua ſequeret:iiſdẽ ſtatiuis frumẽtando dies aliquot cõſumpſit.Stuberrã deinde petit:atq; ex Pelagonia frumentũ:qđ in agris erat:conuexit.inde ad Pluuiná eſt pgreſſus nondũ cõperto:quã regionẽ hoſtes petiſſent.Philippus cũ primo ad Bruãnã ſtatiua habuiſſet:pfectus inde trãſuerſis limitibus terrorẽ pbuit ſubitũ hoſti.mouere itaq; ex Pluuina romãi:& ad oſphagum flumẽ poſuerunt caſtra.Rex haud pcul inde:& ipſe uallo ſup ripam amnis ducto(Erigoniũ incolæ uocãt)tendit. inde ſatis cõperto Erduaeam petituros romanos ad occupãdas anguſtias: ne ſupare hoſtes artis faucibus in cluſum aditũ poſſent:pceſſit:ibi alia uallo:alia foſſa: alia lapidũ congerie ut p muro eſſent:alia arboribus obiectis:ita ut locus poſtulabat:aut materia ſuppeditabat:opere pmuniit.atq; ut ipſe rebatur uiã ſuapte natura difficilem:obiectis p omnes tranſitus operibus inexpugnabilem fecit.Erãt plæraq; ſilueſtria circa in cõmoda phalangi maxĩe macedonũ:quæ niſi ubi plongis haſtis uelut uallũ ante clypeos obiecit: qđ ut fiat:libero campo opus eſt:nullius admodũ uſus eſt.thracas quoq; rũphææ ingentis & ipſæ longitudinis inter obiectos undiq; ramos ĩpediebant.cretenſium una cohors non inutilis erat:ſed ea quoq; ipſa: ut ſiquis impetũ faceret:in patentẽ uulneri equũ equitẽq; ſagittas cõiicere poterat:ita aduerſus ſcuta romana nec adtraiicendũ ſatis magnã uĩ habebat:nec apti quicquã erat: qđ peteret itaq; id ut uanũ teli genus ſenſerunt eſſe:ſaxis paſſim tota ualle iacentibus inceſſebant hoſtem: ea maiore cum ſonitu quã uulnere ullo pulſatio ſcutoꝝ.parumq; ſuccedentes romanos tenuit:deinde iis quoq; ſpretis partim teſtudine facta p aduerſos uadunt hoſtes:partim breui circuitu:cũ ĩ iugum collis euaſiſſent: trepidos ex preſidiis ſtatiõibuſq; macedonas deturbant:& ut in locis impeditis difficili fuga:plæroſq; etiã obtruncant.ita anguſtiæ minore certamĩe:quã quod animis ppoſuerant:ſuperatæ:& in Erdueã puentum:ubi puaſtatis paſſim agris in Elimiam ſe recepit.inde impetum in Oreſtidem fecit:& oppidum Celetrum eſt aggreſſus in peninſula ſitum :lacus mœnia cingit anguſtis faucibus: unde ex continenti iter eſt. primo ſitu ipſo fræti clauſis portis imperium abnuere: deinde poſteaquam ſigna ferri:ac teſtudine procedi ad portam: obſeſſaſque fauces agmine hoſtium uiderunt:priuſquam experirentur certamen; metu in deditionem uenerunt.Ab

Celetro in daſſaretios proceſſit:urbēq; Pelium ui cepit. Seruitia inde cum cætera turba abduxit: & libera capita ſine pretio dimiſit:oppidūq; iis reddidit præſidio ualido impoſito:nam & ſita opportune urbs erat ad ꝑpetus in Macedoniā faciendos.Ita ꝑgratis hoſtiū agris conſul in loca iam pacata ad Apolloniā: unde ortum bellū erat:copias reduxit.Philippū auerterāt ætoli:& acarnanes:& dardani:& tot bella repente alia ex aliis locis exorta.Aduerſus dardanos iam recipiētes ex Macedonia ſeſe Athenagorā cū expeditis peditibus ac maiore parte equitatus miſſit:iuſſū inſtare abtergo abeuntibus:& carpendo poſtremum agmen ſeniores eos admouendos domo exercitus efficere .Aetolos Democritus prætor: qui more ad decernendum bellum ad Naupactū fuerat:idē ꝓximo concilio ad arma cōciuerat:poſt famā equeſtris ad Eccalobum pugnæ:dardanorūq; & Pleurati cū illyricis tranſitū in Macedoniā:ad hæc claſſis romanæ aduentū in Oreū & ſup circunfuſas tot Macedoniæ gentes: maritimā quoq; inſtante obſidione. hæ cauſæ Democritum ætoloſq; reſtituerāt rōanis:& Aminandro rege athamanū adiuncto ꝑfecti Cercinū obſidere.clauſerant portas:incertū ui an uoluntate:quia regiū habebāt præſidiū:cæteꝝ intra paucos dies captū eſt Cercinum atq; incēſum.qui ſup fuerunt e magna clade:liberi ſeruiq; inter cæterā ꝑdam abducti.Is timor omīs: qui circuncolūt boeben paludē relictis urbibus mōtes coegit petere.Aetoli inopia ꝑdæ ide auerſi ī Perrhebiam ire ꝑgunt:Cirecias in uia capiunt:fœdeq; diripiūt.qui Maleam incolunt uoluntate in deditionē ſocietatemq; accepit.Ex Perrhebia Gomphos:petendi Aminander auctor erat: & īminet Athamania huic urbi: uidebaturq; expugnari ſine magno certamine poſſe:ætoli campos Theſſaliæ opimos ad prædā petiere:ſequēte quanquā nō ꝑbante Aminandro:nec effuſas populationes ætoloꝝ:nec caſtra:quos ſors tuliſſet loco: ſine ullo diſcrimine ac cura muniendi poſita.itaq; ne temeritas eoꝝ negligētiaq; ſibi ac ſuis etiā cladis alicuius cauſa eſſet:cū campeſtribus locis ſubiicientes eos caſtra Phecado urbi uideret:ipſe paulo plus quingentoꝝ paſſuū inde tumulū ſuis:quāuis leui munimēto tutū:cepit. Cum ætoli niſi qđ populabātur: uix meminiſſe uiderēt ſe in hoſtiū agro eſſe:alii palati ſemiermes uagarēt: alii in caſtris ſine ſtatiōibus ꝑ ſomnum uinūq; dies noctibus æquarēt:Philippus īopinātibus aduenit:quē cū adeſſe refugiētes ex agris quidā pauidi nūciaſſent:trepidare Democritus cæteriq; duces:& erat forte meridianū tēpus: quo plæriq; graues cibo ſopiti iacebant: excitare igit̄ alii alios:iubere arma capere:alios dimittere ad reuocandos: qui palati per agros ꝑdebant̄:tantaq; trepidatio fuit:ut ſine gladiis quidā equitū exirent:loricas plæriq; nō induerent:ita raptim educti cū ſexcētoꝝ ægre ſimul equites peditesq; numeꝝ expleſſent:incidūt ī regiū equitatum numero aīs armiſq; ꝑſtantē.Itaq; primo īpetu fuſi:uix tentato certamīe turpi fuga repetunt caſtra: cæſi captiq; quidā:quos equites ab agmine fugientiū intercluſere.Philippus ſuis iam uallo appropinquantibus receptui cani iuſſit:fatigatos enī equos uiroſq; nō tam ꝓlio:quā itineris ſimul longitudine:ſimul ꝑpera celeritate habebat.Itaq; turmatim equites inuicemq; manipulos leuis armaturæ aquatū ire & prandere iubet:alios inſtatione armatos retinet:opperiens agmē peditū tardius ductū,ꝑpter grauitatē armorū: quod ubi aduenit: & ipīs impatum:ut ſtatutis ſignis armiſq; ante ſe poſitis raptim cibum caperent: binis terniſue ad ſummū ex manipulis aquandi cauſa miſſis.Interīm eques cū leui armatura paratus īſtructuſq; ſtetit: ſiquid hoſtis moueret.ætoli(iam enī & quæ ꝑ agros multitudo ſparſa fuerat:receperant ſe in caſtra) ut defenſuri muniměta:circa portas uallūq; armatos diſponunt: dum quietos hoſtes ipſi fœroces ex tuto ſpectabant.Poſteaquā mota ſigna macedonū ſunt:& ſuccedere ad uallum parati atq; inſtructi cœpere: oēs repente relictis ſtatiōibus ꝑ auerſam ꝑtem caſtroꝝ ad tumulū ad caſtra athamanū ꝑfugiunt. multi in hac quoq; tā trepida fuga capti cæſiq; ſunt ætoloꝝ.Phlippus:ſi ſatis diei ſupeſſet:non dubius quin athamanes quoq; exui caſtris potuiſſet:die ꝑ ꝓliū: deīde ꝑ direptionē caſtroꝝ abſumpto:ſub tumulo in ꝓxīa planicie conſedit:prīa luce īſequētis diei hoſtē aggreſſurus.ſed ætoli eodē pauore:quo ſua caſtra reliquerāt: nocte ꝓxima diſpſi fugerūt.Maxīe uſui fuit Aminād̄er:quo duce athamanis itineꝝ peritis ſūmis mōtibus ꝑ cal les ignotos ſequātibus eos hoſtibus in Aetoliā ꝑduxerunt.haud ita multos in diſperſa fuga error intulit ī macedonū equites:quos luce prima Philippus:ut deſertū tumulū uidit:ad carpēdū hoſtiū agmē miſit.Per eos dies & Athenagoras regius ꝑfectus dardanos recipientes ſe in fines adeptus:poſtremū agmnē prīo turbauit:deinde poſteaquā dardani cōuerſis ſignis direxere aciē:æqua pugna iuſto ꝓlio erat:ubi rurſus ꝓcedere dardani cœpiſſent:equite & leui armatura regii nullū tale auxilii genus habentes dardanos oneratos īmobilibus armis uexabāt:& loca ipſa adiuuabāt:occiſi ꝑpauci ſunt:plures uulnerati:captus nemo:qa nō excedunt temere ordinibus ſuis:ſed cōfertim & pugnant:& cedunt.Ita damna romano accepta bello duabus popportunas expeditiones coercitis gentibus reſtituerat Philippus incepto forti non ꝓſpero ſolum euentu.Minuit deinde ei forte oblata res hoſtium ætoloꝝ numerum.Scopas princeps gentis ab Alexādria magno cum pondere auri ab rege Ptolemæo miſſus:ſexmillia peditum & equites mercede conductos Aegyptum auexit.nec ex iuuētute ætoloꝝ quenq̄ reliquiſſet:ni Democritus nunc belli:quod īſtaret:nunc futuræ ſolitudinis admonens incertum cura gentis:an ut aduerſaretur Scopæ parum donis cultus:parte iunio rum caſtigando domi continuiſſet. Hæc ea æſtate ab rōanis Philippoq; geſta erāt.Claſſis ab Corcyra eiuſdem principio æſtatis cum .L. Apuſtio legato profecta:Malea ſuperata circa Scyllæum agri hermionici Attalo regi coniuncta eſt. Tum uero athenienſium ciuitas: cui odio in Philippum per metus iam diu moderata erat: id omne in auxilii præſentis ſpem effudit:nec unquam ibi deſunt linguæ promptæ ad plebem concitandam: quod genus tum in omnibus liberis ciuitatibus: tum præcipue Athenis:

ubi oratio plurimum pollet:fauore multitudinis alitur.rogationem extemplo tulerunt:plebesq; sciuit:ut Philippi statuæ imagines omnes:nominaq; eaꝝ:item maiorꝝ eius uirilis ac muliebris sexus oīum tollerẽtur:deleréturq; dies festi:sacra sacerdotes:quæ ipsius maiorũue eius honoris causa īstituta eẽnt:oía ꝑfanarent:loca quoq;:in qbus positũ aliquid in scriptũue honoris eius causa fuisset:de testabilia essent: neq; ī iis quicquã postea poni dedicariq; fas esset:sacerdotes publicos:quotiẽscũq; ꝑ populo atheniẽsi sociisq; & exercitibus & classibus eoꝝ ꝑcarenẽ:totiens de testari atq; execrari Philippũ:liberos eius regnũq;:terrestres naualesq; copras:macedonũ genus omne nomẽq;:additũ decreto:siquid postea ad notã ignominiãq; Philippi ptineret:ferreẽ:id omne populũ atheniẽsem iussuꝝ:siquis cõtra ignominiã proue honore eius dixisset:fecissetue:qui occidisset eũ:iure cæsuꝝ.postremo iclusũ ut oía:quæ aduersus pisistratidas decreta quõdam erãt:eadẽ ī Philippo seruarẽtur.Atheniẽses quidẽ litteris uerbisq;:quibus solis ualẽt:bellum aduersus Philippũ gerebãt.Attalus romaniq; cũ pyræũ primo ab Hermione petissent:paucos ibi morati dies: oneratiq; æque īmodicis ad honores socioꝝ:ac quæ in irã aduersus hostẽ fuerant atheniẽsiũ decretis:nauigarunt a pyræo Andrũ: & cũ portum:quẽ Gaureleon uocãt:cõstitissent:missis:qui tentarẽt oppidãoꝝ aios: si uoluntate tradere urbẽ:quã uim experiri mallẽt: posteaquã ꝑsidio regio arcẽ teneri nec se potestatis suæ esse respondebãt:expositis copis:apparatuq; omni urbiũ oppugnãdaꝝ:diuersis partibus rex & legatus romanus ad urbẽ subeunt.Plus aliquanto græcos rõana arma signaq; nõ ãte uisa:animiq; tã prõpte succedẽtium muros terruere.itaq; fuga extẽplo ī arcẽ facta est: urbe hostes potiti. & in arce cũ biduũ loci se magis quã armoꝝ fiducia tenuissent:tertio die pacti ipsi præsidiumq; ut cum singulis uestimentis Delium Bœtiæ tarãsueherenẽ:& ab rõanis regi Attalo cõcessa ꝑda:ornametaq; urbis ipsi auexerãt. Attalus ne desertã haberet īsulã:& macedonum fere oĩbus & qbusdã andrioꝝ:ut manerẽt:psuasit:postea & ab Delio :qui ex pacto traiecti eo fuerãt ꝑmissis regis:cum desiderium quoq; patriæ facilius ad credẽdum iclinaret aios reuocati:ab Andro Cydnum traiecerunt:ibi dies aliquot oppugnãda urbe nequicquã absumpti ; & quia uix operepræciũ erat:abscessere ad Prassias(cõtinẽtis Tanticeris locus est)isseoꝝ.xx.lembi classi romanoꝝ adiuncti sunt:ii missi ad populãdos carystioꝝ agros.cætera classis Gerestũ nobilẽ Euboeæ portũ:dũ a Carysto issei redirent:tenuit.Inde oẽs uelis in altũ datis maris medio ꝑter Scyrũ insulã lcum puenere.ibi paucos dies sæuiẽte borea retẽti. Vbi prima tranqllitas data est:Sciatũ traiecere uastatã urbẽ direptãq; nup a Philippo.per agros palati milites frumẽtũ:& siqua alia usui eẽ ad uescẽdũ poterãt:ad naues rettulere:ꝑdæ nec erat quicquã:nec meruerãt græci:cur diriperenẽ.Inde Cassandreã petẽtes primo ad Mendiũ maritimũ ciuitatis eius uicũ tenuere:inde cũ superato ꝑmõtorio ad ipsa mœnia urbis circunagere classem uellent: sæua coorta tẽpestate ꝑpe obruti fluctibus:disperſi magna ex pte amissis armamẽtis in terram effugerũt. omẽ quoq; ea maritima tẽpestas ad rẽ terra gerendã fuit:nã collectis in unũ nauibus:expositisq; copiis aggressi urbẽ cũ multis uulneribus repulsi:& erat ualidũ ibi regiũ ꝑsidiũ: irrito icœpto regressi Canastreum Pallenes traiecere.inde supato Coronæ ꝑmontorio nauigantes Acanthũ petiere.ibi primo ager uastatus: deiude ipsa urbs ui capta atq; direpta:nec ultra ꝑgressi(iam enĩ & graues ꝑda naues habebãt)retro: unde uenerãt Sciatũ:& ab Sciato Euboeã repetunt.Ibi relicta classe decẽ nauibus expeditis signũ maliacũ intrauere ad colloquendũ cũ ætolis de ratione gerẽdi belli.Sipyrrhicas ætolus priceps legatiõis eius fuit:qui ad comunicãda cõsilia Heracleã cũ rege & cũ romano legato uẽit.petitũ ex fœdere ab Attalo est:ut mille milites ꝑstaret:tantũ enĩ numeꝝ bellũ gerẽtibus aduersus Philippũ debebat. Id negatũ ætolis: qđ illi quoq; grauati prius eẽnt:ad populandã Macedoniã exire:quo tẽpore Philippo circa Pergamũ urente sacra ꝑfanaq;:abstrahere eũ inde respectu reꝝ suaꝝ potuissent.ita ætoli cũ spe magis rõanis oía pollicentibus:quã cũ auxilio dimissi Apustius cũ Attalo ad classẽ rediit.ide cõsultari de Oreo oppugnãdo cœptũ.ualida ea ciuitas & mœnibus:& qa ante fuerat tẽtata:firmo erat ꝑsidio.cõiunxerant se iis post expugnationẽ andri cũ ꝑfecto ageſimbro.xx.rhodiæ naues tecte oẽs.eã classem īstationẽ ab Zelasiũ miserunt isthmiæ:id sup Demetriadẽ ꝑmontoriũ est ꝑopportune obtectũ:ut siquid ide mouerẽt:macedonũ naues in ꝑsidio eẽnt. Heraclides ꝑfectus regius classẽ ibi tenebat:magis p occasionẽ:si quã negligentia hostiũ dediſſet: quã apta ui quicquã ausurus.Oreũ diuersi romãi & rex Attalus oppugnabãt:romãi a maritima arce:regii aduersus ualem inter duas iacentẽ arces:qua & muro iterſepta urbs est. & ut loca diuersa sic dispi modo oppugnabãt. rõani testudinis & uineis & ariete admouẽdo muris:regii balistis catapultisq; & omni alio genere tormentoꝝ tela ingerẽtes:& põdere ingenti saxa iaciebãt & cuniculos:& quicqd aliud priore expugnatione expertum ꝑfuerat.cæteꝝ nõ plures tantũ macedones:quã ante tuebanẽ urbẽ:sed etiã ꝑsentioribus aĩs & castigationibus regis in admissã culpa:& simul minaꝝ simul ꝑmissionũ in futuꝝ memores:ita ut paꝝ ī expugnatione celeri spei esset.Interī & aliud agi posse ratus legatus:relictis:qđ satis uidebaẽ ad opera ꝑficiẽda militibus traiicit:in ꝑxia cõtinentis:Lariſſamq;:non illã in Thessalia nobilẽ urbẽ:sed alterã:quã Cremastẽ uocant:subito aduentu præter arcẽ cepit.Attalus quoq; Aegeleon nihil minus quã tale quicq; ī alterius oppugnatiõe urbis timẽtibus oppressit.Et iam cũ opera in effectu erãt circa Oreum:tum præsidiũ quod intus erat:labore a ſſiduo uigiliis diurnis pariter nocturnisque & uulneribus confectum:muri quoque pars ariete incusso subruta multis iam locis prociderat:perque aptertum ruina iter nocte romani: quodque super portum est: in arcem proruperunt. Attalus luce prima signo ex arce dato ab romanis & ipse urbem inuasit stratis magna ex parte muris. præsidium oppidanique in arcem alteram perfugere:unde biduo

poſt dedítio facta:urbs regi captiua corpora romanis ceſſere.Iam autūnale equinoctium inſtabat: & eſt ſinus euboicus:qué cœra uocant:ſuſpectus nautis,itaq; ante hyemales motus euadere íde cupiétes Pyræú: unde ꝓfecti ad bellū erant:repetunt.Apuſtius triginta nauibus ibi relictis ſup Maleū nauigat: apud Corcyram regem ſpatiū initioꝝ Cereris:ut ſacris intereſſet tenuit. ſecundum initia & ipſe in Aſiam ſe recepit ageſimbro & rhodiis domum remiſſis. Hæc ea æſtate terra mariq; aduerſus Philippum ſocioſque eius a conſule & legato romanis adiuuantibus rege Attalo & rhodiis geſta. Conſul alter Gaius Aurelius ad confectum bellū:cū in ꝓuinciā ueniſſet:haud clam tulit irá aduerſus prætorē:quod abſente ſe rem geſſiſſet,miſſo igit eo in Ethruriā:ipſe in agrū hoſtiū legiones induxit:populandoq; cū p̄da maiore:quá gloria bellum geſſit.Lucius Furius ſimul:qđ in Ethruria nihil erat rei:qđ gereret: ſimul gallico triūpho íminens quē abſente cōſule irato atq; inuidente facilius ípetrari poſſe ratus:Romá íopinato cū ueniſſet:ſenatum í æde Bellonæ habuit:expoſitiſq; rebus geſtis:ut triūphanti ſibi in urbē inuehi liceret:petit.Apud magnam partē ſenatus & magnitudine reꝝ geſtaꝝ ualebat & gratia:maiores natu negabant triumphū:& qđ alieno exercitu rem geſſiſſet:& qđ ꝓuinciá reliquiſſet utilitate rapiendi per occaſioné triūphi.id uero eum nullo exemplo feciſſe.cōſulares p̄cipue expectandū fuiſſe cōſulē dicebant:potuiſſe enī caſtris ꝓpe urbē poſitis: tutanda colonia ita ut in acie nō decerneret:in aduentū eius rem extrahere:& qđ p̄tor non feciſſet:ſenatui faciendū eſſe:conſulē expectare:ubi corá diſceptátes conſulē & p̄toré audiſſent: uerius de cauſa exiſtimaturos eſſe.Magna pars ſenatus nihil p̄ter res geſtas.& an in magiſtratu ſuis quis auſpiciis geſſiſſet: céſebát ſpectare ſenatum debere.ex duabus colonis:quæ uelut clauſtra ad cohibēdos gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent:cum una direpta & incēſa eēt:traiecturūq; id incendiū uelut ex continētibus tectis í alteram tam ꝓpinquā coloniá eēt:qd tandē p̄tori faciendū fuiſſet: ná ſi ſine conſule geri nihil oportuerit: aut ſenatū paſſe:qui exercitū p̄tori dederit:potuiſſe enī: ſi nō cū prætoris:ſed cōſulis exercitu rem geri uoluerit:ita finire ſenatuſcōſultū:ne per p̄toré:ſed conſulē gereret:aut cōſulis:qui nō cū exercitu ex Ethruria tranſire í Galliá iuſſiſſet:ipſe Arimini occurreret:ut bello intereſſet:qđ ſine eo geri fas nō eēt.nō expectare belli tēpora:moras:& dilationes ímperatoꝝ:& pugnandū eē interdū:non quia uelis:ſed quia hoſtis cogat. pugnam ipſam euentūq; pugnæ ſpectari debere.fuſos cæſoſq; hoſtes:caſtra capta & direpta:coloniá liberatá obſidione:alterius coloniæ captiuos recuperatos reſtitutoſq; ſuis:debellatū uno prælio eē. Non hoíes tantū ea uictoria letatos:ſed diis quoq; ímortalibus ꝓtriduū ſupplicationes habitas:qđ bene ac fœliciter: nō qnod male ac temere reſpublica a Lucio Furio p̄tore geſta eēt:data etiá fato quodá furiæ géti gallica bella. Huius generis orationibus ipſius amicorūq; uicta eſt p̄ſētis gratia prætoris: abſentis cōſulis maieſtas: triumphumq; frequétes Lucio Furio decreuerunt.Triūphauit de gallis in magiſtratu Lucius Furius prætor:in ærarium tulit tercētumuigintimillia æris:argéti.c.lxx.millia pondo.neq; captiui ulli ante currū ducti:neque ſpolia prælata:neq; milites ſecuti.oía præter uictoriá penes conſulem eſſe apparebat.Ludi deinde a.P. Cornelio Scipione:quos cōſul í Africa uouerat:magno apparatu facti:& de agris militū eius decretum:ut quot quiſq; eoꝝ annos in Hiſpania:aut í Africa militaſſet:í ſingulos ános bina iugera acciperet eū agrum decéuiri aſſignarēt.Triūuiri íde creati ad ſupplendū uenuſinis colonoꝝ numeꝝ: qđ bello Annibalis attenuatæ uires eius coloniæ erant:G.Terétius Varro:T.Quintius Flaminius:G.Cornelius:G.filius Scipio:ii colonos Venuſiá aſcripſerūt.Eodē anno.G.Cornelius Cethegus:qui ꝓconſul Hiſpaniá obtinebat:magnū hoſtiū exercitū í agro ſedetāo fudit: quindecímillia Hiſpanoꝝ eo prælio dicunt cæſa:ſigna militaria capta octo & lxx.G Aurelius conſul cū ex prouincia Romá comitioꝝ cauſa ueniſſet:ut id nouit : quod animis præceperat:quæſtus eſt non expectatum ſe ab ſenatu:neq; diſceptādi cū prætore conſuli poteſtaté factá: ſed ita triūphum decreuiſſe ſenatū ut nullius niſi eius:qui triumphaturus eſſet:aut eoꝝ:qui bello interfuiſſēt:uerba audiret. maiores ideo inſtituiſſe ut legati tribuni militū cēturiones milites deniq; triūpho adeſſent:ut uirtutes reꝝ geſtaꝝ eius:cui tantus honos haberetur:publice uiderētur:neq; ex eo exercitu : qui cum gallis pugnauerit: militē unū ſaltē fuiſſe: quē pcūctari poſſet ſenatus: quid ueri prætor uaniue referret.comitiis deinde diem indixit: quibus creati ſunt conſules.L.Cornelius Lentulus:A.Iulius Apulus.prætores inde facti.L.Quintius Flaminius:L.Valerius Flaccus:L.Iulius Tappalus:G.Bebius Tamphilus.ánona quoque eo anno puilis fuit.frumēti uim magnā ex Africa aduectā:ædiles curules.M.Claudius Marcellus:& Sex.Elius Pætus binis æris in modios populo diuiſerūt:& ludos romanos cū magno apparatu fecerunt.diem unū inſtaurarūt.ſigna aenea quinq; ex mulctaticio argēto í ærario poſuerūt.Plebeii ludi ab ædilibus.L. Tarentio Maſſo : & .G. Bebio Tamphilo : quem prætorem deſignauerant : ter toti inſtaurati. & ludi funebres eo anno per quatriduum in foro mortis cauſa Valerii Leuinii a. P. &. M Filiis eius facti:& munus gladiatorium datum ab iis: paria quinque & uiginti.pugnarunt. M. Aurelius Cotta decéuir ſacroꝝ mortuus : in eius locum. M. Acilius Glabrio ſuffectus. Comitiis ædiles curules creati ſunt forte ambo : qui ſtatim accipere magiſtratum non poſſent : nam Cornelius : Cethegus abſens creatus erat : cum Hiſpaniam obtineret Prounciam : Valerius Flaccus : quem præſentem creauerant : quia flamendialis erat: iurare in leges non poterat : magiſtratus autem plus quinque dies:niſi qui iuraſſet:í leges non licebat gerere.Petente Flacco ut legibus ſolueretur:ſenatus decreuit : ut ſibi ædilis:qui pro ſe iuraret: arbitratu conſulum daretur : conſules : ſi eis uideretur : cum tribu. plebis agerent :uti ad plebem ferrent. Datus qui iuraret ꝓ fratre.L.Valerius Flaccus prætor deſignatus,tribuni ad plebē tulerūt:plebeſq; ſciuit:

ut perinde esset: ac si ipse ædilis iurasset. & de altero ædile plebiscitum est factum rogantibus tribunis: quos duos ī Hispaniam cum imperio ad exercitum ire iuberent: ut Cornelius ædilis curulis ad magistratum gerendum ueniret: &. L. Manlius Acidinus decederet de prouincia. Multos post annos plebes Cornelio Lentulo: &. L. Tercinio proconsulibus imperium esse in Hispania iussit.

LIBER TERTIVS.

CONSVLES PRAETORESQ VE CVMIDIBVS MARTIIS MAGIstratū inissent: prouincias sortiti sunt. P. Lentulo Italia: P. Iulio Macedonia ꝑtoribus. L. Qu. urbana: Gaio Bebio Ariminū: L. Valerio Sicilia: L. Iulio Sardinia euenit. Lentulus consul nouas legiones scribere iussus: Iulius a proconsule Sulpicio exercitū accipere: insupplementū eius: quantū militum uideret. ut scriberet: ipsi permissum. Prætori Bebio legiones: quas. G. Aurelius cōsul habuisset. ita decrete: ut retineret eas: donec consul nouo cū exercitu succederet in Gallia: ubi is uenisset: oēs milites ex auctorati domū dimitterent. ꝑter quinquemilia sociū: his obtineri circa Ariminū prouinciā satis esse. Prorogato imperio ꝑtoribus prioris anni Sergio: ut militibus: quin in Hispania: Sicilia: Sardinia stipendia per multos annos fecissent: agrum assignandū curaret. Qu. Minutio ut brutiis idem de coniurationibus quæstiones: quas prætor cū fide curaq; exercuisset: ꝑficeret: & eos: quos sacrilegi cōpertos in uinculis Romā misisset: Locros mitteret ad suppliciū: quæq; sublata ex delubro Proserpinæ eēnt: reponēda causa piaculi seruaret. Feriæ latinæ pontificū decreto instauratæ sunt: quod legati ab Ardea quæsti in senatu erāt: sibi in monte albano latinis carnē ut assolet: datā non esse. ab Suessa nunciatū est duas portas: qdq; inter eas muri erat: de cælo tactū: & formiani legati ædem Iouis: item hostienses ædem Iouis: & ueliterni Apollinis & Saturini ædes: & in Herculis æde capillū enatū: & ex Brutiis ab. Qu. Minutio prorætore scriptū equū cūquinque pedibus: pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse. inde a Sulpicio ꝓconsule ex Macedonia literæ allatæ: inquibus inter cætera scriptū erat laureā ī puppim nauis longæ enatā. Prioq; ꝓdigioq; causa senatus censuerat: ut cōsul maioribus hostiis: quibus diis uideret: sacrificaret: ob hoc unū prodigiū aruspices in senatū uocati: atq; ex responso eoq; supplicatio populo in diem unū edita: & ad omnia puluinaria res diuinæ factæ. Carthaginēses eo āno argentū in stipendiū impositū primū Romā aduexerunt. id quia probū non esse quæstores renunciauerant: expientibusq; pars quarta decocta erat: pecunia Romæ mutua sumpta ī tertrimentū argenti suppleuerunt. petentibus deinde: ut si iam uideret senatui: obsides sibi redderentur:: centū redditi obsides: de cæteris: si in fide ꝓmanerent: spes facta. petētibus iisdem: quibus nō reddebātur obsides: ut ab Norba: ubi paq; cōmode essent: alio traducerent: concessū ut Signiā: & Ferentinū transirent. Gaditanis item petētibus remissum ne ꝑfectus Gadis mitteret: aduersus quod iis in fidem populi romani ueniētibus cum Lucio Martio Septimio conuenissent. Et narnienſiū legatis querētibus ad numerum sibi colonos nō esse: & īmixtos quosdā nō sui generis ꝓ colonis se gerere: eaq; req; causa triūuiros creare. L. Cornelius cōsul iussus. creati. P. & Sex. Elii (Pætis fuit ambobus cognomē) &. G. Cornelius Lētulus: Quod narnienſibus datū erat: ut colonoq; numerus cogeret: cōsani petentes nō ꝑtrauerūt. Rebus: quæ Romæ agendæ erant: ꝑfectis: cōsules īprouincias ꝓfecti. P. Iulium in Macedoniā cū uenisset: atrox seditio militū iam ante irritata nec satis ī prīcipio cōpressa excepit. Ea militū fuit: qui ex Africa post deuictū Annibalem in Siciliā: inde anno fere post in Macedoniā pro uolūtariis transportati erāt. id uolūtate factū negabant ab tribunis recusantes in naues positos. sed utcūq; seu inuita: seu suscepta foret militia: & iā exhaustam & finē aliquē militandi fieri æquū esse. multis annis sese Italiā nō uidisse: cōsenuisse sub armis in Sicilia Africa Macedonia: cōfectos iam se labore opere: exangues tot acceptis uulneribus esse. Consul causam postulandæ missionis ꝓbabilē: si modeste peteret: uidere dixit. seditionis nec eā: nec ullā aliā satis iustam cām esse. Itaq; si manere ad signa & dicto parere uelint: se de missione eoq; ad senatū scriptuq;: modestia facilius quā ꝑtinacia: qđ uelint: ꝑtraturos. Thaumastos eo tpe Philippus sūma ui oppugnabat aggeribus uineisq; & iā arietē muris admoturus erat: cæteq; incepto absistere eū coegit subitus ætoloq; aduentus: qui Archidamo duce inter custodias macedonū mœnia ingressi: nec die: nec nocte finē ullū erūpendi nunc in stationes: nūc in opa macedonū faciebant: & adiuuabat eos natura ipsa loci: nāq; thaumasti a pyleis sinuq; maliaco ꝓ lamiā eunti loco alto siti sunt in ipsis faucibus īminentes: quas Cœlæ uocant: Thessaliæq; trāseunti confragosa loca īplicataq; flexibus ualiū uias: ubi uentū adhāc urbem est: repente uelut maris uasti sic uniuersa pāditur planicies: ut subiectos cāpos terminare oculis haud facile queas. ab eo miraculo thaumasti appellati: nec altitudine solum tota urbs: sed quod saxo undiq; absciſſo rupibus īposita est. Hæ difficultates: & qđ haud satis dignū tāti laboris ꝑiculiq; pretiū erat: ut absisteret incepto Philippus: effecerunt: hyems quoq; iā īstabat: cū ide abscessit: & ī Macedoniā ī hyberna copias reduxit. Ibi cæteri quidē data quātacunque quiete temporis simul animos corporaq; remiserāt: Philippū quantū ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxauerat animus: tanto magis intentum in uniuersum euētum belli curæ angunt: nō hostes modo timentē: qui terra mariq; urgebant: sed nunc sociorum: nunc etiam popularium animos ne

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Dział. Im. A. Mickiewicza

& illi ad spem amicitiæ romanoꝝ deficerent:& macedonas ipsos cupido nouandi res caperet.Itaque & in Achaiam legatos misit:simul qui iusiurandum(ita enim pepigerant)quotannos iuraturos in uerba Philippi exigerent:simul qui redderent achæis Orchomenon:& Theream: & Triphyliam:eleis Aliphera cõtendentibus nunquã eam urbẽ fuisse ex Triphylia:sed sibi debere restitui:quia una esset ex iis:quæ ad condẽdam Megalopolim ex concilio arcadum contributæ forent.Et cum achæis quidẽ per hæc societatem firmabat:macedonum aĩos cum Heraclide:Nam cũ eum maximæ inuidiæ sibi esse cerneret:multis criminibus oneratum in uincla cõiecit ingẽti popularium gaudio.Bellum si quãdo unquã ante alias cũ magna cura apparauit :exercuitq; in armis & macedones:& mercẽnarios milites:principioq; ueris cum Athenagora omnia externa auxilia quodq; leuis armaturæ erat:in Chaoniã per Epirũ ad ocupandas:quæ ad Anthigoniam fauces sunt(stenna uocãt græci)misit. ipse post paucis diebus grauiore secutus agmine: cũ sitũ oẽm regiõis aspexisset:maxime idoneum locum credidit esse præter amnẽ aoum.is inter mõtes:quoꝝ alterum meroũ:alteꝝ asnaum incolæ uocant:angusta ualle fluit iter exigum sup ipsam p̃bens. Asnaum:Athenagoram cum leui armatura tenere & cõmunire iubet:ipe enim ĩ Aeropo posuit castra:qua abscissæ rupes erãt: statio paucoꝝ armatoꝝ tenebat:quæ minus tuta erãt:alia fossis:alia uallis: alia turribus muniebat.magna tormẽtoꝝ etiam uis:ut missilibus ꝓcul arcerent hostẽ:idoneis locis dispositа est.Tabernaculũ regium pro uallo in cõspecto maxime tumulo:ut terrorem hostibus suisq; spem ex fiducia faceret:positũ. Consul per Charopum epirotem certior factus:quos saltus cum exercitu insedisset rex: & ipse cũ Corcyræ hybernasset:uere primo in continentẽ trabeatus ad hostem ducere pergit quinquemilia ferme ab regiis castris cum abesset loco munito relictis legionibus:ipse cum expeditis progressus ad speculanda loca: postero die cõsilium habuit utrum per insessum ab hoste saltum:quãquam labor ingens periculumq; ꝓponeretur:transitum tentaret: an eodem itinere: quo priore anno Sulpicius Macedoniã intrauerit: circunduceret copias Hoc consilium per multor dies agitanti nuncius uenit.T.Quintium consulẽ factum:sortitũq; prouinciã Macedoniam:maturato itinere iam Corcyram traiecisse.Valerius Ancias ítrasse saltum Iulium tradit: qa recto itinere nequierit omnibus a rege insessis:secutum uallem:per quam mediam ferẽ aous amnis:ponte raptim facto in ripam:in qua erant castra regis:transgressum acie cõflixisse:fusum fugatũq; regem castris exutum.xii.millia hostium eo prælio cæsa:capta duomillia & ducentos:& signa militaria centũ .xxxii .equites.cc.xxx.ædem etiã Iouis in eo prælio uotam:si res ꝓspere gesta esset.cæteri græci latiniq; auctores: quorum quidem ego legi annales:nihil memorabile a Iulio actum : integrumq; bellum insequentem consulẽ. T.Quintium accepisse tradunt.Dum hæc in Macedonia gerunt:cõsul alter.L.Lentulus qui Romæ substiterat:comitia censoribus creandis habuit multis claris petẽtibus uiris.creati censores.P. Cornelius Scipio Africanus &.P.Elius Pætus.Hi magna inter se concordia :& senatum sine ullius nota regebant:& portoria uenalium Capuæ Puteolisq;:item castoꝝ portoriũ:quo in loco nunc oppidum est:fruendũ locarunt: colonosq; eo trecentos(is enim numerus finitus ab senatu erat)ascripserunt:& sub Tifatis Capuæ agrum uendiderunt.Sub id tempus .L. Manlius Acidinus ex Hispania decedens ꝓhibitus a .M.Portio Leca tribuno plebis ne ouans rediret:cum ab senatu impetrasset:priuatus urbem ingrediens .M.cc pondo argẽti. xxx.pondo ferme auri in ærarium tulit.Eodem anno.G.Bebius Pamphilus ; qui ab .Gn. Aurelio consule anni prioris prouinciam Galliam acceperat:temere ingressus gallorum insubrium fines prope cum toto exercitu est circunuẽtus: supra sexmillia & sexcentos milites amisit.tanta ex eo bello:quod iam timeri desierat:clades accepta est.Ea res.L.Lentulũ consulem ab urbe exciuit:qui ut in prouinciã uenit plenam tumultus:trepido exercitu accepto prætorem multis probris ícrepitũ prouincia decedere atq; abire Romã iussit:neq; ipse consul memorabile quicquã gessit:comitioꝝ causa Romam reuocatus:quæ ipa per Marcum Fuluium:&.M.Curium tribunos plebis impediebantur:quod Titum Quintium Flaminium consulatum ex quæstura petere non patiebantur,Iam ædilitatem præturãq; fastidiri:nec per honoꝝ gradus documentum sui dantes nobiles homines tendere ad consulatum:sed transcendendo media summa imis cõtinuare.Res ex campestri certamine ĩ senatum uenit.patres censuerunt:qui honorẽ:quẽ sibi capere per leges liceret:peteret:in eo populo creandi:quẽ uelit:potestatẽ fieri æquũ esse. In auctoritate patrũ fuere tribuni.creati consules Sex.Elius Pætus:&.T.Quintius Flaminius.Inde prætorum comitia habita:creati.L. Cornelius Merula:M.Claudius Marcellus:Marcus Portius Cato:G. Elius qui ædiles plebis fuerãt. Ab iis ludi plebeii instaurati:& epulũ Iouis fuit ludoꝝ causa.& ab ædilibus curilibus.G.Aurelio Flacco flamendiali:&.Gn.Cornelio Cethego:ludi romani magno apparatu facti.Ser.Sulpicius & Galba pontifices eo anno mortui sunt:in eoꝝ locum.M.Aemylius Lepidus:&.G.Cornelius Scipio pontifices suffecti sunt .Sex. Elius Pætus.T.Quintius Flaminius consules magistratu inito senatum in capitolio cum habuissent: decreuerunt patres:ut ꝓuincias Macedoniam atq; Italiam consules cõpararent inter se:sortirẽturue:utri eorum Macedonia eueniisset:in supplementũ legionũ triamillia militum romanoꝝ scriberet &.ccc.equites: item sociorum latini nominis:quinquemillia peditũ:quingentos equites.alteri consuli nouus ois exercitus decretus.L.Lentulo priorꝭ anni cõsuli,progatũ imperium est:neq; aut ipsa prouincia decederet prius: aut ueterem deduceret exercitũ:quã cum legionibus nouis consul uenisset.Sortiti consules ꝓuincias:Elio Italia:Quintio Macedonia euenit.Prætores.L.Cornelius Merula urbanã.M.Claudius Siciliã.M. portius Sardiniam.G.Elius Galliã est sortitus.Delectus inde haberi est cœptus:nam præter cõsularem exercitum

prætores quoq; iussi scribere milites erãt. Marcello ĩ Siciliã quattuormillia peditũ sociũ & latini noĩs & ccc. equtes. Catoni ĩ Sardiniã ex eodẽ genere militũ mille peditũ. cc. equites: ita ut hi ꝓtores ambo cum ĩ ꝓuincias uenissent: ueteres dimitterẽt pedites equitesq;. Attali deinde regis legatos ĩ senatũ cõsules intro duxerũt. Hi regem classe sua copiisq; oĩbus terra mariq; romanã rem iuuare: quæq; imperarẽt romani cõsules: ĩpigre atq; obedienter ad eã diem feciſſe cũ exposuissent: uereri dixerũt: ne id ꝓstare ei ꝓ Antiochum regem ultra non liceret: uacuum nãq; præsidiis naualibus terrestribusq; regnum Attali Antiochum inuasisse. Itaq; Attalum orare patres cõscriptos: si sua classe: suaq; opera uti ad macedonicum bellum uellẽt: mitterent ipsi præsidium ad regnũ eius tutãdũ: si id nollent: ipsum ad sua defendenda cũ classe ac reliquis copiis redire paterent. Senatus ita legatis responderi iussit: quod rex Attalus classe copiisq; aliis duces romanos iuuisset: id gratũ senatui esse: auxilia nec ipsos missuros Attalo aduersus Antiochũ sociũ & amicũ populi romani: nec Attali auxilia retenturos ultra: quã regi cõmodum esset. Semp populũ romanũ alienis rebus arbitrio alieno usum: & principiũ & finẽ ĩ potestate ipsõꝝ qui ope sua uelint adiutos romanos esse. Legatos ad Antiochum missuros: qui nuncient Attali nauiũq; eius & militũ opera aduersus Philippũ communẽ hostẽ uti: populo romano gratũ eum factuꝝ & senatui: si regno Antiochus Attali abstineat: bellocq; absistat: æquũ esse socios & amicos populi romani reges inter se quoq; ipsos pacẽ seruare. Cõsulẽ. T. Quintiũ ita habito delectu: ut eos fere legeret: q ĩ Hispania: aut Africa meruissent spectatæ uirtutis milites: properantem ĩ ꝓuinciã ꝓdigia nũciata: atq; eoꝝ ꝓcuratio Romæ retinuerũt. de cælo tacta erat uia publica: Veiis foꝝ & ædes Iouis Lanuuii: Herculis ædes Ardeæ: Capuæ murus & turres & ædes: quæ alba dicitur: cælum ardere uisum erat Arretii: terra Velitris trium iugerũ spatio cauerna ĩgenti desederat. Suessæ aruspices nũciabãt agnũ cum duobus capitibus natum: & Sinuessæ porcũ humano capite. Eoꝝ ꝓdigioꝝ cã supplicatio unum diem habita: & consules rebus diuinis operam dederunt: placatisq; diis ꝓfecti in ꝓuincias sunt. Elius cũ. G. Elio ꝓtore in Galliã: exercitũq; ab. L. Lentulo acceptũ: quẽ dimittere debebat: prætori tradidit. ipse nouis legionibus: quas secũ adduxerat bellũ gesturus: neq; memorabilis rei quicquã gessit. Et. T. Quintius alter cõsul maturius: quã priores soliti erãt cõsules: a Brundusio cũ transmisisset: Corcyram tenuit: cũ octomillibus peditũ: equitibus quingẽtis: a Corcyra in ꝓxima Epiri quiqueremi traiecit: & ĩ castra romana magnis itineribus cõrendit. inde Iulio dimisso paucos moratus dies: dũ se copiæ a Corcyra assequerẽt: consilium habuit: utrũ recto itinere ꝓ castra hostiũ uiã facere conaret; an ne tentata quidẽ re tanti laboris ac periculi ꝓ darsetios potius Lyncũq; tuto circuitu Macedoniã intraret: uicissetq; ea sententia: ni timuisset: ne cũ a mari lõgius recessisset misso e manibus hoste: si qd antea fecerat: solitudinibus siluisq; se tutari rex uoluisset: sine ullo effectu æstas extraheret. utcũq; esset igitur illo ipso tã iniquo loco aggredi hostem placuit: sed magis fieri id placebat: quã quo modo fieret: satis expediebat. Dies. xl. sine ullo conatu sedẽtes ĩ cõspectu hostiũ absumpserant: inde spes data Philippo est ꝓ epirotaꝝ gentem tentandæ pacis: habitoq; cõsilio delecti ad eam rem agendam Pausanias & Hyspellus ex Alexandri magni equitibus: consulem & regem: ubi in artissimas ripas aous cogitur amnis: in colloquium adduxerũt. Summa postulatoꝝ cõsulis erat: præsidia rex ex ciuitatibus deduceret: iis: quoꝝ agros urbesq; populatus eẽt: redderet res: quæ comparerent: cæteroꝝ æquo arbitrio æstimatio fieret. Philippus aliam aliarum ciuitatum condicionem esse respondit: quas ipse cepisset: eas liberatuꝝ: quæ sibi traditæ a maioribus essent: earum hæreditaria ac iusta possessione non excessurum. siquas quererent belli clades & ciuitates cum quibus bellatum foret: arbitrio: quo uellent: populorum: cum quibus pax utriq; fuisset: se usuꝝ. Cõsul ad id quidem nihil arbitrio aut iudice opus esse dicere: cui enim non apparere ab eo: qui prior arma intulisset: iniuriam ortã? nec Philippum ab ullis bello lacessitum: ipsum priorem uim omnibus fecisse. Inde cum ageretur: quæ ciuitates liberandæ essent: thessalos primos omnium nominauit consul. Ad id uero adeo incensus indignatione est rex: ut exclamaret: quid uicto grauius imperares. T. Quinti? atq; ita se colloquio ꝓripuit: & temperatũ ægre est: quin missilibus: quia dirempti medio amne fuerãt: pugnã inter se cõsererẽt. Postero die ꝓ excursiones ab stationibus primo in planicie satis ad id patenti multa leuia cõmissa sunt prælia: deinde recipientibus se regiis in arta & cõfragosa loca: auiditate accensi certaminis eo quoq; romani penetrauere. ꝓ his ordo: & militaris disciplina: & genus armorum erat ad amplum prælium gerendum: contra illis loca & catapultæ balistæq; in omnibus prope rupibus: quasi in muris dispositæ multis hinc atq; illinc uulneribus acceptis: cum etiam ut in ꝓlio iusto aliquot cecidissent: nox pugnæ finem fecit. Cum in hoc statu res esset: pastor quidam a Chæropo principe epirotarum missus deducitur ad consulem: is se in eo saltu: qui tunc regiis oneratus castris erat armentum pascere: omnes montium eorum anfractus callesq; nosse: si secum aliquos mittere uelit: nõ iniquo nec pdifficili aditu supra caput hostium deducturum. hæc Chæropus renunciari iubet. ita crederet: ut suæ potius omnia: quam ullius potestatis essent. Cum magis uellet credere: quam audiret cõsul: mixtumq; gaudio ac metu animum gereret: auctoritate motus Chæropi experiri spem oblatam statuit: & ut auerteret rem a suspitione: biduo insequẽnti lacescere hostem dispositis ab omni pte copiis: succedentibusq; integris in locum defessorum non destitit. quattuormillia inde lecta peditum: &. ccc. equites tribuno militum tradit: equites: quoad loca patiantur: ducere iubet: ubi ad inuia equiti uentum est: in planicie aliqua locari equitatum: pedites: qua dux mõstraret: uiam ire. ubi ut pollicetur: sup caput hostium peruentum sit: fumo dare signum: nec ante clamorem tollere: quam ab se signo

accepto pugnam cœptam arbitrati posset, nocte itinera fieri iubet: & pernox forte luna erat: interdiu cibi quietisq; sumeret tẽpus: ducẽ ꝑmissis in gẽtibus oneratũ: si fides extaret: uinctũ tamẽ tribuno tradit. His copiis ita dimissis eo intentius romanus undiq; instat capi stationes. Interim cũ uerticẽ die tertio: quẽ petierãt romani: cepisse ac tenere se fumo significarẽt: tũ uero trifariã diuisis copiis cõsul ualle media cũ militũ robore succedit: cornua dextera leuaq; admouet castris. Nec segnius hostes obuiã eunt: & dũ auiditate certaminis ꝑuecti extra munitiones pugnãt: haud paulo superior ẽ rõanus miles & uirtute & scientia: & armoꝝ genere. Posteaquã multis uulneratis interfectisq; recepere se regii in loca aut munimento: aut natura tuta: uerterat periculũ ĩ romanos temere in loca iniqua: nec faciles ad receptũ angustias ꝑgressos: neq; impunita temeritate inde recepissent sese: ni clamor primo a tergo auditus: dein pugna etiam cœpta amentes repentino terrore regios fecisset. Pars in fugã effusi sunt: pars: quia magis locus fugæ deerat: quã qđ animi satis esset ad pugnã: cũ substitissent: ab hoste: & a fronte: & a tergo urgẽte circumuenti sunt. Deleri totus exercitus potuit: si fugientes ꝑsecuti uictores essent: sed equitẽ angustiæ locorũq; asperitas: pedites armoꝝ grauitas ĩpedit. Rex primo effuse ac sine respectu fugit: deĩde quinquemilliũ spatiũ ꝑgressus cũ ex iniquitate locoꝝ id: qđ erat: suspicatus esset sequi nõ posse hostẽ: substitit ĩ tumulo quodam: dimisitq; suos ꝑ oĩa iuga uallesq; qui palatos ĩ unũ colligerẽt nõ plus duobus millibus hoĩum amissis. Cæteꝝ oĩs multitudo uelut signũ aliquod secuta: in unũ cũ cõuenissent: frequenti agmine petunt Thessaliã. Romani: qđ tutũ fuit: insecuti cedentes spoliantesq; cæsos castra regia etiã sine defensoribus difficili aditu diripiunt: atq; ea nocte in suis castris manserunt. Postero die cõsul ꝑ ipsas angustias: qua se inter ualles flumen insinuat: hostẽ insequit. Rex primo die ad castra Pyrrhi pueni*: locus: quẽ ita uocãt: est in Triphylia terræ melotidis: inde postero die ĩgenti itinere agminis (& metus urgebat) ĩ montẽ lyncon ꝑrexit. Ipsi montes Epiri sunt interiecti Macedoniæ Thessaliæq; latus: qđ uergit ĩ Thessaliã: oriens spectat: septentrioni Macedonia obiicit: uestiti frequentibus siluis sunt: iuga summa cãpos patentes aquasq; perẽnes habent. Ibi statiuis rex ꝑ aliquot dies habitis: fluctuatus aĩo est: utrũ ꝑtinus in regnũ se reciperet: an reuerti ĩ Thessaliã posset, inclinauit sententia suũ in Thessalia agmẽ dimitteret. Trictam ꝓximis limitibus petit. ĩde obuias urbes raptim peragrauit: homines: qui sequi possent: sedibus excibat: oppida incendebat: rerum suarum: quas possent ferendarum secum dominis ius fiebat: cætera militis præda erat: nec quod ab hoste crudelius pati possent: reliqui quicquam fuit: quam quæ ab sociis patiebantur. Hæc etiam facienti Philippo acerba erant: sed e terra mox futura hostiũ corpora saltem eripere socioꝝ uolebat. Ita euastata oppida sunt Phacium: Iresie: Euchidrium: Eretria: Pala: Epharus. Pheras cũ peteret excluſus: qa res egebat mora: si expugnare uellet: nec tẽpus erat: omisso incœpto: ĩ Macedoniã trãscendit: nã etiã ætolos appropiquare fama erat: qui audito prælio: quod circa amnẽ aoum factũ erat: ꝓximis primis euastatis circa Sperchias & Macranen: quã uocãt Comẽ: trãsgressi: ĩde ĩ Thessaliã Cymines & Angeas primo ĩpetu potiti sunt: a Metropoli: dũ uastãt agros: cõcursu oppidanoꝝ ad tuenda mœnia facto repulsi sunt. Callithera inde aggressi similẽ impetũ oppidanoꝝ ptinacius sustinuerũt: cõpulsiq; ĩtra mœnia: qui eruperãt: cõtenti ea uictoria: quia spes nulla admodũ expugnandi erat: abscesserũt. Theuma inde: & Calathana uicos expugnãt diripiuntq;. Acharras ꝑ deditionem receperunt: Xiniæ simili metu a cultoribus desertæ sunt. hoc sedibus suis exorre agmen in præsidium incidit: quod Athamaum: quo tutior frumentatio esset: ducebat: incondita inermisq; multitudo mixta imbelli turba ab armatis cæsa est: Xiniæ desertæ diripiunt. Cyphara ĩde ætoli capiũt opportune Dolopiæ iminens castellum. Hæc raptim intra paucos dies ab ætolis gesta. Nec Aminander atq; athamanes post famam ꝑsperæ pugnæ romanorum quieuerunt. cæterum: quia Aminander suo militi paꝝ fidebat: petito ab cõsule modico præsidio: cũ Gõphos peteret oppidũ ꝑtinus nomine phecam situm inter Gonphos fauceſq; angustas: quæ ab Athamania Thessaliam dirimunt: ui cepit. Inde Gõphos adortus: & ꝑ aliquot dies summa ui urbem tuẽtes: cũ scalas ad mœnia erexisset: eodẽ metu perpulit ad deditionẽ. hæc traditio gomphoꝝ ingentem terrorem thessalis intulit. dedidere deinceps sese: qui Argenta: quiq; Pherinum: & Thimaꝝ: & Lisinas: & Stimonẽ: & Lampsum habent: aliaq; castella iuxta ignobilia. Dum athamanes ætoliq; summoto macedonum metu in aliena uictoria suam prædam faciũt: Thessaliaq; simul a tribus exercitibus incerta quem hostem: quẽue socium crederet: uastatur: consul faucibus: quas fuga hostium aperuerat: in regionem Epiri transgressus: & si ꝑbescit: cui parti Chæropo principe excepto epirotæ fauissent tamen quia ab satisfaciẽdi quoq; cura imperata enixe facere uidet: ex præsenti eos potius: quam ex præterito existimat habitu: & ea ipsa facilitate ueniæ aĩos eoꝝ ĩ posterum cõciliat. missis deinde nunciis Corcyram: ut onerariæ naues in sinum uenirent ambracium: ipse ꝑgressus modicis itineribus quarto die in monte Cercetio posuit castra: eodem Aminandro cum suis auxiliis accito: non tã uiri um eius egens quam ut duces in Thessaliam haberet. Ab eodem concilio & plericq; epirotaꝝ uolũtarii inter auxilia accepti. Primam urbium Thessaliæ Phaleriam est aggressus: duomillia macedonum in præsidio habebat qui primo sũma ui restiterunt quantum arma: quantum mœnia tueri poterant: sed oppugnatio continua non nocte: non die remissa: cum consul ĩ eo uerti crederet cæteroꝝ thessaloꝝ animos: si primi uim romanam non sustinuissent: uicit pertinaciam macedonum. Capta Phaleria: legati a Metropoli & a Piera dedẽtes urbes uenerũt. uenia eisdẽ petẽtibus datur. Phaleria incensa ac direpta est. Inde Eginium petit. quem locum cum uel modico præsidio: tutum ac prope inexpugnabilem uidisset: paucis in stationẽ

ꝓximā telis cōiectis ad gōphoꝝ regionē agmē uertit:digreſſuſq; ī cāpos Theſſaliæ cū iā oīa exercitui deeſſent:q epirotaꝝ pepcerat agris:explorato ante utꝝ Leucadē:an ſinū ambraciū onerariæ tenuiſſent:frumētatū Ambraciā iuicē cohortes miſit.& ē iter a Gōphis Ambraciā ſicut ipeditū ac difficile:ita ſpatio per breui.ītra paucos itaq; dies trāſuectis a mari cōmeatibus:repleta oī reꝝ copia ſūt caſtra.Inde ad Rhagen eſt ꝓfectus:decē ferme millia a Lariſſa abeſt:ex Perrhebia oriundi ſunt:ſita eſt urbs ſup peneum amnem. Nihil trepidauere theſſali ad primum aduentum romanorum.& Philippus ſicut in theſſaliam ipſe ꝓgredi non audebat:ita intra tempeſtiuis poſitis:ut quiſq; locus ab hoſte tentabatur:præſidia ꝓ occaſiones ſummittebat.Sub idem fere tempus:quo conſul aduerſus Philippum primum in Epiri faucibus poſuit caſtra &.L.Quintius frater conſulis:cui claſſis cura maritimæq; oræ imperiū mādatū ab ſenatu erat:cū duabus quinqueremibus Corcyrā trāſuectus:poſteaquā profectā inde claſſem audiuit:nihil morandū ratus: cum ad Zammā inſulā deſecutus eſſet:dimiſſo Lutio:cui ſucceſſerat:tarde inde ad Maleū trahendis plerūq; remulco nauibus:quæ cū cōmeatu ſequebātur:peruenit.A Malea iuſſis cæteris quantū maxīe poſſent maturare ſequi:ipſe tribus quīqueremibus expeditis Pyræum præcepit:accepitq; naues ibi relictas ab.L.Apuſtio legato ad præſidium Athenaꝝ.Eodem tēpore duæ ex Aſia claſſes profectæ:una cum Attalo rege:eæ. iiii.&.xx.quinqueremes erant:rhodia altera.xx.nauim tecta:Ageſymbrotus præerat. Hæ circa andrum inſulā claſſes coniunctæ:Euboeam inde exiguo diſtante freto traiecerūt:caryſtioꝝ primū agros uaſtauerunt:deinde ubi caryſtus:præſidio a Chalcide raptim miſſo:firma uiſa eſt:ad Eretriā acceſſerunt : eodem &.L.Quintius cum iis nauibus:quæ Pyræi fuerāt:Attali regis aduētu audito uenit:iuſſitq;:ut quæ ex ſua claſſe ueniſſent naues:Euboeam peterent.Eretria ſūma ui oppugnabaꝫ:nā & triū iunctaꝝ claſſium naues oīs generis tormēta machinaſq; ad urbiū excidia ſecū portabāt:& agri affatim materiæ præbebāt ad noua molienda opera . Oppidani primo haud ſpigre tuebanꝫ mœnia:deinde feſſi uulneratiq; aliquot : cum & muri ꝑtem euerſam operibus hoſtiū cernerēt:ad deditionē inclinarunt:ſed præſidiū erat macedonum: quos nō minus quā romanos metuebāt: & Philocles regius ꝑfectus a Chalcide nūcios mittebat ſe in tpe affuturuꝝ:ſi ſuſtineret obſidionē.Hæc mixta metu ſpes ultra:quā uellēt:aut quā poſſent trahere : eos tēpus cogebat:deinde poſteaquā Philoclem repulſum trepidantēq; refugiſſe Chalcidem acceperūt:oratores extemplo ad Attalū ueniā fidēq; eius petentes miſerunt.Dū in ſpem pacis intenti ſegnius munera belli obeunt:ex ea modo ꝑte:qua murus dirutus erat:cæteris neglectis ſtationes armatas opponūt.Quītius noctu ab ea ꝑte:quæ minime ſuſpecta erat:īpetu facto ſcalis urbē cepit:oppidanoꝝ oīs multitudo cū cōiugibus ac liberis in arcem cōfugit:deinde ī deditionē uenit.pecuniæ auriq; & argenti haud ſane multū fuit: ſigna tabulæ priſcæ artis ornamētaq; eius generis plura:quā ꝓ urbis magnitudine aut opibus cæteris inuenta . Caryſtus inde repetita:unde:priuſquā e nauibus copiæ exponerenꝫ:oīs multitudo urbe deſerta in arcem cōfugit:inde ad fidem ab romano petendam oratores mittūt.oppidanis extemplo uita ac libertas cōceſſa eſt:macedonibus nummi triceni ꝓ capita ſtatutū eſt ꝑtium:& ut armis traditis abirēt.hac ſumma redempti:in Boeriam inermes traiecti.Nauales copiæ duabus claris urbibus Euboeæ ītra dies paucos captis:circunuectæ Sunīū atticæ terræ ꝓmontorium Cenchreas corinthioꝝ emporium petierunt.Conſul interim omnium ſpe longiorem atrocioremq; oppugnationē habuit:& ea:qua minimum credidiſſet : reſiſtebant hoſtes:nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore:ſi aditū armatis in urbē patefeciſſet:fugā inde cædēq; hoſtium fore:qualis captis urbibus fieri ſolet:cæteꝝ poſteaquā parte muri arietibus decuſſa: ꝑ ipſas ruinas trāſcēderūt ī urbē armati:illud prīcipiū uelut noui ac integri laboris fuit:nā macedones:q ī ꝑſidio erāt & multi & delecti:gloriā etiā egregiā rati:ſi armis potius & uirtute: quā mœnibus urbē tueret: cōferti pluribus introrſus ordinibus acie firmata:cū tranſcendere ruinas ſenſiſſent romanos ꝓ impeditū ac difficilē ad receptum locū expulerūt.Id cōſul ægre paſſus:nec eam ignominiā ad unius modo expugnā dæ morā urbis:ſed ad ſummā uniuerſi belli ꝑtinere ratus:quod ex momentis paruarum plærūq; rerum penderet:purgatio loco:qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat:turrim ingentis altitudinis magnā uim armatoꝝ multiplici tabulato portantem ꝓmouit:& cohortes inuicem ſub ſignis:quæ cuneum macedonum(phalangē ipſi uocant)ſi poſſent:ui prumperēt:emittebat.ſed ad loca anguſta haud late patente ītervallo diruti muri:genus armoꝝ pugnæq; hoſti aptius erat.ubi cōferti haſtas ingētes longitudinis præſe macedones obieciſſent:uelut ī conſtructam denſitate clypeoꝝ teſtudinē.romani pilis nequicquā emiſſis cū ſtrīnxiſſent gladios:neq; cōgredi ꝓpius:neq; ꝑcidere haſtas poterāt:& ſiqua incidiſſent:aut ꝑfregiſſent haſtilia:fragmēto ipſo acuto inter ſpicula ītegraꝝ haſtaꝝ uelut uallum explebāt.ad hoc & muri pars adhuc ītegra utraq; tuta ꝑſtabat latera:nec ex longo ſpatio aut cedendū:aut impetus faciēdus erat:quæ res turbare ordies ſolet.Acceſſit etiā forte res ad aīos eoꝝ firmādos:nā cū turris ꝓ aggerē paꝝ dēſati ſoli agerēt:una rota ī altiorē orbitā depreſſa:ita turrim īclinauit:ut ſpeciē ruentis hoſtibus trepidationēq; inſanā ſuperſtantibus armatis præbuerit.Cum parum quicquam ſuccederet:conſul minime æquo animo comparationem militum generis armorūq; fieri patiebaꝫ:ſimul nec maturam expugnandi ſpem:nec ſtationē ꝓcul a mari:& in euaſtatis belli cladibus locis hybernādi ullam cernebat.itaq; reiecta obſidione:quia nullus in tota Acarnaniæ atq; Aetoliæ ora portus erat:qui ſimul & omnis onerarias:quæ commeatum exercitui portabant:caperet:tecta ad hybernandum legionibus præberet.Anticyra in Phocide ī corinthium uerſa ſinum ad id opportuniſſime ſita uiſa:quia nec ꝓcul Theſſalia hoſtiumq; locis abibāt: & ex aduerſo

Peloponnesum exiguo maris spatio diuisam:ab tergo Aetoliam Acarnaniamq;:ab lateribus Locridem ac Boetiam habebant. Phocidis primo impetu Phanoceam sine certamine cepit. Anticyra haud multum in oppugnando p̄buit moræ. Ambrussuum ide lapolisq; receptæ. Daculisia:quia ī tumulo excelso sita ē: nec scalis nec opibus capi poterat:lacessendo missilibus eos:q; ī p̄sidio erāt:cū ad excursiōes elicuissent refugiendo inuicē insequēdoq;:& leuibus sine effectu certaminibus:eo negligētiæ & cōtemptus adduxerūt: ut cum refugientibus in portā pmixti impetum romani facerēt. Sex alia ignobilia castella Phocidis terrore magis:quā armis ī potestatē uenerunt. Elacia clausit portas:nec nisi ui cogerēt:recepturi mœnibus uidebant aut ducem aut exercitū romanū. Elaciā obsidenti consuli rei maioris spes affulsit:achæorū gentem ab societate regia in romanam amicitiam auertēdi. Cycliadam principē factionis ad Philippū trahentium res expulerant:Aristhenus: qui romanis gētem iungi uolebat:p̄tor erat. Classis romana cū Attalo & rhodiis Cēchreis stabat: parabātq; cōmuni oēs cōsilio Corinthum oppugnare. Optimū igit ratus:priusquā eā rem aggrederent:legatos ad gētem achæorū mitti:pollicentes si ab rege ad romanos defecissent:Corinthū iis cōtributuros ī antiquū gentis cōcilium. Auctore cōsule legati a fratre eius. L. Quintio:& Attalo:& rhodiis:& atheniēsibus ad achæos missi. Sicyone datum iis est conciliū. Erat aūt nō admodū simplex habitus inter achæos aīoꝝ:terrebat eos lacedæmonius grauis & assiduus hostis:horrebāt romana arma:macedonū beneficiis:& ueteribus eius oræ gentibus obligati erant:regem ipsum suspectum habebant p̄ eius crudelitate p̄fidiaq;:ex iis:quæ tum ad tempus faceret:æstimantes:post bellum grauiorem dominum futurū cernebant. neq; solum quid in senatu quisq; ciuitatis suæ:aut ī cōmunibus cōciliis gentis p̄ sententia dicerent:ignorabant:sed ne ipsis quidem secum cogitantibus:quid uellent: aut quid optarent:satis constabat. Ad hoīes ita īcertos ītroductis legatis potestas dicendi data est. Romanus primū legatus. L. Calphurnius:deinde Attali regis legati:post. eos rhodii disseruerunt:Philippi deinde legatis dicēdi potestas facta ē: postremi athenienses:ut refellerēt macedonū dicta:auditi sūt:fere atrocissime ī regē:quia nulli nec plura nec tā acerba passi erāt:inuecti sunt. Et illa quidē cōcio sub occasum solis tot legatoꝝ ppetuis oratiōibus die absumpto dimissa ē. Postero die aduocat cōciliū:ubi cū p̄ præconē:sicut græcis mos ē:suādendi potestas a magistratibus facta esset:nec quisquā pdiret:diu silētiū alioꝝ alios ītuentiū fuit:neq; mirū si quibus sua spōte uolūtatibus res iter se pugnātes obtorpuerāt quodāmodo animi eos oratiōes quoq; īsuper turbauerāt:utrinq; quæ difficilia essent:pmendo admonēdoq; p̄ totū diē habitæ. Tandem Aristhenus p̄tor achæoꝝ:ne tacitū cōciliū dimitteret:ubi:inquit:illa certamina achæi aīoꝝ sunt:quibus in cōuiuiis & circulis:cū de Philippo & romanis mētio īcidit:uix manibus tēperabatis:nūc in cōcilio ad eā rem unā in dicto cū legatoꝝ utrinq; uerba audieritis:cū referāt magistratus:cū præco ad suadēdū uocet: obmutuistis. si nō cura salutis cōmunis:ne studia quidem:quæ in hanc aut in illam partem animos uestros īclinarunt: uocem cuiquam possunt exprimere:cū præsertim nemo tam hebes sit:qui ignorare possit dicēdi ac suadēdi:quod quisq; aut uelit:aut optimum putet:nunc occasionem esse: priusquā quicquā decernamus. ubi sē mel decretū erit oībus:id etiā:quibus ante displicuerit:p̄ bono atq; utili fœdere defendendū. Hæc adhortatio prætoris nō modo quenquā unū elicuit ad suadendū:sed ne fremitū quidē aut murmur cōcionis tā tæ ex tot populis cōgregatæ mouit. Tū Aristhenus prætor rursus nō magis cōsiliū uobis prīcipes achæorum deest:quam lingua:sed suo quisq; periculo in commune consultum non uult:forsitan ego quoq; tacerem:si priuatus essem:nunc prætor uideo aut non dandum concilium legatis fuisse:aut inde sine respōso eos dimittendos non esse. respondere autem nisi ex uestro decreto qui possum? & quando nemo uestrū qui in hoc cōcilium aduocati estis:p̄ sententia quicquam dicere uult aut audet: orationes legatorum hesterno die pro sententiis dictas præcenseamus:perinde ac si non postulauerīt:quæ e re sua essent:sed suaserint nobis:quæ nobis censerent utilia esse. Romani:rhodiiq;:& Attalus societatem amicitiāq; nostrā petunt:& in bello:qnod aduersus Philippum gerunt:se a nobis adiuuari æquum censent. Philippus societatis secum admonet & iusiurandi:& modo postulat:ut secum stemus:modo ne intersimus: armis contentum ait se esse. nulli ne uenit in mentem cur qui nondum socii sunt:plus petunt:quā socius? non fit hoc neq; modestia Philippi neque impudentia romanorum:achæi portus & dat fiduciam postulātibus:& demit:Philippi præter legatum uidemus nihil romana classis ad Cēchreas stat urbium Euboeæ spolia præse ferens:consulem legionesq; eius exiguo maris spatio disiunctas Phocidem & Locridē peruagātes uidemus. Miramini:cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi:ut p̄ rege arma caperemus aduersus romanos:modo egerit:qui si ex eodē fœdere ac iureiurando:cuius nobis religionem iniiciebat:rogemus eū:ut nos Philippus & ab Nabide:ac lacedæmoniis:& ab romanis defendat:non modo præsidium:quo tueatur nos:sed nequid respondeat quidem nobis sit inuenturus. non hercle magis:quam ipse Philippus:qui priore anno pollicendo se aduersus Nabidem bellum gesturum:cum tentasset nostram iuuentutem hinc in Euboeam extrahere:posteaq; nos neq; decernere id sibi præsidium:neq; uelle illigari romano bello uidit: oblitus societatis eius:quam nunc iactat uastandos depopulandosq; Nabidi ac lacedæmoniis reliquit. Ac mihi quidem minime conueniens inter se Cleomedontis oratio uisa est:eleuabat romanum bellum euētumq; eius eundem fore:qui prioris belli:quod cum Philippo gesserunt:dicebat. Cur ille nostrum igitur auxilium absens potius petit:quam præsens nos socios ueteres simul ab Nabide ac romanis tueatur? nos dico:quid ita passus ē Eretriam Carystumq; capi? quid ita tot Thessaliæ urbes? quid ita Locridem Phoci-

demq; quid ita nũc Elatiã oppugnari patitur? cur exceſſit faucibus Epiri clauſtriſq; illis ĩexpugnabilibus ſup aoum amnem aut ui: aut metu: aut uoluntate? relictoq; quem inſidebat: ſaltu penitus ĩ regnum abiit? ſi ſua uolũtate tot ſocios reliquit hoſtibus diripiendos: quid recuſare poteſt: quin & ſocii ſibi conſulant? ſi metu nobis quoq; ignoſcat timẽtibus: ſi uictus armis ceſſit: achæi nos arma romana ſuſtinebimus Cleomedon: quæ uos macedones non ſuſtinuiſtis? An tibi potius credamus romanos non maioribus copiis & uiribus nũc bellum gerere: quam antea geſſerunt: potius quã res ipſas intueamur? ætolos cũ claſſe adiuuerunt: nec duce cõſulari: nec exercitu bellum geſſerũt: ſocioꝝ Philippi maritimæ etiam urbes in terrore ac tumultu erãt: mediterranea adeo tuta a romanis armis fuerũt: ut Philippus ætolos nequicquã opem romanoꝝ implorãtes depopulareť: nũc aũt defuncti bello punico romani qđ p ſedecim annos uelut ĩtra uiſcera ĩtaliæ tolerauerũt: nõ p̃ſidium ætolis bellantibus miſerunt: ſed ipſi duces belli arma terra mariq; ſimul Macedoniæ intulerunt. Tertius iam conſul ſumma ui gerit bellum: Sulpicius in ipſa Macedonia congreſſus fudit fugauitq; regẽ: ꝑtem opulentiſſimã regni eius depopulatus: nunc Quintius tenentem caſtra Epiri natura loci munimentis exercituq; frætũ caſtris exuit: fugientẽ in Theſſaliam p̃ſecutus præſidia regia ſociaſq; eius urbes ꝑpe in cõſpectu regis ipſius expugnauit. Ne ſint uera: quæ athenienſes modo legati de crudelitate auaritia libidie regis dixerũt: nihil ad nos ptineãt: quæ in terra attica ſcelera ĩ ſuperos inferoſq; deos ſint admiſſa: multo minus: quã quæ clunii abydeniq; qui ꝑcula nobis abſunt: paſſi ſunt: noſtroꝝ ipſi uulneꝝ: ſi uultis: obliuiſcamur: cædes direptiõeſq; bonoꝝ Meſſenæ ĩ media Pelopõneſo factæ: & hoſpitẽ Cypariſſiæ Garitenẽ cõtra ius omne ac fas inter epulas ꝑpe ipſas occiſum: & Aratum patrem filiumq; ſicyonios: cum ſenem infœlicem parentẽ etiam appellare ſolitus eſſet: interfectos: Pyli eius uxorem libidinis cauſa in Macedoniam apportatam: cætera ſtupra uirginum matronarũq; obliuioni dentur: ne ſint cum Philippo res: cuius crudelitatis metu obmutuiſtis oẽs: nã quæ alia tacẽdi uocatis ĩ concilium cauſa eſt? cũ Antigono mitiſſimo atq; iuſtiſſimo rege & de nobis oĩbus optime merito exiſtimemus diſceptationẽ eſſe: num id poſtularet facere nos: qđ tũ fieri nõ poſſet? Peninſula ẽ Pelopõneſus anguſtis iſthmi faucibus cõtinẽti adhærens: nulli apertior atq; opportunior quã nauali bello: ſi centũ tectæ naues: & quinquaginta leuiores apertæ: & centũtriginta iſiaci lembi maritimã oram uaſtare & expoſitas ꝑpe in ipſis littoribus urbes ceperit oppugnare: ĩ mediterraneas ſcilicet nos urbes recipiemus? tãquã nõ ĩteſtino & hærente in ipſis uiſceribus uramur bello. cũ terra Nabis & lacedæmonii: mari claſſis romana urgebũt: unde regiã ſocietatẽ & p̃ſidia macedonũ implorẽ? an ipſi noſtris armis ab hoſte romano tutabimur urbes: quæ oppugnabunť? egregie enim Bimas priore bello ſumus tutati: ſatis extemploꝝ nobis alienæ clades præbent: ne quæramus quẽadmodum cæteris extemplo ſimus. Nolite: quia ultro romani petunt amicitiã: id quod optandũ uobis ac ſumma ope petẽdũ erat faſtidire. Metu enim uidelicet compulſi in aliena terra: qa ſub umbra noſtri auxilii latere uolunt: in ſocietatẽ noſtrã cõfugiũt: ut portubus noſtris recipianť: ut commeatibus utanť. mare ĩ poteſtate habent: terras quaſcũq; adeunt: extemplo dicionis ſuæ faciũt: qđ rogant: cogere poſſunt: quia peperciſſe uobis uolunt: cõmittere uos: cur pereatis: nõ patiuntur: Nã quod Cleomedon modo tanquã uobis mediã & tutiſſimam uiam conſilii: ut quieſceretis: abſtineretiſq; armis: oſtendebat: ea non media: ſed nulla uia ẽ: & enim p̃ter quã qđ aut accipienda: aut aſpernenda uobis romana ſocietas eſt: quid aliud quã nuſquã gratia ſtabili: uelut qui euẽtum expectauerimus: ut fortunæ applicaremus noſtra cõſilia: præda uictoris erimus? Nolite: ſi quod oĩbus uotis petendum erat: ultro offerť: faſtidire: nõ quemadmodũ hodie utrunq; uobis licet: ſic ſemp uobis licituꝝ eſt: nec ſæpe nec diu eadem occaſio erit. Liberare uos a Philippo iam diu magis uotis: quam armis audetis: ſine ueſtro labore & periculo: qui uos ĩ libertatẽ uindicarent: cum magnis claſſibus exercitibuſq; mare traiecerunt: hos ſi ſocios aſpernamini: uix ſanæ mẽtis eſtis: ſed aut ſocios: aut hoſtes habeatis: oportet. Secundũ orationẽ prætoris murmur ortum alioꝝ cũ aſſenſu: alioꝝ inclæmenter aſſentiẽtes increpantiũ: & iam nõ ſinguli tantũ: ſed populi uniuerſi inter ſe altercabanť. Tum inter magiſtratus gentis (demiurgos uocant: decem numero creanť) certamẽ nihilo ſegnius: quam inter multitudinem eſſe: quinq; relaturos de ſocietate romana ſe aiebãt: ſuffragiumq; daturos: quinq; lege cautum teſtabanť: nequid: quod aduerſus ſocietatem Philippi eſſet: aut referre magiſtratibus aut decernere cõcilio ius eẽt. hic quoq; dies iurgiis ẽ cõſũptus. Superat unus iuſti cõcilii dies: tertio enim die lex iubebat decretum fieri: in quẽ adeo exarſere ſtudia: ut uix parẽtes ab liberis tẽperauerint. Riſiaſus pellenẽſis erat: filiũ demiurgũ noĩe Memnonẽ habebat ptis eius: quæ decretũ recitari rogarique ſententias ꝑhibebat: is diu obteſtatus filiũ: ut cõſulere achæos cõmuni ſaluti pateret: neu ptinacia ſua gẽtem uniuerſam perditum iret: poſteaq; paꝝ ꝑficiebãt preces: iuratus ſe eũ ſua manu ĩteremptuꝝ: nec pro filio: ſed ꝑ hoſte habituꝝ: minis puicit: ut poſtero die cõiungeret iis ſe: qui referebãt, qui cũ plures facti referrent: oĩbus fere populis haud dubie approbãtibus relationẽ ac præſeferentibus: quid decreturi eſſent: dymæi & megalopolitani & quidam argiuoꝝ: priuſq; decretũ fieret: cõſurrexerũt: ac reliquerũt cõcilium: neq; morante ullo: nec improbãte: nã megalopolitanos auoꝝ memoria pulſos ab lacedæmoniis reſtituerat ĩ patriã Antigonus: & dymæis captis nup direptiſq; ab exercitu romano: cũ redimi eos: ubicũq; ſeruirent: Philippus iuſſiſſet: nõ libertatẽ mõ: ſed etiã patriã reddiderat: iã argiui præterquã qđ macedonũ reges ab ſe oriũdos credũt: priuatis etiã hoſpitiis familiariq; amicitia plæriq; illigati Philippo erãt: ob hæc cõcilio qđ ĩclinauerat ad ſocietatẽ romanã ĩeundam: exceſſerũt ueniaq; iis huius ſeceſſionis fuit & magnis &

recẽtibus colligatis beneficiis:cæteri populi achæorꝫ cũ ſententiæ ꝓgarent:ſocietatẽ cũ Attalo ac rhodiis præſenti decreto cõfirmarũt:cũ romanis:quia iniuſſu populi nõ poterat rata eſſe:in id tẽpus:quo Romã mitti legati poſſent:dilata eſt:ĩ ꝑſentia tres legatos ad.L.Quintiũ mitti placuit:& exercitũ oẽm achæorꝫ ad Corinthũ admoueri.Captis Cenchreis iam urbẽ ipſam Quintio oppugnãte:& ii quidem e regione portæ:quæ fert Sicyonem: poſuerũt caſtra:romani ad Cẽchreas uerſam ꝑtem urbis:Attalus traducto per iſthmũ exercitu ab lecheo alterius maris portu oppugnabãt:primo ſegnius ſperantes ſeditionẽ intus fore inter oppidanos ac regiũ præſidiũ:poſteaquã uno aĩo oẽs & macedones tanquã cõmunẽ patriã tuebant: & corinthi ducẽ ꝑſidii Androſthenẽ haud ſecus quã ciuẽ & ſuffragio creatũ ſuo ĩperio iuſto patiebantur: oĩs inde ſpes pugnãtibus ĩ ui & armis & operibus erat:undiq; aggeres haud facili aditu ad mœnia admouebant.Aries ex ea ꝑte:quã romani oppugnabãt:aliquantũ muri diruerat:in quẽ locũ:quia nudatus munimento erat:ꝓtegẽdũ armis cũ macedones cõcurriſſent:atrox ꝑliũ ĩter eos ac romanos ortũ ẽ:ac primo multitudine facile expellebant romani:aſſumptis deinde achæorꝫ Attaliq; auxiliis æquabant certamen: nec dubium erat:quin macedonas græcoſq; facile loco pulſuri fuerint.Tranſfugarꝫ italicorꝫ magna multitudo erat:pars ex Annibalis exercitu metu pœnæ a romanis Philippũ ſecuta:pars nauales ſocii relictis nup claſſibus ad ſpem honoratioris militiæ tranſgreſſi:hos deſperata ſalus:ſi romani uiciſſent:ad rabiem magis:quã audaciã accẽdebat.Promõtoriũ ẽ aduerſus Sicyonem lunonis:quã uocãt Acreãĩ altũ excurrẽs: tranſiectus inde Corinthũ ſeptẽmillia ferme paſſuũ:eo Philocles regius & ipſe ꝑfectus mille & quingẽtos milites ꝑ Boetiam duxit:præſto fuere a Corintho lembi:qui ꝑſidium id acceptũ lecheũ traiicerẽt. Auctor erat Attalus incenſis operibus omittẽdæ extemplo oppugnationis:ꝑtinacius Quintius a Miſmiſnepio perſtabat:is quoq;:ut ꝑ oĩbus portis diſpoſita uidit præſidia regia:nec facile erũpẽtiũ impetus ſuſtineri poſſe: in Attali ſententiam conceſſit:ita irrito ĩcepto dimiſſis achæis reditũ ad naues eſt.Attalus Pyræũ romani Corcyram petierũt.Dũ hæc a nauali exercitu gerunt:cõſul ĩ Phocidẽ ad Elatiã caſtris poſitis: primo colloquiis rem ꝑ principes elacienſium tentauit:poſteaquã nihil eſſe in manu ſua: & plures ualidioreſq; eſſe regios:quã oppidanos reſpondebat:tum ſimul ab omni ꝑte operibus armiſq; urbem eſt aggreſſus. ariete admoto quantum inter turres erat muri:ꝓtrutum cum ingenti fragore ac ſtrepitu nudaſſet urbem :ſimul & cohors romana ꝑ apertũ recenti ſtrage iter inuaſit:& ex oĩbus oppidi ꝑtibus relictis ſuis quiſq; ſtationibus in eũ:qui ꝑmẽbant impetu hoſtiũ:locũ cõcurrerũt.eodẽ tẽpore romani & ruinas muri ſupuadebãt: & ſcalas ad ſtantia mœnia inferebãt:& dũ in unã partem oculos aĩoſq; hoſtium certamẽ auerterat: pluribus locis ſcalis capiũt murus:armatiq; in urbẽ tranſcẽderũt:quo tumultu audito:territi hoſtes:relicto:quẽ cõferti tuebant:loco in arcem oẽs metu inermi quoq; ſequẽte turba cõfugerũt.ita urbe potiũt cõſul.qua direpta dimiſſis in arcẽ:qui uitã regiis:ſi abire uellent:inermes libertatẽ elaciẽſibus pollicerent: fideq; ĩ hæc data poſt paucos dies arcẽ recepit . Cæterꝫ aduẽtu ĩ Achaiam Philoclis regii præfecti nõ Corinthus tantũ liberata obſidione:ſed argiuorꝫ quoq; ciuitas ꝑ quoſdã principes Philocli ꝓdita eſt tentatis prius animis plebis.Mos erat comitiorꝫ die primo uelut honoris cauſa ꝑtores ꝓnunciare louem Apollinẽq; & Herculem:additũ legi erat:ut iis Philippus rex adiiceret:cuius nomẽ poſt pactam cum romanis ſocietatem:quia præco nõ adiecit:fremitus oĩs primo multitudinis ortus:deinde clamor ſubiicientiũ Philippi nomẽ iubẽtiũq; legitimũ honorẽ uſurpare:donec cũ ĩgenti aſſenſu nomẽ recitatũ ẽ.Huius fiducia fauoris Philocles accerſitus nocte occupat collem imminẽtem urbi(Lariſſam eã arcẽ uocãt)poſitoq; ibi ꝑſidio:cũ lucis principio ſignis ĩfeſtis ad ſubiectũ arci forꝫ uaderet:inſtructa acies ex aduerſo occurrit.præſidiũ erat achæorꝫ nuper impoſitũ quingenti fere iuuenes delecti oĩum ciuitatũ:Eneſidemus elimeus preerat.Adhortator a præfecto regio miſſus:qui excedere urbe iuberet:neq; enim pares eos oppidanis ſolis quidem quod macedones ſentirent:nedum adiunctis macedonibus eſſe:quos ne romani quidẽ ad Corinthũ ſuſtinuiſſent. Primo nihil nec ducẽ:nec ipſos mouit:poſt paulo ut argiuos quoq; armatos ex ꝑte altera uenientes magno agmine uiderũt.certã ꝓniciem cernẽtes oẽm tamẽ caſum:ſi ꝑtinacior dux fuiſſet:uidebãt ſubituri. & Eneſidemus:ne flos achæorꝫ iuuẽtutis ſimul cũ urbe amitteret: pactus cum Philocle ut abire illis liceret ipſe:quo loco ſteterat:armatus cũ paucis clientibus nõ exceſſit:miſſus a Philocle:qui quæreret : quid ſibi uellet:nihil fatus tantũmodo cũ ꝓiecto præſe clypeo ſtaret ĩ præſidio creditæ urbis:morituꝫ ſe armatum reſpõdit.tũ iuſſu præfecti a thracibus cõiecta tela:ĩterfectiq; oẽs:Et poſt pactam ĩter achæos & romanos ſocietatẽ duæ nobiliſſimæ ciuitates Argi & Corithus ĩ poteſtate regis erãt.Hæc ab rõanis ea æſtate ĩ Græcia terra mariq; geſta.In Gallia nihil ſane memorabile ab Sex.Elio cõſule geſtũ: cũ duos exercitus ĩ ꝓuincia habuiſſet:unũ retentũ:quem dimitti oportebat:cui.L.Cornelius ꝓconſul ꝑfuerat:ipſe ei.G.Eliũ prætorem præfecit:alterꝫ:quẽ ĩ ꝓuinciã adduxit:totũ ꝓpe annũ cremonẽſibus placentiniſq; cogendis redire in colonias:unde belli caſibus diſſipati erãt:cõſumpſit.Quẽadmodũ eo anno Gallia præter ſpem quieta fuit:ita ꝓpe ſeruilis tumultus circa urbem ẽ excitatus:obſides carthaginenſium Setiæ cuſtodiebant: cum iis:ut principũ liberis magna uis ſeruorꝫ erat:augebãt eorꝫ numerꝫ:ut ab recenti africo bello:& ab ipſis ſe tinis captiua aliquot nationis eius ex ꝑda empta mãcipia.cũ coniurationẽ feciſſent miſſis ex eo numero: qui ĩ ſetino agro:deinde circa Norbẽ & Cerceios ſeruitia ſollicitarẽt:ſatis iã oĩbus ꝑparatis ludis:qui Setiæ ꝓpediem futuri erãt ſpectaculo:intentũ populũ aggredi ſtatuerãt.Setia ꝑ cædẽ & repẽtinũ tumultum capta Norbem:& Cerceios occupare.Huius rei tam fœdum indicium Romam ad.L.Cornelium Lẽtulũ

prætorē urbis delatū ē:serui duo ante lucē ad eū uenerūt:atq; ordine oīa:quæ acta futuraq; erāt:exposuerunt.Quibus domi custodiri iussis:prætor senatu uocato edoctoq;:quæ indices afferrent: ꝓficisci ad eā coniurationē quærendā atq; opprimendā iussus:cū quinq; legatis ꝓfectus est:obuios in agris sacramento rogatos arma capere & sequi cogebat.Hoc tumultuario delectu duobusmillibus ferme hominum armatis Setiā oībus:quo ꝓgeret:ignaris uenit.ibi raptim principibus cōiurationis cōpræhensis fuga seruorum ex eo oppido facta est:dimissis deīde ꝑ agros:qui uestigaret egregia duoꝝ opera seruoꝝ indiciū & unius liberi fuit:ei.c.millia grauis æris dari patres iusserunt:seruis uicenaquinamillia æris & libertatem: pretiū eorum ex ærario solutū est dominis. Haud ita multo post ex eiusdem cōiurationis reliquiis nūciatum ē seruitia prænestę occupatura:eo.L.Cornelius prætor ꝓfectus de quīgentis ferē hominibus: qui ea ī noxa erant:suppliciū sumpsit.In timore ciuitas fuit:obsides captiuosq; pœnoꝝ ea moliri:itaq; & Romæ uigiliæ ꝑ uicos seruatæ iussiq; circūire eam minores magistratus:& triunuiri carceris latumiaꝝ intentiorem custodiā haberi iussi:& circa nomē latinū a prætore missæ litteræ:ut obsides in priuato seruarent:neq; in publicū ꝓdeundi facultas darēt & captiui ne minus.x.pondo cōpedibus uincti ī nulla alia:quā in carceris publici custodia essent.Eodē anno legati ab rege Attalo coronā aureā.ccxlvi.pōdo ī capitolio posuerunt: gratiasq; senatui egerunt:quod Antiochus legatoꝝ romanorū auctoritate motus finibus Attali exercitum deduxisset. Eadem ætate equites .cc.& elephanti.x.& tritici modium.cc.millia ab rege Masinissa ad exercitum: qui ī Græcia erat:ꝓuenerāt.Item ex Sicilia Sardiniaq; magni cōmeatus:& uestimēta exercitui missa.Siciliā.M.Marcellus:Sardiniā.M.Portius Cato obtinebat sanctus & īnocens:asperior tamē ī fœnore coercendo habitus:fugatiq; ex insula fœneratores:& sumptus:quos in cultū ꝓtoꝝ socii facere soliti erāt:circūcisi aut sublati.Sextius Elius cōsul ex Gallia comitioꝝ causa Romā cū rediisset: creauit consules Gn.Cornelium Cethegum:& Quintū Minutiū Ruffum.Biduo post prætoꝝ comitia habita:prætores illo anno primū creati sex crescentibus iam ꝓuinciis & latius patescente imperio.creati aūt hi.L. Manlius Volsco:Gn.Sēpronius Tuditanus:M.Sergius Silus:M.Minutius Ruffus.L.Attilius:A. Sēpronius Elius: ex iis ædiles plebis erāt.curules ædiles Quintus Minutius Therinus:&.T.Sempronius Lōgus.ludi romani eo anno quater instaurati Gnæo Cornelio:& Quinto Minutio cōsulibus.Oīum primū de ꝓuinciis cōsulum prætorūq; actū:prius de prætoribus transacta res:quæ trāsigi sorte poterat:urbana Sergio: peregrina iurisdicio Minutio obtigit.Sardiniā Attilius:Siciliā Manlius:Hispaniā Sempronius citeriorē.A. Elius ulteriorē est sortitus.Cōsulibus Italiā Macedoniāq; sortiri parantibus.L.Oppius:& Quintus Fuluius tribunus plebis ipedimēto erāt:quod longinqua ꝓuincia Macedonia esset:neq; ulla alia res maius bello ipedimentū ad eam diem fuisset:quā quod uixdū inchoatis rebus in ipso conatu gerēdi belli prior cōsul reuocaret.Quartū iam annū esse ab decreto macedonico bello:quærēdo regē & exercitū eius Sulpiciū maiorē ꝑtem anni absumpsisse:Iuliū cōgredientē cū hoste re infecta reuocatū: Quitiū rebus diuinis Romæ maiorem ꝑtem anni retentum ita gessisse tamen res:ut si aut maturius ī ꝓuinciā uenisset:aut hyems magis sera fuisset:potuerit debellare.nūc ꝓpe ī hyberna ꝓfectum ita cōparare dici bellum: ut nisi successor impediat:ꝓfecturus æstate ꝓxima uideat.His orationibus ꝓuicerunt:ut cōsules ī senatus auctoritate fore dicerent se si idem tribuni facerent.Permittentibus utrisq; liberā cōsultationem patres consulibus ambobus Italiam ꝓuinciam decreuerunt:T.Quintio ꝓrogarunt imperium:donec successor ei uenisset.Cōsulibus legiones binæ decretæ:& ut bellum cum gallis cisalpinis:qui defecissent ab populo romano: gereret. Quintio ī Macedoniā supplementū decretū peditū quinquemillia.ccc.equites:socioꝝ naualium triamillia.præesse idem:qui ꝓfuerat classi.L.Quitius Flaminius iussus.prætoribus ī Hispanias octonamillia peditū sociū ac latini nois data:& q̄drageni eqtes:ut dimitterēt ueteē ex Hispaniis militē. & termiare iussi: qua ulterior citeriorue ꝓuincia seruarēt.Macedoniæ legatos.P.Sulpiciū:&.P.Iuliū:qui cōsules in ea prouincia fuerant:adiecerunt.priusquā consules prætoresq; in prouicias ꝓficiscerēt:ꝓdigia ꝓcurari placuit: quod ædes Vulcani Sūmaniq; Romæ:& quod Fregellis murus & porta de cælo tacta erant: & Frusinone inter noctem lux orta:& Esculo agnus biceps cum quinq; pedibus natus:& Formiis duo lupi oppidū ingressi obuios aliquot laniauerant.Romæ nō ī urbe solū:sed in capitolium penetrauerat lupus.G. Acilius tri.ple.tulit:ut quinq; coloniæ ī oram maritimam deducerentur: duæ ad hostia fluminū uulturni literniq;:una ad Puteolos:una ad castrum Salerni.his Buxentum adiectum.trecenæ familiæ in singulas colonias iubebantur mitti.iis triunuiri deducendis ii: qui ꝑ triennium magistratum haberent:creati.M.Seruilius Geminus:Qu.Minutius Therinus:T.Sempronius Longus. Delectu rebusq; aliis diuinis humanisq: quæ ꝑ ipsos agenda erant:ꝓfectis:consules ambo ī Galliam ꝓfecti Cornelius recta ad insubres uia:qui tū in armis erant:cenomanis assumptis:Q. Minutius ī leua Italiæ ad infeꝝ mare flexit iter:Genuāq; exercitu adducto ab liguribus orsus ē bellum.Oppida Clastidiū & Litubiū utraq; liguꝝ: & duæ gētes eiusdē ciuitatis celelates cerdiciatesq; sese dediderūt. Et iam oīa cis padū præter galloꝝ boios iluates liguꝝ sub dicione erāt.xv.oppida hoīum.xx.millia esse dicebant:quæ sese dediderāt:inde ī agrū boioꝝ legiones duxit.Boioꝝ exercitus haud ita multo ante traiecerat padum:iunxeratq; se ī subrībus & cenomanis: qđ ita acceperant:coniunctis legionibus consules rem gesturos:ut & ipsi collatas in unum uires firmarent. posteaquam fama accidit alterum consulem boiorum urere agros:seditio ex templo est orta:postulare boii ut laborantibus opē uniuersi ferrent:insubres negare se sua deserturos.ita diuisæ copiæ boiisq; ī agrum

ſuũ tutandũ ꝓfectis:inſubres cũ cenomanis ſup amnis Mincii ripas cõſederũt.Infra eũ locũ quinq; paſſuum millia & cõſul Cornelius eidẽ flumini caſtra applicuit:inde mittẽdo ĩ uicos cenomanoꝝ & Brixiã: qđ caput gentis erat:ut ſatis comperit non ex auctoritate ſenioꝝ iuuentutẽ in armis eſſe:nec publico cõſilio ĩſubriũ defectioni cenomanos ſe adiũxiſſe:excitis ad ſe principibus id agere & moliri cœpit conſul:ut deficerẽt ab inſubribus cenomani:& ſignis ſublatis aut domos redirent:aut ad romanos tranſirẽt.& id quidẽ impetrari nequiuit:in id data fides conſuli eſt:ut in acie aut quieſcerent:aut ſi qua ĩ re occaſio fuiſſet:adiuuarent romanos. Hæc ita cõueniſſe inſubres ignorabãt:ſuberat tamen quædã ſuſpicio animis labare fidẽ ſocioꝝ.Itaq; cum in aciem eduxiſſent:neutrũ iis cornu cõmittere auſi:ne ſi dolo ceſſiſſent:rem totã inclinarent:poſt ſigna in ſubſidiis eos locauerũt. Conſul principio pugnæ uouit ædẽ Soſpitæ Iunoni:ſi eo die hoſtes fuſi fugatiq; eſſent.a militibus clamor ſublatus:compoté uoti conſulem ſe facturos: & impetus in hoſtes eſt factus.non tulerũt inſubres primũ cõcurſum.Quidam & a cenomanis terga repente ĩ ipſo certamine aggreſſis tumultum ancipitem iniectũ auctores ſunt:cæſaq; ſunt in medio.v.&.xxx.millia hoſtiũ: quinquemillia &.dcc. uiuos captos ĩ iis Hamilcaré pœnoꝝ ĩperatoré:qui belli cauſa fuiſſet : ſigna militaria.cxxx.& carpẽta ſupra Oppida:quæ defectionẽ ſecuta erãt:dediderũt ſe rõanis. Minutius cõſul primo effuſis populationibus peragrauerat fines boioꝝ: deĩde ut relictis ĩſubribus ad tuẽda ſua receperant ſeſe:caſtris ſe tenuit acie dimicandum cũ hoſte ratus.nec boii detrectaſſent pugnam:ni fama uictos ĩſubres allata animos fregiſſet.itaq; relicto duce caſtriſq; diſſipati per uicos ſua:ut quiſq; defenderet: rationẽ gerendi belli hoſti mutarunt:omiſſa enim cõſul ſpe per unam dimicationẽ rei decernẽdæ rurſus populari agros:& urere tecta:uicoſq; expugnare cœpit.per eoſdem dies Claſtidium incenſum: inde in liguſtinos iluates:qui ſoli nõ parebãt:legiones ductæ:ea quoq; gens:ut inſubres acie uictos:boios ita ut tẽtare ſpem certaminis metuerẽt:territos audiuit ĩ deditionẽ uenit.Litteræ cõſulũ a Gallia de geſtis ꝓſpere ſub idẽ tẽpus Romã allatæ.M.Sergius ꝑfectus urbis in ſenatu eas:deinde ex auctoritate patrũ ad populũ recitauit.ſupplicatio ĩ quatriduũ decreta.Hyems iam eo tẽpore erat:cum.T.Quĩtius captis Eatella ĩ Phocide ac Locride hyberna diſpoſita haberet.Opunte ſeditio orta ẽ:factio una ætolos:qui ꝓpiores erãt: altera romanos accerſebat.ætoli priores uenerũt:ſed opulentior factio excluſis ætolis:miſſoq; ad imperatorẽ romanũ nuncio:uſq; ad aduentum eius tenuit urbem.arcem regium tenebat ꝑſidium:neq; ut diſcederẽt inde:aut opuntioꝝ minis:aut auctoritate ĩperantis cõſulis romani ꝓpelli potuerunt.mora:cur non extẽplo oppugnarent:ea fuit:quod caduceator ab rege uenerat locũ ac tẽpus petẽs colloquio.id grauate conceſſum regi eſt:non quin cuperet Quintius per ſe partim armis:partim conditionibus confectum uideri bellum:necdum enim ſciebat:utrũ ſucceſſor ſibi alter ex nouis cõſulibus mitteretur: an quod ſumma ui: ut obtinerent:amicis & ꝓpinquis mãdauerat:imperium ꝓrogaretur.aptum autem fore colloquium credebat:ut ſibi libeꝝ eſſet:uel ad bellũ manenti:uel ad pacẽ decedenti rem inclinare:in ſinum maliacũ prope Niceã littus elegere:eo rex ab Demetriade cũ quinq; lembis & una naue roſtrata uenit: erãt cũ eo prĩcipes macedonũ & achæoꝝ exules & uir inſignis Cycliadas.cũ imperatore romano rex Aminander erat & Dionyſiodorus Attali legatus:& Ageſymbrotus præfectus rhodiæ claſſis:& Pheneas princeps ætoloꝝ: & achæi duo Ariſthenus & Xenophon.Inter hos romanus ad extremum littus ꝓgreſſus:cũ rex in ꝓram nauis in anchoris ſtantis ꝓceſſiſſet:cõmodius:ĩquit:ſi ĩ terrã egrediaris ex ꝓpinquo dicamus:inuicem audiamuſq;.cũ rex factuꝝ ſe id negaret:quem tandem: inquit Quĩtius:times?ad hæc ille ſuperbo & regio aĩo neminẽ equidẽ timeo præter deos ĩmortales:nõ hoĩum aũt credo fidei:quos circa te uideo atq; oĩum minime ætolis.iſtud quidẽ:ait romanus:par oĩbus periculum eſt:qui cũ hoſte ad colloquiũ congrediuntur: ut in nullo fides ſit:non tamen inquit o Tite Quinti:par perfidiæ præmium eſt:ſi fraude agaẽ Philippus & Phaneas:neq; enim æque difficulter ætoli prætorem aliũ ac macedones regem in meum locum ſubſtituant.Secundũ hæc ſilẽtium fuit.cũ romanus eum æquũ cẽſeret priorẽ dicere:qui petiſſet colloquiũ: rex eſſe eius priorẽ orationẽ:qui daret pacis leges nõ qui acciperet:tum romanus ſimplicẽ ſuam orationẽ eſſe dixit:ea enim ſe dictuꝝ:quæ ni fiant:nulla ſit pacis cõdicio.deducenda ex oĩbus Græciæ ciuitatibus regis præſidia eſſe:captiuos & tranſfugas ſociis populi romani reddẽdos:reſtituẽda rõanis ea Illyrici loca quæ poſt pacẽ ĩ Epiro factã occupaſſet:Ptolemæo regi Aegypti reddẽdas urbes:q̃s poſt Philopatris Ptolemæi morté occupaſſet:ſuas populiq; romani condiciones has eſſe.Cæteꝝ & ſocioꝝ audiri poſtulata ueꝝ eſſe. Attali regis legatus naues captiuoſq;:quæ ad Chium nauali prælio capta eẽnt: & Nicephoriũ Veneriſque templũ:quæ ſpoliaſſet:euaſtaſſetq;:pro incorruptis reſtitui.Rhodii Pyrrhea(regio eſt continẽtis aduerſus ĩſulã uetuſtæ eoꝝ dicionis)repetebant:poſtulabãtq; ꝑſidia deduci ab Iaſo:& Bargiliis:& euromenſium urbe:& helleſponto:Seſto atq; Abydo:& Penopolũ byzantiis ĩ antiqui formulã iuris reſtitui:& liberari oĩa Aſiæ emporia portuſq;.Achæi Corinthum & Argos repetebãt.Præter ætoloꝝ Phaneas cũ eadẽ fere:quæ romani:ut Græcia decederẽt:poſtulaſſet: redderenturq; ætolis urbes:quæ quondã iuris aut dicionis eoꝝ fuiſſent:excepit oratione eius prĩceps ætoloꝝ Alexander uir ut ĩter ætolos facundus.Iam dudũ ſe reticere ait:non quo quicquã agi putet eo colloquio:ſed ne quem ſocioꝝ dicentem interpellat:neq; de pace cum fide Philippũ agere:neq; bella uera uirtute unquã geſſiſſe:in colloquiis ĩſidiari & captare:ĩ bello nõ cõgredi æquo cãpo:neq; collatis ſignis dimicare:ſed refugiẽtem ĩcendere ac diripere urbes:& uincentiũ præmia uictum corrumpere.at non ſic antiquos macedonũ reges:ſed acie bellare ſolitos ; urbibus parcere quantum poſſent: quo opulentius imperium haberent : nam de quorum poſſeſſione dimicetur tollentem

nihil sibi præter bellum relinquere quod consilium esse: plures priore anno socioꝝ urbes in Thessalia deuastasse Philippum: quã omnes: qui unquã hostes Thessaliæ fuerunt. ipsis quoqꝫ ætolis eũ plura socium: quã hosté ademisse: Lysimachum pulso prætore & ꝓsidio ætoloꝝ occupasse eum: Chium item suæ dicionis urbé funditus euertisse ac delesse: eadé fraude habere eũ Thebas: Pthias: & Chynũ: Larissam: & Pharsalum. Motus oratione Alexãdri Philippus nauem: ut exaudiret: ꝓpius terrã applicuit: orsum eũ dicere in ætolos maxie uiolenter Phaneas iterfatus: nõ in uerbis rem uertit: aut bello uincendũ: aut melioribus parendũ esse. Apparet id quidé: inquit Philippus: etiã cæco: iocatus in ualitudiné oculoꝝ Phaneæ: & erat dicatior natura quã regé decet: & ne inter seria quidé risu satis tẽperãs. Indignari inde cœpit ætolos tanꝫ rõanos decedi Græcia iubere: qui: qbus finibus Græcia sit: dicere nõ possint: ipsius enĩ Aetoliæ Græcos apodoctas & ãphilochos: quæ ꝑ magna eoꝝ ps sit: Græciã nõ esse. An qđ a sociis eoꝝ nõ abstinuerĩ: iustã querelã habent: cũ ipsi ꝑ lege antiqtus hũc morẽ seruẽt: ut aduersus socios ipsi suos publica tãtũ auctoritate dẽpta iuuẽtuté suã militare sinãt: & cõtrariæ ꝓsæpe acies ĩ utraqꝫ parte ætolica auxilia habeãt. Neqꝫ ego Chiũ expugnaui: sed Prusiã sociũ & amicũ oppugnantẽ adiuui: & Lysimachũ ab tracibus uẽdicaui: & qa me necessitas ad hoc bellũ a custodia eius auertit: thraces habẽt. Aetolis hæc. Attalo autẽ rhodiisqꝫ nihil iure debeo: nõ enĩ a me: sed ab illis prĩcipiũ belli ortũ est: rõanoꝝ aũt honoris cã Pyrrhea rhodiis: & naues: Attalo captiuos: qui cõparebunt: restituã: nam qđ ad Nicephoriũ Venerisqꝫ tẽpli restitutioné attinet: quid restitui ea postulantibus respondeã: nisi quo uno modo siluæ luciqꝫ restitui cæsi possunt curã impẽsamqꝫ stationis me ꝓstatuꝝ: quoniã hæc inter se reges postulare & respondere placet. Extrema eius oratio aduersus achæos fuit: in qua orsus ab Antigoni primũ suis: deinde erga eam gentẽ meritis: recitari decreta eoꝝ iussit omnes diuinos humanosqꝫ honores cõplexa: atqꝫ ad eã adiecit recens de exercitu: qđ ab se desciuisset: inuectusqꝫ grauiter ĩ perfidiã eoꝝ: tamẽ Argos se redditurꝝ eis dixit: de Corintho cũ ĩperatore romano deliberaturꝝ esse: quæsiturũqꝫ ab eo simul ne urbibus iis decedere se æquũ cẽseat: quas a se ipso captas iure belli habeat: an iis etiã quas a maioribus suis accepisset? Parantibus Achæis ætolisqꝫ ad ea respondere cum ꝓpe occasũ sol esset: dilato in posterum diẽ colloquio: Philippus ĩstationẽ: a qua ꝓfectus erat: romani sociiqꝫ in castra redierunt. Quintius postero die ad Niceã (is enim locus placuerat) ad cõstitutum tẽpus uenit: Philippi nullus usquã nec nũcius ab eo per aliquot horas ueniebat: & iã despantibus uenturꝝ repẽte apparuerũt naues. atqꝫ ipse quidẽ cũ tam grauia & indigna ĩperarent: inopẽ cõsilii diem se cõsumpsisse deliberando aiebat. Vulgo credebat de iudustria rem in serũ tractã: ne tẽpus dari posset achæis ætolisqꝫ ad respondendũ: & eam opinionẽ ipse afirmauit petendo: ut sũmotis aliis: ne tẽpus altercãdo tererẽt: & aliquis finis rei ĩponi posset: cũ ipso ĩperatore romano liceret sibi colloqui. Id primo nõ acceptũ: ne excludi colloquio uiderent socii: deinde cũ haud absisteret petere: ex omniũ cõsilio romanus ĩperator cum. A. Claudio præfecto & tribus tribunis militũ cæteris sũmotis ad extremũ litus ꝓcessit. Rex cum duobus: quos pridie adhibuerat: in terrã est egressus: ibi cum aliquandiu secreto locuti essent: quæ acta ad suos Philippus retulerit: minus compertũ est: Quintius hæc retulit ad socios romanoꝝ: eum cedere tota Illyrici ora: ꝓfugas remittere: ac siqui eẽnt captiui. Attalo naues: & cũ iis captos nauales socios: & rhodiis regionẽ: quã Pyrreã uocant: reddere: laso & Bargiliis nõ cessuꝝ. ætolis Pharsalũ Larissamqꝫ reddẽ: Thebas nõ reddere. achæis non Argis modo: sed etiã Corintho cessuꝝ. Nulli omniũ placere partiũ: quibus cessurus aut non cessurus esset: destinatio: plus enĩ amitti in iis quã acquiri: nec unquã: nisi tota deduxisset Græcia ꝓsidia: causas certaminum deponere. Cum hæc toto ex cõcilio certatim oẽs uociferarent: ad Philippũ quoqꝫ ꝓcul stantem uox est plata. itaqꝫ a Quintio petit: ut rẽ totã in posteꝝ diem differret: ꝓfecto aut ꝓfuasuꝝ se: aut ꝓsuaderi sibi passuꝝ: litus athoniũ colloquio destinat: eo mature cõuentum est. Ibi Philippus primo & Quintiũ & oẽs: qui aderant: rogare ne spem pacis cõturbare uellẽt: postremo petere tẽpus: quo legatos Romã ad senatum mittere posset: aut his cõdicionibus se pacẽ ipetraturꝝ: aut quascũqꝫ senatus dedisset leges pacis: acceptaturum. Id cæteris haudquaquam placebat: nec enim aliud: quam moram & dilationem ad colligendas uires quæri: Quintius uerum id futurum fuisse dicere: si æstas & tempus rerum gerendaꝝ eẽt: nunc hyeme instante nihil amitti: dato spatio ad legatos mittẽdos: nam neqꝫ sine auctoritate senatus quicquam eorum ratum fore: quæ cum rege ipsi pepigissent: & explorari dum bello necessariam quietem ipsa hyems daret senatus auctoritatem posse. In hanc sententiam & cæteri sociorum principes concesserunt: inducisqꝫ datis in duos menses ipsos mittere singulos legatos ad senatum edocẽdum ne fraude regis caperetur: placuit. additum induciaꝝ pacto ut regia ꝓsidia Phocide ac Locride extẽplo deducerent. & ipse Quintius cũ sociorum legatis Aminandrũ athamanum regem: utqꝫ speciem legationis adiiceret. Qu. Fabium (uxoris Quintii sororis filius erat) &. Qu. Fuluium: &. P. Claudiũ misit. Vt uentũ Romã est: prius socioꝝ legati: quã regis auditi sunt: cæteꝝ eoꝝ oratio conuiciis regis cõsumpta est: mouerũt eo maxime senatum demonstrando maris terrarũqꝫ eius regionis situm: ut omnibus appareret: si Demetriadem in Thessalia: Calcidem in Euboea: Corinthũ in Achaia rex teneret: nõ posse liberã Græciã esse: & ipsum Philippũ non contumelioſius: quam uerius compedes eas Græciæ appellare. Legati deinde regis intromissi: quibus longiorem exorsis orationem breuis interrogatio: cessurus ne iis tribus urbibus esset: sermonem incidit: cum mandatum sibi de his nominatim negarent quicquam. Sic infecta pace regii dimissi: Quintio liberum arbitrium pacis ac belli permissum. Quod ut satis apparuit non tedere belli senatum & ipse uictoriæ: quam pacis

auidior:neq; colloquium postea Philippo dedit:neq; legationē aliā:quā quæ omni Græcia decedi nuncia-
ret:admissuq; dixit.Philippus cū acie decernendum uideret: & undiq; ad se cōtrahendas uires maxime de
Achaiæ urbibus regionis ab se diuersæ & magis tamē de Argis:quā de Corintho sollicitus:Optimū ratus
Nabidi eā lacedæmonioq; tyrāno uelut fiduciariā dare:ut uictori sibi restitueret:siquid aduersi accidisset:
ipse haberet:Philocli:qui Corintho Argisq; p̄erat:scribit:ut tyrannū ipse cōueniret. Philocles: p̄ter quam
quod iā ueniebat cū munere: adiicit ad pignus futuræ regis cū tyranno amicitiæ filias suas regē Nabidis
filiis matrimonio cōiungere uelle.Tyrannus primo negare aliter urbē eā se acceptuq; nisi argiuoq; ipsoq;
decreto accersitus ad auxiliū urbis esset:deinde ut frequēti cōcione nō aspernatos modo:sed abominatos
etiam nomē tyranni audiuit:cām se spoliandi eos nactū ratus:traderet:ubi uellet:urbē Philocli ait.Sic no-
cte ignaris oībus acceptus in urbē est tyrannus:prima luce occupat supiora oīa loca : portæq; clausæ pau-
cis principū tumultū inter primū elapsis:eoq; absentiū direptæ fortunæ.p̄sentibus auq; atq; argentū abla
tum:pecuniæ iperatæ ingentes.qui nō cūctanter cōtulere:sine contumelia & laceratione corpoq; sunt di-
missi:quos occulere aut retrahere aliquid suspicio fuit:in seruilē modū lacerati atq; extorti. Concione īde
aduocata rogationē ꝓmulgauit:unā de tabulis nouis:alterā de agro uiritim diuidendo.duas faces nouāti-
bus res ad plebē in optimates accendendam. Posteaq̄ in potestate Nabidis argiuoq; ciuitas erat:nihil eius
memor tyrannus:a quo eam ciuitatē & quā in condicionē accepisset:legatos Elatiam ad Quintiū : & At-
talum Aeginæ hybernantē mittit:qui nunciarēt Argos in potestate sua esse:eo si ueniret Quintius ad col-
loquium:nō diffidere sibi oīa cū eo cōuentura.Quintius:ut eo quoq; p̄sidio Philippū nudaret:cum annu
isset se uentuq;:mittit ad Attalū:ut ab Aegina Sicyonē sibi occurreret:ipse ab Anticyra decem quinquere-
mibus: quas iis forte diebus .L.Quītius frater eius adduxerat ex hybernis Corcyræ Sicyonē transmisit. iā
ibi Attalus erat: qui cū tyrāno ad romanū iperatorē nō romano ad tyrannū eundū diceret:in sententiā suā
Quintiū traduxit: ne in urbē ipsam Argos iret.haud ꝓcul urbē(Hyecenica uocat)in eo loco:ut congrede-
rentur: cōuenit. Quintius cum fratre tribunis militum paucis:Attalus cum regio comitatu: Nicostra-
tus achæorum præter cum auxiliaribus paucis uenit:tyrannum ibi cum oībus copiis: opperientē inuene
runt:progressus armatus cum satellitibus armatis est in mediū fere interiacentis campi: inermis Quin-
tius cum fratre & duobus tribunis militū iermibus: itē regii:p̄tor achæoq;:& unus ex purpuratis latus ci-
gebant.Initium sermonis ab excusatione tyranni ortum: quod armatus ipse armatisq; septus cum iermes
romanū imperatorē regēq; cerneret:i colloquium ueniisset:neq; enim se illos timere dixit: sed exules argi-
uorum.Inde ubi de cōdicionibus amicitiæ cœptū agi est:romanus duas postulare res:unam:ut bellū cum
achæis finiret:alteram:ut aduersus Philippū mitteret secū auxilia.Auxilia se missuq; dixit:ꝓ pace cū achæ
is inducias īpetratæ:donec bellū cū Philippo finiret.De Argis quoq; disceptatio ab Attalo rege est nata:cū
fraude Philoclis ꝓditam urbē ui ab eo teneri argueret:ille ab ipsis argiuis:ut se defenderet:accitū.Concio-
nem argiuoq; rex postulabat:ut id sciri posset: nec tyrānus abnuere:sed deductis ex urbe p̄sidiis liberā cō-
cionem nō īmixtis lacedæmoniis declaraturā quid argiui uellent: p̄beri debere dicebat rex. tyrannus ne-
gauit deductuq;.Hæc disceptatio sine exitu fuit:de colloquio discessum:sexcentis cretensibus ab tyranno
datis romano:inducisq; inter Nicostratū p̄torem achæoq; & lacedæmonioq; tyrannū in quattuor mēses
factis.Inde Quintius Corinthū est ꝓfectus: & ad portā cū cretēsium cohorte accessit:ut Philocli præfecto
urbis tum appareret tyrannū a Philippo descisse.Philocles & ipse ad imperatorē romanū in colloquiū ue-
nit:hortantiq; ut extēplo transiret:urbēq; traderet:ita respondit:ut distulisse rem magis:quā negasse uide-
retur.A. Corintho :Quintius Anticyrā traiecit: inde fratrē ad tentandū acarnanū gentē misit.Attalus ab
Argis Sicyonem est profectus:ibi & ciuitas nouis honoribus ueteres regis honores auxit:& rex ad id:quod
sacrum Apollinis agrum grandi quondā pecunia redemerat:iis tum quoq; ne sine aliqua munificētia præ
teriret ciuitatē sociā atq; amicam:decē talenta argenti dono dedit: & decēmillia medimnū frumenti: atq;
ita Cenchreas ad naues rediit.Et Nabis firmato p̄sidio Argis Lacedæmonē regressus: cū ipse uiros spoli-
asset:ad fœninas spoliandas uxorē Argos remisit.ea nūc singulas illustres: nūc simul plures genere inter se
iunctas domum accersendo blandiendoque ac minando: nō aurum modo iis:sed & postremo uestē mun
dumq; omnem muliebrem ademit.

LIBER QVARTVS.

NTER BELLORVM MAGNORVM AVT VIXDVM FINITORVM aut iminentiū curas iterceſſit res parua dictu: sed quæ studiis in magnum certa men excesserit.M.Fundanius &.L. Valerius tribūi plebis ad plebem tulerūt de oppia lege abrogāda.tulerāt eā.M.Oppius:&.T.Romuleius tribuni plebis.Qu. Fabio.T. Sempronio cōsulibus in medio ardore punici belli : neq; mulier plus semuncia auri haberet:neu uestimento uersicolori uteretur: neu iuncto uehicu lo in urbe oppidoue aut ꝓpius inde mille passus nisi sacroq; publicoq; causa ue heret.M.&.T.Iunius & Brutus tribūi plebis legē oppiā tuebāt:neq; eam se abro gari passuros aiebāt.Ad suadendū dissuadēdūq; multi nobiles ꝓdibāt:capitoliū turba hoium fauentium aduersantiūq; legi complebatur.Matronæ nulla nec auctoritate:nec uerecundia:

nec imperio uirorꝫ contineri limine poterant:omnes uias urbis adituſqꝫ in forꝫ obſidebant:uiros deſcendentes ad forꝫ orantes:ut florente republica:creſcente in dies priuata omniū fortuna:matronis quoqꝫ priſtinum ornatū reddi paterent:augebant hæc frequētia mulierꝫ ī dies:nā etiā ex oppidis cōciliabuliſqꝫ cōuenerant:iam & cōſules prætoreſqꝫ & alios magiſtratus adire & rogare audebant:cæterꝫ minime exorabilem alterꝫ utiqꝫ conſulē.M.Portiū Catonē habebant:qui pro lege:quæ abrogabat: ita diſſeruit. Si in ſua quiſqꝫ noſtrū matrefamilias quirites ius & maieſtatē uiri retinere inſtituiſſet:minus cū uniuerſis fœminis negotii haberemus:nūc domi uicta libertas noſtra ipotētia muliebri:hic quoqꝫ in foro obteritꝫ: & calcat: & quia ſingulas ſuſtinere nō potuimus:uniuerſas horremus.Equidē fabulā & fictā rem ducebā eſſe uirorꝫ omne genus in aliqua inſula cōiuratione muliebri a ſtirpe ſublatū eſſe.ab nullo genere nō ſummū periculum eſt:ſi cœtus & concilia & ſecretas conſultationes eſſe ſinas. Atqꝫ uix ſtatuere apud animū meū poſſū: utrum peior ipſa res:an peiore exemplo agat:quorꝫ alterꝫ ad nos cōſules reliquoſqꝫ magiſtratus: alterꝫ ad uos quirites magis ptinet:nam utrꝫ e rep. ſit nec ne:id:quod ad uos ferꝫ:ueſtra exiſtimatio eſt:qui ī ſuffragiū ituri eſtis.hæc conſternatio muliebris ſiue ſua ſpōte:ſiue auctoribus uobis.M.Fundanio &.L.Valerio facta eſt haud dubie ad culpā magiſtratuū ptinens:neſcio uobis tribunis an cōſulibus magis ſit deformis nobis ſic fœminas ad concitādas tribunitias ſeditiones iam adduxiſtis:nobis ſicut plebis quōdam: ſic nūc mulierꝫ ſeceſſione leges accipiendæ ſunt. Equidem non ſine rubore quodā pauloante per mediū agmen mulierꝫ in forꝫ peruenī:qđ niſi me uerecūdia ſingulorꝫ magis maieſtatis & pudoris:quā nniuerſorꝫ tenuiſſet:ne cōpellatæ a cōſule uiderent:dixiſſem:qui hic mos eſt in publicū ꝓcurrendi & obſidendi uias:& uiros alienos appellandi:iſtud ipſū ſuos quæqꝫ domi rogare nō potuiſtis:an blādiores ī publico quā ī priuato:& alienis quā ueſtris eſtis:quanq̄ ne domi quidē uos:ſi ſui iuris finibus matronas cōtineret pudor: quæ leges hic rogarent:abrogarēturue:curare decuit.Maiores quidē noſtri nullā ne priuatam quidē rem agere fœminas ſine auctore uoluerūt:ī manu eē parētū:fratrꝫ:uirorꝫ.nos:ſi diis placet:iā remp.etiā capeſſere eas patimur:& foro quoqꝫ & cōcionibus & comitiis īmiſceri.qd enim nunc aliud per uias & cōpita faciūt:quā quod aliæ rogationes tribunorꝫ plebis ſuadent:aliæ legē abrogandā cenſent? Date frænos ipotenti naturæ & in domito animali:deſperate ipſas modū licētiæ facturas:niſi uos faciatis.minimū hoc eorꝫ eſt: quæ iniquo animo fœminæ ſibi:aut maioribus:aut legibus iniunctū patiuntur:omnium rerꝫ libertatē; immo licentiam:ſi uera dicere uolumus:deſiderāt.quid enī:ſi hoc expugnauerint:nō tētabunt? Recenſete oīa muliebria iura:quibus licentiā earꝫ alligauerint maiores noſtri:per quæ quāqꝫ ſubiecerint uiris:quibus oībus conſtrictas uix tamē cōtinere poteſtis.qui ſi capere ſingula & extorqueri & æquari ad extremū uiris patiemini:tolerabiles uobis eas fore creditis?extemplo ſimul pares eſſe cœperint:ſupiores erūt. At hercule nequid nouū in eas rogetꝫ:recuſant:nō ius:ſed iniuriā deꝑcantur.imo ut quā accepiſtis:iuſſiſtis ſuffragiis ueſtris legē:quā uſu tot ānorꝫ & expiendo cōprobaſtis: hāc ut abrogeris: id eſt ut unā tollēdo legē cæteras īfirmetis.Nulla lex ſatis cōmoda oībus eſt:id modo quæritꝫ:ſi maiori parti & in ſummā ꝓdeſt.ſi quod cuiquā priuatim officiet ius:id deſtruet:ac demolietꝫ:quid attinebit uniuerſos rogare leges:quas mox abrogare:in quos latæ ſunt:poſſint? Volo tamē audire:quid ſit;ꝑpter quod matronæ cōſternatæ ꝓcurrāt ī publicum:ac uix foro ſe & cōcione abſtineant:ut captiui ab Annibale redimantꝫ parentes:uiri:liberi:fratres earꝫ ꝓcul abeſt:abſitqꝫ:ſemꝑ talis fortuna reip.ſit:ſed tamē:cum fuit: negaſtis hoc piis precibus earꝫ.At nō pietas nec ſollicitudo pro ſuis:ſed religio cōgregauit eas:matrē ideam Peſſimōte ex Phrygia uenientē acceptu ræ ſunt.Quid honeſtū dictu ſaltem ſeditiōi ꝓtenditur muliebri? ut auro & purpura fulgeamus:inquit:ut carpentis feſtis ꝓceſtiſqꝫ diebus uelut triumphantes de lege uicta & abrogata & captis & ereptis ſuffragiis ueſtris per urbem uectemur:ne ullus modus ſumptibus nec luxuriæ ſit.Sæpe me querētem de fœminarꝫ: ſæpe de uirorꝫ:nec de priuatorꝫ modo:ſed etiam magiſtratuum ſumptibus audiſtis:diuerſiſqꝫ duobus uitiis auaritia & luxuria ciuitatem laborare:quæ peſtes omnia magna imperia euerterunt.Hæc ego quo melior lætiorqꝫ in dies fortuna reip.eſt:imperiumqꝫ creſcit:& iam in Græciam Aſiamqꝫ tranſcendimus omnibus libidinum illecebris repletas:& regias etiam attractamus gazas:eo plus horreo ne illæ magis res nos ceperint:quam nos illas.Infeſta:mihi credite:ſigna ab Syracuſis illata ſunt huic urbi:iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantis mirantiſqꝫ:& antefixa fictilia deorꝫ romanorꝫ ridentis. hos ego malo propicios deos:ſed ita ſpero futuros:ſi in ſuis manere ſedibus patiemur.Patrum noſtrorum memoria per legatum Cyneam Pyrrhus non uirorum modo:ſed etiam mulierum animos donis tentauit: nondum lex oppia ad cocrcendam luxuriam muliebrem lata erat:tamen nulla accepit.quam cauſam fuiſſe cenſetis?eadem fuit:quæ maioribus noſtris nihil de hac re lege ſanciendi:nulla erat luxuria:quæ coerceretur.ſicut ante morbos neceſſe eſt cognitos eſſe:quam remedia eorum: ſic & cupiditates prius natæ ſūt: quam leges:quæ iis modum facerent.Quid legē liciniā excitauit de quingentis iugeribus: niſi ingens cupido agros cōtinuādi?quid legē cinciā de donis & muneribus:niſi qa uectigalis iā & ſtipēdiaria plebes eē ſenatui cœperat?Itaqꝫ minīe mirū eſt:nec oppiā:nec aliā ullā tum legē deſideratā eſſe:quæ modū ſumptibus mulierꝫ faceret:cum aurꝫ & purpurā datā & oblatā ultro nō accipiebāt.Si nūc cū illis donis Cyneas urbē circuiret:ſtantes in publico inueniſſet eas:quæ acciperēt.Atqꝫ ego non nullarꝫ cupiditatum nec caſuam quidem aut rationem inire poſſum:nam ut quod alii liceat:tibi nō licere:aliquid fortaſſe naturalis aut pudoris aut indignationis habeat; ſic æquat omnium cultum: quod unaquæque ueſtrum uretur; ne in ſe

conſpiciatur.peſſimus quidem eſt pudor uel parſimoniæ uel pauptatis:ſed utrũq; lex uobis demit: cũ id: quod habere nõ licet:nõ habetis.Hanc:inquit:ipſam exæquationẽ nõ fero illa locuples:cur nõ inſignis auro & purpura cõſpicior?cur paupertas aliaꝝ ſub hac legis ſpecie latet? ut qđ habere nõ poſſunt: habituræ fuiſſe:ſi liceret:uideantur.Vultis hoc certamẽ uxoribus ueſtris iniicere quirites:ut diuites id habere uelit: qđ nulla alia poſſit?pauperes:ne ob hoc ipſum contẽnant?:ſupra uires ſe extendant?:næ ſimul pudere:quomodo nõ oportet:cœperit:qđ oportet:nõ pudebit: quæ de ſuo poterit: parabit: quæ nõ poterit : uirũ rogabit.Miſeꝝ illũ uiꝝ:& qui exoratus:& qui non exoratus erit:cum quod ipſe non dederit:datũ ab alio uidebit.Nunc uulgo alienos uiros rogant:& qđ maius eſt: legẽ & ſuffragia rogant: & a quibuſdã impetrant aduerſus te :& rem tuã:& liberos tuos inexorabiles.ſimul lex modũ ſumptibus uxoris tuæ facere deſierit: tu nunquã facies.Nolite eodẽ loco exiſtimare quirites futurã rem:quo fuit: anteq̃ lex de hoc ferret?:& hominem ꝓbũ nõ accuſari tutius eſt quã abſolui:& luxuria nõ mota tolerabilior eſſet:quã erit:nunc ipſis uinculis ſolutis: ſicut feræ beſtiæ iritatæ deinde emiſſæ. Ego nullo mõ abrogandã legẽ oppiã cenſeo:uos quod faxitis deos oẽs fortunare uelim.Poſt hæc tribuni quoq; plebis:qui ſe interceſſuros ꝓfeſſi erãt:cum pauca in eãdẽ ſententiã adieciſſent:tum.L.Valerius ꝓgatione ab ſe ꝓmulgata ita diſſeruit.Si priuati tãtummodo ad ſuadendũ diſſuadendũq; id:qđ a nobis rogatur:ꝓceſſiſſent;ego quoq;:cũ ſatis dictũ ꝓ utraque parte exiſtimarẽ:tacitus ſuffragia ueſtra expectaſſem:nũc cũ uir grauiſſimus conſul.M.Portius nõ auctoritate ſolũ:qua tacita ſatis mométi habuiſſet: ſed oratione etiã longa & acurata ĩſectatus ſit rogationẽ noſtrã:neceſſe eſt paucis reſpõdere:qui tamẽ plura uerba in caſtigandis matronis:quã in rogatione noſtra diſſuadenda cõſumpſit.& quidẽ ut in dubio poneret:utrũ id:qđ repræhẽderet:matronæ ſua ſpõte? an nobis auctoribus feciſſent.rem deflendã non nos:in quos iecit magis hoc conſul uerbotenus: quã ut re inſimularet cœtum & ſeditiones: & interdum ſeceſſionẽ muliebrem appellauit: qđ matronæ in publicũ nos rogaſſent:ut legem in ſe datam per bellũ tẽporibus duris:in pace & florente ac beata rep.abrogetis.Verba magna:quæ rei augẽdæ cauſa cõquirãtur:& hæc & alia eſſe ſcio: &.M. Catonem oratorẽ nõ ſolũ grauem: ſed interdum etiã trucẽ ſcimus oẽs cũ ingenio ſit mitis:Nam qd tandẽ noui matronæ fecerũt: qđ frequentes in cauſa ad ſe ꝓtinente in publicũ ꝓceſſerũt?nunquã ante hoc tẽpus in publico apparuerũt?tuas aduerſus te origines reuoluã;accipe:quotiens id fecerint & quidẽ ſemp bono publico. Iam a principio regnante Romulo cũ capitolio a ſabinis capto medio in ſoro ſignis collatis dimicaret?:nonne intercurſu matronarũ inter acies duas ꝑlium ſedatũ eſt?quid regibus exactis cũ Coriolano Martio duce legiones uolſcoꝝ caſtra ad quintũ lapidẽ poſuiſſent?:nõne id agmẽ:quo obruta hæc urbs eſſet:matronæ auerterũt?iam urbe capta a gallis aurũ:quo urbs redempta eſt:nẽpe matronæ cõſenſu oĩum in publicum cõtulerũt.ꝓximo bello ne antiqua repetã:nõne & cũ pecunia opus fuit:uiduaꝝ pecuniæ adiuuerũt ærariũ?& cum dii quoq; noui ad opem ferendã dubiis rebus accerſerent?:matronæ uniuerſæ ad mare ꝓfectæ ſunt ad matrẽ idæam accipiẽdam?Diſſimiles:inquit: cauſæ ſunt:nec mihi cauſas æquare ꝓpoſitũ eſt:nihil noui factũ purgare ſatis eſt. Cæteꝝ qđ in rebus ad oẽs ꝑiter uiros fœminaſq; ptinẽtibus feciſſe eas nemo miratus eſt: in cauſa proprie ad ipſas ꝓtinente miramur feciſſe?Quid autẽ fecerunt?ſupbas mediuſſidius aures habemus : ſi cũ domini ſeruoꝝ nõ faſtidiãt preces:nos rogari ab honeſtis fœminis indignamur. Venio nũc ad id:de quo agitur:in quo duplex conſulis oratio fuit:nam & legẽ ullã omnino abrogari eſt indignatus: & eam ꝑcipue legẽ:quæ luxuriæ muliebris coercẽdæ cauſa lata eſſet:& illa cõmunis ꝓ legibus ſuis conſularis oratio eſt:& hæc aduerſus luxuriã ſeueriſſimis moribus cõueniebat.itaq; piculũ eſt:niſi qd ĩ utraq; re uani ſit:docuerimus:ne quis error uobis effundaꝫ.Ego enĩ quẽadmodũ ex iis legibus: quæ nõ in tẽpus aliqđ: ſed ꝑpetuæ utilitatis cauſa in æternũ latæ ſũt:nullã abrogari debere fateor:niſi quã aut uſus coarguit:aut ſtatus aliqs reip.inutilem fecit:ſic quas tẽpora aliqua deſiderarũt:leges mortales(ut ita dicam) & tẽporibus ipſis mutabiles eſſe uideo:quæ in pace latæ ſunt:plærũq; bellũ abrogat:quæ in bello pax: ut in nauis adminiſtratione alia ĩ ſecunda:alia in aduerſa tẽpeſtate uſui ſunt.Hæc cũ ita natura diſtincta ſint:ex utro tandẽ genere ea lex eẽ uidetur: quã abrogamus?Quia uetus regia lex ſimul cũ ipſa urbe nata:aut qđ ſecundũ eſt a decẽuiris ad cõdenda iura creatis in.xii.tabulis ſcripta:ſine qua cũ maiores noſtri nõ exiſtimauerit decus matronale ſeruari poſſe nobis quoq; uerendũ ſit: ne cũ ea pudorẽ ſanctitatẽq; fœminaꝝ abrogemus?Quis igiẽ neſciat nouam iſtã legẽ eſſe?Q.Fabio &.T.Sempronio cõſulibus.xx. annis ante latã?ſine qua cũ per tot annos matronæ optimis moribus uixerint:qđ tandẽ:ne abrogata ea effundant? ad luxuriã:periculũ eſt? nã ſi iſta lex aut ideo lata eſſet:ut finiret libidinẽ muliebrẽ:uerendũ foret:ne abrogata ĩcitaret.Cur ſit autẽ lata: ipſum indicauit tẽpus:Annibal in Italia erat uictor ad Cannas:iam Tarentũ:iam Arpos:iã Capuã habebat:ad urbem Romã admoturus exercitũ uidebaꝫ:defecerãt ſocii:nõ milites in ſupplementũ:non ſocios nauales ad claſſem tuendã:nõ pecuniã ĩ ærario habebamus:ſerui: qbus arma darent?:ita ut pretiũ pro iis bello ꝓfecto dominis ſolueret?:emebant?.in eadem die pecuniæ frumentũ & cætera:quæ belli uſus poſtulabat: ꝑbenda publicãi ſe cõducturos ꝓfeſſi erãt:ſeruos ad remũ nũero ex cẽſu cõſtituto cũ ſtipẽdio noſtro dabamus:auru & argentũ omne a ſenatoribus eius rei initio orto ĩ publicũ cõferebamus:uiduæ & pupilli pecũias ſuas ĩ ærariũ deferebãt:cautũ erat:quo ne plus auri & argẽti facti:quo ne plus ſignati argẽti & æris domi haberemus.Tali tẽpore ĩ luxuria & ornatu matronæ occupatæ erant:ut ad eã coercendã lex oppia deſiderata ſit: cũ qa Cereris ſacrificium lugentibus omnibus matronis intermiſſum erat:ſenatus finiri luctũ.xxx.diebus

iussit. Cui non apparet miseria & inopia ciuitatis: & quia omnium priuatorum pecuniæ in usum publicũ uertẽdæ erant: istam legẽ scripsisse tãdiu mansurã: quãdiu causa scribẽdæ legis mansisset? Nam si quæ tũc tẽporis causa decreuit: senatus aut populus iussit: in ꝑpetuum seruari oportet: cur pecunias reddimus priuatis? cur publica præsẽti pecunia locamus? cur serui: qui militẽt: non emuntur? cur priuati non damus remiges: sicut tunc dedimus? Omnes alii ordines: oẽs homines: mutationẽ in meliorẽ ſtatũ reipublicæ sentient: ad coniuges tantum nostras pacis & trãquilitatis publicæ fructus non ꝑueniet? Purpura uiri utemur ꝑtextati in magistratibus: in sacerdotiis: liberi nostri ꝑtextis purpura togis utentur: magistratibus in colonis municipisq; togæ ꝑtextæ habendæ ius est: nec id ut uiui solum habeant tantũ insigne: sed etiã ut cum eo crementur mortui: fœminis dũtaxat usum purpuræ iterdicemus? & cũ tibi uiro liceat purpura in ueste stragula uti: matrẽfamilias tuã purpureum amiculũ habere nõ sines? & equus tuus speciosius ĩstratus erit: quã uxor uestita? Sed in purpura: quæ teritur: absumiturq; nõ iniustam quidẽ: sed aliquã tamẽ cãm tenacitatis uideo: in auro uero: in quo ꝑter manus ꝑtium nihil intertriməti fuit: quæ malignitas est? ꝑsidiũ potius in eo est ad priuatos & ad publicos usus: sicuti expti estis. Nullã emulationẽ inter se singularẽ: quando nulla haberet: esse aiebat, at hercule uniuersis dolor & ĩdignatio é: cum socioꝝ latini noĩs uxoribus uidẽt ea concessa ornaməta: quæ sibi adempta sint: cũ insignes eas esse auro & purpura: cum illas uehi p urbem: se pedibus sequi: tanquã in illaꝝ ciuitatibus nõ in sua impium sit. Viroꝝ hoc aĩos uulnerare posset: quid mulierculaꝝ censetis: quas etiã parua mouent? nõ magistratus: nec sacerdotia: nec triũphi: nec ĩsignia: nec dona aut spolia bellica his cõtingere possunt: mundiciæ ornatus & cultus: hæc fœminaꝝ insignia sunt: his gaudent: & gloriantur: hunc mundũ muliebrẽ appellauerunt maiores nostri. Quid aliud in luctu quã purpuram atq; aurum deponunt? quid aliud: cũ eluxerunt: sumunt? quid ingratulationibus supplicatiõibusq; nisi excellentiores ornatus adiiciũt? Scilicet: si legem oppiam abrogaueritis: non uestri arbitrii erit: siquid eius uetare uolueritis: quod nunc lex uetat: minus fide uxores sorores etiam quibusdã in manu erũt. nunquam saluis suis exuiẽ seruitus muliebris: & ipse libertatẽ: quã uiduitas & orbitas facit: detestanẽ. In uestro arbitrio suũ ornatũ: quã in leges malunt esse: & uos in manu & tutela nõ in seruitio debetis habere eas: & malle patres uos aut uiros: quã dominos dici. Inuidiosis noĩbus utebaẽ modo consul seditionẽ muliebrẽ & secessionẽm appellando. id enĩ ꝑiculũ est: ne sacrum montẽ sicut quondã irata plebs aut auentinũ capiant. Patiendũ huic infirmitati est: quodcũq; uos censueritis: quo plus potestis: eo moderatius ĩperio uti debetis. Hæc cum contra legẽ proq; lege dicta essent: aliquanto maior frequentia mulieꝝ postero die sese in publicũ effudit: unoq; agmine omnes tribunoꝝ ianuas obsederunt: qui collegaꝝ orationi intercedebant: nec ante abstiterunt: quã remissa interces̃io a tribunis est. nulla deinde dubitatio fuit: quin omnes tribus legem abrogarent. ánis. xx. post abrogata est: quã lata. M. Portius consul: posteaquã abrogata est oppia lex: extemplo. xxv. nauibus longis: quaꝝ quinq; socioꝝ erant: ad Lunæ portũ ꝓfectus: eodem exercitu cõuenire iusso: & edicto p oram maritimam misso: nauibus omnis generis cõtractis a luna ꝓficiscens edixit: ut ad portum Pyrenẽ sequerenẽ: inde se frequẽti classe ad hostes ituꝝ. ꝑteruecti liguſtinos montes sinumque gallicũ: ad diẽ quã edixerat: cõuenerũt. inde Rhodã uentũ: & ꝑsidium hispanoꝝ: qđ in castello erat: ui deiectum. ab Rhoda secundo uẽto Emporias ꝓuentũ: ibi copiæ oẽs ꝑter socios nauales ĩ terrã expositæ. Iam tunc Emporiæ duo oppida erãt muro diuisa: unũ græci habebãt a Phocea: unde & massilienses oriũdi: alterum hispani. sed græcũ oppidũ in mare expositũ totũ orbem muri minus quadringentos passus patentẽ habebat. hispanis retractior a mari triũmilliũ passuũ incircuitu murus erat. tertiũ genti romani coloni ab diuo Cæsare post deuictos Põpeii liberos allecti: nunc in corpus unũ confusi oẽs: hispanis prius postremo & græcis in ciuitatẽ romanã ascitis. Mirareẽ qui tũc cerneret apto mari ab altera parte: ab altera hispãis tã fera & bellicosa gente obiectis: quæ res eos tutareẽ. disciplina erat custos infirmitatis: quã inter ualidiores optime timor cõtinet. Partẽ muri uersam ĩ agros egregie munitã habebãt: una tantũ in eã regionẽ porta imposita: cuius uel assiduus custos aliquis ex magistratibus erat. nocte pars tertia ciuiũ ĩ muris excubabat: neq; moris tanti aut legis causa: sed quanta: si hostis ad portas esset: obseruabãt uigilias: & circũibant cura. hispanũ neminẽ in urbẽ recipiebãt: ne ipsi quidẽ temere urbe excedebãt: ad mare patebat omĩbus exitus. Porta ad hispanoꝝ oppidũ uersa nunquã nisi frequentes: pars tertia fere: cuius ꝓxima nocte uigiliæ ĩ muris fuerant: egrediebantur. causa exeundi hæc erat: cõmertio eoꝝ hispani imprudentes maris gaudebant: mercariq; & ipsi ea: quæ externa nauibus inueherenẽ: & agroꝝ exigere fructus uolebãt. huius mutui usus desiderium: ut hispana urbs græcis pateret: faciebat. Erant etiam eo tutiores: qđ sub umbra romanæ amicitiæ latebant: quã sicut minoribus uiribus quã massilienses: ita pari colebant fide. tunc quoq; consulẽ exercitũq; comiter ac benigne acceperũt. Paucos ibi moratus dies Cato dũ exploraret: ubi & quãtæ hostium copiæ essent: ut ne mora quidem segnis esset: omne id tempus exercendis militibus consumpsit. Id erat forte tẽpus anni: ut frumẽtũ ĩ areis haberẽt: itaq; redẽptoribus uetitis frumentũ parare ac Romã dimissis: bellũ: inqt: seipsũ alet. ꝓfectus ab Emporis agros hostiũ urit: uastatq;: oĩa fuga & terrore cõplet. Eodẽ tempore Heluio decedẽti ex ulteriore Hispãia cũ ꝑsidio sexmilliũ dato ab. Ap. Claudio ꝓtore: celtiberi agmĩe ingẽti ad oppidũ Iliturgim occurrerunt: uigintimillia armatorum fuisse Valerius scribit: duodecimillia ex iis cæsa: oppidum Iliturgim receptum: & puberes omnis interfectos. inde ad castra Catonis Heluius peruenit: & quia tuta iam ab hostibus regio erat: præsidio in ulteriorem Hispaniam remisso Romam est

profectus:& ob rem fœliciter geſtam ouans urbem eſt ingreſſus:argẽti infecti tulit in ærarium quattuordecimmillia pondo ſeptingentatrigĩtaduo & ſignati bigatoꝝ.xvii.millia.xxiii.& aſcenſcis argẽti.c.xx.millia.cccc.xxxviii.cauſa negati triumphi fuit:quod alieno auſpicio & in aliena prouĩcia pugnaſſet. Cæterum biẽnio poſt redierat:cum ꝓuincia quoq; ſucceſſori Minutio tradita annũ ſequẽtem retẽtus ibi lõgo & graui fuiſſet morbo.itaq; duobus modo mẽſibus ante Heluius ouans urbẽ ẽ ĩgreſſus:quã ſucceſſor eius.Q. Minutius triũpharet.hic quoq; tulit argẽti põdo trigĩtaquattuormillia:octingenta bigatoꝝ.lxxiii.millia: & aſcenſcis argẽti.cc.lxxviii.millia.In Hiſpania ĩterim conſul haud procul Emporis caſtra habebat: eo legati tres ab ilergetũ regulo Biliſtagæ:in quibus unus filius eius erat:cõuenerunt: querẽtes caſtella ſua oppugnari:nec ſpem ullã eſſe reſiſtẽdi:niſi præſidiũ romãi miſiſſent:quinamillia militũ ſatis eſſe: nec hoſtes ſi tanta manus ueniſſet:mãſuros. Ad ea cõſul moueri quidem ſe uel periculo eoꝝ uel metu dicere:ſed ſibi nequaquã tantũ copiaꝝ eſſe:ut cũ magna uis hoſtiũ haud ꝓcul abſit:cũ qua mox ſignis collatis dimicandum ſibi in dies expectet:diuidẽdo exercitũ minuere tuto uires poſſet.Legati ubi hoc audierũt:flentes ad genua cõſulis ꝓuoluũtur:orant:ne ſe in rebus tam trepidis deſerat:quo ẽnĩ ſe repulſos ab romanis ituros? nullos ſe ſocios:nihil uſquã ĩ terris aliud ſpei habere:potuiſſe ſe extra id piculũ eẽ:ſi decedere fide: ſi cõiurare cũ cæteris uoluiſſent:nullis minis:nullis piculis ſe motos ſperãtes ſatis opis & auxilii ſibi ĩ romãis eẽ: id ſi nullũ ſit:ſi ſibi a cõſule negẽt:deos hoieſq; ſe teſtes facere:iuitos & coactos ſe ne eadem: quæ ſagũtini paſſi ſunt:patiãtur defecturos:& cũ cæteris potius hiſpanis quã ſolos perituos eẽ.& illo quidẽ die ſic ſine reſponſo dimiſſi.Conſulẽ nocte:quæ ĩſecuta ẽ:ãceps cura agitare:nolle deſerere ſocios:nolle minuere exercitum:quod aut horam ſibi ad dimicãdũ:aut ĩ dimicãdo ꝓiculũ afferre poſſet.ſtat ſentẽtia non minuere copias:neqd ĩterim hoſtes ĩſerant ignomĩæ:ſociis ſpem ꝓ re oſtendẽdã cẽſet:ſæpe uana ꝓ ueris maxime ĩ bello ualuiſſe:& credẽtẽ ſe aliqd auxilii habere:perĩde atq; haberet ipſi fiducia & ſperãdo atq; audẽdo ſeruatum.Poſtero die legatis reſpõdit:quanquã ue reaẽ:ne ſuas uires aliis eas cõmodãdo minuat:tamẽ illoꝝ ſe tẽporis ac piculi magis:quã ſui rationẽ habere. denũciari militũ parti tertiæ ex oĩbus cohortibus iubet: ut cibũ:quẽ in naues ĩponant:mature coquant:naueſq; in diẽ tertiũ expediri iuſſit.duos ex legatis Biliſtagi atq; ilergetibus nũciare ea iubet:filiũ reguli cõiter habendo & muneribus apud ſe retinet.Legati nõ ante ꝓfecti:quã impoſitos in naues milites uiderunt: id pro haud dubio iam nũciantes non ſuos modo:ſed etiam hoſtes fama romani auxilii aduentantis impleuerunt.Conſul ubi ſatis:quod in ſpem fuit: oſtentatũ eſt:reuocari ex nauibns milites iubet:ipſe cum iam id tẽpus anni appeteret:quo geri res poſſent:caſtra hyberna mille paſſuũ ab Emporis poſuit:inde ꝓ occaſiones nũc hac parte:nũc illa modico ꝓſidio caſtris relicto ꝓdatum milites in hoſtium agros educebat: nocte ferme ꝓficiſcebanẽ: ut & quanlongiſſime a caſtris procederent:& inopinantes opprimerent.& exercebat ea res nouos milites:& hoſtiũ magna uis excipiebatur:nec iam egredi extra munimenta caſtelloꝝ audebant. Vbi ſatis admodũ & ſuoꝝ & hoſtiũ animos eſt expertus:conuocari tribunos præfectoſq; & equites omnes & cẽturiones iuſſit.Tempus:inquit: quod ſæpe optaſtis:uenit: quo uobis poteſtas fieret uirtutẽ ueſtram oſtendẽdi:adhuc ꝓdonum magis:quã bellantium militaſtis more:nunc iuſta pugna hoſtes cum hoſtibus conſeratis manus:nõ agros inde populari:ſed urbium opes haurire licebit.Patres noſtri cum Hiſpania carthaginẽſiũ & ĩperatores ibi & exercitus eẽnt: ipſi nullum ĩperatorem:nullos in ea milites haberent:tamẽ addere hoc in fœdere uoluerunt: ut ĩperii ſui iberus fluuius eſſet finis:nunc cũ duo ꝓtores:cũ conſul:cũ tres exercitus rõani Hiſpaniã obtineant: & carthaginenſiũ iam ꝓpe decẽ annis nemo in his ꝓuinciis ſit : ĩperiũ nobis citra ibeꝝ amiſſum eſt. hoc armis & uirtute recuperetis:oportet:& nationẽ rebellantem magis temere:quã conſtanter bellantem:iugũ: quo ſe exuit:accipere rurſus cogatis.In hunc modũ maxime adhortatus pronunciat ſe nocte ad caſtra hoſtium ductuꝝ.ita ad corpora curanda dimiſſi.nocte media: cũ auſpicio operã dediſſet: ꝓfectus: ut locũ:quẽ uellet:priuſquã hoſtes ſentirent: caperet : præter caſtra hoſtiũ circũducit ; & prima luce acie ĩſtructa ſub ipſũ uallũ tres cohortes mittit.Mirãtes barbari a tergo apparuiſſe romanũ diſcurrere ipſi ad arma:ĩterim cõſul apud ſuos nuſquã:niſi in uirtute ſpes eſt milites:inquit:& ego ſedulo:ne eſſet:feci: ĩter caſtra noſtra & nos medii hoſtes:& ab tergo hoſtiũ ager eſt:quod pulcherrimum idem tutiſſimum eſt:in uirtute ſpem poſitã habere.Sub hæc cohortes recipi iubet:ut barbaros ſimulatione fugæ educeret.id:quod crediderat:euenit: pertimuiſſe & cedere rati romanos porta erumpũt:& quantũ inter caſtra ſua:& hoſtium aciem relictum erat loci:armatis complẽt:dum trepidant acie inſtruenda conſul iam paratis ordinatiſq; omnibus incõpoſitos aggreditur:equites primos ab utroq; cornu in pugnam educit:ſed in dextero extemplo pulſi: cedenteſq; trepidi etiam pediti terrorem intulere.Quod ubi uidit conſul:duas cohortes delectas ab deſtero latere hoſtium circunduci iubet:& ab tergo ad eos tendere:priuſquã concurerẽt peditum acies. is terror obiectus hoſti rem meto romanoꝝ equitũ inclinatã æquit.tamẽ adeo turbati erant dexteræ alæ equites: peditesq; ut quoſdã cõſul manu ipſe repræhenderit:uerteritq; in hoſtem.& quandiu miſſilibus pugnatũ eſt: anceps pugna erat.& iam ab dextera pte:unde terror & fuga cœperat:ægre rõanus reſiſtebat:a ſiniſtro cornu & ab frote urgebanẽ barbari:& cohortes ab tergo iſtãtes pauidi reſpiciebãt.& emiſſis ſoli ferreis falariciſq; gladios ſtrixerũt:tũ uelut reditegrata ẽ pugna:nõ geſi ictibus ꝓcul ex ĩprouiſo uulnerabanẽ:ſed pede collato tota in uirtute ac uiribus ſpes erat.Feſſos iam ſuos conſul ex ſecunda acie ſubſidiariis cohortibus in pugnam inductis accendit:noua acies facta:ĩtegri recentibus telis fatigatos adorti hoſtes primum acri

impetu uelut cuneo ꝑculerunt:deinde diſſipatos in fugam auerterunt: effuſo ꝑagros curſu repetebantur. Vbi omnia fuga completa uidit Cato:ipſe ad ſecundam legionem:quæ in præſidio poſita erat:reuehit; & ſigna præſe ferri:plenoq; gradu ad caſtra hoſtium oppugnanda ſuccedere iubet:ſiquis extra ordinem auidus ꝑcurrit:& ipſe inter equites ſparo ꝑcutit:& tribunos centuriõeſq; caſtigare iubet. Iam caſtra oppugnabantur:ſaxiſq; & ſudibus & omni genere teloꝝ ſummouebãtur a uallo rõani. ubi recens admota legio eſt: tum & oppugnantibus animus creuit:& infenſius hoſtes ꝑ uallo pugnabãt. Conſul omnia oculis pluſtrat: ut qua minima ui reſiſtitur:ea ꝑte irrumpat:ad ſiniſtrã portam infrequentes uidet:eo ſecundæ legiõis principes haſtatoſq; inducit. Non ſuſtinuit impetũ eoꝝ ſtatio:quæ portæ appoſita erat: & cæteri poſteaquam intra uallũ hoſtes uident:ipſi caſtris exuti ſigna armaq; abiiciunt. cædunt in portis ſuometipſi agmine in arto hærentes. ſecũdani terga hoſtiũ cædunt:cæteri caſtra diripiunt. Valerius Antias ſupra. xl. milia hoſtiũ cæſa eo die ſcribit. Cato ipſe haud ſane detrectator laudũ ſuaꝝ multos cæſos ait:numeꝝ nõ ſcribit. Nihil deide a uictoria ceſſatũ: cum receptui ſigno dato ſuos ſpoliis honuſtos i caſtra reduxiſſet:paucis horis noctis ad quieté datis ad ꝑdandum in agros duxit. Effuſius ut ſparſis hoſtibus fuga ꝑdati ſunt:quæ res nõ minus quã pugna pridie aduerſa emporitanos hiſpanos accolaſq; eoꝝ in deditioné cõpulit. multi & aliaꝝ ciuitatum:qui Emporias pfugerãt:dediderũt ſe:quos oĩs appellatos benigne domos dimiſit. Confeſtim inde caſtra mouit:& quacũq; icedebat agmẽ:legati dedentium ciuitate ſuas occurrebãt. & cum Tarraconem uenit:iam oĩs cis iberum Hiſpania ꝑdomita erat:captiuiq; & romani & ſociũ ac latini noĩs uariis caſibus in Hiſpania oppreſſi domũ conſulis a barbaris reducebãtur. Fama inde uulgatur:conſulé in Turdetaniam exercitum ductuꝝ:& ad deuios montanos ꝓfectuꝝ etiam falſo platũ eſt. Ad hunc uanum & ſine auctore ullo rumoré bergiſtanoꝝ ciuitates ſeptem:& aliquot caſtella defecerunt:eos deducto exercitu compulſos ne memorãdo prælio in poteſtaté redegit. Haud ita multo poſt idem regreſſo Tarraconé cõſule:prius:quã inde quoq; ꝓcederet: defecerũt. Iteꝝ ſubacti:ſed nõ eadem uenia uictis fuit:ſub corona ueniere oés:ne ſæpius pacé ſollicitarét. Interim Publius Manlius prætor exercitu uetere a. Qu. Minutio: cui ſucceſſerat accepto:adiuncto & a. P. Claudio Nerone ex ulteriore Hiſpania uetere item exercitu i Turdetaniã ꝓficiſcit. Omnium hiſpanoꝝ maxie ibelles habent turdetani:fræti tamẽ multitudie ſua obuiã ierunt agmini rõano. Eques imiſſus turbauit extẽplo acies eoꝝ:pedeſtre præliũ nullius ferme certaminis fuit: milites ueteres periti hoſtiũ belliq; haud dubiã pugnam fecerũt. Nec tamẽ ea pugna debellatum eſt. x. millia celtiberoꝝ mercede turduli cõducunt:alieniſq; armis parabant bellũ. Conſul iterim rebellione bergiſtanoꝝ ictus cæteras quoq; ciuitates ratus per occaſioné idé facturas:arma oĩbus cis iberũ hiſpanis ademit. quã rem adeo ægre paſſi:ut multi morté ſibimetipſis conſciſcerét:ferox gens nullã uitã ratis ſine armis eſſe. Quod ubi conſuli nunciatũ eſt:ſenatores oĩum ciuitatũ ad ſe uocari iuſſit:atq; iis Non noſtra:inquit:magis: quã ueſtra refert uos nõ rebellare:ſiquidẽ id maiore hiſpanoꝝ malo:quã exercitus romani labore ſemp adhuc factum eſt:id ut ne fiat:uno modo cauẽdũ arbitror poſſe:ſi effectũ erit:ne poſitis rebellare. uolo id quãmolliſſima uia cõſequi:uos quoq; in ea re cõſilio me adiuuare:nullũ libẽtius ſequar: quã quod uoſmetipſi attuleritis: Tacẽtibus ſpatiũ ſe ad deliberandũ dieꝝ paucoꝝ dare dixit:cũ reuocati ſecundo quoq; concilio tacuiſſent:uno die muris omniũ dirutis ad eos:qui nondũ parebant:ꝓfectus:ut in quãq; regioné uenerat: omnes:qui circũ incolebãt:populos in deditioné accepit. Segeſtiam tantũ grauẽ atq; opulentã ciuitaté uineis & pluteis cepit. Eo maioré habebat difficultaté in ſubigendis hoſtibus:quã qui primi uenerãt in Hiſpaniam:qđ ad illos tædio ĩperii carthaginenſiũ hiſpani deficiebãt:huic extirpata libertate in ſeruituté uelut aſſerẽdi erãt. Et ita mota oĩa accepit:ut alii in armis eẽnt:alii obſidione ad defectioné cogerent. nec niſi in tẽpore ſubuentũ foret:ultra ſuſtẽtaturi fuerint. Sed in cõſule ea uis animi atq; ingenii fuit: ut omnia maxia minimaq; ꝑ ſe adiret:atq; ageret:nec cogitaret modo:ĩperaretq;:quæ ĩ rem eẽnt:ſed plæraq; ipſe trã figeret. nec inquenquã oĩum grauius ſeueriuſq; quã in ſemetipſum ĩperiũ exerceret: parſimonia & uigiliis & labore cũ ultimis militũ certaret:nec quicquã in exercitu ſuo ꝓcipui præter honoré atq; imperiũ haberet. Difficilius bellũ in Turdetania prætori rõano. P. Manlio celtiberi mercede exciti ab hoſtibus:ſicut ante dictũ eſt:faciebant. itaq; eo cõſul accerſitus litteris ꝓtoris legiones duxit. Vbi eo uenit: caſtra ſeparatim celtiberi & turdetani habebãt:cũ turdetanis extẽplo leuia ꝓlia incurſantes ſtationes eoꝝ rõani faciebant: ſempq; uictores ex quãuis temere cœpto certamie abibant. Ad celtiberos in colloquiũ tribunos militum ire conſul:atq; iis triũ conditionũ electioné ferre iubet:primã ſi tranſire ad rõanos uelint:& duplex ſtipendium accipere:quã quantũ aturdetanis pepigiſſent:alterã:ſi domos abire publica fide accepta nihil eã rem noxiæ futurã:qđ hoſtibus:ſe romanoꝝ iunxiſſent:tertiã: ſi utiq; bellũ placeat:diem locũq; cõſtituant:ubi ſecũ armis decernant. Aceltiberis dies ad conſultandũ petita:conciliũ ĩmixtis turdetanis habitũ magno cũ tumultu:eo minus decerni quicquam potuit. Cum incertum bellum an pax cum celtiberis eſſet:commeatus tamen haud ſecus quam in pace ex agris caſtelliſque hoſtium romani: portabant. deinde ſæpe munimenta eorum uelut communi pacto commertio priuatis inducĩs ingredientes. Conſul ubi hoſtes ad pugnam elicere nequit:primum prædatum ſub ſignis aliquot expeditas cohortes in agrum integræ regionis ducit:deinde audito Secũtiæ celtiberum oĩs ſarcinas ĩpedimẽtaq; relicta:eo ꝓgit ducere ad oppugnãdum. Poſteaquã nulla mouent re:perſoluto ſtipendio nõ ſuis modo:ſed etiã prætoris militibus:relictoq; omni exercitu in caſtris prætoris: ipſe cum ſeptem cohortibus ad iberum eſt regreſſus. Ea tam exigua manu

oppida aliquot cepit:defecere ad eum ſedetani:auxetani:ſueſſetani.Lacetanos deuiam & ſilueſtram gentē cum inſita feritas cōtinebat in arm is: tum conſcientia dum cōſul exercituſq; turdulo bello eſt occupatus depopulatoꝝ ſubitis ĩcurſionibus ſocioꝝ. Igitur ad oppidū eoꝝ oppugnandū conſul ducit non romanas modo cohortes:ſed & iuuentutē etiam merito infenſoꝝ iis ſocioꝝ. Oppidum:longū in altitudiné haud quaquá tantūdem patens habebat.quadringentos inde ferme paſſus conſtituit ſigna:ibidem lectarum cohortium ſtationē relinquens præcepit iis:ne ſe ex eo loco ante mouerent: quá ipſe ad eos ueniſſet:cæteras copias ad ulteriorē partē urbis circūducit: maximū ex omnibus auxiliis numeꝝ ſueſſetanæ iuuētutis habebat:eos ad murum oppugnandum ſubire iubet.Quoꝝ ubi arma ſignaq; lacetani cognouere:memores quam ſæpe in agro eoꝝ impune p̄ſultaſſent: quotiens ipſos ſignis collatis fudiſſent: fugaſſentq;:pateſacta repente porta uniuerſi in eos erumpunt. Vix clamorē eoꝝ nedum impetū ſueſſetani tulere:quod poſteaq̄ fuguꝝ:ut ratus erat:cōſul fieri etiā uidit: equo citato ſubter muꝝ hoſtium ad cohortes aduehitur:atq; eas arreptas effuſis oĩbus ad ſequendos ſuſſetanos:qua ſilentiū ac ſolitudo erat : in urbem ducit: priuſque oĩa cepit:quá ſe reciperent lacetani:mox ip̄os nihil p̄ter arma habentes in deditionē accepit. Confeſtim inde uictor ad Regium ducit Caſtrum:receptaculum id maxime p̄donum erat:& inde incurſiones in agros pacatos ꝓuinciæ eius fiebant.tranſudit inde ad conſulē princeps uergeſtanus:& purgare ſe ac populares cœpit:non eſſe in manu ipſis remp. p̄dones receptos totum ſuæ poteſtatis id Caſtrū feciſſe. Conſul eum domum redire:conficta aliqua ꝓbabili cur abfuiſſet cauſa:iuſſit:cum ſe muros ſubiſſe cerneret:intentoſq; p̄dones ad tuenda mœnia eſſe:tum uti cum ſuæ factionis hominibus memiſſent arcem occupare. Id:uti p̄ceperat:factum:repente anceps terror hinc muros aſcendentibus romanis:illinc arce capta barbaros circū uaſit.Huius potius loci conſul eos:qui arcem tenuerant: liberos eſſe cum cognatis ſuaque habere iuſſit: uergeſtanos cæteroſq; quæſtori:ut uenderet:imperauit:de prædonibns ſupplicium ſumpſit.Pacata ꝓuincia uectigalia magna inſtituit ex ferrariis argentariiſq;:quibus tum inſtitutis locupletior in dies ꝓuicia fuit. Ob has res geſtas ſupplicationem in tridum patres decreuerunt.Eadem æſtate alter conſul Valerius Flaccus ĩ Gallia cum boioꝝ manu ꝓpter litanam ſiluā ſignis collatis ſecundo prælio conflixit.octomillia gallorum cæſa traduntur:cæteri omnes inuicos ſuos atq; agros dilapſi. Conſul reliquum æſtatis circa padum Placentiæ & Cremonæ exercitū habuit:reſtituitq;:quæ in iis oppidis bello diruta fuerant. Cum hic ſtatus rerum in Italia Hiſpaniaq; eſſet:T.Quintius in Græcia ita hybernis actis:ut exceptis ætolis:quibus nec ꝓ ſpe uictoriæ p̄mia contigerant:nec diu quies placere poterat:uniuerſa Græcia ſimul pacis libertatiſq; pfruens bonis egregie ſtatu ſuo gauderet:nec magis in bello uirtutem romani ducis:quá in uictoria temperantiam iuſtitiāq; & moderationē miraretur:ſenatuſconſultū:quo bellū aduerſus Nabin lacedæmoniū decretum erat:affertur.Quo lecto Quintius conuentū Corinthū oĩum ſociaꝝ ciuitatū legationibus in diē certam edicit.ad quá ubi frequētes undiq; principes cōuenerunt:ita ut in ea ne ætoli quidē abeſſent:tali oratione eſt uſus.Bellum aduerſus Philippū non magis cōmuni aĩo conſilioq; romani & græci geſſerunt:quá utriq; ſuas cauſas belli habuerunt.nam & romanoꝝ amicitiā nūc carthaginēſes hoſtes eoꝝ iuuando: nūc hic ſociis noſtris oppugnādis uiolauerat:& in uos talis fuit:ut uobis etiā:ſi noſtraꝝ obliuiſceremur iniuriarum:ueſtræ iniuriæ ſatis digna cauſa belli fuerint.Hodierna conſultatio tota ex uobis pendet: refero enī ad uos utrum Argos:ſicut ſcitis ipſi:ab Nabide occupatos pati uelitis ſub diciōe eius eſſe: an æquū cenſeatis nobiliſſimam uetuſtiſſimāq; ciuitatem in media Græcia ſitam repeti in libertatem:& eodem ſtatu:quo cæteras urbes Pelopōnenſi & Græciæ eſſe.Hæc cōſultatio:ut uidetis:tota de re pertinente ad uos eſt:rōanos nihil contingit:niſi quatenus libertatis Græciæ unius ciuitatis ſeruitus nō plenam nec integrá gloriā eſſe ſinit.cæteꝝ ſi uos nec cura eius ciuitatis:nec exemplum:nec piculum mouet:ne ſerpat latius contagio eius mali:nos æqui boniq; facimus.de hac re uos conſulo:ſtaturus eo quod plures cenſueritis.Poſt orationem romani ĩperatoris p̄cenſeri alioꝝ ſententiæ cœptæ ſunt:Cum legatus athenienſium:quantū poterat gratiis agendis romanoꝝ in Græciá merita extuliſſet:ĩploratos auxilium aduerſus Philippū tuliſſe opem: nō rogatos ultro aduerſus tyrannū Nabin afferre auxilium:indignatuſq; eſſet hæc tanta merita ſermonibus tamē aliquoꝝ carpi futura calūniantiū:cum fateri potius p̄teritoꝝ gratiā deberent: apparebat incenſos ætolos.Igitur Alexander princeps gentis inuectus primū in athenienſes:qui libertatis quondā duces & auctores aſſentationis ꝓpriæ gratia cōmunem cauſam ꝓderent. queſtus deinde eſt achæos Philippi quōdam milites:poſtremū ab inclinata fortuna eius tranſfugas : & Corinthum recepiſſe : & id agere ut Argos habeant.ætolos primos hoſtes Philippi ſemp ſocios romanoꝝ pactos ĩ fœdere ſuas urbes agroſq; fore deuicto Philippo:fraudari Echineo & Pharſalo.iſumulauit fraudis romāos:quod uano titulo libertatis oſtētato Chalcidem & demetriadem p̄ſidiis tenerēt:qui Philippo cūctanti deducere inde p̄ſidia obiicere ſemp ſoliti ſunt.nūquā:donec Demetrias Chalciſq; & Corinthus tenerētur:liberam Græciā fore.Poſtremo qui remanēdi in Grǽcia retinēdiq; exercitus Argos:& Nabin cauſam facerent:deportarēt legiones in Italiam: ætolis polliceri aut cōdicione & uolūtate ſua Nabin p̄ſidium Argis deductuꝝ: aut ui atq; armis coacturos in poteſtate cōſentiētis Græciæ eſſe. Hac uani loquentia primum Ariſthenum p̄rorem achæoꝝ exci tauit. Ne iſtud:inquit:Iupiter optimus maximus ſinat:Iunoq; regina:cuius in tutela Argi ſunt: ut illa ciuitas inter tyrānum lacedæmoniū & latrones ætolos p̄mium ſit poſita in eo diſcrimine:ut miſerius a nobis recipiatur:quá ab illo capta eſt.Mare interiectū ab iſtis p̄donibus nō tuetur nos.T.Quinti.quid ſi ĩ media

Peloponneſo arcem ſibi fecerint:futuꝝ nobis eſt:linguā tantū græcoꝝ habent ſicut ſpeciem hoſtium,moribus ritibuſq; efferatioribus:quā ulli barbari immanes bælluæ uiuunt.Itaq; uos rogamus romani: ut & ab Nabide Argos recuperetis:& ita res Græciæ cōſtituatis:ut a latrocinio quoq; ætoloꝝ ſatis pacata hæc relinquatis.Romanus cōſul cunctis undiq; ſtrepantibus ætolos reſponſuꝝ ſe fuiſſe iis dixit:niſi ita infenſos oīs in eos uideret:ut ſedandi potius:quā irritandi eſſent:cōtentum itaq; opinione ea: quæ de romanis ætoliſq; eſſet,referre ſe dixit:quid de Nabidis bello placeret:niſi redderet achæis Argos.Cum oēs bellum decreuiſſent:auxilia:ut ꝑ uiribus ſuis quoq; ciuitates mitterent:eſt hortatus.ad ætolos legatos etiam miſit:magis ut nudaret aīos:id quod euenit:quā ſpe impetrari poſſe,tribunis militū ut exercitū ab Hellacia accerſerent:imperauit.Per eoſdem dies & Antiochi legatis de ſocietate agētibus reſpōdit:nihil ſe abſentibus decē legatis ſententiæ habere:Romā eundū ad ſenatū iis eſſe.ipe copias eductas ab Hellacia ducere Argos ꝓgit:atq; ei circa Cleonas Ariſthenus ꝓtor achæoꝝ cū.x.millibus achæoꝝ militibus occurrit:& haud ꝑcul inde iunctis exercitibus poſuerūt caſtra.Poſtero die ī campum argiuoꝝ deſcēderunt:& quattuor fere millia ab Argis locū caſtris capiūt.Præfectus ꝓſidio laconū Pythagoras gener idē tyrāni & uxoris eius frater: qui ſub aduētū rōanoꝝ & utraſq; arces (nā duas habēt Argi)& loca alia:quæ opportuna aut ſuſpecta erāt:ualidis præſidiis firmauit,ſed inter agenda hæc pauoꝝ iniectum aduentu romanoꝝ diſſimulare haudquaquā poterat:& ad externū terroꝝ inteſtina etiam ſeditio acceſſit. Democles erat argiuus adoleſcēs maioris animi:quā cōſilii:qui primo iureiurādo īterpoſito de ꝓſidio expellēdo cū idoneis collocutus: dū uires adiicere cōiurationi ſtudet: incautior fidei æſtimator fuit.colloquentē eū cū ſuis ſatelles a præfecto miſſus cū accerſeret,ſenſit ꝑditum conſilium eſſe:hortatuſq; coniuratos:qui aderāt:ut potius: quā extorti morerent:arma ſecū caperēt:atq; ita cū paucis ī foꝝ ire pgit clamitans:ut qui ſaluam rēp.uellent: auctorem & ducē ſe libertatis ſequerentur:haud ſane mouit quenquam:quia nihil uſquam ſpei ꝑpinquæ nedum ſatis firmi præſidii cernebant.Hæc uociferantē eum lacedæmonii circunuentū cum ſuis interfecerunt.compræhenſi deinde quidā:& alii ex iis occiſi plures:pauci in cuſtodiam cōiecti ꝓxima nocte funibus ꝑ muꝝ demiſſi ad romanos tranſfugerunt.Quintius affirmantibus iis ſi ad portam romanus exercitus fuiſſet:non ſine effectu motum illum futuꝝ fuiſſe:ſi ꝑpius caſtra admouerentur:non quieturos argiuos:miſit expeditos equites peditesq;:qui circa Cylarabin gymnaſium(id eſt minus trecentos paſſus ab urbe)cū erūpentibus a porta lacedæmoniis prælium cōmiſerūt:atq; eos aut magno certamine cōpulerūt ī urbem:& caſtra eo ipſo loco:ubi pugnatū erat:imperator romanus poſuit.Diem unū ī ſpeculis fuit: ſiqd noui motus oriref:poſteaquā oppreſſam metu ciuitatē uidit:aduocat cōciliū de oppugnādis Argis.Oīum ꝓcipuū Græciæ præter Ariſthenū eadē ſententia erat:cū cauſa belli non alia eſſet inde potiſſimū ordiendi belli.Quītio id nequaquā placebat:ſed Ariſthenū cōtra oīum conſenſum diſſerentem cū haud dubia approbatiōe audiuit:& ipſe adiecit cū ꝑ argiuis aduerſus tyrannū bellum ſuſceptū ſit:quid minus conueniens eſſe quā omiſſo hoſte Argos oppugnari?ſe uero caput belli Lacedæmonē & tyrannū petituꝝ:& dimiſſo cōcilio frumēratum expeditas cohortes miſit,quod maturi erat circa:demeſſum & conuectum eſt: uiride ne hoſtes mox haberēt ꝓtritum & corruptū,caſtra deinde mouit:& parthenio mōte ſuperato præter Tegeam tertio die ad Carrhias poſuit caſtra, ibi priuſquā hoſtiū intraret agrū:ſocioꝝ auxilia expectauit,uenerunt macedones a Philippo duomillia &.dcc.& theſſaloꝝ equites quadringenti:nec iam auxilia: quoꝝ affatim erat:ſed cōmeatus finitimis urbibus īperati morabant romanū.nauales quoq; magnæ copiæ cōueniebāt:iam ab Leucada.L.Quintius cū.xl.nauibus uenerat:iā rhodiæ.x.& octo tectæ naues:iam Eumenes rex circa Cycladas inſulas erat cū.x.tectis nauibus triginta lembis mixtiſq; aliis minoris formæ nauibus.ipſoꝝ quoq; lacedæmonioꝝ exules ꝓmulti tyrannorum iniuria pulſi ſpe recupandæ patriæ in caſtra romana cōuenerūt.multi ante erāt iam ꝑ aliquot ætates:ex quo tyrāni tenebant Lacedæmonē: alii ab aliis expulſi:princeps erat exulū Ageſiopolis:cuius iure gētis regnum Lacedæmoniæ erat pulſus infans ab Lycurgo tyranno poſt mortem Cleomenis:qui primus tyrannus Lacedæmoniæ fuit. Cum terra mariq; tantum bellū circunſtare tyrannū:& ꝑpe nulla ſpes eſſet:uires ſuas hoſtiūq; æſtimanti,nō tamē omiſit bellū:ſed a Creta mille delectos iuuentutis eoꝝ exciuit:cū mille iā haberet:& triamillia mercennariorū militū.x.millia populariū cū caſtellanis agreſtibus ī armis habuit:& foſſa ualloq; urbē cōmuniuit:& ne quid inteſtini motus oriref:metu & acerbitate pœnaꝝ tenebat aīos.Quoniam ut ſaluum uellent tyrannum:ſperare nō poterat:cū ſuſpectos quoſdam ciuium haberet:eductis oībus in campū copiis: poſitis armis:ad cōcionē uocari iubet lacedæmonios:atq; eoꝝ cōcioni ſatellites armatos circūdedit:& pauca præfatus cur ſibi oīa timēti cauētiq; ignoſcēdū ī tali tēpore foret:& ipſoꝝ referre ſiquos ſuſpectos ſtatus præſens reꝝ faceret; ꝓhiberi potius nequid moliri poſſint:quā puniri molientes.Itaq; quoſdā ſe ī cuſtodia habituꝝ:donec ea:quæ inſtat:tempeſtas ꝓtereat:hoſtibus repulſis:a quibus ſi mōſto ꝑditio īteſtina ſatis cauef:minus ꝑiculi eſſe:extēplo eos emiſſuꝝ.ſub hæc citari noīa octoginta ferme principū iuuētutis iuſſit: atq; eos:ut quiſq; ad nomē reſpōderat:in cuſtodiā tradidit:nocte inſequēti oēs interfecti.Ilotaꝝ deīde qui dā(ii ſunt iā inde antiquitus caſtellani agreſte genus)tranſfugere uoluiſſe inſimulati ꝑ oēs uicos ſub uerberibus acti necantur.Hoc terrore obſtupuerant multitudinis animi ab omni conatu nouoꝝ cōſilioꝝ. Intra munitiōes copias cōtinebat:nec parem ſe ratus ſi dimicare acie uellet:& urbem relinquere tam ſuſpectis & īcertis omnium animis metuens.Quintius ſatis iam omnibus ꝑ patiis ꝓfectus ab ſtatiuis die poſtero

C

ad ſellas ſup eurotam fluuiũ ꝓuenit:quo in loco Antigonus macedonũ rex cũ Cleomene lacedæmonioꝝ tyranno ſignis collatis dimicaſſe dicebaſ.inde cũ audiſſet aſcenſum difficilis & artæ uiæ eſſe:breui ꝑ mõtis circuitũ ꝑmiſſis:qui munirẽt uiã lato ſatis & patenti limite ad eurotam amnem ſub ipſis ꝓpe fluentem mœnibus ꝓuenit. Vbi caſtra mœtãtes romanos:Quintiũq; ipm cum equitibus atq; expeditis ꝑgreſſum auxiliis tyranni adorti ingentem terrorem ac tumultum coniecerunt nihil tale expectantis:quia nemo iis obuiis toto itinere fuerat:ac uelut pacato agro trãſierãt. Aliquandiu peditibus equites : equitibus pedites uocantibus:cũ i ſe cuiq; minimũ fiduciæ eſſet:trepidatũ ẽ:tandẽ ſigna legionũ ſupuenerũt: & cum primi agminis cohortes iductæ in præliũ eſſent:qui mõ terrori fuerant:trepidãtes in urbẽ cõpulſi ſunt. Romani cum tantum a muro receſſiſſent:ut extra ictum teli eſſent:acie directa pauliſper ſteterũt: poſteaquam nemo hoſtium contra exibat:redierunt in caſtra. Poſtero die Quintius ꝓpe fluuium ꝑter urbem ſub ipſas mænali montis radices: cũ duceret copias inſtructas:ꝓgit primæ legionariæ cohortes ibãt:leuis armatura & equites agmen cogebant. Nabis intra murum inſtructos patoſq; ſub ſignis habebat mercẽnarios milites:in quibus oĩs fiducia erat: ut ab tergo hoſtem aggrederetur. poſteaquã extremũ agmẽ præteriit: tũ ab oppido eodem:quo pridie eruperant:tumultu pluribus ſimul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat:qui ad id:qđ futuꝝ erat:ne inopinate accideret:ꝑparatis ſuoꝝ animis ſigna extemplo cõuertit:totũq; in hoſtem agmen circunegit.itaq; uelut rectæ acies cõcurriſſent:iuſtum aliquandiu ꝓlium fuit:tandẽ Nabidis milites in fugam inclinauerunt:quæ minus trepida fuiſſet:ni achæi locoꝝ prudentes inſtitiſſent: ii & cædes ingentes ediderunt:& diſperſos paſſim fuga plæroſq; armis exuerunt. Quĩtius ꝓpe Amyclas poſuit caſtra:unde cum populatus oĩa circuniecta urbi frequentis & amœni agri loca eſſet:nullo iam hoſtium portam excedente mouit caſtra ad flumen aranta:inde uallem taygeto ſubiectam agroſq; ad mare pertinentes euaſtat. Eodem tempore. L. Quintius maritimæ oræ oppida partim uoluntate: ptim metu aut ui recipit:certior deinde factus Gyttheum oppidum omnium maritimarum rerum lacedæmoniis receptaculum eſſe:nec ꝓcul a mari caſtra romana abeſſe oĩbus id copiis aggredi cõſtituit. erat eo tẽpore ualida urbs & multitudine ciuium incolarumq;:& omni bellico apparatu ĩſtructa. In tempore Quintio rem haud facilem aggredienti rex Eumenes & claſſis rhodioꝝ ſuperuenerũt.ingens multitudo naualiũ ſociorũ e tribus cõcitata claſſibus intra paucos dies oĩa:quæ ad oppugnationẽ urbis terra mariq; munitæ facienda opera erant:effecit. Iam teſtudinibus admotis murus ſubruebaſ:iam arietibus quatiebaſ : itaq; una crebris ictibus euerſa ẽ turris:qđq; circa muri erat:caſu eius ꝓſtratum:& romani ſimul a portu:unde aditus planior erat:ut diſcederẽt ab apertiore loco hoſtes:ſimul ꝑ patefactum ruina iter irrumpere conãtur. nec multũ abfuit:quin:qua intenderãt:penetrarent:ſed tardauit impetũ eoꝝ ſpes obiecta dedendæ urbis: mox deinde eadẽ turbata. Dexagorides & Gorgopas pari ĩperio ꝑerant urbi. Dexagorides miſerat ad legatũ romanũ traditurus urbẽ:& cum ad eam rem tempus & ratio cõueniſſet:a Gorgopa ꝓditor iterficitur: intentiuſq; ab uno urbs defendebaſ:& difficilior facta oppugnatio erat:ni. T. Quintius cũ quattuormillibus delectoꝝ militũ ſupueniſſet. Iis cũ ſupcilio haud ꝓcul diſtantis tumuli ab urbe inſtructam aciẽ oſtẽdiſſet:ex altera pte. L. Quintius ab operibus ſuis terra mariq; ĩſtaret:tũ uera deſperatio Gorgopam quoq; cogit id cõſilii:qđ ĩ altero morte uĩdicauerat:cape:& pactus ut abducere inde milites:quos pſidii cauſa habebat:liceret:tradidit Quĩtio urbẽ. Priuſquã Gyttheum traderef:Pythagoras præfectus Argis relictis:tradita cuſtodia urbis Timocrati pellenenſi cũ mille mercennariis militibus & duobus millibus argiuoꝝ La cedæmonen ad Nabin uenit. Nabis ſicut primo aduẽtu romanæ claſſis & traditione oppidoꝝ maritimæ oræ conterritus erat:ſic parua ſpe cũ acquieuiſſet:Gyttheo ab ſuis retẽto:poſteaq̃ id quoq; traditũ rõanis audiuit eſſe:cũ ab terra oĩbus circa hoſtibus nihil ſpei eſſet:a mari quoq; toto ſe intercluſum:tũc cedẽdũ fortunæ ratus caduceatorẽ primũ in caſtra miſit ad explorandũ:ſi paterenf legatos ad ſe mitti. qua impetrata re Pythagoras ad imperatorẽ uenit nullis aliis mandatis:quã ut tyranno colloqui cũ ĩperatore liceret. Cõcilio cõuocato cũ omnes dandum colloquium cenſuiſſent:dies locuſq; conſtituit in mediæ regionis tumulos:modicis copiis ſequentibus:cũ ueniſſent:relictis ibi ĩ ſtatione cõſpecta utrinq; cohortibus. Nabis cũ delectis cuſtodibus corporis:Quĩtius cum fratre & Eumene rege:& Soſila rhodio:& Ariſtheno achæoꝝ ꝓtore tribuniſq; militũ paucis deſcendit. Ibi pmiſſo ut ſeu dicere prius:ſeu audire mallet:ita cœpit tyrannus. Si ipſe ꝑ me Quinti uoſq;:qui adeſtis:cãm excogitare:cur mihi aut indixiſſetis bellum : aut inferretis:poſſem:tacitus euentũ fortunæ meæ expectaſſem:nũc ĩperare aĩo nequeo:quin priuſq̃ periré : cur periturus eſſem:ſcirem. & hercule ſi tales eſſetis:quales eſſe carthaginẽſes fama ẽ:apud quos nihil ſocietatis fides ſancti haberet:ĩ me quoq; uobis:quid faceretis:minus penſi eſſe nõ mirarer:nũc uos cũ intueor romanos eſſe:qui reꝝ diuinaꝝ fœdera humanarũq; fidem ſocialẽ ſanctiſſimã habeatis : cũ me ipſe reſpexi:eũ eſſe ſpero:cui & publice ſicut cæteris lacedæmoniis uobiſcũ uetuſtiſſimũ fœdus ſit:& meo noĩe priuatim amicitia ac ſocietas nuper Philippi bello renouata. At enim ego uiolaui:& euerti:qđ argiuoꝝ ciuitatẽ teneo. quo modo hoc tuear:re an tẽpore:res mihi duplicẽ defenſionẽ ꝓbet:nã & ipſis uocãtibus & tradẽtibus urbẽ eã accepi:nõ occupaui:& accepi urbẽ:cũ Philippi ptium non in ueſtra ſocietate eſſet. tempus aũt me liberat:qđ cũ Argos haberẽ:ſocietas mihi uobiſcũ cõuenit:ut uobis mitterẽ ad bellũ auxilia: nõ ut Argis præſidiũ deduceré:pepigiſtis. ac hercle ĩ ea cõtrouerſia:quæ de Argis ẽ:ſuperior ſum & eq tate rei:qđ nõ ueſtram urbẽ:ſed hoſtiũ:qđ uolentẽ:nõ ui coactã accepi:& ueſtra cõfeſſione qđ ĩ condicionibus

ſocietatis mihi Argos reliquiſtis.cæteꝝ nomẽ tyranni & facta præmũr:quod ſeruos ad libertatẽ uoco:qđ in agros inopem plebẽ deduco.de noſe hoc reſpondere poſſum:me qualiſcũq; ſum:eum eſſe:qui fui:cum tu ipſe mecũ. T. Quinti ſocietatẽ pepigiſti:tum me regem appellari a uobis memini:nunc tyrannũ uocari uideo:itaq; ſi ego nomẽ imperii mutaſſem meæ inc̃ſtantiæ:cũ uos mutetis:uobis ueſtræ reddenda ratio ẽ.Quod ad multitudinẽ ſeruis liberádis auctá:& egẽtibus diuiſum agrũ attinet:poſſum quidẽ & ĩ hoc me iure tẽporis tutari:ná fecerá hæc qualiacũq; ſunt:cũ ſocietatẽ mecũ pepigiſtis:& auxilia ĩ bello aduerſus Philippum accepiſtis.ſed ſi nunc ea feciſſem:non dico:quod in eo uos læſiſſem:aut ueſtram amicitiã uiolaſſem:ſed illud me more atq; inſtituto maioꝝ feciſſe.Nolite ad ueſtras leges atq; inſtituta exigere ea: quæ Lacedæmone fiunt:nihil cõparare ſingula neceſſe eſt:uos a cenſu equitẽ:a cenſu peditẽ legitis:& paucos excellere opibus plebẽ ſubiectam eſſe illis uultis:noſter legũ lator nõ in paucoꝝ manu remp.eſſe uoluit:qué uos ſenatũ appellatis:nec excellere unũ aut alteꝝ ordinẽ in ciuitate:ſed ꝑ æquationẽ fore ad dignitates credidit:ut multi eſſent:qui arma ꝑ patria ferrẽt.Pluribus me pegiſſe:quá ꝑ patriæ ſermone breuitatis fateor:& breuiter ꝑoratum eſſe potuit nihil:me:poſteaq̃ uobiſcũ amicitiã inſtitui:cur eius uos pœniteret:cõmiſiſſe. Ad hæc imperator romanus.amicitia & ſocietas uobis nulla tecũ:ſed cum Pelope rege lacedæmonioꝝ iuſto ac legitimo facta é:cuius ius tyráni quoq;:qui poſtea ꝑ uim tenuerũt Lacedæmone ĩperiũ:quia nos bella nunc punica:nunc gallica:nunc alia ex aliis occupauerãt:uſurparunt:ſicut tu quoq; hoc bello macedonico feciſti:ná quid minus conueniret:quã nos:qui ꝑ libertate Græciæ aduerſus Philippum gereremus bellum:cum tyranno inſtituere amicitiam:& eo tyranno quam qui unquam ſæuiſſimo & uiolentiſſimo in ſuos? nobis uero etiam ſi Argos nec cepiſſes ꝑ fraudem:nec teneres liberantibus oẽm Græciã:Lacedæmon quoq; uindicáda in antiquã libertatẽ erat:atq; ĩ leges ſuas:quaꝝ modo tanquã æmulus Lycurgi mentionẽ feciſti. An ut ab Naxo & Bargiliis præſidia Philippi deducant:cura erit nobis? Argos & Lacedæmonen duas clariſſimas urbes lumina quõdam Græciæ ſub pedibus tuis relinquemus? quæ titulum nobis libertatis Græciæ ſeruiẽtes deformẽt? At enim cum Philippo argiui ſenſerunt:remittimus hoc tibi:ne uicem noſtram iraſcaris:ſatis compertum habemus duorum:aut ad ſummum trium in ea re nouitatis culpá eẽ:tam hercle:quá ĩ te tuoq; ꝓſidio accerſendo accipiẽdoq; ĩ arcẽ:nihil ſit publico cõſilio actũ.theſſalos:& phocẽſes & locrenſes cõſenſu oĩum ſcimus ꝓtiũ Philippi fuiſſe:tamẽ cũ cæterã liberauimus Græciã:qd tãdẽ cẽſes ĩ argiuis:q ĩſontes publici cõſilii ſint facturos? Seruoꝝ ad libertatẽ uocatoꝝ:& egẽtibus hoĩbus agri diuiſi crimina tibi obiici dicebas: nõ qdẽ nec ipſa mediocria:ſed quid iſta ſunt præ iis:quæ a te tuiſq; quottidie alia ſup alia facinora eduntur? exhiberes liberã cõcionẽ uel Argis:uel Lacedæmone:ſicut ire iubet uerba dánationis impotentiſſimæ crimina:ut omnia alia uetuſtiora omittã:quá cædem Argis Pythagoras iſte gener tuus pene in oculis meis edidit? quá tu ipſe cũ iam ꝑpe ĩ finibus lacedæmonioꝝ eſſem? agedum quos cõcione cõpræhenſos oĩbus audiẽtibus tuis ĩ cuſtodia te habituꝝ eſſe pronũciaſti:iube uinctos ꝑduci:ut miſeri parẽtes:quos falſo lugẽt:uiuere ſciãt. Et enim ut iá ita ſint hæc: quid ad uos romani hoc tu dicas liberátibus Græciã ſociis:qui ut liberare poſſent:mare traiecerũt:terra mariq; geſſerunt bellũ. Vos tamẽ:inquis:ueſtrãq; amicitiã ac ſocietatẽ populi rõani nõ uiolaui:quotiens uis te id arguam feciſſe? ſed nolo pluribus:ſummã rem cõplectar. Quibus igitur amicitia uiolaſ? nẽpe his duabus maxime rebus:ſi ſocios meos ꝑ hoſtibus habeas:ſi cũ hoſtibus te cõiungas.utrũ non a te factum eſt? ná & Meſſenẽ uno atq; eodẽ iure fœderis:quo & Lacedæmonem ĩ Amicitiam noſtrã acceptã ſocius ipſe ſociã nobis urbẽ ui atq; armis cepiſti:& cũ Philippo hoſte noſtro non ſocietatem modo:ſed ſi diis placeat: affinitatem etiam ꝑ Philoclem præfectum eius pepigiſti:& bellum aduerſum nos gerens mare circa Maleam infeſtum nauibus piraticis feciſti:& plures ꝑpe ciues romanos:quã Philippus cepiſti:atq; occidiſti: tutiorque Macedoniæ ora:quá ꝓmontoriũ Maleæ cõmeatus ad exercitus noſtros portátibus nauibus fuit. Proinde parce ſic fidem ac iura ſocietatis iactare:& omiſſa populari oratione tanquã tyránus & hoſtis loquere. Sub hæc Ariſthenus núc monere Nabin:núc etiá orare:ut dũ liceret:dum occaſio eſſet:ſibi ac fortunis ſuis cõſuleret:& referre deinde noſtrum tyrannos ciuitatum finitimaꝝ cœpit:qui depoſito ĩperio:reſtitutaq; libertate ſuis nõ tutá mõ:ſed etiá honoratá ĩter ciues ſenectutẽ egiſſẽt. His dictis inuicẽ auditiſq; nox quoq; diremit colloquiũ:poſtero die Nabis Argis ſe cedere ac deducere præſidiũ:qđ ita romanis placeret: & captiuos & ꝑfugas redditurꝝ dixit:aliud:ſiquid poſtularẽt:ſcriptũ ut ederẽt:petiit:ut deliberare cũ amicis poſſet. Itaq; ut tyráno ad cõſultandũ tempus datum eſt:& Quintius ſocioꝝ etiá principibus adhibitis habuit cõſiliũ.maxime ꝓtis ſentẽtia erat ꝑſeuerandũ in bello eſſe:& tollendũ tyrannũ:nunquã alter tutã libertatem Græciæ fore:ſatius multo fuiſſe nõ moueri bellum aduerſus eum:quã omitti motũ: & ipſum uelut cõparata dominatione firmioré futuꝝ auctore iniuſti ĩperii aſſũpto populo rõano & extẽplo multos & ĩ aliis ciuitatibus ad inſidiandũ libertati ciuiũ ſuoꝝ ĩcitaturꝝ. Ipſius ĩperatoris animus ad pacẽ ĩclinatior erat:uidebat enĩ cõpulſo ĩtra mœnia hoſte nihil ꝓter obſidionẽ reſtare:eá aũt fore diuturnã. nõ.n. Gyrtheum:qđ ipſum tamẽ traditũ:nõ expugnatum eſſet:ſed Lacedæmonem ualidiſſimã urbem uiris armiſq; oppugnaturos unam ſpem fuiſſe ſiqua admouentibus exercitum diſſenſio ac ſeditio inter ĩpos excitari poſſet:cum ſigna portis ꝑpe inferri cernerent neminẽ ſe mouiſſe.adiiciebat & cum Antiocho infidã pacẽ Iuliũ legatũ inde redeũtem nũciare multo maioribus:quã ante terreſtribus naualibuſq; copiis in Europam tranſiſſe: ſi occupaſſet obſidio Lacedæmonis exercitũ:quibus aliis copiis aduerſus regem tam

ualidū ac potētē bellū gesturos? Hæc ꝑpalā dicebat: illa tacita ſuberat cura: ne nouus cōſul Græciā puíciā ſortiret: & íchoati belli uictoria ſucceſſori tradēda eſſet. Cū aduerſus tendēdo nihil moueret ſocios: ſimulando ſe tranſire í eoꝝ ſententiā oēs in aſſenſum cōſilii ſui traduxit. Beneuertat: inquit: obſideamus Lacedæmonē: quādo ita placet: cæteꝝ cū res tam lenta: quē ipſi ſcitis: oppugnatio urbiū ſit: & obſidētibus prius ſæpe: quā obſeſſis tædiū afferat: iā nūc hoc ita ꝑponere uos animis oportet hybernandū circa Lacedæmonis mœnia eſſe: quæ mora ſi laborē tantum ac periculū haberet: & animis & corporibus ad ſuſtinēda ea parati eſſetis: hortarer uos: nūc impenſa quoq; magna eget í opera: í machinationes & torméta: quibus tāta urbs oppugnanda eſt: í cōmeatus uobis hyeme expediendos. Itaq; ne aut repente trepidetis: aut rē inchoatam turpiter deſtituatis: ſcribendū ante ueſtris ciuitatibus cenſeo: explorāduq; quid quæq; animi: qd uiriū habeat. Auxiliaꝝ ſatis ſupeq; habeo: ſed quo plures ſumus: pluribus rebus egebimus: nihil iā præter nudum ſolū ager hoſtiū habet: ad hæc hyems accedit ad portandū ex longinquo difficilis. Hæc oratio primū aíos oíum ad reſpicienda cuiq; domeſtica mala conuertit: ſegnitiā & inuidiā & obtrectationem domi manētium aduerſus militētes: libertatem difficilē ad cōſenſum: inopiā publicā: malignitatē conferandi ex priuato. uerſis itaq; ſubito uolūtatibus facere qđ reip. populi romani ſociorūq; eſſe crederet: íperatori permiſerūt. Inde Quíntius adhibitis legatis tantū tribuniſq; militū cōdiciones: in quas cū tyranno pax fieret: has cōſcripſit. Sex mēſium induciæ ut eſſent Nabidi: romaniſq;: & Eumeni regi: & rhodiis: legatos extemplo mitterent Romam. T. Quintius & Nabis: ut pax ex auctoritate ſenatus confirmaretur. ex qua die ſcriptæ cōdiciones pacis editæ Nabidi forent: ea dies ut induciaꝝ prícipiū eſſet: & ut ex ea die intra decimū dié ab Argis cæteriſq; oppidis: quæ in argiuoꝝ agro eſſent: ꝓſidia oía deducerent: uacuaq; & libera traderent romanis. & ne quod inde mancipiū regium publicūue aut priuatū educeret: & ſiqua ante educta forēt: dominis recte reſtituerent. naues: quas ciuitatibus maritimis ademiſſet: redderet: neue ipſe nauem ullam præter duos lembos: qui non plus quam ſedecim remis agerentur: haberet. ꝓfugas & captiuos oíbus ſociis populi romani ciuitatibus redderet. meſſeniis oía: quæ cōparerent: quæq; domini cognoſcerent: exulibuſq; lacedæmoniis cōiuges: liberoſq; reſtitueret: quæ eaꝝ uiros ſequi uoluiſſent: inuita ne qua ex illis comes eſſet. mercénariorum militum Nabidis: qui aut in ciuitates ſuas: aut ad romanos tranſiſſent: iis res ſuæ oēs rectæ redderétur. í Cretam inſulam: nequam urbē haberet: quas habuiſſet: redderet romanis: neq; ſocietatē cū ullo cretenſium: aut quoquā alio inſtitueret: neu bellū gereret ciuitatibus oíbus: quaſq; & ipſe reſtituiſſet: quæq; ſe ſuaq; in fidē ac deditionē populi romani tradidiſſent. oía præſidia deduceret: leq; ipſe ſuoſq; ab iis abſtineret: ne qđ oppidū: ne quod caſtellum í ſuo alienoue agro cōderet. obſides ea ita futura daret. v. quos íperatori romano placuiſſet: filiū ſuū in iis: & taléta centū argenti í præſenti: & quinquagíta taléta í ſingulos ános ꝓ ános octo. Hæc cōſcripta caſtris ꝑpius urbē motis Lacedæmoné mittūt: nec ſane quicquā eoꝝ ſatis placebat tyrāno: niſi qđ præter ſpem reducendoꝝ exulum mentio nulla facta erat: maxime aūt oíum ea res offendebat: qđ & naues: & maritimæ ciuitates adéptæ erāt: fuerat aūt ei magno fructui mare oēm orā Maleæ nauibus infeſtā habenti. iuuétuté præterea ciuitatū eaꝝ ad ſupplementū longe optimi generis militū habebat. Has cōdiciones: quanquā ipſe í ſecreto uolutauerat cū amicis: uulgo tamē oēs fama ferebāt: uanis ut ad cæterā fidē: ſic ad ſecreta tegenda ſatellitū regioꝝ ingeniis. Nō tam oía uniuerſi quā ea: quæ ad quenq; ꝓtinerent: ſinguli carpebāt. qui exulū coniuges í matrimonio habebāt: aut ex bonis eoꝝ aliquid poſſederāt: tanquā amiſſuri nō reddituri indignabant. Seruis liberatis a tyrāno non irrita modo futura libertas: ſed multo fœdior: quam fuiſſet ante ſeruitus redeuntibus í iratoꝝ dominoꝝ poteſtatem ante oculos obuerſabat. mercénarii milites & pretia militiæ caſura in pace ægre ferebāt: & reditū ſibi nullū eſſe í ciuitates uidebāt infenſas non tyranno magis: quā ſatellitibus eoꝝ. Hæc íter ſe primo in circulis ſerentes fremere: deinde ad arma ſubito diſcurrerūt. quo tumultu cū ꝓ ſe ſatis irritatam multitudinem cerneret tyrannus: concionē aduocari iuſſit: ibi cū ea: quæ imperarent: a romanis: expoſuiſſet: & grauiora atq; indigniora quædā falſo adiunxiſſet: & ad ſingula nūc ab uniuerſis: nunc a partibus cōcionis acclamaret: íterrogauit quid ſe reſpōdere ad ea: aut quid facere uellēt? ꝑpe una uoce nihil oēs reſpondere: bellum geri iuſſerunt: & ꝓ ſe quiſq; qualia multitudo ſolet: bonū animum habere & bene ſperare iubentes: fortes fortunā adiuuare aiebant. His uocibus incitatus tyrannus & Antiochū ætoloſq; adiuturos pronunciat: & ſibi ad obſidionē ſuſtinendā copiaꝝ affatim eſſe. Exciderat pacis mentio ex omnium animis: & in ſtationes non ultra quieturi diſcurrūt: paucoꝝ laceſſentium excurſio: & emiſſa iacula extemplo & romanis dubitationem: quin bellandū eſſet: exemerūt. leuia inde prælia per quatriduū primū ſine ullo ſatis certo euentu cōmiſſa: quinto die ꝑpe iuſta pugna adeo pauentes í oppidum lacedæmonii compulſi ſunt ut qdā milites romani terga fugientiū cedentes per intermiſſa: ut tunc erant: mœnia urbem intrauerint. Et nunc quidem Quintius ſatis eo terrore coercitis excurſionibus hoſtium: nihil præter ipſius oppugnationē urbis ſupeſſe ratus: miſſis: qui oēs nauales ſocios a Gyttheo accerſerent: ipſe interim cum tribunis militum ad uiſendum urbis ſitum mœnia circunuehitur. Fuerat quondā ſine muris Sparta: tyráni nup locis patentibus planiſq; obiecerant murum: altiora loca & difficiliora aditu ſtationibus armatoꝝ ꝓ munimento obiectis tutabantur. Vbi ſatis oía inſpexit corona oppugnandū ratus: oíbus copiis (erant aūt romanoꝝ ſociorūq; ſimul peditū equitumq; ſimul terreſtrium ac naualium ad quinquaginta millia hominū) urbem cinxit. alii ſcalas: alii ignem: alii alia: quibus non oppugnarent modo: ſed etiam terrerent: portabāt.

ut præferretur candidato:quem Africanus frater ducebat:quem cornelia gens Cornelio consule comitia habente:quem tantum præiudiciũ senatus uirẽ ciuitate optimũ iudicatum:qui matrẽ idæam Pessĩmon te uenientem in urbẽ acciperet.L.Quintius:&.Gn.Domitius Aenobarbus cõsules facti. adeo ne i plebeio quidẽ consule:cum ꝑ.G.Lælio niteretur Africanus ualuit.Postero die ꝓtores facti:creati.L.Scribõius Libio:M.Fuluius Centumalus:A.Attilius Serranus:M.Bebius Tamphilius:Qu.Salonius Sarra.Aedilitas insignis eo anno fuit.M.Aemylii Lepidi:&.P.Aemylii Pauli:multos pecuarios dãnarũt:& ex ea pecunia clypea ĩaurata in fastigio louis ædis posĩuerũt:porticũ unam extra portã trigeminã emporio ad tyberim adiecto:alteram ad portã fontinalẽ ad Martis aram:qua in cãpis iter esset:ꝓduxerunt. Diu nihil memoria dignum in liguribus gestũ erat:extremo eius anni bis in magnũ piculũ res adducta est:nam & castra cõsulis oppugnata ægre sunt defensa:& nõ ita multũ post per saltũ angustũ cum duceret agmẽ romanũ:ipsas fauces exercitus liguẽ insedit:qua cũ exitus nõ pateret:cõuerso agmine redire consul instituit:& a tergo fauces saltus occupatæ a parte hostiũ erant:caudinæq; cladis memoria non ais modo: sed ꝓpe oculis obuersabatur.Numidas octingẽtos ferme equites inter auxilia habebat:eoẽ ꝓfectus cõsuli pollicet se parte utra uelet:cum suis eruptuẽ:tantũ uti diceret utra pars frequentior uicis esset:in eos se impetum factuẽ:& nihil priusquã flamã tectis iniectuẽ:ut is pauor cogeret ligures excedere saltu:quem obsiderẽt: & discurrere ad opem ferendã suis.Laudatũ eũ consul spe ꝓmioẽ onerat:& numidæ equos conscendũt:& obequitare stationibus neminẽ lacessentes cœperunt.nihil primo aspectu contẽptius.equi hoesq; paululi & graciles:discinctus & inermis eques ꝓterquam quod iacula secũ portat: equi sine frænis deformes:ipse cursus rigida ceruice & extẽto capite currẽtium.hũc contẽptũ de industria augẽtes labi ex equis & ꝑ ludibrium spectaculo esse.itaq; qui primo intẽti paratiq;:si lacesserẽtur:instationibus fuerant:iam ĩermes sedẽteq; pars maxima spectabãt.Numidæ ad equitare & refugere:sed ꝓpius saltũ paulatim euehi: uelut quos ipotentes regendi equos inuitos efferrẽt:postremo subditis calcaribus ꝑ medias stationes hostiũ erupere: & in agrum latiorem euecti omnia puastant.fumus primo conspectus:deinde clamor trepidantiũ in uicis auditus:postremo seniores pueriq; refugiẽtes tumultũ in castris fecerũt.Itaq; sine cõsilio:sine impio pro se quisq; currere ad sua tutanda:momẽtoq; tẽporis castra relicta erant:& obsidiõe liberatus cõsul: quo intẽderat: puenit.Sed neq; boii:neq; hispani:cũ quibus eo anno bellatũ erat:tam inimici infestiq; erant rõanis: quã ætolorum gens:ii post deportatos ex Græcia exercitus primo in spe fuerãt & Antiochũ in uacuã Europe possessionem uentuẽ:nec Philippũ:aut Nabin geturos,ubi nihil usquã moueri uiderũt agitandũ miscendũq; rati:nec cunctãdo senescerẽt cõsilia: conciliũ Neupactũ indixerunt.ibi Thoas eoẽ ꝓtor cõquestus iiurias romanoẽ statũq; Aetoliæ:quod olim Græciæ gentiũ ciuitatũq; inhonoratissimi post eam uictoriã eẽnt: cuius cã ipsi fuissent:legatos censuit circa reges mittẽdos:qui nõ solũ tentarẽt aĩos eoẽ: sed suis quẽq; stimulis mouerẽt ad romanũ bellũ.Democritus ad Nabin nauigat:ad Philippũ Nicãder: Dicæarchus frater prætoris ad Antiochũ est missus.Tyrãno lacedæmonio Democritus adẽptus maritimis ciuitatibus eneruatam tyrannidẽ dicere.inde militẽ:inde naues nauales q; socios habuisse: incluſũ suis ꝓpe muris achæos uidere dominãtes in Pelopõneso:nunquã habituẽ recuperãdi sua occasionẽ:si eam:quæ tũc esset:prætermisisset:& nullũ exercitũ romanũ in Græcia esse:nec ꝓpter Gyttheũ:aut maritimos alios laconas dignam cãm existimaturos rõanos cur legiones rursus in Græciã transmittant.Hæc ad incitandũ aĩum tyranni dicebantur:ut cũ in Græciã Antiochus traiecisset:cõscientia uiolatæ per socioẽ iniurias Romæ amicitias iungerent cũ Antiocho. Et Philippũ Nicander aut dissimili oratione incitabat:erat etiã maior orationis materia:quo exaltiore fastigio rex:quã tyrannus detractus erat:quoq; plures adẽptæ res. Ad hæc uetusta regũ Macedoniæ fama pagratusq; orbis terraẽ uictoris eius gẽtis referebat:& tutũ uel incepto:uel euẽtu se consilium afferre:neq; ut ante se moueat Philippus:quã Antiochus cũ exercitu transierit in Græciã suadere.& qui sine Antiocho aduersus rõanos ætoloq; tandiu sustinuerit bellum: adiuncto Antiocho sociis ætolis:qui tũ grauiores hostes cũ romanis fuerit:quibus tandẽ uiribus resistere romãos posse. Adiiciebat de duce Annibale nato aduersus rõanos hoste:qui plures & duces:& milites eoẽ occidisset: quã quod superessent.Hæc Philippo Nicander.Alia Dicæarchus Antiocho.& primũ olim prædã de Philippo rõanoẽ esse dicere:uictoriã ætoloẽ:& aditũ in Græciã romanis nullos alios quã ætolos dedisse:& ad uincendum uires eosdẽ ꝑbuisse.deinde quantas equitũ peditũq; copias præbituri Antiocho ad bellum esset:quæ loca terrestribus copiis:quos portus maritimis.Tum de Philippo & Nabide libero mendatio abutebant:paratum utrunq; ad rebellandum esse:& primam quanq; occasionem recuperandi ea: quæ bello amisissent: arrepturos.Ita per totum simul orbem terrarum ætoli romanis concitabant bellum:& reges tamẽ aut nõ moti:aut tardius moti sunt.Nabis extemplo circa omnis maritimos uicos misit ad seditiões in iis miscendas:& alios principũ donis ad suã cãm pduxit:alios ptinaciter in societate rõana manẽtes occidit. Achæis omnium maritimoẽ locoẽ tuendoẽ a.T.Quintio cura mandata erat:itaq; extemplo ad tyrannum legatos miserunt:qui admonerent fœderis romani:denunciarentq;:ne pacem:quã tantopere petisset:turbaret: & auxilia ad Gyttheũ: quod iam oppugnabat a tyranno:& Romam:qui ea nunciarent:legatos misserũt. Antiochus rex ea hyeme Rhaphei in Phœnice Ptolemæo regi Aegypti filia in matrimonium data: cum Antiochiam se recepisset:per Ciliciam tauro monte superato extremo iam hyemis Ephesum peruenit.inde principio ueris Antiocho filio misso in Syriam ad custodiam ultimarum partium regni: nequid

abſente ſe a tergo moueretur: ipſe cum omnibus terreſtribus copiis ad pyſidas: qui circa Sicam incolũt: op
pugnandos eſt ꝓfectus. Eo tẽpore legati romãi Publius Sulpicius: &. P. Iulius: qui ad Antiochũ: ſicut ante
dictum eſt: miſſi erant: iuſſi prius Eumené adire: Eleam uenere: inde Pergamũ: ubi regia Eumenis fuit: de-
ſcenderũt. Cupidus belli aduerſus Antiochũ Eumenes erat: grauem: ſi pax eſſet: accolam tanto potentiorẽ
regem credens: eundẽ ſi motũ bellũ eſſet: nõ magis parem romanis fore: quã Philippus fuiſſet: & aut fun-
ditus ſublatũ iri: aut ſi pax uicto daret: multa illi detracta ſibi acceſſura: ut facile deide ſe ab eo ſine ullo ro
mano auxilio tueri poſſet: etiam ſi quid aduerſi caſuꝝ foret: ſatius eſſe romanis ſociis quãcunq; fortunam
ſubire: quã ſolum aut imperiũ pati Antiochi: aut abnuentẽ ui atq; armis cogi. Ob hæc quantũ auctoritate:
quantũ conſilio ualebat: incitabat romanos ad bellũ. Sulpicius æger Pergami ſubſtitit: Iulius cum Pyſidæ
bello occupatũ eſſe regẽ audiſſet: Epheſum ꝓfectus: dum paucos ibi morat dies: dedit operã: ut cũ Anni-
bale: qui tum ibi forte erat: ſæpe congrederet: ut animũ eius & tentaret: ſi qua poſſet: & metũ demeret pe-
riculi ei quicquã ab romanis eſſe. His colloquiis aliud nihil actũ eſt: ſecutũ tamẽ ſua ſponte eſt: uelut con-
ſilio petitũ eſſet: ut uilior ob ea regi Annibal ſuſpectiorq; ad oĩa fieret. Claudius ſecutus græcos acilianos
libros. P. Africanũ in ea fuiſſe legatõne tradit: eũq; Epheſi collocutũ cum Annibale: & ſermonẽ etiã unum
refert: quo quærenti Africano quẽ fuiſſe maximũ ĩperatorẽ Annibal crederet: reſpõdiſſe Alexãdrũ mace-
donem regẽ: qđ parua manu ĩnumerabiles exercitus fudiſſet: qđ ultimas oras ſupra ſpem humanã pagraſ-
ſet. quærenti deinde quẽ ſecundũ poneret: Pyrrhũ dixiſſe caſtramœtari primũ docuiſſe: ad hoc neminem
elegantius loca cepiſſe: ꝑſidia diſpoſuiſſe: arteẽ etiã cõciliandi ſibi hoĩes eũ habuiſſe: ut italicæ gentes regis
externi: quã populi romani tandiu principis in ea terra ĩperiũ eſſe mallent. exequenti deinde quẽ tertiũ di-
ceret: haud dubie ſemetipſũ dixiſſe. Tum riſum obortũ Scipiõi ſubieciſſe quidnã tu diceres: ſi me uiciſſes?
tum me uero: inquit: & ante Alexandrũ: & ante pyrrhũ: & ante oẽs alios ĩperatores eſſe. & perplexũ punico
aſtu reſponſum & ĩprouiſum aſſentationis genus Scipionẽ mouiſſe: qđ e grege ſe ĩperatoꝝ uelut inæſtima
bilem ſecreuiſſet. Iulius ab Epheſo Apameã proceſſit: eo & Antiochus audito romanoꝝ legatoꝝ aduentu
occurrit. Apameæ cõgreſſis diſceptatio eadẽ ferme fuit: quæ Romæ inter Quintiũ & legatos regis fuerat.
mors nunciata Antiochi filii regis: quẽ miſſũ pauloante dixerã in Syriam: diremit colloquia: magnus luc-
tus in regia fuit: magnũq; eius iuuenis deſideriũ: id enĩ iam ſpecimẽ ſui dederat: ut ſi uita lõgior cõtigiſſet:
magni iuſtiq; regis in eo indolẽ fuiſſe appareret. quo carior acceptiorq; omnibus erat: eo mors eius ſuſpe-
ctior fuit: grauẽ ſucceſſorẽ eũ inſtare ſenectuti ſuæ patrẽ credentẽ: per ſpadones quoſdã taliũ miniſterio fa
cinoꝝ acceptos regibus ueneno ſuſtuliſſe. eam quoq; cauſam clãdeſtino facinori adiiciebãt: quod cũ Se-
leuco filio Lyſimachiam dediſſet: Antiocho quã ſimilẽ daret ſedem: ut procul ab ſe honore eũ quoq; able
garet: nõ habuiſſet. Magni tamen luctus ſpecies per aliquot dies regiam tenuit: legatuſq; romanus: ne alie
no tempore incõmodus obuerſareẽ: Pergamũ conceſſit. Rex Epheſum omiſſo: qđ ĩcohauerat: bello redit:
ibi per luctũ regia clauſa cũ Minione quodã: qui princeps amicoꝝ eius erat: ſecreta cõſilia agitauit. Minio
ignarus oĩum externoꝝ: uireſq; exiſtimans regis ex rebus in Syria aut Aſia geſtis: nõ cã modo ſuperiorem
eſſe Antiochum: quod nihil æqui poſtularent rõani: ſed bello quoq; ſuperatuꝝ credebat. Fugienti regi di-
ſceptationẽ cũ legatis ſeu iam experto eam minus ꝓſperam: ſeu mœrore recenti confuſo: profeſſus Minio
ſe: quæ pro cauſa eſſent: dicturꝝ: perſuaſit: ut a Pergamo accerſerentur legati. iã cõualuerat Sulpicius: itaq;
ambo Epheſum uenerunt. Rex a Minione excuſatus: & abſente eo res agi cœpta eſt. ibi ꝑparata oratione
Minio. Specioſo titulo: inquit: uti uos romani græcaꝝ ciuitatũ liberandaꝝ uideo: ſed facta ueſtra oratiõi
non conueniũt: & aliud Antiocho iuris ſtatuiſtis: alio ipſi utimini. Quid enĩ magis ſmyrnæi lampſaceniq;
græci ſunt: quã neapolitani: & rheginĩ: & tarentini: a quibus ſtipendiũ: a quibus naues ex fœdere exigitis?
cur Syracuſas atq; in alias Siciliæ græcas urbes prætorẽ quot ãnis cũ ĩperio & ſecuribus & uirgis mittitis?
nihil aliud ꝓfecto dicatis: quã armis ſuperatis uos iis has leges ĩpoſuiſſe. Eandem de Smyrna & Lampſa-
co ciuitatibuſq; quæ Ioniæ aut Aeolidis ſunt: cãm ab Antiocho accipite: bello ſuperatas a maioribus ſtipẽ
diarias ac uectigales factas Antiochus repetit: itaq; ad hæc ei reſponderi uelim: ſi ex æquo diſceptaturi non
belli cauſa quæritur. Ad ea Sulpicius. Fecit uerecunde: inquit Antiochus: qui ſi alia pro cauſa eius nõ erãt:
quæ dicerent: quẽlibet iſta: quã ſe dicere maluit. Quid enĩ ſimile habet ciuitatũ eaꝝ: quas cõparaſti cauſa?
ab rheginis & neapolitanis & tarentinis: ex quo in noſtram uenerunt poteſtatẽ: uno & perpetuo tenore iu
ris ſemp uſurpato nũquã ĩtermiſſo: quæ ex fœdere debent: exegimus. potes ne tandẽ dicere: ut ii populi nõ
per ſe: nõ ꝑ alium quenquã fœdus mutauerint: ſic Aſiæ ciuitates: ut ſemel uenerũt in maioꝝ Antiochi po
teſtatẽ: in ꝑpetua poſſeſſione regni ueſtri permanſiſſe? & nõ alias eaꝝ in Philippi: alias in Ptolemæi fuiſſe
poteſtate? alias ꝑ multos annos nullo ãbigente libertatẽ uſurpaſſe? Nam ſi qđ aliquãdo ſeruierũt tẽporum
iniquitate ꝑſi: ius poſt tot ſæcula aſſerendi eos ĩ ſeruituteẽ faciet: qd abeſt: qn actũ nobis nihil ſit: qđ a Phi-
lippo liberauimus Græciã? & repetãt poſteri eius Corĩthũ: Chalcidẽ: Demetriadẽ & theſſaloꝝ totã gẽtem?
Sed quid ego cãm ciuitatum ago: quã ipſis agentibus & nos & regẽ ipſũ cognoſcere æquius eſt. Vocari de-
inde ciuitatum legationes iuſſit: ꝑparatas iam ante & inſtructas ab Eumene: qui quãtũcunq; uirium Anti-
ocho deceſſiſſet: ſuo id acceſſurum regno ducebat. Admiſſi plures: dum ſuas quiſq; nũc querelas: nunc ex-
poſtulationes inſerit æqua iniquis miſcentes: e diſceptatione altercationem fecerũt. itaq; neq; remiſſa ulla
re: neq; impetrata: æque ac uenerant: omnium incerti legati Romam redierunt. Rex dimiſſis iis cõſilium

de bello romano habuit:ibi alius alio ferocius:quia quo quisq; asperius aduersus romanos locutus esset: eo spes gratiæ maior erat. alius supbiam postulatoꝝ increpare tanquã Nabidi uicto Antiocho maximo Asiæ regũ imponentiũ leges:quanquã Nabidi tamẽ dominationẽ in patriã suã:& patriã Lacedæmonem remissam:Antiocho:si Smyrna & Lampsacus ſperata faciant: ĩdignũ uideri.alii ꝑuas & uix dictu dignas belli causas tanto regi eas ciuitateseſſe:ſed initiũ ſemꝑ ꝑius iniuſta ĩperandi fieri:niſi crederẽt ꝑſas cum aquã terrãq; ab lacedæmoniis petierũt:gleba terræ & hauſtu aquæ eguiſſe.ꝑ ſimilẽ tentationẽ romanis de duabus ciuitatibus agi:& alias ciuitates ſimul duas iugũ exuiſſe uidiſſent ad liberatorẽ populum defecturas:ſi non libertas ſeruitute potior ſit:tamen omnẽ ꝑſenti in ſtatu ſpem cuiuſq; nouandi res ſuas blandioꝛẽ eẽ. Alexander acarnas in concilio erat Philippo quondã amicus:nup relicto eo ſecutus opulentioꝛẽ regiam Antiochi:& tanꝫ peritus Græciæ nec ignarus romanoꝝ:in eũ gradũ amicitiæ regis:ut cõciliis quoq; arcanis ĩtereſſet:acceptus erat.Is tanquã nõ utrũ bellandũ eſſet:nec ne conſuleret:ſed ubi & qua ratione bellũ gereretur:uictoriã ſe haud dubiã ꝓponere aĩo affirmabat: ſi in Europã tranſiſſet rex: & in aliqua Græciæ ꝑte ſedem bello cepiſſet.Iam primũ ætolos:qui umbilicum Græciæ incolerent:in armis eũ inuenturuꝝ:an teſignanos ad aſprima quæq; belli paratos in duobus uelut cornibus Græciæ.Nabin a Pelopõneſo cõcitaturum oĩa:repetentẽ argiuoꝝ urbẽ:repetentẽ maritimas ciuitates:quibus eũ depulſum rõani Lacedæmonis muris ĩcluſiſſet.A Macedonia Philippũ:ubi primũ belicũ cani audiſſet:arma capturuꝝ: noſſe ſe ſpiritus eius:noſſe animũ;ſcire ferũ feraꝝ modo:quæ clauſtris aut uinculis teneant:ingentes iam diu iras in pectore uoluere.meminiſſe etiã ſe quotiẽs in bello ꝑcari oẽs deos ſolitus ſit: ut Antiochũ ſibi darẽt adiutorem: cuius uoti ſi cõpos nũc fiat:nullã morã debellandi factuꝝ.tantũ nõ cunctãdũ neq; ceſſandũ eſſe:in eo eni uictoriã uerti:ſi loca opportuna:& ſocii ꝑoccuparent. Annibalẽ quoq; ſine mora mittendũ ĩ Africã eẽ ad deſtringendos romanos. Annibal nõ adhibitus eſt in conciliũ ꝓpter colloquia cũ Iulio ſupectus regi:& in nullo poſtea honore habitus.primo eam cõtumeliã tacitus tulit:deĩde melius eſſe ratus & ꝑcunctari cãm repentinæ alienationis & purgare ſeſe:a tẽpore quæſita ſimpliciter iracũdiæ cauſa auditaq;. Pater Hamilcar inquit Antiochæ paruũ admodũ me:cũ ſacrificaret:altaribus admotũ iureiurãdo adegit nunꝫ amicũ fore populi romani:ſub hoc ſacramẽto ſex &.xxx.annos militaui: hoc me in pace patria mea expulit: hoc patria extorrẽ in tuam regiã adduxit:hoc duce:ſi tu ſpem meã deſtitueris:ubicũq; uires:ubi arma eſſe ſciã: huc ueniã toto orbe terraꝝ quærens aliquos romãis hoſtes.itaq; ſi cui tuoꝝ meis:criminibus apud te creſcere libet:aliam materiam creſcẽdi: quã ex me quærat:odioq;:quod ſim romanis:id me uerũ dicere pater Hamilchar & dii teſtes ſunt.ꝓinde cum de bello romão cogitabis: inter primos amicos Annibalẽ habeto: ſi qua res te in pacem cõpellet:in id conſiliũ:cũ quo deliberes:quærito. Non mouit modo talis oratio regem:ſed etiam reconciliauit Annibali.ex concilio ita diſceſſum eſt:ut bellũ gereretur.Romæ deſtinabant quidẽ ſermõibus hoſtẽ Antiochum: ſed nihil dum ad id bellũ ꝓter animos parabant. cõſulibus ambobus Italia ꝓuincia decreta eſt:ita ut inter ſe cõpararent:ſortirenturue uter comitiis eius anni præeſſet:ad utrũ ea non ptineret cura:ut paratus eſſet:ſi quo extra Italiã opus eſſet:duceret legiões nouas & ſociũ ac nominis latini millia .xx.& equites.dccc.alteri cõſuli duæ legiones decretæ:quas.L.Cornelius conſul ſuperioris anni habuiſſet:& ſocium ac latini nominis ex eodẽ exercitu pedites.xv.millia & equites quingẽti.Qu.Minutio cum exercitu:quẽ in liguribus habebat:,progatũ imperiũ:additũ in ſupplementũ: ut quattuormillia peditum romanoꝝ ſcriberentur.cl.equites:& ſociis eodem.v.peditum millia imperarentur.ccl.equites Gn.Domitio extra Italiam:qno ſenatus cenſuiſſet: prouincia euenit:L. Quintio Gallia. Et comitia prætorum habita:prætores deinde ꝓuincias ſortiti:M.Fuluius Centumalus urbanã:L. Scribonius Libo peregrinam:L. Valerius Tappo Siciliam:Qu.Solonius Sarra Sardiniam:M. Bebius Tamphilius Hiſpaniã citeriorem:M.Attilius Serranus ulteriorem:ſed his duobus primum ſenatuſconſulto:deinde plebiſcito ꝑmutatæ prouinciæ ſunt:A.Acilio claſſis & Macedonia:A.Bebio brutii decreti:Flaminio Fuluioq; in Hiſpanis prorogatum imperium:Acilio in brutios duæ legiones decretæ:quæ priore ãno urbanæ fuiſſent:ut & ſociis eodem millia quindecim imperarentur & quigenti equites.Bebius Tamphilius triginta naues quique remes facere iuſſus:& ex naualibus ueteres deducere:ſi quæ utiles eſſent:& ſcribere nauales ſocios:& conſuli imperatum uti duomillia ſocium ac latini nominis & mille romanos daret pedites. Hi duo prætores: & duo exercitus terreſtris naualiſq; aduerſus Nabin aperte iam oppugnantẽ ſocios populi romani dicebãtur parari:cæteraꝝ legati ad Antiochũ miſſi expectabant:& prius:quã ii rediſſent:uetuerat.Gn. Domitium conſulem ſenatus ab urbe diſcedere.prætoribus Fuluio & Scribonio:quibus ut ius dicerent:Roma prouincia erat negotium datũ:ut præter eam claſſem:cui Bebius præfuturus erat:centũ quinqueremes pararent. Priuſquã conſul ꝓtoreſq; in ꝓuincias ꝓficiſcerẽtur:ſupplicatio fuit ꝑdigioꝝ cã.capram ſex hædos uno foetu edidiſſe ex Piceno nunciatũ eſt:& Arretii puerũ unũ natũ uni manũ:Amiterni terrã pluuiſſe: Formiis portã murũq; de cælo tacta:& qđ maxie terrebat cõſulẽ.G.Domitiũ bouẽ locutã Roma caue tibi:cæterorũ ꝑdigiorũ cã ſupplicatũ é:bouẽ cũ cura ſeruari aliquot aruſpices iuſſerũt.Tyberis ĩfeſtiore:quã priore ĩpetu illatus urbi duos põtes ædificia multa maxie circa portã flumẽtanã euertit.ſaxũ ĩgẽs ſiue ĩbribus:ſeu motu terræ leniore:quã ut alioqn ſentiret:labefactũ: ĩ uicũ iugariũ ex capitolio ꝓcidit: & multos oppreſſit.in agris paſſim inundatis pecora ablata:uillarum ſtrages facta eſt.Priuſquam.L.Quintius proconſul in prouinciam perueniret:Qu.Minutius in agro piſano cum liguribus ſignis collatis pugnauit: nouẽmillia

hostium occidit:cæteros fusos fugatosq; in castra compulit:ea usq; in noctem magno certamine oppugnata defensaq; sunt:nocte clam profecti ligures:prima luce romanus uacua castra inuasit: prædæ minus iuētum est:eo quod subinde spolia agroꝝ capta domos mittebant.Minutius nihil deinde laxaměti hostibus dedit:ex agro pisano ī ligures ꝓfectus castella uicosq; eoꝝ igni ferroq; ꝓuastauit:ibi præda Ethrusca: quæ missa a populatoribus fuerat:repletus est miles romanus.Sub idem tempus legati ab regibus Romā reuerterunt: qui cum nihil:quod satis maturā causam belli haberet:nisi aduersus lacedæmoniū tyannū attulissent:quē & achæi legati nunciabant cōtra fœdus maritimā oram laconum oppugnare: Attilius prætor cū classe missus est in Græciā ad socios tuendos.Consules:quod nihil ab Antiocho instaret:ꝓficisci ambos ī prouincias placuit:Domitius ab Arimino:qua proximū fuit: Quītius per ligures in boios uenit.duo cōsulum agmina diuersa late agrum hostium peruastarunt: primo equites eoꝝ pauci cum ꝓfectis:deinde uniuersus senatus:postremo in quibus aut fortuna aliqua:aut dignitas erat:ad mille ad cōsules transfugerunt. Et in utraq; Hispania eo anno res prospere gestæ:nam &.C. Flaminius oppidum Litabrum munitū opulentumq; uineis expugnauit:& nobilem regum Corribilonem uiuū cepit.&.M.Fuluius procōsul cū duobus exercitibus hostium duo secunda prælia fecit:oppida duo hispanoꝝ Vesceliam: Holonēq;:& castella multa expugnauit:alia uolūtate ad eum defecerūt.tum in oretanos progressus & ibi duobus potitus oppidis Noliba:& Cusibi ad tagum amnem ire pergit.Toletum ibi parua urbs erat:sed loco munito:eam cum oppugnaret:uectonum magnus exercitus toletanis subsidio uenit.cum his signis collatis prospere pugnauit:& fusis uectonibus operibus Toletum cepit.Cæteꝝ eo tempore ea bella:quæ gerebantur:minus curæ patribus erant:quā expectatio nondum cœpti cum Antiocho belli:nam & per legatos idētidem oīa expromebantur.quod rumores temere sine ullis auctoribus orti multa falsa ueris miscebant;inter quæ allatum erat:cum in Aetoliam uenisset Antiochus:extēplo classem eum in Siciliam missuꝝ.Itaq; senatus & si prætorem Attilium cum classe miserat in Græciam:tamen quia nō copiis modo: sed etiam auctoritate opus erat ad tuendum sociorū animos:L.Quintium:& Gnæum Octauiū & Gnæum Seruilium:&.P.Iuliū legatos in Græciam misit:& ut.M.Bebius ex brutiis ad Tarētum:& Brundusium ꝓmoueret legiōes: decreuit inde si res poscret:in Macedoniam traiiceret:&.M.Fuluius prætor classem nauiū triginta mitteret ad tuendam Siciliæ oram:& ut cum imperio esset:qui classem eam duceret.duxit.L.Oppius Salinator:qui priore anno ædilis plebis fuerat:& ut idē prætor.L.Valerio collegæ scriberet:periculū esse ne classis regis Antiochi ex Aetolia in Siciliam traiiceret: itaq; placere senatui ad eum exercitum:quē haberet tumultuariorum militum:xii.millia pedites:&.cccc.equites scriberet:quibus oram maritimā prouiciæ:quæ uergeret ī Græciam:tueri posset. Eum delectum prætor non ex Sicilia ipsa tantum:sed etiam ex circūiacentibus insulis habuit:oppida omnia maritima:quæ in Græciā uersa erant:præsidiis firmauit.addidit aliměta rumoribus aduentus Attali Eumenis fratris:qui nunciauit Antiochū regem Hellespontū cum exercitu trāsisse: & se parare ætolos:ut sub aduentum eius in armis essent.Et Eumeni absenti & præsenti Attalo gratiæ actæ:& ædes liberæ loca lautia decreta:& munera data qna boū: equestria arma :& uasa argētea cētū pōdo. Cum alii atq; alii nuncii bellum instare afferrent:ad rem ꝓtinere uisum est consules primo quoq; tēpore creari.Itaq; senatusconsultū factum est: ut.M.Fuluius prætor litteras extemplo ad consulem mitteret:quibus certior fieret senatui placere ꝓuincia exercituq; tradito legatis Romā reuerti eum & ex itinere ꝑmitteret edictum:quo comitia consulibus creandis ediceret.paruit his litteris consul:& præmisso edicto Romam uenit.Eo quoq; anno magna ābitio fuit:qđ patritii tres in unum locum petierūt.L.Cornelius.Gn. filius Scipio:qui priore anno repulsam tulerat:&.L.Cornelius Scipio:Gn.Manlius Volso.P. Scipioni uiro tali:ut dilatum nō negatū honorem appareret:consulatus datus est:additus ei de plebe collega.M.Attilius Glabrio.Postero die ꝓtores creati.L.Aemylius Paulus:M.Aemylius Lepidus:M.Iunius:L.Cornelius Mamula:L.Liuius:&.L.Oppius utriq; eoꝝ Salinator cognomē erat.Oppius is erat:qui classem triginta nauiū in Siciliam duxerat.Interim dum noui magistratus sortirentur prouincias:Gn. Bebius a Brundusio cum omnibus copiis transire in Epirū est iussus:& circa Apolloniam copias continere:&.M.Fuluio ꝓtori urbano negotiū datū est:ut quinqueremes nouas quinquaginta faceret. Et populus quidem romanus ita se ad omnes conatus Antiochi ꝓparabat:Nabis iam nō differebat bellū:sed sūma ui Gyttheum oppugnabat:& infestus achæis: quod miserant obsessis ꝓsidium:agros eoꝝ uastabat.Achæi non antea ausi capessere bellū: quā ab Roma reuertissent legati: ut quid senatui placeret:scirent:post reditum legatoꝝ & Sicyonem concilium edixerunt:& legatos ad.T.Quintiū miserunt:qui consilium ab eo peterent. In concilio omniū ad bellum extemplo capessendum inclinatæ sententiæ erant:litteræ:T.Quintii cunctationem fecerunt:quibus auctor erat ꝓtorem classemq; romanā expectandi.Cum principū alii in sententia ꝑmanerent:alii utendum eius:quod ipsi consuluissent:consilium censerent:multitudo Philopœmenis sententiam expectabat: ꝓtor is tum erat: & omnes eo tempore & prudentia:& auctoritate anteibat.Is ꝓfecto bene comparatum apud ætolos esse ait:ne ꝓtor:cum de bello consuluisset:ipse sententiam diceret:statuere quāprimum ipos: quid uellent: iussit: ꝓtorem decreta eoꝝ cū fide & cura executuꝝ:annixurūq; ut quantū in cōsilio humano positum esset:nec pacis eos pœniteret nec belli.Plus ea ratio momenti ad concitandos ad bellū habuit: quā si apte suadendo cupiditatem res gerendi ostendisset: itaq; ingenti consensu bellum decretum est:tēpus & ratio administrādi eius libera ꝓtori ꝑmissa Philopœmeni sunt: ꝓterquam qđ ita Quintio placeret:

& ita existimabat classem romanā expectandā:quæ mari Gyttheū tueri posset:sed metuēs ne dilationem res nō pateret:& nō Gyttheū solū:sed p̄sidiū quoq; missum ad tuēdā urbem amitteret:naues achæorum deduxit.Cōparauerat & tyrannus modicā classem ad ꝓhibēda:si qua obsessis mari summitterent̄ præsidia:tres tectas naues & lembos tris:isq; tradita uetere classe ex fœdere romānis: hasq; ut nouasq; tum nauiū agilitatē experiret̄:simul oīa satis apta ad certamē eēnt:ꝓuectos i altū quottidie remigem militēq; simul achæis nauibus pugnā exercebat:in eo ratus uerti spem obsidionis:si p̄sidia maritima itercluisset.Prætor achæorū sicut terrestriū certaminū arte quēuis claroꝝ imperatoꝝ usu uel ingenio æquabat:ita rudis i re nauali erat.Arcas mediterraneus homo externoꝝ etiam oīum ignarus: nisi qđ in Creta præfectus auxiliorū militauerat:quadriremi uectus capta ānis ante octo:cū Crateri uxorē Nicalā a Naupacto Corīthū ueheret.huius fama motus uenit:& nobilē i classe regia quondā nauim deduci adeo putrē iā admodū & uetustate dilabētem iussit. hac cū p̄toria naue p̄cedente classem:cū in ea patrensis Piso præfectus classis ueheret̄:occurrūt a Gyttheo laconū naues:& primo statim incursu ad nouā & firmā nauē:uetus quæ per se ipsa oībus cōpagibus aquā accipet:diuulsa ē:captiq; oēs:qui i naue erāt:cætera classis p̄toria naue amissa:quantū quæq; remis ualuit:fugit.ipse Philopœmenes i leui piscatoria naue fugit:nec ante fugæ finem: quam Patras uentū sit:fecit.Nihil ea res animū militaris uiri & multos experti casus iminuit: quin cōtra si i re nauali:cuius esset ignarus:offendisset:eo plus in ea:quoꝝ usu calleret:spei nactus:breue id tyranno gaudiū se effectuꝝ affirmabat.Nabis tū spem haud dubiā nactus:iā nihil mari periculi timēs: & terrestres aditus claudere opportune positis p̄sidiis uoluit:tertia p̄te copiaꝝ ab obsidione Gyttheī abducta ad Pleias posuit castra:īminet is locus & leucis & acris:qua uidebant̄ hostes exercitū admoturi. Cū ibi statiua essent:pauci tabernacula haberent:multitudo alia casas ex arundinibus textas fronde:quæ umbrā modo præberēt; texissent:priusquā i cōspectū hosti ueniret Philopœmenes:nec oppinātem eum improuiso genere belli aggredi statuit.nauigia pua in stationē occultā agri argiui contraxit:in ea expeditos milites cetratos plærosq; cum fundis & iaculis & alio leui genere armaturæ īposuit:inde littora legens:cū ad ꝓpinquū castris hostiū ꝓmontoriū uenissent:egressus callibus notis nocte Pleias p̄uenit:& sopitis uigilibus ut in nullo ꝓpinquo metu:ignē casis ab oī p̄te castroꝝ iniecit multi prius īcendio absumpti sunt:quā hostium aduentū sentirent:& qui senserant:nullā opē afferre potuerūt.ferro flamaq; oīa absumpta:ꝑpauci tamen ancipiti peste ad Gyttheū in maiora castrā p̄fugerunt. Ita p̄culsis hostibus Philopœmenes ꝓtinus ad depopulandā Tripolin laconici agri:qui ꝓximus fines megalopolitaꝝ est:duxit:& magna ui pecoꝝ hominūq; inde abrepta:priusquā a Gyttheo tyrannus p̄sidium agris mitteret:discessit.Inde Telegā exercitu cōtracto:cōcilioq; eodē & achæis & sociis indicto:i quo & epirotaꝝ & acarnanū fuere principes: statuit: quoniā satis essent testes suoꝝ & a pudore maritimæ ignominiæ restituti animi & hostiū cōterriti eēnt: ad Lacedæmonē ducere.eo mō uno ratus ab obsidiōe Gyttheī hostē adduci posse. ad Carias primū i hostiū terra posuit castra.Eo ipso die Gyttheū expugnatū:cuius rei ignarus Philopœmenes castra ad barbosthenes(mons est decēmillia passuū ab Lacedæmone)ꝓcessit.Et Nabis recepto Gyttheo cū expedito exercitu inde ꝓfectus cū præter Lacedæmonē raptim duxisset:Pyrrhi quæ uocāt castra:occupauit:quem peti locū ab achæis non dubitabat:inde hostibus occurrit:obtinebāt aūt longo agmine ꝓpter angustias uiæ ꝓpe quinquemillia passuum:cogebatur agmen ab equitibus & maxime a p̄te auxiliaꝝ:qđ æstimabat Philopœmenes tyrannū mercennariis militibus:quibus plurimū fideret:a tergo suos aggressuꝝ.Duæ res simul inopinatæ ꝓculerūt eū:una ꝓoccupatus quem petebat locus:altera qđ primo agmini occurrisse hostem cernebat:ubi cū p loca confragosa iter esset:sine leuis armaturæ p̄sidio signa ferri nō uidebat posse. Erat aūt Philopœmenes ꝓcipuæ i ducendo agmine locisq; capiendis solertiæ atq; usus:nec belli tantum temporibus:sed etiam in pace se ad id maxime exercuerat:ubi iter copiā faceret:& ad difficilem transitu saltum uenisset:cōtemplatus ab omni p̄te loci naturā cū solus iret:secum ipse agitabat aīo:cū comites haberet:ab iis quærebat:si hostis eo loco apparuisset:quid si a fronte:quid si ab latere hoc aut illo : quid si a tergo adoriret̄:capiendū cōsilii foret.hostes instructos recta acie posse incōditū agmē & tantūmodo aptū uiæ occurrere:quē locū ipse capturus esset:cogitādo aut quærēdo exequebat̄;aut quot armatis : aut quo genere armoꝝ :plurimū enim interesse usurus quo ipediméta:quo sarcinas:quo turbā inermē traiiceret: quanto ea aut quali p̄sidio custodiret:& utrū p̄gere qua cœpisset ire uia:an ea:qua ueniss̄et:repetere melius esset:castris quoq; quē locū capet:quātū muniméto amplecteret̄ loci: qua opportuna aquatio:qua pabuli lignorūq; copia esset:qua postero die castra mouēti tutum maxime iter:quæ forma agminis eēt. his curis cogitationibusq; ita ab ineūte ætate animū agitauerat:ut nulla ei noua i tali re cogitatio esset.Et tū oīum primū agmē cōstituit:dein cretenses auxiliares:& quos tarentinos uocabāt:equites binos secū trahētes equos ad prima signa misit:& iussis equitibus subsequi:sup torrentē:unde aquari possent : rupem occupauit . eo impedimenta omnia & calonum turbam coniectam armatis circundedit : & pro natura loci castra cōmuniuit:tabernacula statuere i aspretis & inæquabili solo difficile erat.Hostes quingentos passus aberant:ex eodem riuo utriq; cum p̄sidio leuis armaturæ aquati sunt:& priusquam qualia in ꝓpinqs castris solent: contraheretur certamen:nox interuenit.Postero die apparebat pugnāndū ꝓ aquatoribus circa riuum esse.nocte in ualle a conspectu hostium auersa:quantam multitudinem locus occulere poterat:condidit cetratoꝝ.Luce orta cretensium leuis armatura & tarentini equites sup torrentem prælium

cõmiserunt:Letennastus cretensis popularibus suis:equitibus Lyportas megalopolitanus præerat.Cretenses & hostiũ auxiliares:equitũq; iidẽ genus tarentini p̃sidio aquatoribus erãt.aliquandiu dubium prælĩ fuit:ut eodẽ ex p̃te utraq; hoĩum genere & armis paribus:p̃cedente certamine & numero uicere tyranni auxiliares:& quia ita p̃ceptum a Philopœmene præfectis erat:ut modico edito prælio ĩ fugam inclinarẽt: hostẽq; ad ĩsidiaꝝ locum p̃traherent.Effuse secuti fugiẽtes p̃ cõuallẽ plæriq; & uulnerati & ĩterfecti sunt: priusquã occultũ hostẽ uiderent:cetrati ita quantũ latitudo uallis patiebat:instructi sederãt:ut facile p̃ interualla ordinũ fugiẽtes suos acciperẽt.cõsurgũt deinde ipsi integri recẽtes ĩstructi:& ĩ hostes ĩordinatos effusos:labore etiã & uulneribus fessos ĩpetũ faciũt.nec dubia uictoria fuit:extẽplo terga dedit tyranni miles:& haud paulo cõcitatiore cursu:quã secutus erat:fugiẽs ĩ castra ẽ cõpulsus:multi cæsi captiq; ĩ fuga sũt: & ĩ castris quoq; foret trepidatũ:ni Philopœmenes receptui cani iussisset: loca magis cõfragosa q̃cũq; temere p̃cessisset:nequaq̃ hostẽ metuẽs.Inde ex fortuna pugnæ & ingenio ducis cõiectãs ĩ quo tũ is pauore esset:unũ de auxiliaribus specie transfugæ misit ad eũ:qui p̃ cõperto afferret achæos statuisse postero die ad eurotã amnẽ:q; p̃pe sub ipsis affluit mœnibus:p̃cedere:ut ĩtercluderẽt: ne aut tyrãnus : cũ uellet:receptũ ad urbẽ hret:aut cõmeatus ab urbe ĩ castra portarent:simul etiã tentaturus:siquorũ animi sollicitari ad defectionẽ a tyrãno possẽt.Nõ tã fidẽ dictis p̃fuga fecit:quã pculso metu relinquẽdi castra causam probabilẽ p̃buit.Postero die Pythagorã cũ auxiliaribus & equitatu stationẽ agere p̃ uallo iussit: ipe tãquam ĩ aciẽ cũ robore exercitus egressus signa ocius ferri ad urbẽ iussit. Philopœmenes posteaquã citatũ agmẽ p̃ angustã & p̃cliuẽ uiã duci raptim uidit:equitatũ oẽm & cretẽsium auxiliares ĩ stationẽ hostiũ:quæ pro castris erat:emittit.illi ubi hostes adesse:& a sui se desertos esse uiderũt : primo in castra se recipere conati sunt:deide posteaquã ĩstructa acies tota achæoꝝ admouebat:metu ne cũ ipsis castris caperent:sequi suorũ agmẽ aliquãtũ p̃gressum ĩsistũt.Extẽplo cetrati achæoꝝ ĩ castra ĩpetũ faciũt:cæteri ad p̃sequendos hostes ire p̃gũt.erat iter tale:p̃ qđ trãquillũ ab hostili metu agmẽ expedire posset:ut uero ad postremos p̃liũ ortũ é:clamorq; terribilis a tergo pauẽtiũ ad prima signa ẽ sublatus:p̃ se quisq; armis abiectis ĩ circũiectas itineri siluas diffugiũt ; momẽtoq; tẽporis strage armoꝝ septa uia ẽ maxime hastis:quæ plæræq; aduersæ cadẽtes uelut uallo obiecto iter ipediebãt.Philopœmenes utcũq; ĩstaret & p̃sequi auxiliaribus iussis:utiq; enim equitibus haud facile futurã fugã:ipse grauius agmẽ uia patentiore ad eurotã amnẽ deduxit: ibi castris sub occasũ solis positis:leuẽ armaturã:quã ad p̃sequẽdũ reliquerat hostẽ : oppiebat.q; ubi prima uigilia uenerũt nũciãtes tyrannũ cũ paucis ad urbẽ penetrasse:cæteram multitudinẽ inermẽ toto sparsam uagari saltu:& corpora curare eos iubet.ipse tũ ex cætera copia militũ:qui quia priores ĩ castra uenerãt: refecti & cibo sumpto & modica qete erãt:delectos nihil p̃ter gladios secũ ferentes extẽplo educit:& duarum portaꝝ itineribus:quæ Phæcas:quæq; barbosthenes ferũt:eos instruxit:qua & fuga recepturos sese hostes credebat.Nec eũ opinio fefellit:ná lacedæmonii: quoad lucis supfuit aliquid:a deuiis callibus medio saltu recipiebãt se:primo uespere ut lumina ĩ castris hostiũ cõspexere:e regione eoꝝ occultis semitis se tenuerũt:ubi p̃gressi ea sunt:tã tutũ rati ĩ patẽtis uias descẽderãt:ibi excepti ab ĩsidente hoste passim: ita multi cæsi captiq; sunt:ut uix q̃rta pars de toto exercitu euaserit.Philopœmenes ĩcluso tyrãno in urbẽ insequentes dies p̃pe trigĩta uastandis agris laconũ absumpsit:debilitatisq; ac p̃pe fractis tyranni uiribus domũ rediit æquãtibus eũ gloria reꝝ achæis ĩperatori romano:& qđ ad laconũ bellũ attineret: p̃ferẽtibus etiam. Dũ inter achæos & tyrãnũ bellũ erat:legati rõanoꝝ circunire solliciti socioꝝ urbes:ne ætoli p̃tis alicuius aĩos ad Antiochũ auertissent:minimũ operæ ĩ achæis adeũdis cõsumpserãt:quos:quia Nabidi infesti erãt: ad cætera quoq; satis fidos cẽsebant esse.Athenas primũ inde Calcidẽ:inde ĩ Thessaliã iere:allocutiq; cõcilio frequẽti thessalos Demetriadẽ iter direxere.eo magnetũ cõciliũ ĩdictũ est.Accuratior ibi habẽda oratio fuit:qđ p̃s p̃cipũ alienati a romanis totiq; Antiochi & ætoloꝝ erãt:qa cũ reddi filiũ obsidẽ Philippo allatũ esset:stipẽdiũq; ĩpositũ remitti.iter cætera uana allatũ erat Demetriadẽ quoq; ei reddituros rõanos esse.id ne fieret:Eurylochus princeps magnetũ factionisq; eius:quidã nouari ætoloꝝ Antiochiq; aduẽtũ malebãt.aduersus eos ita differendũ erat:ne timorẽ uanũ iis demẽdo spes ĩcisa Philippũ abalienaret:ĩ quo plus ad oĩa momẽti:quã ĩ magnetibus esset.illa tãtũ cõmemorata cũ totã Græciã beneficio libertatis obnoxiã romanis esse:tũ eã ciuitatẽ p̃cipue:ibi.n.nõ p̃sidia mõ macedonũ fuisse:sed regiã exædificatã:ut præsens semp ĩ oculis habẽdus eẽt dominus:cæteroꝝ nequicquã ea facta:si ætoli Antiochũ ĩ Philippi regiã adducerẽt:& nouus & ĩcognitus p̃ noto & expto habẽdus rex eẽt.Magnetarchen summũ magistratũ uocãt: is tũ Eurylochus erat:ac potestate ea frætus negauit dissimulãdũ sibi & magnetibus eẽ.quæ fama uulgata de reddẽda Demetriade Philippo foret:id ne fieret:oĩa & conãda:& audẽda magnetibus esse.& iter dicẽdi cõrẽtionẽ ĩcõsultius euectus,piecit tũ quoq; specie liberã Demetriadẽ eẽ: re uera oĩa ad nutũ rõanoꝝ fieri.Sub hac uoce fremitus uariãtis multitudis fuit:p̃tim assentiẽtiũ p̃tim ĩdignãtiũ dicere id ausũ eũ.Quintius qdẽ adeo exarsit ira:ut manus ad cælũ tendẽs deos testes ĩgrati ac p̃fidi aĩ magnetũ ĩuocaret. Hac uoce p̃territis oĩbus : Zeno ex p̃cipibus unus magnetũ cũ ob elegãter actã uitã auctoritate:tũ qđ semp romanoꝝ haud dubie p̃tis fuerat:ab Quintio legatisq; aliis flens petiit:ne unius amentiã ciuitati assignarẽt: suo quẽq; periculo furere:magnetas nõ libertatẽ mõ:sed oĩa:quæ hoĩbus sancta caraq; sunt.T.Quintio & populo romano debere:nihil quenq̃ ab ĩmortalibus diis p̃cari posse:qđ nõ magnetes ab illis haberent: & ĩ corpora sua citius p̃ furorẽ sæuituros:quã ut romanã amicitiã uiolarẽt. Huius orationem subsecutæ

multitudinis ꝑces sunt. Eurylochus ex cõcilio itineribus occultis ad portã atq; ꝓtinus ī Aetoliã ꝓfugit: iã eni & id magis ī dies ætoli defectionẽ nudabãt: eoq; ipso forte tpe Thoas priceps gẽtis: quẽ miserãt ad Antiochũ: redierat: ideq; Menippũ secũ adduxerat regis legatũ: qui priusq̃ cõciliũ iis dareť: ipleuerãt oĩum au res terrestres naualesq; copias cõmemorãdo: igentẽ uim peditũ equitũq; uenire: ex India elephãtos: ad oĩa quo maxie moueri credebãt multitudinis aĩos tantũ aduehi auri: ut ipsos emere romanos posset. Apparebat: quid ea oratio ī cõcilio motura esset: nã & uenisse eos: & quæ ageret: oĩa romanis legatis deferebãť: & quanq̃ ꝓpe abscisa res erat: tamẽ nõ ab re esse Quintio uisum ẽ: socioꝝ aliquos legatos īteresse ei cõcilio: qui admoneret rõanæ societatis ætolos: q uocẽ liberã mittere aduersus regis legatũ auderẽt. Athenienses maxie ī eã rẽ idonei uisi sũt: ꝓpter & ciuitatis dignitatẽ: & amicitiã cũ ætolis: ab iis Quĩtius petiit: ut legatos ad panætolicũ cõciliũ mitteret. Thoas ī eo cõcilio primũ renũciauit legationẽ. Menippus post eũ ītro missus optimũ fuisse oĩbus: q Græciã Asiãq; icoleret: ait: ītegris rebus Philippi potuisse īteruenire Antiochũ: sua quẽq; habituꝝ fuisse: neq; oĩa sub nutũ dicionẽq; rõanã ꝓuẽtura. nũc quoq; inquit: si mõ uos: quæ icohatis: cõsilia cõstãter pducitis ad exitũ: poterit diis iuuãtibus & ætolis sociis Antiochus quãuis iclinatas Græciæ res restituere ī pristinã dignitatem. ea aũt ī libertate posita ẽ: quæ suis stat uiribus: nõ ex alieno arbitrio pendet. Athenienses: quibus primis post regiã legationẽ dicendi: quæ uellent: potestas facta est: mẽtione oĩ regis ꝑtermissa rõanæ societatis ætolos: meritorũq; ī uniuersam Græciã. T. Quĩtii admonuerũt: ne temere eã celeritate nimia cõsilioꝝ euerterent. cõsilia callida & audacia prima specie læta: tractu dura: euentu tristia esse. legatos romanos & ī iis. T. Quintiũ haud ꝓcul inde abesse: dum integra oĩa essent uerbis potius de iis: quæ ambigerenť: disceptarẽt: quã Asiã Europãq; ad funestũ armarẽt bellum. Multitudo auida nouãdi res Antiochi tota erat: & ne admittẽdos quidẽ ī cõciliũ rõanos censebãt: pricipũ maxime seniores auctoritate obtinuere: ut dareť iis cõciliũ. Cum hoc decretum athenienses retulissent: eundum in Aetoliam Quintio uisum est: aut enim moturum aliquid: aut omnis homines testes fore penes ætolos belli culpam esse: romanos iusta ac ꝓpe necessaria sumpturos arma. Posteaq̃ uentum est eo: Quĩtius ī eo cõcilio orsus a pricipio societatis ætoloꝝ cũ rõanis: & quotiens ab iis fides mota fœderis esset. pauca de iure ciuitatũ: de qbus ambigereť: disseruit. si quid tamen æqui se hĩe arbitrarenť: quãto esse satius Romã mittere legatos seu disceptare: seu rogare senatũ mallent: quã populũ rõanũ cum Antiocho ĩmixtis ætolis nõ sine motu magno generis humani & pnicie Græciæ dimicareť. nec ullos prius cladẽ eius belli sẽsuros: quã qui mouissent. Hoc nequicq̃ uelut uaticinatus rõanus. Thoas deide cæteriq; factionis eiusdẽ cũ assensu oĩum auditi: puicerũt: ut ne dilato quidẽ cõcilio & absentibus rõanis decretũ fieret: quo accerseret Antiochus ad liberãdã Græciã: disceptãdũq; iter ætolos & rõanos. Huic tã supbo decreto addidit ꝓpriã Cõtumeliã Democritus ꝓtor eoꝝ: nã cum idipsum posceret decretũ. T. Quĩtius: nõ ueritus maiestatem uiri primo aliud ī ꝑsentia: qđ magis ĩstaret: ꝓuertendũ sibi esse dixit: decretũ resꝑonsumq; breui ī Italia castris sup ripã tyberis positis datuꝝ. tãtus furor illo tpe gentem ætoloꝝ: tãtusq; magistratus eoꝝ cepit. Quintius legatiq; Corithũ rediere: inde ut quæq; de Antiocho nihil ꝓ se ipsi moti & sedentes expectare aduentũ uiderenť regis. cõcilium qdem uniuersæ gentis post dimissos rõanos nõ habuerunt: ꝓ apocletos aũt (ita uocãt: sanctius cõcilium ex delectis cõstat uiris) id agitabãt: quomõ res ī Græcia nouareť. iter oĩs cõstabat ī ciuitatibus pricipes optimũ quẽq; rõanæ societatis esse: & ꝑsenti statu gaudere: multitudinẽ: & quoꝝ res nõ ex sententia ipsoꝝ esset: oĩa nouare bella. Aetoli cõsiliũ uno die spei quoq; nõ audacis mõ: sed etiã ipudentis ceperũt: Demetriadẽ: Chalcidẽ: Lacedæmonẽ occupãdi. singuli ī singulas missi sunt pricipes. Thoas Chalcidẽ: Alexamenus Lacedæmonẽ: Diocles Demetriadẽ. Hunc exul Eurylochus: de cuius fuga causaq; fugæ ante dictum est: quia reditus ī patriã nulla spes alia erat: adiuuit. litteris Eurylochi admoniti ꝓpiqui amiciq;: & qui eiusdẽ factionis erãt: liberos & cõiugem cũ sordida ueste tenentes uelamenta supplicũcõcionẽ frequenter adierũt: singulos uniuersosq; obtestãtes ne isontem indãnatũ cõsenescere ī exilio sineret: & simplices hoies misericordia: & iprobos sedicioso sq; imiscendi res tumultu ætolico spes mouit: ꝓ se qsq; reuocare iubebãt. His ꝓparatis Diocles cũ oĩ equitatu (& erat tunc ꝑfectus equitũ) specie reducentis exulem hospitem ꝓfectus die ac nocte ingens iter emẽsus: cũ millia sex ab urbe abesset: luce prima tribus electis turmis cætera multitudine equitũ subseq iussa ꝓcessit. Posteaq̃ portæ appropiquabat: desilire omnes equis iussit: & loris ducere equos itineris maxime mõ solutis ordinibus: ut comitatus magis præfecti uideret: quã ꝑsidium. Ibi una ex turmis ad portã relicta: ne excludi subsequens comitatus posset: media urbe ac ꝓ foꝝ manu Eurylochũ tenens multis occurrentibus gratulantibusq; domum deduxit: mox equitum plena urbs erat: & loca opportuna occupabanť: tũ ī domos missi: qui principes aduersæ factionis ītericerent. Ita Demetrias ætoloꝝ facta est. Lacedæmoni nõ urbi uis afferenda: sed tyrãnus dolo capiẽdus erat: quem spoliatum maritimis oppidis a romanis tũc intra mœnia etiã Lacedæmonis ab achæis cõpulsum: qui occupasset: occidere eũ potius gratiam rei apud lacedæmones latuꝝ. Causam mittendi ad eum habuerũt: qđ fatigabat precibus: ut auxilia sibi cũ illis auctoribus rebellasset: mitterenť. cc. pedites: Alexameno dati sunt & triginta delecti ex iuuentute equites. iis a prætore Democrito in cõcilio arcano gentis: de quo ante dictum est: denunciatum ne se ad bellum achaicum: aut rem ullam: quã sua quisq; opinione percipere posset: crederent missos esse: quicquid Alexamenum res monuisset subiti consilii cape: ad id quãuis inopinatum temerarium audax obedienter exequendum parati essent: ac ꝓ eo acciperent: tanq̃ ad id unum

agendum missos a domo se scirent. Cum his ita ꝑparatis Alexamenus ad tyrannum uenit: quē aduenies extéplo spei ipleuit: Antiochū i Europā transisse: mox i Græciā fore: terras: maria armis uirisq; cōpletuꝝ: nō cū Philippo rem esse credituros romanos: numeꝝ iniri peditū equitūq; ac nauium nō posse: elephantoꝝ aciē cōspectu ipso debellaturā. Aetolos suo exercitu ꝑparatos esse uenire Lacedæmoné cū res poscat: sed frequétes armatos ostédere aduenieti regi uoluisse. Nabidi quoq; & ipsi faciédum esse: ut quas haberet copias: nō sineret sub tectis marcescere otio: sed educeret: & in armis decurrere cogeret: simul animos acuerat: & corpora exerceret: cōsuetudíe leuioré laboré fore: & comitate & benignitate ducis etiā nō iniucundum fieri posse. Educi inde frequenter ante urbé in campū ad eurotā amné cœpere satellites tyranni. media fere in acie cōsistebat tyránus cum tribus summū equitibus: iter quos plærūq; Alexamenus erat: ante signa uectabaꝰ cornua extrema inuisens: i dextero cornu ætoli erāt: & qui ante auxiliares tyráni fuerāt: & qui uenerāt milites: cū Alexameno fecerāt sibi amoré. Alexamenus núc cū tyranno iter paucos ordines circuneundi monédiq; eū: quæ in ré esse uidebanꝰ: núc in dexteꝝ cornu ad suos adequádi mox inde uelut iperato: qđ res poposciſſet: recipiédi se ad tyránum. Sed quē diem patrandi facinoris statuerat: eo paulisper cū tyranno uectatus: cū ad suos cōcessisset cū equitibus a domo secū missis: agéda: inquit: res é iuuenes: audédaq; quā me duce impigre exequi iussi estis: parate aios dextrasue: nequis eo: qđ me uiderit faciétem: cesset: qui cūctatus fuerit: & suū cōsiliū i eo interponet: sciat sibi reditū ad penates nō esse. horror cūctos cepit: & memineranꝰ: cū quibus mādatis exissent. Tyránus ab leuo cornu ueniebat: ponere hastas eqtes Alexamenus iubet & se intueri: colligit & ipse animum confusum tantæ cogitatione rei. posteaquam appropīquabat: impetū facit: & transfixo equo tyrannū deturbat: iacentē equites cōfodiunt multis frustra i loricā ictibus: tandé in nudū corpus uulnera ꝓuenerūt: & priusq; media acie succurrereꝰ: expirauit. Alexamenus cū oībus ætolis citato gradu ad regiā occupádam ꝓgit: corporis custodes: cū res in oculis gereretꝰ: pauor primo cepit: deinde posteaquā abire ætoloꝝ agmé uidere cōcurrūt ad relictū tyranni corpus: ꝑpaucoꝝ turba ex custodibus uitæ mortisq; ultoribus facta est: nec mouisset se quisquā: si extemplo positis armis uocata i cōciōnē multitudo fuisset: & oratio habita tépori cōueniens. Frequétes inde retenti sine armis ætoli: sine iiuria cuiusq;: sed ut oportet i cōsilio fraude cœpto oia i maturādam ꝓniciem eoꝝ: qui fecerāt: sūt facta. dux regia inclusus dié ac nocté in scrutādis thesauris tyráni cōsumpsit. ætoli uelut capta urbe: quā liberasse uideri uolebāt: i ꝑdam uersi. Simul ignitas rei ac simul cōtemptus aios lacedæmonis ad coeundū fecit: alii dicere exturbādos ætolos: & libertatē: cū restitui uidereꝰ: iterceptā repetendā: alii: ut caput agēdæ rei esset: regii generis aliqué in speciē assumendū. Laconicus eius stirpis erat puer admodū educatus cū liberis tyráni: eū in equū ꝓponunt: & armis arreptis ætolos uágos ꝑ urbē cædunt: tū regiam inuadūt: ibi Alexamenū cū paucis resistenté obtrūcāt. Aetoli circa Chalcioten (Mineruæ é téplū æreū) congregati cædunꝰ: pauci armis abiectis pars Tegeā: pars Megalopolin perfugiūt. ubi cōpræhēsi a magistratibus sub corona uenierūt. Philopœmenes audita clade tyráni ꝓfectus Lacedæmonen cū oīa turbata metu inuenisset: euocatis prīcipibus: & oratione habita: qualis habēda ab Alexameno fuerat: societati achæoꝝ lacedæmonios adiūxit: eo etiā facilius qđ ad id forte tépus. A. Attilius cū q̄ttuor & uiginti quīqueremibus ad Gyttheū accessit. lisdem diebus circa Chalcidé Thoas ꝑ Euthymidam principē pulsum opibus eoꝝ: q romanæ societatis erāt post. T. Quintii legatorūq; aduentū & Herodoꝝ mercatoré sed potenté Chalcide ꝓpter diuitias: præparatis ad ꝓditionē iis: qui Euthymidæ factionis erāt: nequaquā eādē fortunā: qua Demetrias ꝑ Eurylochū occupata erat: habuit. Euthymidas ab Athenis (eū domicilio delegerat locū) Thebas primū hinc Salganea ꝓcessit. Herodorus ad Thoroniū inde haud ꝓcul i maliaco sinu uigintimillia peditū: & Thoas ducētos eqtes: naues onerarias leues ad trigīta habebat: eas cum quingētis peditibus Herodorus traiicere in insulā atlātem iussus: ut inde cū pedestres copias appropīquare iam Aulidi atq; Euripo sentisset: Chalcidé traiiceret: ipsi cæteras copias nocturnis maxime itineribus: quāta poterāt celeritate. Chalcidé ducebāt. Mictilo & Enoclides: penes quos tū summa reꝝ pulso Euthymida Chalcide erat: seu ipsi per se suspicati: seu indicata re: primo pauidi nihil usquā spei: nisi i fuga ponebāt: deīde posteaq̄ resedit terror: & prodi & deseri nō patriam mō: sed etiam romanoꝝ societatē cernebant: cōsilio tali animū adiecerunt. Sacrū anniuersariū eo forte tépore Eretriæ Amarynthidis Dianæ erat: qđ nō populariū modo: sed carystioꝝ etiā cœtu celebraꝰ. eo miserūt: qui orarēt eretrienses caryſtioſq;: ut & suaꝝ fortunaꝝ in eadē insula geniti: misererenꝰ: & romanā societatē respicerēt: ne sinerēt ætoloꝝ Chalcidé fieri: Euboeam habituros: si Chalcidé habuissent. graues fuisse macedonas dominos: multo minus tolerabiles futuros ætolos. Romanoꝝ maxime respectus ciuitates mouit: & uirtutē nup in bello: in uictoria iustitiā benignitēq; exptos. itaq; qđ roboris in iuuentute erat: utraq; ciuitas armauit: misitq; his tuēda mœnia Chalcidis oppidani cū tradidissent: ipsi omnibus transgressi Euripū ad Salganea posuerūt castra. inde caduceator primū: deīde legati ad ætolos missi ꝑcunctatū: quo suo dicto factoue socii ad se oppugnādos uenirent. Respondit Thoas dux ætoloꝝ nō ad oppugnandos: sed ad liberandos ab romanis uenire sese: splendidiore nūc eos cathæna: sed multo grauiore uinctos esse: quā cum præsidiū macedonum in arce habuissent: se uero negare chalcidenses aut seruire ulli: aut præsidio cuiusq̄ egere. Itaq; digressi ex colloquio legati: ad suos Thoas & ætoli: ut qui spem oēm in eo: ut improuiso opprimerēt: habuissent: ad iustū bellum oppugnationēq; urbis mari ac terra munitæ haudquaquā pares domū rediere. Euthymidas posteaq̄ castra popularium ad Salganea

ira quã miſericordia ĩ cauſa eoꝝ ualebat:quia nõ ut hoſtibus mõ ſed tanquã indomitæ & inſociabili genti ſuccenſebant.Per aliquot dies cũ certatũ eſſet:poſtremo neq; dari:neq; negari pacẽ placuit:duæ cõdiciones iis latæ ſunt:uel ſenatui liberũ arbitriũ de ſe ꝓmitterẽt:uel mille talenta darent eoſq; amicos uel inimicos haberent.Exprimere cupiẽtibus:quaꝝ reꝝ ĩ ſe arbitriũ ſenatui ꝓmitterẽt: nihil certi reſpõſum eſt, ita infecta pace dimiſſi:urbe eodẽ die:Italia ĩtra.xv.dies excedere iuſſi.Tũ de cõſulũ ꝓuinciis inceptũ agi ẽ,ambo Græciã cupiebãt.multũ Lællius ĩ ſenatu poterat:is cũ ſenatus aut ſortiri aut cõparare ĩter ſe ꝓuincias cõſules iuſſiſſet:elegantius facturos dixit:ſi iudicio patrũ:quã ſorti eã rẽ ꝓmiſiſſent.Scipio reſpõſo ad hoc dato cogitatuꝝ quid ſibi faciendũ eſſet:cũ fratre uno locutus iuſſuſq; ab eo ꝓmittere audacter ſenatui:renũciat collegæ factuꝝ ſe:qđ is cenſeret.Cũ res aut noua aut uetuſtate exẽploꝝ memoriæ iã exoletæ relata expectatiõe certaminis ſenatũ erexiſſet.P.Scipio Africanus ait: ſi.L.Scipiõi fratri ſuo ꝓuiciã Græciã decreuiſſent:ſe legatũ ituꝝ.Hæc uox magno aſſẽſu audita ſuſtulit certamẽ:experiri libebat:utrũ plus regi Antiocho ĩ Annibale uicto:an ĩ uictore Africano cõſuli legionibuſq; romanis auxilii foret:ac ꝓpe oẽs Scipioni Græciã:Lællio Italiã decreuerũt.Prætores ide ꝓuincias ſortiti ſũt.M.Aurunculeius urbanã: L. Aemylius Regillus claſſem.P.Iunius Brutus tuſcos:Gn.Fuluius Apuleã & brutios:G.Antiſtius Siciliã.Cõſuli deinde:cui Græcia ꝓuincia decreta erat:ad eũ exercitũ:quẽ a.M.Attilio(duæ aũt legiões erãt) accepturus eſſet:in ſupplemẽtum addita peditum ciuiũ romanoꝝ triamillia:equites cẽtum:& ſociũ latini noĩs quinquemillia:equites.cc.& adiectũ ut cum in ꝓuinciam ueniſſet:ſi e republica uideret eſſe:exercitũ in Aſiam traiiceret.Alteri cõſuli totus nouus exercitus decretus:duæ legiones romanæ:& ſocium latini nomĩs.xv. millia peditũ:eqtes.cc.Exercitũ ex liguribus.Qu.Minutius(iam enĩ cõfectã ꝓuinciã ſcripſerat & ligurum omne nomẽ in deditionẽ ueniſſe)traducere ĩ boios:&.P.Cornelio ꝓcõſuli tradere iuſſus.ex agro:quo uictos bello mulctauerat boios:deductæ urbanæ legiones:quæ priore anno conſcriptæ erant : Gn.Fuluio prætori datæ:& ſocium ac latini nominis peditum.xv.millia:equites.cc.ad Apuliam brutioſq; obtinẽdos A.Cornelio ſupioris ãni prætori:qui brutios cum exercitu obtinuerat:impatum: ſi ita conſuli uideretur: ut legiones in Aetoliam traiectas.M.Attilio traderet:ſi is manere ibi uellet:ſi Attilius redire Romã mallet:ut.A.Cornelius cũ eo exercitu in Aetolia remaneret.G.Antiſtium Labeonẽ ꝓuinciam Siciliam exercitumq; ab.L.Aemylio accipe placuit:& in ſupplementum ſcribere ex ipſa ꝓuincia:ſi uellet: peditum duomillia & cẽtũ equites.P.Iunius Brutus cõſulis exercitũ nouũ:legionem unã romanã:& decẽmillia ſocium ac latini noĩs ſcribere & quadrĩgẽtos equites.L.Aemylius:cui ꝓuincia maritima erat:uiginti naues lõgas & ſocios nauales a.M.Iunio ꝓtore ſupioris anni accipere iuſſus:& ſcribere ipe nauales ſocios mille peditũ: cũ iis nauibus militibuſq; ĩ Aſiam ꝓficiſci:& claſſem a.G.Liuio accipere .Duas Hiſpanias Sardiniãq; obtinẽtibus ꝓgatũ ĩ annũ ĩperiũ ẽ ; & iidem exercitus decreti Siciliæ Sardiniæq; binæ eo ãno decimæ frumẽti imperatæ.ſiculum omne frumentum in Aetoliam ad exercitum portari iuſſum:ex Sardinia pars Romam:pars in Aetoliam eodem:quo ſiculum.Priuſquam conſules in prouinciam proficiſcerentur : prodigia ꝑ pontifices ꝓcurari placuit.Romæ Iunonis Lucinæ templum de cælo tactũ erat:ita ut faſtigium uaſuæq; deformarent.Puteolis pluribus locis murus & porta fulmine icta:& duo hoĩes exanimati.Nurſiæ ſereno ſatis cõſtabat nimbum ortum:ibi quoq; duos liberos hoĩes exanimatos.Terrã apud ſe pluuiſſe tuſculani nunciabãt:& reatini mulã in agro ſuo peperiſſe.Ea ꝓcurata : latinæq; inſtauratæ:quod laurẽtibus carnis:quæ dari deberet:data nõ fuerat.ſupplicatio quoq; religionũ cauſa fuit:qbus diis decẽuiri ex libris: ut ſacra fierẽt:ediderũt:decẽ ĩgenui:decẽ uirgines:patrimi oẽs:matrimiq; ad id ſacrificiũ adhibiti:& decẽuiri nocte latẽtes rẽ diuinã fecerũt.P.Cornelius Scipio Africanus:priuſq; ꝓficiſceret:fornicẽ ĩ capitolio ad uerſus uiam:qua ĩ capitoliũ aſcẽdit:cũ ſignis ſeptem auratis: duobus equis:marmorea duo labra ante fornicẽ poſuit.Per eoſdẽ dies principes ætoloꝝ tres &.xl. inter quos democritus & frater eius erãt:ab duabus cohortibus miſſis a.M.Attilio Romam deducti:& ĩ latumias cõiecti ſunt.cohortes ide ad exercitũ redire L.Cornelius cõſul iuſſit.Legati ab Ptolemæo & Cleopatra regibus Aegypti gratulantes:qđ.M.Attilius cõſul Antiochum regẽ Græcia expuliſſet:uenerũt:adhortãteſq; ut ĩ Aſiam exercitũ traiiceret:oĩa ꝓculſa metu nõ in Aſia modo:ſed etiam in Syria eſſe reges Aegypti ad ea:quæ cẽſuiſſet ſenatus:paratos fore.Gratiæ regibus actæ:legatis munera dari iuſſa:ĩ ſingulos quaternũ milliũ æris.L.Cornelius cõſul pactis:quæ Romæ agẽda erãt:ꝑ concione edixit:ut milites:quos ipſe in ſupplemẽtum ſcripſiſſet:quiq; in brutiis cũ Aulo Cornelio ꝓprætore eſſent:ut biduo oẽs idibus quintilibus Brunduſium cõuenirent. item tris legatos noĩauit Sex.Digitium:Lucium Apuſtium:Gaium Fabricium Luſinũ:qui ex ora maritima undiq; naues Brũduſium contraherent.& omnibus iam peractis paludatus ab urbe eſt ꝓfectus ad.v.millia uoluntariorum ex romanis ſociiſq;:qui enumerata ſtipendia ſub imperatore.P.Africano habebant:præſto fuere exeunti conſuli:& nomina dederunt.Per eos dies:quibus eſt ꝓfectus ad bellum cõſul: ludis apollinaribus ad quintum idus quintiles cælo ſereno interdiu obſcurata eſt lux:cum luna ſub orbẽ ſolis ſubiiſſet.Et.L.Aemylius Regillus:cui naualis ꝓuincia euenerat:eodẽ tẽpore ꝓfectus ẽ.L.Aurũculeio negotium ab ſenatu datum eſt:ut.xxx.quinqueremes faceret:qa fama erat Antiochũ poſt ꝑliũ nauale maiorẽ claſſẽ aliquãto reparare.Aetoli:poſteaq; legati ab Roma rettulerũt nullam ſpem pacis eſſe:quanquã omnis ora maritima eorum:quæ in Peloponneſum uerſa ẽ:depopulata ab achæis erat:periculi magis quam damni memores:ut romanis intercluderẽt iter:coracẽ occupauerunt montẽ: neq; enim dubitabant ad oppugnationẽ

Naupacti eos principio ueris redituros esse. Attilio: quia id expectari sciebat: satius uisum est inopinatam aggredi rem: & Lamiam oppugnare: nam & a Philippo ꝑpe ad excidiū adductos esse: & tunc eo ipso: quod nihil tale timerent: opprimi incautos posse. Profectus ab Elatia primū ī hostiū terra circa sperchiū amnē posuit castra: inde nocte motis signis prima luce corona mœnia est aggressus. magnus pauor ac tumultus ut in re ꝑprouisa fuit: cōstantius tamē: quā quis facturos crederet in tam subito ꝑiculo: cū uiri ꝑpugnarēt: fœminæ tela oīs generis saxaq; in muros gererēt: multifariā scalis appositis urbē eo die defenderūt. Attilius signo receptui dato suos ī castra medio ferme die reduxit: & quidē cibo & quiete refectis corporibus: priusquā prætorium dimitteret: denūciauit: ut ante lucē armati paratiq; essent: nisi expugnata urbe se eos in castra nō reductuꝝ. Eodē tēpore: quo pridie pluribus locis aggressus: cū oppidanos iam uires: iam tela: iam ante oīa animus deficeret ītra paucas horas urbē cepit. ibi ꝑtim diuendita: ꝑtim diuisa præda. Consiliū habitū: qd deīde faceret. nemini ad Neupactū iri placuit occupato ad coracē ab ætolis saltu. ne tamen segnia æstiua eēnt: & ætoli non ꝑpetratam pacem ab senatu nihilominus ꝑ suam cunctationē haberēt: oppugnare Attilius Amphisam statuit. ab Heraclea ꝑ oetam exercitus eo ductus. Cū ad mœnia castra posuisset: nō corona sicut Lamiam: sed operibus oppugnare urbem est adortus: pluribus simul locis aries admouebatur: & cū quaterentur muri: nihil aduersus tale machinationis genus parare aut cōminisci oppidani conabanē: omnis spes in armis & audacia erat: eruptionibus crebris & stationes hostiū & eos ipsos: qui circa opera & machinas erāt: turbabāt: multis tamē locis decussus murus erat: cū allatū est successorē Apolloniæ expositō exercitu ꝑ Epiꝝ ac Thessaliā uenire. cū tribus millibus peditum & quīgētis equitibus cōsul ueniebat: iam ī sinū maliacū uenerat: & præmissis Hypatam: qui tradere urbem iuberēt: posteaquā responsum ē nihil nisi ex cōmuni ætoloꝝ decreto facturos: ne teneret se oppugnatio Hypatæ nōdum Amphisa recepta: ꝑmisso fratre Africano amplissimū agmen ducit. Sub aduentū eoꝝ oppidani relicta urbe (iā enī magna ex ꝑte nudata mœnibus erat) in arcē: quā inexpugnabilē hēnt: oēs armati atq; inermes cōcesserē. Sexmillia ferme passuum inde posuit castra. eo legati atheniēses primū ad. P. Scipionē ꝑgressum agmē: sicut ante dictum ē: deinde ad consulē uenerūt deprecātes ꝑ ætolis. Clæmētius responsum ab Africano tulerūt: qui cām relinquēdi honeste ætolici belli quærēs Asiā & regē Antiochū spectabat: iusseratq; atheniēses nō romanis solū ut pacē bello præferrēt: sed etiā ætolis ꝑsuadere. Celeriter auctoribus atheniēsibus frequēs ad Hypatā legatio ætoloꝝ uenit: & spem pacis eis sermo etiā Africani: quē priorē adierūt: auxit: commemorantis multas gētes populosq; ī Hispania primo: deinde ī Africa in fidē suā uenisse: in oībus se maiora clæmentiæ benignitatisq; quam uirtutis bellicæ monumēta reliquisse. Perfecta uidebatur res: cum aditus cōsul idē illud responsum rettulit: quo fugati ab senatu erant. eo tanquam nouo cū icti ætoli eēnt: nihil emī nec legatione athenienſium: nec placido Africani responso ꝑfectum uidebant: referre ad suos dixerunt uelle. reditū inde Hypatam ē: nec cōsilium expediebaē: nam neq; unde mille talentū dareē: erat: & ꝑmisso libero arbitrio ne ī corpora sua sæuireē: metuebant. Venire itaq; eosdē legatos ad cōsulem & Africanū iusserūt: & petere ut si dare uere pacē non tantū ostēdere frustrātes spem miseroꝝ uellent: aut ex sūma pecuniæ demerent: aut ꝑmissionē extra ciuiū corpora fieri iuberēt. nihil ꝑpetratū ut mutaret cōsul: & ea quoq; irrita legatio dimissa ē. Secuti & atheniēses sūt: & prīceps legationis eoꝝ Euthydemus fatigatos tot repulsis ætolos & cōplorātes inutili lamētatione fortunā gentis ad spem reuocauit: auctor īducias sex mēsium petēdi ut legatos Romā mittere possēt: dilationē nihil ad ꝑsentia mala: quippe quæ ultima eēnt: adiecturam: leuari ꝑ multos casus tpe ītерposito ꝑsentes clades posse. Auctore Euthydemo iidē missi: prius. P. Scipione cōuēto ꝑ eū inducias tēporis eius: qd petebant: a cōsule impetrauerunt: & soluta obsidione Amphisæ. M. Attilius tradito cōsuli exercitu ꝑuicia decessit. Et cōsul Amphisa Thessaliā repetit: ut ꝑ Macedoniā Thraciāq; duceret ī Asiam. tum Africanus fratri iter: quod insistis. L. Scipio: ego quoq; approbo: sed totū id uertitur ī uoluntatem Philippi: qui si imperio nostro fidus ē: & iter & cōmeatus & oīa: quæ in lōgo itinere exercitus alūt: iuuātq; nobis ſuppeditabit: si iis destituat: nihil ꝑ Thraciā satis tutū hēbis. itaque prius regis animū explorari placet: opportune explorabiē: si nihil ex ꝑparato agentē opprimet: q mittetur. T. Sēpronius Gracchus longe tū acerrimus iuuenū ad id delectus: ꝑ dispositos equos ꝑpe incredibili celeritate ab Amphisa: inde Elim ē dimissus: die tertio Pellam ꝑuenit. in cōuiuio rex erat: & in multum uini ꝑcesserat: ea ipa remissio animi suspicionē dempsit nouare eum quicq; uelle: & tum quidē comiter accepti hospes: postero die cōmeatus exercitui paratos benigne pontes in fluminibus factos: uias: ubi trāsitus difficiles erant: munitas uidet. hæc referēs eadē: qua ierat: celeritate Thaumastis occurrit consuli. Inde certiore & maiore spe lætus exercitus ad ꝑparata oīa ī macedoniā ꝑuenit. ueniētes regio apparatu accepit: & ꝑsecutus ē rex. multa ī eo & dexteritas & humanitas uisa: quæ cōmēdabilia apud Africanū erāt uirum: sicut ad cætera regiū: ita a comitate: quæ sine luxuria eēt: non auersum. inde non ꝑ Macedoniam modo: sed etiam Thraciam ꝑsequēte & ꝑpārāte omnia Philippo: ad Hellespontum ꝑuētum ē. Antiochus post naualē ad Caricum pugnam cum totam hyemē liberam in apparatus terrestres maritimosq; habuisset classi maxime reparandæ: ne tota maris possessione pelleretur: intētus fuerat. succurrebat supatum se cū classis abfuisset rhodiorum: quod si ea quoq; nec commissuros rhodios. ut itez morarētur: certamini adessent: magno sibi nauiū nūero opus fore: ut uiribus & magnitudīe classem hostium æquaret. Itaq; & Annibalē in Syriā miserat ad phœnicū accersēdas naues: Polyxenidē: quo minus ꝑspe gesta res erat: eo enixius:

& eas:quæ erat:reficere:& alias pare naues iussit.ipe í Phrygia hybernauit ūdiq; auxilia accersēs:etiā í Gallogræciam miserat:bellicosiores ea tēpestate erāt gallogræci adhuc nondū exoleta stirpe gentis seruantes aīos.filiū Seleucū Aeolide reliquerat cū exercitu ad maritimas cōtinēdas urbes:quas illinc a Pergamo Eumenes:hīc a Phocea Erythrisq; romani sollicitabāt.Classis rōana:sicut āte dictū ē: ad Cānas hybernabat: eo media ferme hyeme rex Eumenes cū duobusmillibus peditū: eqtibus cētū uenit.is cū magnā p̄dā agi posse dixisset ex hostiū agro:q; circa Hiatirā eēt:hortādo ꝓpulit Liuiū:ut quīq; millia militū secū mitteret missi ingēte p̄dā ītra paucos dies auerterūt.Inter hæc Phoceæ seditio orta q̄busdā ad Antiochū multitudinis aīos auocātibus: grauia hyberna nauiū erāt:graue tributū:q̄d togæ q̄ngētæ īperatæ erāt cū q̄ngētis tunicis:grauis etiā īopia fruméti:ꝓpter quā naues quoq; & p̄sidiū rōanū excessit.tū uero liberata metu factio erat:quæ plebē í cōciōibus ad Antiochū trahebat.senatus & optimates í rōana societate p̄stādū cēsebant:defectionis auctores plus apud multitudiné ualuerūt.Rhodii:quo magis cessatū priore æstate erat: eo maturius equinoctio uerno eundē Pausistratum classis p̄fectum cum sex & trigīta nauibus miserunt. Iam Liuius a Cannis cum triginta nauibus & septē quadriremibns:quas secum Eumenes rex adduxerat: Hellespontum petebat:ut ad transitum exercitus: qué terra uēturum opinabatur:præpararet: quæ opus eēnt.í portum: qué uocāt Achiorum:classem primum auertit:īde Ilium ascēdit: sacrificioq; Mineruæ facto legationes finitimas ab Eleunte &Dardano & Rhoetio tradentes in fidem ciuitates suas benigne audiuit.inde ad Hellesponti fauces nauigat:& decem nauibus in statione cōtra Abydum relictis cætera classe í Europā ad Sexton oppugnandum traiecit.Iam subeuntibus muros fanatici galli primum cum solenni habitu ante portā occurrūt:iussu se matris deum famulos deæ uenire memorāt ad precandum romanū: ut ꝓceret mœnibus urbiq;.nemo eorum uiolatus ē.mox uniuersus senatus cum magistratibus ad dedendam urbē ꝓcessit.Inde Abydum traiecta classis:ubi cum tentatis p colloquia animis nihil pacati responderetur:ad oppugnationem sese expediebant.Dū hæc in Hellespontо gerunt:Polyxenidas regius p̄fectus (erat aūt exul rhodius)cū audisset p̄fectam ab domo populariūm suorum classem:& Pausistratum præfectum supbe quædā & cōtemptim í se concionantem dixisse:præcipuo certamine animi aduersus eum sūpto:nihil aliud dies nocteq; agitabat animo:quam ut uerba magnifica eius rebus cōfutaret. mittit ad eū hominem & illi notum: qui diceret & se Pausistrato patriæq; suæ magno usui:si liceat:fore:& a Pausistrato se restitui in patriam posse.cum quonam modo ea fieri possent:mirabundus Pausistratus percūctaret: fidē petēti dedit agēdæ cōmuniter rei aut silentio tegēdæ.tum īternūcius classem regiam ait totā aut maioré eius partē Polyxenidam traditurꝝ ei p̄tiū tanti meriti nullū aliud pacisci quā reditū í patriam.Magnitudo rei nec:ut crederet:nec ut aspernerēt:dicta effecit:Panhormū samiæ terræ petit:ibiq; ad explorandā ré:quæ oblata erat:substitit:ultro citroq; nuncii cursare.nec fides ante Pausistrato facta ē:quam coram nūcio eius Polyxenidas sua manu scripsit:se ea:quæ pollicitus esset:facturꝝ:signoq; suo īpressas tabellas misit:& uero pignore uelut auctoratū sibi ꝓditoré ratus est:neq; .n. eum:qui sub rege uiueret: cōmissurum fuisse:ut aduersus semetipsum īdicia manu sua testata daret.Inde ratio simulatæ ꝓditionis cōpositā:oīum se regꝝ apparatum omissurum Polyxenidas dicere:non remigem:nō socios nauales ad classem frequentes habiturꝝ:subductuꝝ p̄ simulationē reficiendi quasdā naues:alias í ꝓpinquos portus dimissuꝝ.paucas ante portum Ephesi í salo habiturum:quas:si exire res cogeret:obiecturus certamini foret.Quam negligētiā Polyxenidā in classe sua habituꝝ Pausistratus audiuit:eā ipse extemplo habuit:partē nauiū ad cōmeatus accersendos Alicarnasum:partē Samum ad urbē misit:ut paratus esset:cū signum aggrediēdi a ꝓditore accepisset.Polixenidas augere simulādo erroré:subducit quasdā naues:alias uelut subducturus eēt: naualia reficit:remiges ex hybernis nō Ephesum accersit:sed Magnesiā occulte cogit.Forte quidā Antiochi miles:cū Samum rei priuatæ causa uenisset:ꝓ speculatore compræhensus deducitur Panhormum ad præfectum.is pcunctanti quid Ephesi ageretur:incertū metu an erga suos haud syncæra fide oīa aperit:classē instructam paratamq; in portu stare:remigium omne Magnesiam ad Sypilum naues subductas esse & naualia tegi:nunquā intentius rem naualē administratā esse hæc ne ꝓ ueris audirent:animus errore & spe uana p̄occupatus fecit.Polyxenidas satis oībus comparatis nocte remige a Magnesia accersito:deductisq; raptim quæ subductæ erāt:nauibus:cū diē nō tā apparatu absumpsisset:quā q̄d cōspici ꝓficiscentē classē nolebat:post solis occasum ꝓfectus.lxx.nauibus tectis uento aduerso ante lucē Pygela portum tenuit:ubi cū interdiu ob eandem causam quiesset:nocte í proxima samiæ terræ ꝓiecit:hinc Nicandro quodā archipirrata quinq; nauibus tectis Palynuꝝ iusso petere:atq; inde armatos:qua ꝓximum iter esset: per agros Panhormum ad tergum hostiū ducere:ipse interim classe diuisa ex utraq; classe fauces portus tenere Panhormū petit.Pausistratus ut í re primū nec opinata turbatus parūper: deide uetus miles celeriter collecto aīo terra melius arceri:quā mari hostes posse ratus:armatos duobus agmībus ad ꝓmōtoria:quæ cornibus obiectis ab alto portū faciūt: subducit:īde facile ex ācipitibus hostē sūmoturus. id īceptū eius Nicāder a terra uīsus cū turbasset:repēte mutato cōsilio ascēdere naues oēs iubet.tū uero ingens pariter militū nautarūq; trepidatio orta & uelut fuga in naues fieri:cū se mari terraq; simul cernerēt circūuentos. Pausistratus unā uiā saluti esse ratus:uim facere p fauces portus atq; erūpere in mare apertū posset:posteaquā conscendisse suos uidit:sequi cæteris iussis ipse princeps concitata naue remis ad hostium portus tendit:superantē iam fauces nauē eius Polyxenidas tribus quinqueremibus circunsistit:nauis rostris icta supprimit:

telis obruũtur ꝓpugnatores: ĩter quos & Pausistratus impigre pugnãs ĩterficitur: nauiũ reliquaꝫ ante portum aliæ: aliæ ĩ portu deprehẽsæ: quædã a Nicandro: dũ moliuntur a terra captæ: quĩq; tantum rhodiæ naues: cum duabus cypris effugerunt: terrore flamæ micantis uia sibi inter confertas naues facta: cunctis enim binis a proꝛa prominentibus: trullis ferreis multum conceptum ignem præse portabant. Erythraæ triremes cũ haud ꝓcul a Samo rhodiis nauibus: quibus ut essent p̃sidio: ueniebãt: obuiæ fugientibus fuissent: ĩ Hellespontũ ad romanos cursum auertũt, sub idẽ tempus Seleucus ꝓditam phoceam porta una p̃ custodes aperta recepit: & Cyma Heliaq; eiusdẽ oræ urbes ad eum metu defecerũt. Dũ hæc in Aeolide gerũt: Abydus cũ p̃ aliquot dies obsidionẽ tolerasset p̃sidio regio tutante mœnia: iã oĩbus fessis Philota quoq; præfecto p̃sidii ꝑmittente: magistratus eoꝫ cũ Liuio de cõdicionibus tradẽdæ urbis agebant: rẽ distinebat: quod utrum armati an inermes mitterent regii: parum conueniebat. Hæc agentibus cum ĩterueniisset nuncius rhodioꝫ cladis: omissa de manibus res est: metuens enim Liuius ne successu tantæ rei inflatus Polyxenidas classem: quæ ad Cannas erat: opprimeret: Abydi obsidione custodiaq; Hellespõti extemplo relicta: naues quæ subductæ Cãnis erãt: deduxit. & Eumenes Eleam uenit. Liuius omni classe: cui adiunxerat triremes duas mitylenæas Phoceã petit. quã cũ teneri ualido regio præsidio audisset: nec procul Seleucia castra esse: depopulatus maritimã oram & præda maxime hominum raptim in naues imposita: tantum moratus: dum Eumenes cum classe assequereť: Samum petere intẽdit. Rhodiis primo audita clades simul pauorem: simul luctum ingẽtem fecit: nam p̃ter nauium militumq; iacturam: quod floris: qđ roboris in iuuẽtute fuerat: amiserant: multis nobilibus secutis inter cætera auctoritate Pausistrati: quæ inter suos merito maxima erat: deinde quod fraude capti: quod a ciue potissimũ suo forent: in iram luctus uertit. decem extemplo naues & diebus post paucis decem alias præfecto oĩum Eudemo miserunt: quem aliis uirtutibus bellicis haudquaquã Pausistrato parẽ: cautioremẽ: quo minus animi erat: ducẽ futuꝫ credebant. Romani & Eumenes rex in Erythreã primum classem applicuerũt: ibi noctem unam morati. postero die Corycum Peloꝫ ꝓmontorium tenuerũt: inde cũ in ꝓxima Samiæ uellent traiicere: non expectato solis ortu: ex quo statum cæli notare gubernatores possent: in certam tempestatem miserunt: medio ĩ cursu aquilone in septẽtrionem uerso: exasperato fluctibus mari iactari cœperũt. Polyxenidas Samum petituros ratus hostes ut se rhodiæ classi cõiungerent: ab Epheso ꝓfectus primo ad Mynonesum stetit: inde ad Macrin: quã uocant insulã: traiecit: ut præteruehens: quas aberrantes ex agmine naues posset: aut postremũ agmen opportune adoriret. Posteaq; ſparsam tempestate classem uidit: occasionem primo agrediendi ratus: paulopost increbrescẽte uẽto: & maiores iã uoluente fluctus: quia ꝓuenire se ad eos uidebat nõ posse: ad Etaleam insulam traiecit: ut inde postero die Samum ex alto petentes naues aggrederetur. Romani pars exigua primis tenebris portũ desertũ Samiæ tenuerũt: classis cætera nocte tota in alto iactata in eundem portũ currit. ibi ex agrestibus cognito hostiũ naues ad Etaleam stare: consilium habitum utrum extemplo decernerent: an rhodiam expectarent classem. dilata re(ita enim placuit) Corycum: unde uenerant: traiecerunt. Polyxenidas quoq; cũ frustra stetisset: Ephesum rediit. Tũ romanæ naues uacuo ab hostibus mari Samum traiecerũt: eodem & rhodia classis post dies paucos uenit: quã ut expectatam esse appareret: ꝓfecti extemplo sunt Ephesum: ut aut decernerent nauali certamine: aut si detrectaret hostis pugnã: quod plurimũ itererat: ad animos ciuitatũ timoris cõfessionẽ exprimerent: cõtra fauces portus instructa in frõtem nauium acie stetere. posteaquã nemo aduersus ibat: classe dimissa pars in salo ad hostiũ portus in anchoris stetit: pars in terram milites exposuit. In eos iam ingentẽ prædã late depopulato agro agentes Andronicus macedo: qui ĩ præsidio Ephesi erat: mœnibus appropinquantes eruptionẽ fecit: exutosq; magna parte prædæ ad mare ac naues redegit. Postero die insidiis medio ferme uiæ positis ad eliciendum extra mœnia macedonẽ: romani ad urbem agmine iere: unde cũ ea ipsa suspitio: ne quis exiret: deterruisset: redierunt ad naues: & terra mariq; fugientibus certamẽ hostibus Samum: unde uenerat: classis repetit. Inde duas socioꝫ ex Italia: duas rhodias triremes cum præfecto Epicrate rhodioꝫ ad fretum Cephaleniæ tuẽdũ prætor misit. ĩfestum id latrocinio lacedæmonius Hybristas cũ iuuentute cephalenum faciebat: clausumq; iã mare cõmeatibus italicis erat. Pyræi, L. Aemylio Regillo succedẽti ad nauale imperiũ Epicrates occurrit: qui audita clade rhodioꝫ: cũ ipe duas tantum quinqueremes haberet: Epicratem cum quattuor nauibus in Asiam secum reduxit. ꝓsecutæ etiã aptæ naues athenienſiũ sunt. ægæo mari traiecit. dein Ptimasicrates rhodius cum duabus quadriremibus ab Samo nocte ĩtempesta uenit: deductusq; ad Aemyliũ præsidii causa se missum ait: quod eam oram maris infestam onerariis regiæ naues excursionibus crebris ab Hellesponto atq; Abydo fecerent. Traiiciẽti Aemylio Achio Samum: duæ rhodiæ quadriremes missæ obuiam a Liuio: & rex Eumenes cum duabus quinqueremibus occurrit. Samũ posteaq; uentũ ẽ: accepta a Liuio classe: & sacrificio: ut assoleť: rite facto: Aemylius cõsiliũ aduocauit. Ibi. G. Liuius: is enĩ ẽ primus rogatus sentẽtiam: neminem fidelius dare posse consilium dixit: quã eũ: qui id alteri suaderet: qđ ipe: si ĩ eodem loco esset: facturus fuerit. se in animo habuisse tota classe Ephesum petere: & onerarias ducere multa saburra grauatas: atq; eas ĩ faucibus portus supprimere: & eo minoris molimenti ea claustra esse: quo ĩ fluminis modum longum & angustum & uadosum hostium portus sit. ita adempturũ se maris usum hostibus fuisse inutilemq; classem factuꝫ: nulli ea placere sententia. Eumenes rex quæsiuit: quid tãdem ubi demersis nauibus frenassent claustra maris? utrũ libera sua classe abscessuri ide forẽt ad opẽ ferẽdã sociis:

terrorẽq; hostibus p̃bẽdũ? an nihilominus tota classe portũ obsessuri? siue enĩ abscedãt: cui dubiũ esse: qn hostes detrecturi demersas moles sint: & minore molimẽto apturi portũ quã istruat? sin aũt manẽdũ ibi nihilhominus sit: qd attinere claudi portũ? Quid cõtra illos tutissimo portu opulẽtissima urbe fruẽtes oĩa Asia p̃bente qeta æstiua acturos romanos aperto ĩ mari fluctibus tẽpestatibusq; obiectos? omniũ inopes in assidua statione futuros: ipsos magis alligatos ĩpeditosq; nequid eox: quæ agenda sint: possint agere: quã ut hostes clausos habeant. Eudemus præfectus rhodiæ classis magis eã sibi displicẽre sententiã ostendit: quam ipse: quid censeret: faciendũ dixit. Epicrates rhodius omissa in p̃sentia Epheso: mittendam nauium ptem in Lyciam censuit: & Patarã caput gentis ĩ societatem adiungẽdam in duas res magnas usui fore: & rhodios pacatis circa insulam suam terris totis uiribus incumbere in unius belli: qđ aduersus Antiochũ sit: curã posse: & eam classem: quæ in Lyciam cõparet: intercludi ne Polyxenidæ coniungat. Maxime mouit sentẽtia: placuit tamẽ Regillũ tota classe euehi ad portũ Ephesi ad inferendũ hostibus terrorẽ. L. Liuius cũ duabus qnqueremibus rõanis & q̃ttuor quadriremibus rhodiis cũ duabus aptis smyrnæis in Lyciam ẽ missus Rhodũ prius iussus adire: & omnia cũ iis communicare consilia. Ciuitates: quas præteruectus ẽ Miletus Mindus: imperata enixe fecerunt. Rhodũ ut est uentum: simul & ad quam rem emissus eẽt: iis exposuit: & cõsuluit eos: approbãtibus cunctis & ad eã: quam habebat classẽ: assumptis tribus quadriremibus nauigat Pataram. Primo secũdus uẽtus ad ipsam urbem ferebat eos: spabantq; subito terrore aliquid moturos: posteaq̃ circunagẽte uẽto fluctibus dubiis uolui cœptum ẽ mare: puicerũt quidẽ: remis ut tenerẽt terram: sed neq; circa urbẽ tuta statio erat: nec ante hostium portus in salo stare poterant aspero mari & nocte imminẽte præteruecti mœnia portum phœnicum minus duummillium spatio inde distantem petiere nauibus ad maritima uix tutum. sed aliæ insuper eminebant rupes: quas celeriter oppidani assumptis regiis militibus: quos in præsidio habebant: ceperunt. aduersus quos Liuius: quãquam erat iniqua & difficilia ad exitus loca: issæos auxiliares & smyrnæox: expeditos iuuenes misit. li dũ missilibus primo & aduersus paucos leuibus lacessebat pugna: sustinuerũt certamẽ: posteaq̃ plures ab urbe affluebãt & iam omnis multitudo effundebat: timor incessit Liuium ne & auxiliares circunuenirentur: & nauibus etiam ab terra piculum eẽt: ita non milites solum sed nauales etiam socios naualium remigum turbã: quibus quisq; poterat telis: armatos ĩ prælĩũ eduxit. Tum quoq; anceps pugna fuit: nõ quod milites solũ aliquot: sed quod. L. Apustius tumultuario prælio cecidit: postremo tamẽ fusi fugatiq; sunt lycii & ad urbẽ cõpulsi: & romani cũ haud incruẽta uictoria ad naues redierũt: inde inteleſicum ꝓfecti sinum: qui latere uno Cariã: altero Lyciam contingit: omisso Patarã amplius tentandi rhodii domũ dimissi sũt. Liuius præteruectus Asiam ĩ Græciã trãsmisit: ut cõuẽtis Scipionibus: qui tũ circa Thessaliã erãt: ĩ Italiam traiiceret. Aemylius posteaq̃ omissas ĩ Cilicia res: & Liuiũ ꝓfectũ ĩ Italiã cognouit: cũ ipse ab Epheso repulsus tẽpestate irrito incepto Samũ reuertisset: turpe ratus tentatã frustra Pataram esse: ꝓficisci eo tota classe & summa ui aggredi urbẽ statuit. Miletũ & cæterã oram socioꝛ præteruecti: in Barciliã & Icoson discensionem ad iachum fecerũt. Vrbẽ regiũ tenebat præsidiũ: agrũ circa romani hostiliter depopulati sunt. missis deinde: qui p colloquia principũ & magistratuũ tentarẽt animos: posteaq̃ nihil ĩ potestate sua responderũt eẽ ad urbẽ oppugnãdam ducit. Erãt iachensium exules cũ rõanis frequentes rhodios orare ĩstiterunt: ne urbem & uicinam sibi & cognatã innoxiam perisse liceret: sibi exilii nullã aliam causam esse: quã fidem erga romanos: eadẽ ui religionũ: qua ipsi pulsi sũt: teneri eos: qui ĩ urbe manẽãt: oĩum iachensiũ unã mẽtem esse ut seruitutẽ regiã effugerẽt. Rhodii moti precibus: & Eumene etiã rege assumpto: simul duas necessitudines cõmemorando: simul obsessæ regio præsidio urbis casum miserando: ꝓicerunt: ut oppugnatiõe absisteret. Profecti inde pacati: cæteꝛ cum orã Asiæ legerent: Lorimam (portus aduersus Rhodũ est) puenerunt. ibi in principiis sermo primo ĩter tribunos militũ secretus oriẽ: deide ad aures ipsius Aemylii peruenit abduci classem ab Epheso ab suo bello: ut ab tergo liber relictus hostis in tot ꝓpinquas socioꝛ urbes oĩa ĩpune conari posset: mouere Aemylium: uocatosq; rhodios cũ ꝓcunctatus esset: utrũ nam Pataris uniuersa classis in portu stare posset: cũ respondissent non posse: causam nactus omittendæ rei Samũ reduxit naues. Per idem tempus Seleucus Antiochi cũ per omne hybernoꝛ tempus exercitũ in Aeolide cõtinuisset: ptim sociis ferẽdo opem: ptim: quos ĩ societatẽ pellicere non poterat: depopulãdis: trãsire in fines regni Eumenis: dum is ꝓcul a domo cũ romanis & rhodiis Liciæ maritima oppugnaret: statuit. Ad Eleã primo infestis signis accessit: deinde omissa oppugnatione urbis agros hostiliter depopulatus: ad caput arcemq; regni Pergamũ ducit oppugnandam. Attalus primo ante urbem stationibus positis: & excursione equitum leuisq; armaturæ magis lacessebat: quam sustinebat hostem: postremo cum per leuia certamina expertus nulla parte uiriũ se parem esse intra mœnia se recepisset: obsideri urbs cœpta ẽ. Eodem ferme tẽpore & Antiochus ab Apamea ꝓfectus Sardibus primũ: deinde haud ꝓcul Seleuci castris ad caput caici aminis statiua habuit: cũ magno exercitu mixto uariis ex gẽtibus plurimũ terroris fecisset gallis mercede cõductis: q̃ttuormillia erãt: hos paucis admixtis ad ꝓuastãdũ passim pgamenũ agrũ milites misit. Quæ posteaq̃ Samũ sunt nũciata: primo Eumenes auocatus domestico bello classe Eleã petit: ide cũ ꝓfectus fuisset equitũ peditũq; expeditis præsidio eoꝛ tutus: priusq̃ hostes sentirẽt: aut mouerẽtur: Pergamum contendit. ibi rursus leuia per excursiones prælia fieri cœpta: Eumene summæ rei discrimen haud dubie retractante. Paucos post dies romana rhodiaque classis ut regi opem ferrent: Eleam mouerunt: quos ubi

expoſuiſſe copias Eleæ:& tot claſſes in unum conueniſſe portum Antiocho allatum eſt:& ſub idem tempus audiuit conſulē cū exercitu iam in Macedonia eſſe:parariq; quæ ad tranſitū Helleſpōti etiā opus eēnt: tempus ueniſſe ratus:priuſquā terra mariq; ſimul urgeret:agendi de pace eſſe:tumulum quendā aduerſus Eleam caſtris cepit:ibi peditū oībus copiis relictis(coequitauerāt autē ſexmillia equitū)in campos ſub ipſa Eleæ mœnia deſcendit miſſo caduceatore ad Aemyliū uelle ſe de pace agere. Aemylius Eumene a Pergamo accito adhibitis rhodiis haud aſpernari pacē: Eumenes nec honeſtū eſſe dicere eo tēpore de pace agi: nec exitum rei īponi poſſe.quid enim:inquit:aut honeſte incluſi mœnibus & obſeſſi uelut leges pacis accipiemus?aut cui rata iſta pax erit:quam ſine conſule non ex auctoritate ſenatus iniuſſu populi romani pagamus?quero enī pace ꝑ te facta redituruſne extēplo in Italiā ſis claſſem exercitūq; reducturus: an expectaturus:quid de ea re cōſuli placeat:quid ſenatus cēſeat:aut populus iubeat?Reſtat ergo ut maneas ī Aſia & rurſus in hyberna copiæ reductæ omiſſo ibi bello exhauriant cōmeatibus ꝑbendis ſocios:deinde ſi ita uiſum ſit iis:penes quos poteſtas fuerit:inſtauremus nouū deintegro bellū:qđ poſſumus:ſi ex hoc impetu rerum nihil ꝓlatando remittit ante hyemē diis uolētibus ꝓfeciſſe.Hæc ſentētia uicit:reſpōſūq; Antiocho eſt ante conſulis aduentū de pace agi nō poſſe.Antiochus pace nequicq̄ tentata uaſtandis eleenſiū primū: deinde ꝓgamenoꝝ agris:relicto ibi Seleuco filio Adramitheū hoſtiliter itinere facto petit:agrum opulentum:quē Thebes uocant:carmine Homeri nobilitatū:neq; alio ullo loco maior Aſiæ regiis militibus parta eſt præda.Eodem Adramitheū:ut urbi ꝑſidio eēnt:nauibus circūuecti Aemylius & Eumenes uenerūt. Per eoſdē forte dies Eleam ex Achaia mille pedites cū cētum equitibus Diaphāe oībus his copiis ꝓpoſito acceſſerunt:quos egreſſos nauibus obuiā miſſi ab Attalo nocte Pergamū deduxerūt:ueterani oēs & periti belli erant:& ipſe dux Philopœmenis fūmi tum oīum græcoꝝ īperatoris diſcipulus:qui biduum ſimul ad quietē hominū equorūq;:& ad uiſendū hoſtiū ſtationes:quibus locis ſtationibuſq; accederēt:reciperētque ſeſe:ſumpſerūt.Ad radices fere collis:in quo poſita eſt urbs:regii ſuccedebāt:ita libera ab tergo populatio erat:nullo ab urbe ne ī ſtationes quidē:qui ꝓcul iacularetur:excurrente:ne quicquā ſemel cōpulſi metu ſe mœnibus incluſerunt.contēptus eoꝝ:& inde negligentia apud regios oritur:nō ſtratos: nō infrænatos magna pars habebant equos:paucis ad arma & ordines relictis dilapſi cæteri ſparſerant ſe toto paſſim campo:pars in iuueniles luſus laſciuiāq;:pars ueſcentes ſub umbra:quidā ſōno etiā ſtrati. Hæc Diaphanes ex alta urbe Pergamo contēplatus arma ſuos capere & ad portam præſto eſſe iubet: ipſe Attalū adit: & in animo ſibi eſſe dixit hoſtiū ſtationē tētare.ægre id ꝓmittere Attalus:quippe qui centū equitibus aduerſus ſexcētos:mille peditibus cū quattuormillibus pugnatuꝝ cerneret.Porta egreſſus haud ꝓcul ſtatione hoſtium occaſionē opperiens cōſedit: & qui Pergami erāt:amentiā magis quā audaciā credere eſſe : & hoſtes pauliſper in eos uerſi ut nihil mouere uiderunt:nec quicquā ex ſolita negligentia inſup etiā eludētes pauci tatem mutarūt.Diaphanes quietos aliquanto ſuos uelut ad ſpectaculū modo eductos cōtinuit:poſteaquā dilapſos ab ordinibus hoſtes uidit:peditibus:quantū accelerare poſſent:ſequi iuſſis:ipſe princeps iter equites cū turma ſua quā poſſent effuſiſſimis habænis:clamore ab omni ſimul pedite atq; equite ſublato ſtationem hoſtiū īprouiſo inuadit:nō hoīes ſolū:ſed equi etiā territi cū uincula abrupiſſent:trepidationem & tumultū inter ſuos fecerunt:pauci ſtabant īpauidi equi:eos ipſos nō ſternere: nō infrænare: aut aſcendere facile poterant:multo maiorē quā ꝓ numero equitū terroꝝ achæis inferentibus.pedites uero ordinati & ꝑparati ſparſos ꝓ negligentiā & ſemiſōnes ꝓpe adorti ſunt:cædes paſſim fugaq; ꝑ cāpos facta eſt. Diaphanes ſecutus effuſos quoad tutū fuit magno achæoꝝ genti decore parto(ſpectauerāt enī e mœnibus Pergami nō mō uirī:ſed fœminæ etiā)in ꝑſidium urbis redit.Poſtero die regiæ magis cōpoſitæ & ordinatæ ſtationes quingentis paſſibus ab urbe poſuerūt caſtra:& achæi eodē ferme tēpore atq; in eundē locū ꝓceſſerunt.ꝓmulti intēti utrinq; uelut iam futuꝝ impetū expectauere:poſteaquā haud ꝓcul occaſu ſolis redeūdi in caſtra tēpus erat:regii ſignis collatis abire agmine ad iter magis:quā ad pugnā cōpoſito cœpere.Quieuit Diaphanes cū ī cōſpectu erāt: deinde eodē: quo pridie īpetu īpoſtremū agmē incurrit: tantūq; rurſus pauoris ac tumultus īcuſſit:ut cū terga cæderent:nemo pugnādi cā reſtiterit:trepidāteſq; & uix ordinē agminis ſeruātes ī caſtra cōpulſi ſunt.Hæc achæoꝝ audacia Seleucū ex agro ꝓgameno mouere caſtra coegit. Antiochus poſteaq̄ romanos & Eumenē ad tuendū Adramitheū ueniſſe audiuit:ea quidē urbe abſtinuit depopulatus agros:Phereā inde coloniā mitylenæoꝝ expugnauit:Cotton:& Corylenus:& Aphrodiſias:& Prienne primo īpetu captæ ſunt.Inde ꝑ Tyatira Sardis rediit.Seleucus in maritima ora ꝓmanēs aliis terrori:aliis ꝑſidio erat.Claſſis rōana cū Eumene rhodiiſq; Mitylenē primo:inde retro:unde,ꝓfecta erat:Eleam rediit.Inde Phoceā petētes ad iſulā:q̄ Baechiū uocāt:īminet urbs phocēſiū:appulerūt:& qbus āte abſtinuerant tēplis ſigniſq;(egregie aūt exornata iſula erat)cū hoſtiliter diripuiſſent:ad ipſā urbē trāſmiſerūt. eā diuiſis iter ſe ptibus cū oppugnarēt:& uiderēt ſine opibus armis ſcaliſq; capi nō poſſe.miſſum ab Antiocho præſidiū triūmilliū armatoꝝ cū intraſſet urbē:extemplo oppugatiōe omiſſa claſſis ad inſulā ſe recepit nihil aliud quā depopulato circa urbē hoſtium agro.Inde placuit Eumenē domū dimitti:& præparari cōſuli atq; exercitui quæ ad tranſitum Helleſponti opus eſſent:romanā rhodiamq; claſſem redire Samum:atq; ibi in ſtatione eſſe:ne Polyxenidas ab Epheſo moueret. Rex Eleam:romani & rhodii Samum redierunt: ibi.M.Aemylius frater prætoris deceſſit. Rhodii celebratis exequiis aduerſus claſſem: quam fama erat ex Syria uenire.xiii.ſuis nauibus:& una quinqueremi ad terram nidiaroꝝ: ut ibi in ſtatione eſſent: pro-

fecti sũt.Biduo antequã Eudemus cũ classe a Samo ueniret:xiii:a Rhodio naues cũ Pamphylida ꝑfecto ad uersus eãdẽ syriacam classe missæ:assumptis nauibus quattuor:quæ Cariæ præsidio erant: oppugnãtibus regiis Dædala & quædã alia parua castella obsidione exemerunt.Eudemũ confestim exire placuit: additæ huic quoq; sunt ad eam classem:quã habebat:sex apertæ naues.Profectus cũ quãtũ accelerare poterat:ma turasset ad portũ:qué Megisten uocant:ꝑgressos cõsequitur:inde uno agmine Phaselidẽ cũ uenisset:optimum uisum est ibi hostem oppiri.In confinio Lyciæ & Pamphyliæ Phaselis est ꝓminens penitus in altũ: conspicituրq; prima terrarũ Rhodũ a Cilicia petentibus: & ꝓcul nauium ꝑbet ꝓspectum. eo maxime uti obuii classi hostiũ essent:electus locus est.Cæterũ quod nõ ꝓuiderunt:& loco graui & tẽpore anni(mediũ enim æstatis erat)ad hæc ĩsolito odore ingruere morbi uulgo maxĩe in remiges cœperunt.cuius pestilentiæ metu ꝓfecti cũ præterueherent pamphyliũ sinũ:ad eurimedontẽ amnẽ appulsa classe audiunt ad Aspendiis iam hostes esse.Tardius nauigauerũt regii aduerso tẽpore etheliarũ:quo uelut flatus fauoniis uẽtis esset.Rhodiorũ duæ q̃driremes:quattuor triremes fuere:regia classis.vii.&.xxx.maioris formæ nauiũ erat: in quibus tres hepteres: & quattuor hexeres habebant: præter has decẽ triremes erãt: & ii adesse hostes ex specula quadã cognouere.Vtraq; classis postero die luce prima tanquã eo die pugnaturæ portu mouit. & posteaquã supauere rhodii ꝓmontoriũ:quod ab Sida ꝓminet in altũ:extẽplo & conspecti ab hostibus sũt: & ipsi eos uiderunt. Ab regio sinistro cornu quod ab alto obiectũ erat Annibal: dextero Apollonius purpuratorũ unus præerat:& iam in frontem directas habebant naues.Rhodii longo agmine ueniebãt:prima prætoria nauis Eudemi erat:cogebat agmen Heraclytus:Pamphylidas mediæ classi præerat.Eudemus posteaquã hostiũ aciem instructã & paratã ad concurrendũ uidit:& ipse in altum uehitur:& deinceps quæ sequebantur:ferentes ordinẽ in frontẽ dirigere iubet.Ea res primo tumultũ prebuit:nam Eudemus in alto euectus erat:ut ordo omniũ nauiũ ad terrã explicari posset: & festinãs ipe ꝑpropere cũ qnq; solis nauibus Annibali occurrit:cæteri:quia ĩ frontẽ dirigere iussi erant:nõ sequebant.extrẽo agmĩe loci nihil ad terrã relicti erat:trepidantibusq; iis inter se iã in dextero cornu aduersus Annibalẽ pugnabãt.Sed mométo temporis & nauiũ uirtus:& usus rei maritimæ terroré oẽm rhodiis dempsit:nam & in altum celeriter euectæ naues locũ post se quoq; uenienti ad terrã dedere:& si qua cõcurrerat porro cum hostiũ naue:aut proram lacerabat:aut remos detergebat;aut libero inter ordines discursu ꝑterуecta ĩ pupim ipetum dabat : maxĩe exterruit hepteris regia a multo minore rhodia naue uno ictu demersa:itaq; iam haud dubie dexterũ cornu hostium in fugã inclinabat.Eudemũ in alto multitudine nauiũ maxime Annibal cæteris oĩbus longe præstanter urgebat:& circũueniisset:ni signo sublato ex prætoria naue: quo dispersam classem in unũ colligi mos erat;omnes:quæ in dextero cornu uicerant naues:ad opem ferendã suis concurrissent.tum & Annibal quæq; circa eũ erãt naues:capessũt fugã:nec ĩsequi rhodii ex magna parte ægris & ob id celerius fessis remigibus potuerunt.Cum in alto ubi substiterant:cibo reficerẽt uires:cõtemplatus Eudemus hostes claudas mutilataſq; naues apertis nauibus remulco trahentes.xx.paulo amplius integras abscedentes e turri prætoriæ nauis silentio facto:exurgite:inquit:& egregium spectaculũ capessite oculis:consurrexere oẽs contẽplatiq; expugnationẽ fugãq; hostium:ꝑpe una uoce exclamauere omnes:ut sequerent.ipsius Eudemi multis ictibus uulnerata nauis erat:Pamphylidã & Heraclytum insequi:quoad putarent tutum:iussit. aliquandiu secuti sunt.posteaquã terræ appropinquabat Annibal:ueriti ne intercluderẽtur uento in hostium ora:ad Eudemũ reuersi hepterem captam:quæ primo concursu icta erat:ægre Phaselidẽ ptraxerũt: inde Rhodum nõ tam uictoria læti:quã alius alium accusantes: quod cum potuissent:non oĩs summersa aut capta classis hostium foret:redierũt.Annibal ictus uno prælio aduerso ne tum quidẽ præteruehi Lyciam audebat: cum coniugi ueteri regiæ classi quãprimum cuperet.& id ne ei facere liberum esset: rhodii Heraclytum cum.xx.nauibus rostratis ad Pataram & Megisten portũ miserũt.Eudemũ cum.vii.nauibus maximis ex ea classe:cui ꝑfuerat:Samũ redire ad romãos iusserũt:quantũ cõsilio:quantũ auctoritate ualeret:cõpelleret romanos ad Pataram expugnandã.Magnã romanis lætitiam prius uictoriæ nuncius: deíde aduẽtus attulit rhodiorũ: & apparebat:si ea cura rhodiis dempta esset:uacuos eos tuta eius regionis maria præstaturos.Sed ꝓfecto Antiochi ab Sardibus ne opprimerentur urbes maritimæ: abscedere custodia loniæ atq; Eolidis ꝓhibuerunt:Pamphylidã cum quattuor nauibus tectis ad eam classem:quæ circa Patarã erat:miserunt.Antiochus nõ ciuitatũ modo:quæ circa se erant:cõtrahebat præsidia:sed ad Prusiam Bithyniæ regẽ miserat legatos litterasq;:quibus transitũ in Asiam romanorũ increpabat.uenire eos ad oĩa regna tollenda:ut nullum usquam orbis terrarũ nisi romanũ imperium esset. Philippũ & Nabin expugnatos:se tertium peti:ut quisq; proximus ab oppresso sit per omnis uelut cõtinens incendium peruasurũ.ab se gradum in Bithyniã fore quando Eumenes in uoluntariã seruitutem concessisset.His motũ Prusiam litteræ Scipionis consulis:sed magis eius fratris Africani asuspicione tali auerterũt:qui præter consuetudinẽ perpetuam po.ro.augendi omni honore regum sociorum maiestatem:domesticis ipse exemplis Prusiam ad promerendam amicitiam suam compulit. regulos se acceptos in fidem Hispaniæ reges reliquisse : Masinissam non in patrio modo locasse regno:sed in Syphacis: a quo ante expulsus fuisset: regnum imposuisse: & esse eum non Africæ modo regum longe opulentissimum:sed toto in orbe terrarum: cuius regum uel maiestate uel uiribus parem. Philippum & Nabin hostes bello superatos ab .T.Quintio tamen in regno relictos. Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissum; & filium obsidem redditum:&

quasdam ciuitates extra Macedoniam patientibus romanis impatoribus recepisse eum.in eadē dignitate & Nabin futurꝫ fuisse:nisi eū suus primū furor:deide fraus ætolorꝫ assumpsisset. Maxime cōfirmatus est aius regis:posteaquā ad eū.G.Liuius:qui ꝓtor ante classi ꝓfuerat:legatus ab Roma uenit:& docuit: quāto & spes uictoriæ certior romanis quā Antiocho:& amicitia factior firmiorꝙ apud rōanos futura esset:Antiochus posteaquā a spe societatis Prusiæ decidit:Ephesū ab Sardibus est ꝓfectus ad classem:quæ ꝑ aliquot menses instructa ac parata fuerat:uisendā:magis quia terrestribus copiis exercitū romanū:& duos Scipiones impatores uidebat sustineri nō posse:quā quod res naualis ipsa ꝑ se aut tērata sibi unquā fœliciter:aut tūc magnæ & certæ fiduciæ esset.erat tamē momentū in ꝓsentia spei:& quod magnā ꝑtem rhodiæ classis circa Patarā esse:& Eumenē regē cū oībus nauibus suis cōsuli obuiā in Hellespontū ꝓfectum audierat:alī quid etiā inflamabat aīos classis rhodia ad Samū ꝑ occasionē fraude ꝓparata absumpta.His frætus Polyxenida cum classe ad tentandū omni modo certaminis fortunā misso:ipse copias ad Nothium ducit:id oppidum colophoniū mari īminens abest uetere Colophone duo ferme millia passuū:& ipsam urbē suæ esse potestatis uolebat:adeo ꝓpinquā Ephesо:ut nihil terra mariue ageret:quod nō sub oculis colophoniorū ac ꝑ eos notū extēplo rōanis eēt:quos audita obsidione nō dubitabat ad opem ferendā sociæ urbi classem a Samo moturos:eam occasionē Polyxenidæ ad rem gerēdam fore. Igit operibus oppugnare urbē aggressus:& ad mare partibus duabus pariter munitionibus deductis:utrinꝙ uineas & aggerē muro iniunxit: & testudinibus arietes admouit. Quibus territi malis colophonii oratores Samū ad.L. Aemyliū fidē ꝓtoris populiꝙ romani īplorantes miserunt.Aemylium & Sami segnis diu mora offendebat:nihilominus opinātem:quā Polyxenidā bis nequicquā ab se ꝓuocatum potestatem pugnæ factuꝝ esse:& turpe existimabat Eumenis classem adiuuare consulē ad traiiciendas in Asiam legiones:se Colophonis obsessæ auxilio icertam finē habituro allegari.Eudemus rhodius:qui & tenuerat eū Sami cupientem ꝓficisci in Hellespontū: cūctiꝙ instare:& dicere quāto satius eē uel socios obsidione eximere: uel uictā iam semel classem uincere iterum:totāꝙ maris possessionē eripere:quā desertis sociis tradita Antiocho Asia terra mariꝙ ī Hellespōtum:ubi satis esset Eumenis classis:a sua parte belli discedere.Profecti a Samo ad petēdos commeatus :cōsumptis iam oībus Chium parabant traiicere:id erat horreū romanis:eoꝙ oēs ex Italia missæ onerariæ dirigebant cursum.Circūuecti ab urbe aduersa insule obiecta aquiloni ad Chium & Erythras sunt:cū parārent traiicere : litteris certior fit prætor fruméti uim magnā Chiū ex Italia uenisse:uinū portantes naues tempestatibus retētas esse: simul allatum est theios regiæ classi bēigne commeatus ꝑbuisse:quīquemillia uasorꝫ uini pollicitos.Theiū ex medio cursu classem repēte auertit aut uolētibus iis usurus cōmeatu parato in hostibus:aut ipsos ꝑ hostibus habiturus.Cum direxissent ad terrā ꝓras : quindecim ferme eis naues circa Mynōnesum apparuerunt:quas primo ex classe regia ꝓtor esse ratus instituit sequi:apparuit inde piraticas celoces & lēbos eē.chiorꝫ maritimā orā depopulati cum oīs generis præda reuertētes: posteaquā uidere ex alto classem:in fugā uerterunt:& celeritate supabāt leuioribus & ob id fabrefactis nauibus:& propiores terræ erant:itaꝙ priusq̄ appropīquaret classis:Mynōnesum ꝓfugerunt.unde se a portu ratus abstracturum naues ignarus loci sequebat ꝓtor. Mynōnesus ꝓmontorium iter Theiū Samūꝙ est:ipse collis est in modū metæ in acutū cacumē a fondo satis lato fastigiatus:a continenti artæ semitæ aditū habet:a mari rupes exesæ fluctibus superclaudunt: ita ut quibusdā locis super pendentia saxa plus in altum:quā quæ instatione sunt naues:ꝓmineant. Circa ea nō appropinquare ausæ naues:ne subictu superstantiū rupibus piratarꝫ essent: diē triuere:tandē sub noctē uano incepto cū abstitissent:Theiū postero die accessere: & in portu:qui a tergo urbis est:Geresticū ipsi appellant:nauibus constitutis ꝓtor ad depopulādū circa urbem agrum milites emisit.Theii cū in oculis populatio esset:oratores cū infulis & uelamentis ad romanū miserunt:quibus purgantibus ciuitatē oīs facti dictiꝙ hostilis aduersus romanos:& iuuisse eos omni cōmeatu:classem hostium arguit:& quantū uini Polyxenidæ ꝓmisissent:quæ si eadē classi rōanæ darent:reuocaturum se a populatione militē:si minus ꝑ hostibus eos habiturꝫ.Hoc tam triste respōsum cū retulissēt legati:uocat in concionē a magistratibus populus:ut quid ageret:cōsultarēt.Eo forte Polyxenidas cū regia classe a Colophone ꝓfectus posteaquā mouisse a Samo romanos audiuit:& ad Mynōnesum piratas ꝑsecutos theiorꝫ agrū depopulari:naues in Geresticо portu stare:ipse aduersus Mynonnesum in insula(Macrin nautici uocant)anchoras portu occulto iecit.inde ex ꝓpinquo ex plorans quid hostes agerent primo ī magna spe fuit:quēadmodū rhodiā classem ad Samū circūsessis ad exitū faucibus portus expugnasset : sic & romanā expugnaturꝫ:nec est dissimilis natura loci:ꝓmontoriis coeuntibus iter se ita clauditur portus: ut uix duæ simul īde naues possint exire.Inde nocte occupare fauces Polyxenidas in aīo habebat:& denis nauibus ad ꝓmontoria stantibus:quæ ab utroꝙ cornu in latera exeuntiū nauiū pugnarent:& ex cætera classe sicut ad Panhormū fecerat:armatis in littora expositis terra mariꝙ simul hostes opprimere. quod non uanū ei cōsiliū fuisset:ni cū theii facturos se ī perata ꝓmisissēt:ad accipiēdos cōmeatus aptius uisū eēt rōanis ī eū portū:q ante urbē ē:classe trāsire. Dicit & Eudēus rhodius uitiū alterius portus ostēdisse:cū forte duæ naues ī arcto ostio īplicitos remos fregissēt:& iter alia:id quoꝙ mouit ꝓtorē: ut traduceret classē: qđ ab terra ꝑiculū erat haud ꝓcul inde Antiocho statiua habēte.Traducta classe ad urbē ignaris oībus egressi milites:nautæꝙ sunt ad cōmeatus:& uinū maxime diuidendum in naues:cum medio forte diei agrestis quidam ad prætorem adductus nunciat alterum iam diem classem stare ante insulam Macrin: & paulo-

ante uisas quasdam moueri tanq̃ ad ꝓfectionẽ naues. Re subita perculsus prætor tubicines canere iubet: ut si qui per agros palati essent: redirẽt: tribũos ĩ urbẽ mittit ad cogendos milites nautasq; ĩ naues. Haud secus quã in repentino incendio aut capta urbe trepidatur: aliis in urbẽ currentibus ad suos reuocandos: aliis ex urbe naues cursu repetẽtibus incertisq; clamoribus: quibus ipsis tubæ obstreperẽt: turbatis ĩperiis: tandem cõcursum ad naues est. Vix suam quisq; noscere aut audiri ꝑ tumultu poterat: trepidatũq; cũ periculo & in mari & in terra foret: ni patribus diuisis Aemylius cũ prætoria naue primũ portu ĩ altũ euectus excipiens insequentis suo quãq; ordine in frontem instruxisset: Eudemus rhodiaq; classis subsitisset ad terram: ut & sine trepidatione conscẽderent: & ut quæq; parata esset: exiret nauis. Ita & explicuere ordinẽ primæ in cospectu prætoris: & coactum agmẽ ab rhodiis est: instructaq; acies: uelut cerneret regios: in altum ꝓcessit: inter Mynõnesum & Corycum ꝓmontorium erat: cum hostẽ cõspexere. & regia classis binis in ordinem nauibus longo agmine ueniẽs: & ipsa aciem aduersam explicauit: leuo tantum euecta cornu ut amplecti & circunire dexterũ cornu rõanoꝝ posset. Quod ubi Eudemus: qui cogebat agmẽ: uidit nõ posse æquare ordinẽ romanos: & tantum nõ iam circuniri a dextero cornu: cõcitat naues: & erant rhodiæ naues longe oĩum celerrimæ tota classe: æquatoq; cornu prætoriæ naui: in qua Polixenidas erat: suã obiecit. Iam totis simul classibus ab omni parte pugna conserta erat: ab romanis. lxxx. naues pugnabant: ex quibus rhodiæ duæ &. xx. erant. hostium classis tres &. xc. nauium fuit: & maxime formæ naues tres hexeres habebant: duas hepteres. roboꝝ nauium & uirtute militũ romani longe regias ꝑstabant: regiæ naues agilitate & arte gubernatoꝝ & scientia remigũ. Maximo tamẽ hostibus terrori fuere: quæ ignes præse portabãt: & qdem unus iis modus ad Panhormum circunuentis saluti fuerat: id tum maximum momentum ad uictoriam fuit: nam metu ignis aduersi regiæ naues: ne prope concurrerẽt: cum declinassent: neq; ipsæ ferire rostro hostem poterant: & obliquas se ipse adictus ꝓbebant: & si quæ occurrerant: obruebantur infuso igni: magisq; ad incẽdium: quã ad prælium trepidabant. Plurimũ tamen: quæ solet militum uirtus: in bello ualuit: mediam nanq; aciem hostium romani cum rupissent: circunuecti ab tergo pugnãtibus aduersus rhodios regiis sese obiecere: momẽtoq; tẽporis & media acies Antiochi: & leuo cornu circũuẽtæ naues mergebantur. dextera pars integra socioꝝ magis clade: quã suo prælio terrebaẽ: cæteꝝ posteaquã alias circũuentas ꝓtoriam nauem Polyxenidæ relictis sociis uela dantẽ uidere: sublatis raptim dolonibus Ephesum petunt fuga. xlii. nauibus in ea pugna amissis: quaꝝ decẽ & tres captæ in potestatẽ hostium uenerunt: cæteræ incense aut demersæ. Romanoꝝ duæ naues fractæ sunt: uulneratæq; aliquot: rhodia una capta memorabili casu: nam cũ rostro ꝓcussisset sidoniam nauem in anchora: ictu ipso excusa naue sua unco dente uelut manu ferrea iniecta alligauit alterius proram: inde tumultu iniecto cũ diuellere se ab hoste cupientes inhiberẽt rhodii: tractu anchorali: & implicitum remis latus alterũ detersit: debilitate ea ipsa: quæ icta cohæserat: nauim cepit. Hoc maxime modo ad Mynõnesum nauali ꝓlio pugnatum est: quo territus Antiochus quia possessione maris pulsus longinqua tueri diffidebat se posse: præsidium ab Lysimachia ne opprimeretur ibi ab romanis deduci prauo: ut res ipsa postea docuit: consilio iussit. nõ enĩ tueri solũ Lysimachiam a primo impetu romanoꝝ facile erat: sed obsidionem etiã tota hyeme tolerare: & obsidentes quoq; ad ultimam inopiam deducere extrahendo tempus: & iterim spem pacis per occasiones tẽtare. Non Lysimachiã tantũ hostibus tradidit post aduersam naualẽ pugnã: sed etiã Colophonis obsidione abscessit: & Sardis recepit se: atq; inde Cappadociã & ad Ariarathen: qui auxilia accerseret: & quocũq; alio poterat ad copias cõtrahendas in unum iam consiliũ: ut acie dimicaret: intentus misit. Regillus Aemylius post uictoriã naualẽ ꝓfectus Ephesum direptis ante portũ nauibus cum confessionẽ concessi maris ultimã hosti expressisset: Chium: quo ante nauale prælio cursu a Samo intẽderat: nauigat: ibi naues in prælio quassatas cũ refecisset L. Aemylium Scaurũ cũ. xxx. nauibus Hellespontũ ad exercitũ traiiciendũ misit: rhodias parte ꝑdæ & spoliis naualibus decoratas domũ redire iubet. rhodii impigre ꝑuertere: ad traiiciẽdasq; copias consulis iere: atq; eo quoq; functi officio tum demum rhodum rediere. Classis romana ab Chio Phoceã traiecit. in sinu maris infimo posita hæc urbs est oblonga forma: duũmillium & quingentoꝝ passuũ spatiũ murus amplectitur: totidem ex utraq; parte in arctiorem uelut cuneum Lamptera ipsi appellant: mille & ducentos passus ibi latitudo patet: inde in altum lingua mille passuum excurrens medium ferme sinum uelut nota distinguit. urbs cohæret faucibus angustis: duos in utrãq; regionem uersus portus tutissimos habet: qui in meridiem uergit Nausathemon ab re appellatur: quia ingentem uin nauium capit: alter prope ipsum Lamptera est. Hos portus tutissimos cum occupasset romana classis: priusquam aut scalis: aut operibus mœnia aggrederetur: mittendos censuit prætor: qui principum magistratuũq; animos tentarent: posteaquã obstinatos uidit: duobus simul locis oppugnare est adortus: altera pars infrequens ædificiis erat: tẽpla deum ali quantum tenebant loci: ea prius ariete admoto quatere muros turresq; cœpit: deĩde cũ eo multitudo occurreret ad defendendum altera quoq; parte admotus aries. & iam utrinq; sternebantur muri: ad quorum casum cum impetum romani milites per ipsam stragem ruinarũ facerent: alii scalis etiã ascensũ ĩ muros tentarent: adeo obstinate restiterunt oppidani: ut facile appareret plus ĩ armis & uirtute: quã in mœnibus auxilii esse. coactus ergo periculo militum ꝓtor receptui cani iussit: ne obiiceret incautos furẽtibus desperatione ac rabiæ. Dirempto ꝓlio ne tum quidẽ ad quietẽ uersi: sed undiq; oẽs ad muniẽda & obmoliẽda: quæ ruinis strata erant: concurrerunt. huic operi intentis superuenit. Qu. Antonius a prætore missus:

qui castigata pertinacia eorum maiorem curam romanis:quam illis ostenderet esse:ne in perniciem urbis pugnaretur:si absistere furore uellent:potestatem iis dare eadem condicione:qua prius.G. Liuii in fidem uenissent:se tradendi.Hæc cum audissent:quinq; diez ſpatio ad deliberandū assumpto:tentata iterim spe auxilii ab Antiocho :posteaquā legati missi ad regē nihil in eo esse pfidii rettulerāt:tum portas aperuerūt: pacti ne quid hostiliter paterēt.cum signa in urbē inferrent:& pnunciasset ptor parci se deditis uelle:clamor undiq; est sublatus indignū facinus esse phocēses nunquā fidos socios semper ifestos hostes impune eludere.ab hac uoce uelut signo a prætore dato ad diripiendā urbē passim discurrerunt.Aemylius prio re sistere & reuocare:dicēdo captas nō deditas diripi urbes:sed in his tamē iperatoris nō militū arbitrium eē: posteaquā ira & auaritia iperio potētiora erant:præconibus p urbē missis:liberos oēs in foz ad se cōuenire iubet:ne uiolarent:& in oibus:quæ ipsius potestatis fuerunt:fides cōstitit ptoris:urbem:agrosq;& suas leges iis restituit:& quia iam hyems appetebat:Phoceæ portus ad hybernandū classi delegit.Per idem fere tempus consuli trāsgresso æniorz maronitarūq; fines:nunciat uictā regiam classem ad Mynōnesum: relictamq; præsidio Lysimachiā esse.id multo quā de nauali uictoria lætius fuit:utiq; posteaquā eo uenerunt: refertoq; urbs oium rez commeatibus uelut in aduētū exercitus pparatis eos excepit: ubi iopiam ultimā laboremq; in obsidenda urbe ppositorant:ibi paucos dies statiua habuere: ipedimenta ægriq; ut cōsequerentur:qui passim p oia Thraciæ castella fessi morbis ac longitudine uiæ relicti erant. Receptis oibus ingressi rursus iter Per Cheronnesum Hellespontū pueniunt:ubi oibus cura regis Eumenis ad traiiciēdum pparatis:uelut in pacato littore nullo,phibente:alii alio delatis nauibus sine tumultu traiecere.Ea uero res romanis auxit animos cōcessum sibi transitū cernētibus in Asiam:quā rem magni certaminis futurā crediderant.Statiua deinde ad Hellespontū aliquādiu habuerūt:quia dies forte: quibus ancylia mouent:religiosi ad iter inciderant.iidem dies.P.Scipioné ppiore etiam religione:qa salius erat:deiūxerāt ab exercitu: causaq; & his ipse moræ erat: dum cōsequeret.Per eos forte dies legatus ab Antiocho castra itrauerat:byzantius Heraclides de pace afferens mandata:quā præstabilē fore magnā ei spem attulit mora & cunctatio romanorz:quos simul Asiam attigissent:effuso agmine ad castra regia ituros crediderat. statuit tamē non prius adire consulē:quā.P.Scipioné:& ita mandatū ab rege erat : in eo maximā spem habebat: ptercquā qđ & magnitudo animi:& satietas gloriæ placabilē eum maxime faciebat:notūq; erat gentibus:qui uictor ille in Hispania:qui deinde in Africa fuisset:etiā quod filius eius captus in potestate regis erat.Is ubi & quādo: & quo casu captus sit:sicut pleraq; alia:parz inter auctores constat.alii in principio belli a Chalcide Oricū petentē circunuentū ab regiis nauibus tradunt:alii posteaq tranſitū in Asiam est:cū turma fregellana missum exploratū ad regia castra effuso obuiā equitatu cū reciperet sese:i eo tumultu delapso equo cum duobus equitibus oppressū:ita ad regē deductū eē.illud satis constabat:si pax cū populo romano maneret:hospitiumq; priuatim regi cū Scipionibus esset:neq; liberalius:neq; benignius haberi coliq; adolescentē:quā cultus est:potuisse.Ob hæc cū aduentū.P.Scipionis legatus expectasset:ubi is uenit:consulē adit:petitque: ut mandata audiret.Aduocato frequenti concilio legati uerba sunt audita.is multis ante legationibus nequicquā ultro citroq; de pace missis:eam ipsam fiduciā ipetrandi sibi esse dixit:quod priores legati nihil ipetrassent:Smyrnam enī:& Lampsacū:& Alexandriā:Troadem:& Lysimachiam in Europa iactatas in illis disceptationibus esse: quarz Lysimachia cessisse regem nequid in Europa habere eū dicerent.eas:quæ sūt in Asia ciuitates:tradere paratū eē:& siqs alias romani:qđ suarz partiū fuerint:uidicare ab iperio regio uelint.ipensæ quoq; in bellū factæ partē dimidiā regē pstaturz populo romano.hæ condiciones erant pacis: Reliqua oratio fuit:ut memores rerz humanarz & suæ fortunæ moderarent:& alienā ne urgerēt: finerēt: Europa imperiū: id quoq; imensum esse:& parari singula acquirēdo facilius potuisse:quā uniuersa teneri posse .Quod si Asiæ quoq; partē aliquā abstraher uelit:dūmodo nō dubiis regionibus finiant uinci suam temperantiā romana cupiditate pacis & concordiæ causa regē passurz. Ea:quæ legato magna ad pacē ipetrandam uidebant:parua romanis uisa:& ipensam:quæ in bellū facta esset:omnē præstare regem æquum censebant :cuius culpa bellū excitatū esset:& nō Ionia modo atq; Aeolide deduci debeī præsidia regia:sed sicut Græcia omnis liberata esset:ita:quæ in Asia sint:oēs liberari urbes.id aliter fieri nō posse: quā ut cis taurum montē possessione Asiæ Antiochus cedat.Legatus posteaquā nihil æqui in concilio impetrare se censebat:priuatim(sic enim imperatum erat)P.Scipionis tentare animum est conatus. omniū primum ei sine pretio filium redditurum regem dixit:deinde ignarus & animi Scipionis:& moris romani auri pōdus ingens pollicitus:& nomine tantum regio excepto societatem omnis regni:si per eum pacem impetrasset. Ad ea Scipio:quod romanos omnis quod me:ad quē missus es:ignoras:minus miror:cum te fortunā eius: a quo uenis:ignorare cernam.Lysimachia tenenda erat:ne Cheronnesum intraremus:aut ad Hellespōtum obsistendū:ne i Asiā traiiceremus:si pacē a sollicitis de belli euētu petituri eratis.cōcesso uero i Asiā transitu:& nō solum frænis:sed etiā iugo accepto:quæ disceptatio ex æquo cum iperium patiendum sit : relicta est?Ego ex munificentia regia maximū donum filiū habeo: aliis deos precor:ne unquā fortūa egeat mea: animus certe nō egebit:pro tanto in me munere gratum me esse in se sentiet:si priuatā gratiā p priuato beneficio desiderat:sed publice nec habeo quicquā ab illo:nec dabo.quod i præsentia dare possim:fidele cōsilium est:abi:nuncia meis uerbis:bello absistat:pacis condicionē nullā recuset.Nihil ea mouerunt regem tutam fore bellis Asiam ratum:quando perinde ac uicto iam sibi leges dicerētur:omissa igitur in psentia

mentione pacis totam curam in belli apparatū intendit. Consul oĩbus præparatis ad proposita exequēda: cum ex statiuis mouisset: Dardanū primū: deinde Rhoeteū: utraq; ciuitate obuiā effusa uenit: inde Ilium pcessit: castrisq; in campo: qui est subiectus mœnibus: positis in urbē arcemq; cum ascēdisset: sacrificauit Mineruæ pſidi arcis: & ilienſibus in omni regē uerborūq; honore ab se oriundos romanos pferentibus: & romanis lætis origine sua. inde pfecti sextis castris ad caput caici amnis puenerunt. Eo & oēs & rex Eumenes conatus primo ab Hellespōto reducere classem in hyberna Eleā aduersis uentis: cū aliquot deīde diebus superare uēto in pmontoriū nō potuisset: in terrā egressus ne deesset principiis regē: qua pximū fuit: in castra rōana cū parua manu contēdit. ex castris Pergamū remissus ad cōmeatus expediēdos: tradito frumento: quibus iusserat: cōsul in eadē statiua rediit: inde plurium diegē pparatis cibaris: consiliū erat ire ad hostē: priusquā hyems opprimeret. Regia castra circa Tyatirā erant: ibi cū audisset Antiochus. P. Scipionē ægrum Eleā delatū: legatos: qui filiū ad eum reducerent: misit: nō solum aīo patrio gratum munus: sed corpori quoq; salubre gaudium fuit: satiatusq; tandē cōplexu filii renūciate inquit: gratias regi me agere: referre gratiā aliā nunc nō posse: quā ut suadeam: ante in aciē nō descendat: quā ut in castra me redisse audierit. Quāquā. xl. millia peditū plus. xii. millia equitū aīos interdum ad spem certaminis faciebant: motus tamē Antiochus tanti auctoritate uiri: in quo ad incertos belli euentus oīs fortunæ potuerat subsidia recepisse: transgressus phrygiū amnē circaq; Magnesiam: quæ ad Sypilum est: posuit castra: & ne dum extrahere tēpus uellet: muniméta romani tentarent: fossam sex cubitis altam: xii. latam cū duxisset: extra duplex uallū fossæ circundedit: interiore labro murē cū turribus crebris obiecit: unde facile arceri transitu fossæ hostis posset. Consul circa Tyatriā esse regē ratus cōtinuis itineribus quinto die ad hyrcanū campū descēdit: inde cū pfectum audisset: secutus uestigia citra phrygiū amnē quattuormillia ab hoste posuit castra. eo mille ferme equites maxima ps gallogræci erant: & dacæ quidā aliarūq; gentiū sagittari equiti intermixti: tumultuose amne traiecto instationes impetū fecerunt: primo turbauere incōpositos: deīde cū longius certamen fieret: romanoē ex ppinquo castris facile subsidio crescerent numeri: regii fessi iam & plures non sustinētes recipere se conati circa ripam amnis: priusquā flumen ingrederent: ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt. Biduū deinde silentiū fuit neutris transgredientibus amnē: tertio post die romāi simul oēs trāsgressi sunt: & duomillia ferme & quingentos passus ab hoste posuerunt castra. metantibus & munientibus occupatis: triamillia delecta equitū peditūq; regioē magno terrore ac tumultu aduenere: aliquāto paciores instatione erant: duo tamē millia per se nullo a muniméto castroē milite auocato: & prīo æquum pliū sustinuere: & crescente certamīe pepulerūt hostes: centū ex his occisis: centū ferme captis. Per quatriduum insequens instructæ utrinq; acies puallo stetere: quintodie romani pcessere in mediū cāpi: Antiochus nihil promouit signa: ita ut extremi minus mille pedes a uallo abessent. Consul posteaq; detrectari certamen uidit: postero die in conciliū aduocauit: quid sibi faciendū esset: si Antiochus pugnandi copiam nō faceret: instare hyemē: aut sub pellibus habendos milites fore: aut si cōcedere in hyberna uellent: differendum esse in æstatē bellū. Nullum unquā hostē romani æque contempserunt. conclamatum undiq; est: duceret extemplo: & uterē ardor militū: qui tanq; nō pugnādū cū tot milibus hostiū: sed par numerus pecorum trucidandus esset: p fossas: p uallū castra inuadere parati erant: si in pliū hostis nō exiret. Gn. Domitius ad explorādū iter & qua parte adiri uallū hostium posset: missus: posteāquam omnia certa rettulit: postero die ppius castra admoueri placuit: tertio signa i mediū campi plata: & instrui acies cœpta est. Nec Antiochus ultra tergiuersandū ratus: ne & suoē animos minueret detrectādo certamē: & hostiū spem augeret: & ipse copias eduxit tantū pgressus a castris: ut & dimicatuē appareret. Romana acies unius propeformæ fuit & hoīum & armoē genere: duæ legiones romanæ: duæ socium & latini nominis erant: quina millia & quadragenos singulæ habebant: romani mediam aciem: cornua latini tenuerunt. hastatoē prima signa: deinde principū erant: triari postremos claudebant. Extra hanc ueluti iustā aciem a parte dextera cōsul achæoē cetratis īmixtos auxiliares Eumenis triamillia ferme peditū æquata fronte instruxit: ultra eos equitū minus triamillia opposuit: ex quibus Eumenis octingenti: reliquus oīs equitatus romanus erat: extremos thrallios & cretēses quingentoē utriq; numeē explebant: statuit. leuū cornu nō uerebaē obiectis talibus auxiliis: quia flumē ab ea parte ripæq; diruptæ claudebant: quattuor tamen inde turmæ equitū oppositæ. Hæc summa copiarum erat romanis: & duomillia mixtoē macedonum thracūq; qui uolūtate secuti erant: præsidio castris relicti sunt. sedecim elephantos post triarios i subsidio locauerunt: nec præterq; quod multitudinem regiorum elephantorum (erant autem quattuor & .l.) sustinere non uidebantur posse: ne pari quidem numero indicis africi resistunt: siue quia magnitudine (longe enim illi præstant) siue robore animorum uincuntur. Regia acies uaria magis multis gentibus dissimilitudine armorum auxiliorumque erat: x. & sexmillia peditum more macedonum armati fuere: qui phalangitæ appellabantur. hæc media acies fuit in fronte in decem partes diuisa: partes eas interpositis binis elephantis distinguebat: a fronte ītrorsus īduos &. xxx. ordines armatorum acies patebat. hoc & roboris in regiis copiis erat: & perinde cum alia specie tum eminentibus tantum inter armatos elephantis magnum terrorem præbebat. ingentes ipsi erant: adebant speciem frontalia & cristæ & tergo impositæ turres: turribusq; superstātes præter rectorem quaterni armati. Ad latus dexterum phalangitarum mille & quingentos pedites gallogræcorum opposuit: iis triamillia peditū loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adiunxit: addita iis ala

mille ferme equitum:hanc gemeā uocabant:medii erant lecti uiri & eiuſdem regionis mixti multaꝝ gentium equites.continēs iis grex.xvi.elephantoꝝ eſt oppoſitis in ſubſidiis. ab eadē parte paulū ꝓpto cornu regia cohors erat:argyraſpides a genere armoꝝ appellabanť.dacæ deinde equites:ſagyttarioꝝ milie & ducentū:leuis armatura triūmilliū: pari ferme numero pars cretēſes:pars thralles: duomillia & quingenti miſſi ſagittariis adiuncti erāt.extremū cornu claudebāt & q̄ttuormillia mixti cyrthei fūditores:& elymei ſagittarii.Ab leuo cornu phalangitis adiuncti erant gallogræci pedites mille & quingenti: ſimiliter his armati duomillia cappadocū ab Ariarathe miſſi erant:regii inde auxiliares mixti omniū geneꝝ duomillia & ſeptingēti:& triamillia cathaphractoꝝ equitū: & mille alii equites.Regia ala leuioribus tegumētis ſuis equorūq; alio haud diſſimili habitu ſyri plærique erāt phrygibus & lydis ímixti.ante hūc eqtatū falcatæ q̄drigæ & cameli:quos appellāt dromadas iis ſidebāt arabes ſagittarii gladios habētes tenues lōgos q̄terna cubita:ut ex tāta altitudine contingere hoſtē poſſent.Inde alia multitudo par ei:quæ ī dextero cornu erat: primi tarentini:deinde gallogræcoꝝ equitū duomillia & quingenti:inde neocretes mille: & eodē armatu cares & cilices mille & quingenti:& totidem thrales:& triamillia cetratorum pyſidæ erant & pamphyli & lycii: tum cirthiorum & elymeorū paria in dextero cornu locatis auxilia :&.xvi.elephanti modico interuallo diſtantes.Rex ipſe in dextero cornu erat:Seleucum filium & Antipatrum fratris filium in leuo præpoſuit:media acies tribus ꝓmiſſa Mynioni:& Zeuſidi:& Philippo magiſtro elephantoꝝ. Nebula matutina creſcēte die leuata ī nubes caliginē:dedit humor īde ab hauſtro uelut ꝓfudit omnia:quæ nihil ad malum romanis:eadē ꝑ incōmoda regiis erant:nam & obſcuritas lucis in acie modica rōanis non adimebat in oīs ꝑtis cōſpectū: & humor toto fere graui armatu nihil gladios aut pila habetabat. regii tam lata acie ne ex medio quidē cornu ſua circunſpicere poterant: nedū extremi inter ſe conſpicerenť: & humor arcus fundaſq; & iaculoꝝ amenta mollierat.Falcatæ quoq; quadrigæ:quibus ſe perturbatuꝝ hoſtiū aciē Antiochus crediderat:in ſuos terroꝛē uerterūt:armatæ aūt in hunc maxīe modū erant:cuſpides circa temonem ab iugo decem cubitos extantes uelut cornua habebant:quibus quicquid obuium dareť:tranſfigerent:& in extremis iugis binæ circa eminebant falces:altera æquata iugo:altera īferior ī terrā deuexa:illa ut quicquid ab latere obiiceretť:abſcideret:hæc ut ꝓlapſos ſubeunteſq; cōtingeret:itē ab axibus rotaꝝ utrinq; binæ eodē modo diuerſæ deligabanť falces.ſic armatas q̄drigas quia ſi aut in extremo: aut in medio locātæ forent:per ſuos agendæ erāt:in prima acie:ut dictū eſt:locauerat rex.Quod ubi Eumenes uidit:haud ignarus pugnæ & quā anceps eſſet auxilii genus:ſiquis pauoꝛē magis equis iniiceret:quā iuſta adoriretť pugna: cretenſes ſagittarios funditoreſq; & iaculatores equitū nō confertos:ſed quā maxīe poſſent:diſperſos excurrere iubet: exq; oībus ſimul partibus tela īgerere.hæc uelut ꝓcella partim clamoribus diſſonis ita conſternauit equos:ut repente uelut affrænati paſſim īcerto curſu ferenť:quoꝝ īpetū & leuis armatura:& expediti funditores:& uelox cretenſis momento declinabāt: & equos inſequendo tumultū ac pauoꝛē equis cameliſq; & ipſis ſimul cōſternatis augebant:clamore & ab alia circunſtantiū turba multiplici adiecto.Ita medio inter duas acies campo exiguntť q̄drigæ:amotoq; inani ludibrio tum demum ad iuſtum prælium ſigno utrinq; dato cōcurſum eſt.Cæteꝝ uana illa res ueræ mox cladis cauſa fuit:auxilia enim ſubſidiaque quæ ꝓxime locata erant:pauoꝛe & conſternatione q̄drigaꝝ territa:& ipſa in fugā uerſa nudarūt oīa uſque ad cataphractos equites:ad quos cū diſſīpatis ſubſidiis pueniſſet equitatus romanus: ne primū quidē īpetum pars eoꝝ ſuſtinuerūt:alii fuſi ſunt:alii ꝓpter grauitatē tegumētoꝝ armorūq; oppreſſi ſunt. Totū deinde leuum cornu inclinauit:& turbatis auxiliaribus:qui inter equites:quos appellant phalangites: erant: uſq; ad mediā aciē terror puēit.ibi ſimul ꝑturbati ordies & īpeditus itercurſu ſuoꝝ uſus p̄lōgaꝝ haſtaꝝ(ſariſſas macedōes uocāt)Intulere ſigna rōanæ legiones:& pila in ꝑturbatos cōiecere: ne iterpoſiti quidem elephāti militē romanū detrrebāt aſſuetū iam ab africis bellis & uitare īpetū bæluæ extrāſuerſo aut pilis īceſſere:aut ſi ꝓpius ſubire poſſet gladio neruos īcidere.Iam media acies fere oīs a frōte poſtrata erat:& ſubſidia circūita a tergo cædebanť:cū in parte alia fugā ſuoꝝ & ꝓpe iam ad ipſa caſtra clamoꝛē pauentiū accepere.nanq; Antiochus a dextero cornu cū ibi fiducia fluminis nulla ſubſidia cerneret:ꝑter quattuor turmas equitū:& eas dū applicant ſe ſuis ripā nudantes:īmpetū in eam partē cū auxiliis & cataphractato equitatu fecit: nec a fronte tātū inſtabat:ſed circūito a flumine cornu iam ab latere urgebat:donec fugati equites primū:deinde ꝓximi peditū effuſo curſu ad caſtra cōpulſi ſūt.Præerat caſtris.M.Aemylius tribunus militum.M.Lepidi filius:qui poſt annos paucos pontifex maximus factus eſt:iis:qua fugā cernebat ſuoꝝ:cū p̄ſidio omni occurrit:& ſtare primo:deinde redire in pugnā iubeat:pauoꝛē & turpē fugā increpans: minæ exinde erāt in ꝓniciem ſuā cæcos ruere:ni dicto parerent: poſtremo dat ſignū ſuis:ut primo fugientiū cædant turbam:inſequētiū ferro & uulneribus in hoſtes redigāt.Hic maior timor minoꝛē uicit:ancipiti coacti metu primo cōſtiterūt:deinde & ipſi rediere in pugnā & Aemylius cum ſuo præſidio(erant auté duo millia uirorum fortium)effuſe ſequente rege acriter obſtitit:& Attalus Eumenis Frater a dextero cornu:a quo leuum hoſtium primo impetu fugatum fuerat:ab ſiniſtro fugam ſuoꝝ & tumultū circa caſtra uidit:ī tempore cum ducentis equitibus aduenit. Antiochus poſteaquā & eos:quorum terga modo uiderat repetentes pugnam: & aliam & a caſtris & ex acie affluentem turbam conſpexit:in fugam uertit equū. Itaq; utroque cornu uictores romani per aceruos corporum:quos in media maxime acie cumulauerant:ubi & robur fortiſſimorum uirorum:& arma grauitate fugam impedierant:pergunt ad caſtra diripiēda:equites

primi omnium Eumenis:deinde alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem: & postremos ut quosq; adempti sunt:cædunt,cæteq; fugientibus maior pestis in permixtis q̄drigis elephantisq; & camelis erat:& sua ipsoq; turba cū solutis ordinibus uelut cæci super alios alii ruentes incursu bælluaq; obtererẽtur.In castris quoq; ingens & maior prope quā in acie cædes est edita:nam & primoq; fuga in castra maxie inclinauit:& huius fiducia multitudinis:quæ in præsidio erat:pertinacius pro uallo pugnarunt:retenti in portis uallogq; quæ se impetu ipso capturos crediderant romani:posteaquā tandem perruperūt:ab ira grauiorem ediderunt cædem:ad quinquagintamillia peditum cæsa eo die dicuntur:equitum triamilia:mille: & quadringenti capti:& quindecim cum rectoribus elephanti,romanoq; aliquot uulnerati sunt:ceciderūt nō plus,ccc,pedites: q̄ttuor & uiginti equites:& de Eumenis exercitu quinq; & uiginti.Et illo quidem die uictores direptis hostium castris cū magna præda in sua reuerterunt: postero die spoliabāt cæsoq; corpora:& captiuos cōtrahebant,legati ab Tyatira:& Magnesia:& ab Sypilo ad dedendas urbes uenerunt.Antiochus cum paucis fugiens in ipso itinere pluribus congregantibus se modica manu armatoq; media ferme nocte Sardis concessit:inde cum audisset Seleucū filium & quosdā amicoq; Apameam prægressos:quarta uigilia cū cōiuge ac filia petit Apameā: Zenoni tradita custodia urbis:Timone Lydiæ præposito: quibus spretis cōsensu oppidanoq; & militū:qui in arce erāt: legati ad cōsulē missi sunt. Sub idē fere tps & a Thralibus & a Magnesia:quæ supmæandrū est:& ab Epheso legati ad dedēdas urbes uenerūt.Reliquerat Ephesum Polyxenidas audita pugna:& classe usq; ad Pataram Lyciæ præteruectus:metu stationis rhodiaq; nauium:quæ ad Megisten erat:in terram egressus cū paucis itinere pedestri Syriam petit.Asiæ ciuitates in fidem consulis dicionēq; populi romani sese tradebant.Sardibus iam consul erat:& eo.P.Scipio ab Elea cū primum pati laborem potuit:uenit.Sub idem fere tempus caduceator ab Antiocho per Scipionē a consule petit:īpetrauitq;:ut oratores mittere liceret regi,paucos post dies Zeusis:q p̄fectus Lydiæ fuerat:& Antipater fratris filius uenerunt:prius Eumene conuento: quē ꝓpter uetera certamina auersum maxie a pace credebant esse: & placatiore eo sua & regis spe inuento:tum:P.Scipionem & per eum consulē adierunt: præbitoq; iis petentibus frequenti concilio ad mandata edenda:nō tam quid ipsi dicamus: inquit Zeusis: quā ut a uobis quæramus romani:quo piaculo expiare errorem regis:pacem ueniāq; Impetrare a uictoribus possimus,maximo semp animo uictis regibus populisq; ignouistis:quanto id maiore & placatiore aīo decet uos facere in hac uictoria:quæ uos dominos orbis terraq; fecit:positis iam aduersus omēs mortales certaminibus:haud secus:quā deos cōsulere & parcere uos generi humano oportet.Iam antequā legati uenirent: decretū erat:quid responderet:respondere Africanum placuit:iis in hunc modum locutus fertur. Romani ex his:quæ in deum īmortalium potestate erant:ea habemus:quæ dii dederunt:animos: qui nostræ mentis sunt:eosdem in omni fortuna gessimus:gerimusq; neq; eos secundæ res extulerunt:nec aduersæ minuerunt.eius rei:ut alios omittā:Hannibalē uestrū uobis darem testem : nisi uos ipsos dare possem. Posteaquā Hellespontū traiecimus:priusquā castra regia:priusquā aciem uideremus:cum cōis mars & īcertus belli euentus esset:de pace uobis agentibus:quas pares paribus ferebamus cōdiciones:easdem nūc uictores uictis ferimus.Europa abstinete Asiaq; omni:quæ cis taurum montem est:decedite:ꝑ impēsis dein de in bellum factis.xv.millia talentum euboicoq; dabitis:quingenta p̄sentia:duomillia & quingenta cum senatus populusq; romanus pacem cōprobauerint:mille deinde talentum p.xii.annos:Eumeni quoq; reddi.cccc.talenta:& quod frumēti reliquum ex eo:quod patri debitum est:placet.Hæc cum pepigerimus facturos uos:ut pro certo habeāus:erit quidē aliquot pignus:si obsides uiginti nostro arbitratu dabitis.Sed nunquā satis liquebit nobis ibi pacem esse populo romano:ubi Annibal erit:eum āte omnia deposcimus: Thoantē quoq; ætolum concitatorē ætolici belli:qui & illoq; fiducia uos & uestra illos ī nos armauit:dedetis:& cum eo Mnasymmachum acarnanē:& chalcidensem Philonē:& Eubolum.In deteriore sua fortuna pacē faciet rex:qa serius facit:q̄ facere potuit:si nūc remoratus fuerit:sciat regū maiestatem difficilius ab summo fastigio ad mediū detrahi:quā a mediis ad ima præcipitari.Cum iis mandatis ab rege missi erāt legati:ut omnē pacis conditionē acciperent:itaq; Romā mitti legatos placuit.Consul in hyberna exercitū Magnesiā ad meandrū & thrallis Ephesiūq; diuisit.Ephesū ad cōsulē paucos post dies obsides ab rege adducti sunt:& legati:qui Romā irent:uenerunt.Eumenes quoq; eodē tēpore ꝑfectus est Romā:quo legati regis:secutæ eos sunt legationes omniū Asiæ populoq;.Cum hæc in Asia geruntur:duo fere sub idē tempus cum triūphi spe prætores de ꝓuinciis Romā redierūt: Qu.Minutius ex liguribus:M.Attilius ex Aetolia. Auditis utriusq; rebus gestis Minutio negatus triumphus: Attilio magno consensu decretus: isque triumphans de rege Antiocho & ætolis urbem est inuectus:prælata in eo triumpho sunt signa militaria.cc.xxx.& argenti infecti triamillia pondo:signati tetracinum atticum .c.xiii.millia:cistophori.ccxlviii. uasa argētea cælata multa magnicq; ponderis: tulit & supplectilem regiam argenteam ac uestem magnificam:coronas aureas dona sociaq; ciuitatū.xlv.spolia omnis generis:captiuos nobiles ætolos & regios duces sex & triginta duxit.Democritus ætoloq; dux paucos ante dies cum e carcere effugisset: nocte in ripa tyberis consecutis custodibus:priusquā cōpræhenderetur:gladio se transfixit.Milites tantum:qui sequerētur currum:defuerunt:alioquin magnificus & spectaculo & fama rerum triumphus fuit.Huius triumphi minuit lætitiam nuncius ex Hispania tristis aduersa pugna ī uascetanis ductu.L.Aemylii procōsulis apud oppidum lyconem cum lusitanis:sexmillia de exercitu romano cecidisse: cæteros pauentes intra uallum

cõpulsos ægre castra defendisse:& ad modũ fugiẽtiũ magnis itineribus ĩ agrũ pacatũ reductos.hæc ex Hi
spania nũciata.Ex Gallia legatos placẽtinoꝝ & cremonẽsiũ.L.Aurũculeius ꝓtor ĩ senatum introduxit.iis
quærẽtibus iopiã colonoꝝ: aliis belli casibus aliis morbo absũptis:quosdã tædio accolaꝝ galloꝝ reliq sse
colonias: decreuit senatus:uti Gaius Lællius cõsul:si ei uideret:sexmillia familiaꝝ cõscriberet:quæ in eas
colonias diuideret: & ut.L.Aurũculeius ꝓtor triũuiros crearet ad eos deducẽdos.creati.M.Acilius Serra
nus:L.Valerius.P.filius:L.Valerius:G.filius Tappo.Haud ita multo post cũ iam cõsularium comitiorum
appeteret tempus:G.Lællius consul ex Gallia Romã rediit:iis nõ solum ex facto absente se.S.C.in supple
mẽtum Cremonæ & Placentiæ colonos scripsit:sed ut nouæ coloniæ duæ in agrũ:qui boioꝝ fuisset: du
ceret:& rettulit:& auctore eo patres censuerũt.Eodẽ tpe.L.Aemylii ꝓtoris litteræ allatæ de nauali pugna
ad Mynonnesum facta:&.L.Scipioné consulé exercitum ĩ Asiam traiecisse.Victoriæ naualis gratia ĩ unũ
diẽ supplicatio decreta est:in alterũ diem quod exercitus romanus tũ primũ in Asia posuisset castra : ut ea
res ꝓspera & læta eueniret:uicenis maioribus hostiis ĩ singula supplicationes sacrificare cõsul ẽ iussus.In
de cõsularia comitia magna cõtentione habita.M.Aemylius Lepidus petebat aduersa oĩum fama:qđ pro
uinciã Siciliã petendi causã nõ cõsulto senatu:ut sibi id facere liceret:reliquisset:petebãt cũ eo.M.Fuluius
Nobilior:Gn.Manlius Volso:M.Valerius Messalla Fuluius cõsul unus creatur:cũ cæteri cẽturias nõ ex
plessent:iis quoq; postero die.Gn.Manlium Lepido deiecto:nam Messalla iacuit : collegam dixit. præto
res exinde facti duo.Qu.Fabii:Labeo:& Pictor:flamẽ quirinalis eo anno inauguratus fuerat:M.Sempro
nius Tuditanus:L.Posthumius Albinus:L.Plautius Hypsæus:L.Bebius Dives.M.Fuluio Nobiliore: &.G.
Mãlio Volsone cõsulibus:Valerius Antias auctor ẽ rumoré celebré Romæ fuisse & pene ꝑ certo habitũ
recipiẽdi Scipiõis adolescẽtis cã cõsulé.L.Scipioné & cũ eo.P.Africanũ ĩ colloquiũ euocatos regis:& ipos
cõpræhẽsos esse:& ducibus captis cõfestim ad castra romana exercitũ ductum:eaq; expugnata: & deletas
omnes copias romanoꝝ esse.ob hæc ætolos sustulisse aĩos:& abnuisse imperia facere: pricipesq; eorum
in Macedoniã:& in dardanos:& in Thraciã ad cõducenda mercede auxilia ꝑfectos. Hæc qui nunciarent
Romã.A.Terentium Varroné:&.M.Claudiũ Lepidum ab.A.Cornelio ꝑprætore ex Aetolia missos esse.
subtexit deinde fabulæ huic legatos ætolos in senatũ inter cætera hoc quoq; ĩterrogatos esse:unde audis
sent ĩperatores romanos ĩ Asia captos ab Antiocho rege:exercitum deletum esse ? ætolos respondisse ab
suis legatis se:qui cũ cõsule fuerint:certiores factos.Rumoris huius : quia neminem aliũ auctoré habeo:
neq; affirmata res mea opinione sit:nec ꝑ uana prætermissa.Aetoli legati in senatũ introducti:cũ & causa
eos sua & fortuna hortaret:ut cõfitendo seu suæ culpæ:seu errori ueniam peterẽt supplices:orsi a benefi
ciis ĩ populũ romanũ & ꝑpe exprobrãtes uirtutem suã ĩ Philippi bello:& offenderũt aures insolentia ser
monis:& eo uetera & oblitterata repetendo rẽ adduxerũt:ut haud paulo plurimũ maleficioꝝ gentis:quã
beneficioꝝ memoria subiret aĩos patrũ:& qbus misericordia opus erat:irã & odiũ irritarent.Interrogati
ab uno senatore ꝓmitterẽt ne arbitriũ de se populo rõano:deide ab altero habituri ĩ eosdẽ : quos populus
rõanus socios & hostes eẽnt:nihil ad ea respõdẽtes egredi tẽplo iussi sũt. Cõclamatũ deide ꝑpe ab uniuer
so senatu ẽ : totos adhuc Antiochi ætolos eẽ:& ex unica ea spe pẽdere aĩos eoꝝ:itaq; bellũ cũ haud dubiis
hostibus gerẽdum:ꝓdomandũq; feroces aĩos eẽ.illa etiã res accendit:qđ eo ipso tẽpore:quo pacẽ ab roma
nis petebãt:Dolopiæ atq; Athamaniæ bellũ inferebãt.Senatusc̃ultum in.M.Attilii sententiã:qui Antio
chum ætolosq; deuicerat:factũ ẽ:ut ætoli eo die iuberent ꝑficisci ab urbe:& intra qntũdecimũ diem Ita
lia excedere. A.Terentius Varro ad custodiendum iter eorum missus : denunciatumq; siqua deinde lega
tio ex ætolis nisi permissu imperatoris : qui eam prouinciam obtineret : & cum legatio romano uenisset
Romam:pro hostibus omnes futuros. ita dimissi ætoli. De prouinciis deinde consules rettulerũt:sorti
ri eos Aetoliã & Asiam:qui Asiam sortitus esset:exercitus ei:quẽ.L.Scipio haberet:ẽ decretus:& ĩ eius sup
plementũ quattuormillia peditũ rõanoꝝ:ducenti equites:& socioꝝ ac latini noĩs sexmillia peditũ:& qua
dringẽti equites.his copiis bellum gereret.alteri cõsuli exercitus:qui erat ĩ Aetolia:est decretus:& ut sup
plemẽtũ scriberet ꝓmissum ciuiũ sociorũq; eundẽ numeꝝ:quem collega.naues quoq; idẽ consul:quæ pri
ore ãno paratæ erãt:ornare iussus ac ducere secũ:nec cũ ætolis solũ bellũ gerere: sed etiã ĩ Cephaniã ĩsulã
traiicere.mãdatum eidem:ut si ꝑ cõmodum reip.facere posset:ut ad comitia Romã ueniret:nã prætercquã
quod magistratus annui subrogãdi essent:censores quoq; placere creari:siqua res eũ teneret ; senatũ certi
orem faceret se ad comitiorum tẽpus occurrere nõ posse.Aetolia.M.Fuluio:Asia.G.Mãlio sorte euenit.
Prætores deinde sortiti sunt.L.Posthumius Albinus urbanam & inter pegrinos:M.Sempronius Tudita
nus Siciliam.Qu.Fabius Pictor flamen quirinalis Sardiniã:Qu.Fabius Labeo classem:L.Plautius Hypse
us Hispaniam citeriorem:L.Bebius Dives Hispaniam ulteriorem.Siciliæ legio una & classis:quæ ĩ ea pro
uincia erat:decreta:& ut duas decimas frumenti prætor ĩperaret siculis:earum alteram in Asiam:alteram
in Aetoliam mitteret.idem ab Sardis exigi:atq; ad eosdem exercitus id frumentum:ad quos siculum de
portari iussum.L.Bebio supplementũ in Hispaniam datum mille romani pedites equites quinquagĩta:&
sexmillia peditũ latini noĩs:&.cc.equites:cũ his supplemẽtis ut singulas legiones duæ Hispaniæ haberẽt.
Prioris anni magistratibus.G.Lællio cũ suo exercitu ꝓgatũ inannũ ĩperiũ est.ꝓgatũ &.P.Iunio pro
prætori in Ethruria cum eo exercitu:qui in ꝓuincia eẽt:&.M.Tutio ꝑprætori in brutiis & Appulia.Pri
usquam in ꝓuincias ꝓtores irent:certamen inter.P.Licinium pontificem maximum fuit:&.Qu.Fabium

prætorem flaminem quirinalem:quale patrum memoria inter. L. Metellum & Posthumium Albinum fuerat.cõsulem illum cũ.G.Luctatio collega ĩ Siciliã ad classem ꝓficiscentẽ ad sacra retinuerat Metellus ꝓpontifex maximus:prætorẽ hunc:ne ĩ Sardiniã ꝓficiscerẽ .P.Licinius tenuit:& ĩ senatu & ad populũ magnis cõtentionibus certatũ é:& iperia inhibita ultro citroq;:& pignora capta:& mulctæ dictæ : & tribuni appellati:ꝓuocatũ ad populũ é.religio ad postremũ uicit:ut dicto audiẽs esset flamẽ põtifici:& mulctæ ex iussu populi remissæ.ita ꝓuincia erepta.prætorẽ magistratu abdicare se conantem patres auctoritate sua deterruerũt:& ut ius inter peregrinos diceret:decreuerunt.Delectibus deinde intra paucos dies(neq; enĩ multi milites legendi erant)ꝓfectis:cõsules ꝓtoresq; ĩ ꝓuincias ꝓficiscuntur.Fama deinde de rebus ĩ Asia gestis temere uulgata si auctore:& post dies paucos nũcii certi:litteræq; iperatoris romani allatæ:quæ nõ tãtũ gaudiũ ab recẽti metu attulerũt:desierãt enĩ uictũ ĩ Aetolia metuẽ:quã auerterũt famã:quod ineũtibus id bellum grauis hostis & suis uiribus:& quod Annibalẽ rectorẽ militiæ haberet uisus fuerat. nihil tamẽ aut de cõsule mittẽdo ĩ Asiã mutandũ:aut minuẽdas eius copias censuerũt:metu ne cũ gallis foret bel landũ.Haud multo post.M.Aurelius Cotta lagatus Scipionis cũ Antiochi regis legatis : & Eumenes rex rhodiiq; Romam uenerũt.Cotta in senatu primum:deinde in concionem iussu patrum:quæ acta in Asia essent:exposuit.supplicatio inde in triduũ decreta est:&.xl.maiores hostiæ immolari iusse.Omniũ primũ Eumeni senatus datus est:is cum breuiter egisset gratias patribus:quod obsidione se ac fratrẽ exemissent: regnũq; ab iniuriis Antiochi uidicassent:& gratulatus esset:quod mari terraq; ꝓspere res gessissent:qdq; regem Antiochum fusum fugatũq; & exutum castris prius Europa:post Asia:quæ cis taurum montẽ est: expulissent:sua deinde merita male eos ex impatoribus suis legatisq;:quã se cõmemorante cognosci dixit. Hæc approbantibus cũctis iubentibusq; dicere ipsum omissa ĩ id uerecũdia quid sibi ab senatu populoq; romano tribui æquũ censeret:propensius cumulatiusq;:si quo possit:pro ut eius merita sint:senatũ facturum. Ad ea rex:si ab aliis sibi præmioꝝ optio deferretur:libenter data modo facultate consulendi senatũ romanum cõsilio amplissimi ordinis usuꝝ fuisse:nequid aut ĩmoderata cupisse: aut petisse paꝝ modeste uideri posset:ueꝝ eninuero cũ ipsi daturi sint: multo magis munificentiã eoꝝ in se fratresq; suos ipsoꝝ arbitri debere esse.Nihil hac oratione eius.P.C.deterriti sunt:quo minus dicere ipsum iuberẽt:& cũ alquã diu hinc indulgentia:hinc modestia inter ꝓmittentes inuicẽ:nõ magis mutua: quã inexplicabili facilitate certatum esset: Eumenes tẽplo excessit.Senatus in eadẽ perstare sententia: ut absurdum esse diceret:ignorare regẽ quid sperans aut petens uenerit:quæ accõmodata regno suo sint:ipsum optime scire:Asiam longe melius:quã senatũ nosse.reuocandũ igitur & cogendum:quæ uellet:quæq; sentiret:expromere.Reductus a prætore in tẽplum rex & dicere iussus:pseueraſſem:inquit:tacere:P.C.nisi rhodioꝝ legationẽ mox uocaturos uos scirem:& illis auditis mihi necessitatẽ fore dicendi:quæ quidẽ eo difficilior oratio erit:qd postulata eoꝝ futura sunt:ut nõ solũ nihil:quod cõtra me sit:sed ne quod ad ipsos quidẽ ꝓprie pertineat: petere uideantur.agẽt enim cãm ciuitatũ græcaꝝ:& liberari eas dicent debere.quo ĩpetrato:cui dubiũ est: quin & a nobis auersuri sint:nõ eas modo ciuitates:quæ liberabunt:sed etiã ueteres stipendiarias nostras: sibi autẽ tanto obligatos beneficio uerbo socios re uera subiectos imperio & obnoxios habituri sint:& si diis placet:cũ has tantas opes affectabunt:dissimulabũt ulla ꝓte id ad se ꝓtinere:uos mõ id decere & cõueniens esse ante factis dicent.Hæc uos ne decipiat oratio,puidendũ uobis erit:neue nõ solũ ĩæqualiter alios nimium deprimatis ex sociis uestris:alios præter modũ extolatis:sed etiã ne qui aduersus uos arma tulerit meliore statu sint: quã socii aut amici uestri.Quod ad me attinet:ĩ his rebus cessisse intra finem iuris mei cuilibet uideri malim:quã nimis ꝓtinaciter in obtinẽdo eo tendisse in certamine amicitiæ uestræ:beniuolentiæ erga uos:honoris:qui a uobis habebitur:minime æquo animo uĩci possum. hanc ego maximã hæreditatẽ a patre accepi:q primus omniũ Asiã Græciãq; ĩcolentiũ in amicitiã uestrã uenit: eamq; ꝓpetua & constanti fide ad extremũ finẽ uitæ perduxit:nec aĩum duntaxt uobis bonũ ac fidelẽ præstitit: sed omnibus ĩterfuit bellis:quæ in Græcia gessistis terrestribus naualibusq;:omni genere cõmeatuũ ita:ut nemo sociorum uestroꝝ æquari ulla parte possit:uos adiuuit:postremo cũ boetios ad societatẽ uestrã hortaretur: in ipsa concione ĩtermortuus haud multo post expirauit.Huius ego uestigia ĩgressus uolũtate quidẽ & studio uobis adiicere:& enim in exuperabilia hæc erant:nihil potui:rebus ipsis meritisq; & impẽsis officioꝝ ut superare possem:fortuna tẽpora Antiochus & bellũ in Asia gestũ ꝓbuerunt materiã.Rex Asiæ &.partis Europe Antiochus filiã suam in matrimoniũ mihi dabat:restituebat extẽplo ciuitates:quæ defecerãt a nobis spem magnam ĩ posterũ ampliandi regna faciebat: si secum bellũ aduersus uos gessissem.nõ gloriabor eo:quod nihil in uos deliquerim:illa potius:quæ uetustissima domus nostræ:uobis cũ amicitia digna sũt: referam:pedestribus naualibusq; copiis ut nemo uestrorum sociorum me æquiperare posset:imperatores uestros adiuui : cõmeatus terra mariq; suppeditaui:naualibus præliis:quæ multis locis facta sũt:omnibus affui: nec labori meo: nec periculo usquã peperci:quod miserimũ est:in bello obsidionem passus sum:Pergami inclusus cum discrimine ultimo simul uitæ regniq; liberatus:deinde obsidione cum alia parte Antiochus:alia Seleucus circa arcem regni mei castra haberent:relictis rebus meis tota classe ad Hellespõtum L.Scipioni consuli uestro occurri:ut eum intraiicendo exercitu adiuuarem. Posteaquam in Asiam exercitus uester est transgressus:nunquam a consule abscessi:nemo miles romanus magis assiduus in castris uestris fuit: quam ego fratresq; mei:nulla expeditio:nullum equestre prælium sine me factum est:in acie ibi

ſtetĩ: eam partem ſum tutatus:in qua me cõſul eẽ uoluit.nõ ſum hoc dicturus.P.C.quis hoc bello meritis erga uos mecũ comparari poteſt? ego nulli omnium neque populoꝝ:neque regũ:quos ĩ magno honore habetis:non auſim me comparare.Maſiniſſa hoſtis uobis:antequã ſocius fuit:nec ĩcolumi regno cũ auxiliis ſuis:ſed extorris expulſus:amiſſis omnibus copiis cũ turma equitũ in caſtra confugit ueſtra:tamen eũ: quia in Africa aduerſus Syphacem & carthaginenſes fideliter atque impigre uobiſcum ſtetit:non in patrium ſolum regnum reſtituiſtis ſed adiecta oppulentiſſima parte Syphacis:regni ꝓpotentẽ ĩter Africæ reges feciſtis.Quo tandem igitur nos præmio atq; honore digni apud uos ſumus:qui nũquã hoſtes ſemp ſocii fuimus? pater ego fratreſq; mei non Aſiam tantũ:ſed etiam procul ab domo in Peloponneſo:in Bœtia:in Aetolia Philippi Antiochi ætolico bello terra mariq; pro uobis arma tulimus. Quid ergo poſtulas? dicat aliquis.ego patres conſcripti:quõiam dicere utiq; uolentibus uobis parendũ eſt:ſi uos ea mente ultra Tauri iuga Antiochum eieciſtis:ut ipſi teneretis eas terras:nullos accolas nec finitimos habere:quã uos malo: nec ulla alia re tutius ſtabiliuſq; regnum meum futuꝝ ſpero:ſed ſi uobis decedere ide atq; deducere exercitus in animo eſt:neminem dignioré eſſe ex ſociis ueſtris:qui bello a uobis parta poſſideat:quã me dicere auſim.At enim magnificũ eſt liberare ciuitates ſeruas:ita opinor:ſi nihil hoſtile aduerſus uos fecerunt: ſin autem Antiochi partis fuerunt:quanto eſt ueſtra prudẽtia & æquitate dignius:ſociis benemeritis quã hoſtibus uos conſulere? Grata oratio regis patribus fuit:& facile apparebat munifice omnia & propenſo animo facturos.Interpoſta ſmyrnæoꝝ breuis legatio eſt: quia nõ aderant quidam rhodioꝝ. Collaudatis egregie ſmyrneis:quod omnia ultima pati:quam ſe regi tradere uoluiſſent:ĩtroducti rhodii ſunt.Quoꝝ princeps legationis expoſitis initiis amicitiæ cum populo romano meritiſq; rhodioꝝ:Philippi prius:deĩde Antiochi bello:nihil:inquit:nobis tota noſtra actione.P.C.neq; difficilius:neq; moleſtius eſt:quã quod cum Eumene nobis diſceptatio eſt:cum quo uno maxime regum & priuatũ ſingulis: & quod magis nos mouet:publicum ciuitati noſtræ hoſpitiũ eſt:cæteꝝ non animi noſtri.P.C.nos ſed reꝝ natura:quæ potentiſſima eſt:diſiũgit:ut nos liberi etiã alioꝝ libertatis cãm agamus:reges ſerua omnia & ſubiecta ĩperio ſuo eſſe uelint.Vtcunq; tamẽ res habet:magis uerecundia noſtra aduerſus regem nobis obſtat: quam ipſa diſceptatio:aut nobis ĩpedita eſt:aut uobis ꝑplexam deliberationẽ præbitura uidetur: Nam ſi aliter ſocio & amico regi & benemerito hoc ipſo in bello:de cuius præmiis agitur:honos haberi nullus poſſet:niſi liberas ciuitates traderetis ei:eẽt deliberatio anceps ne aut regem amicũ in honoratũ dimitteretis:aut decederetis inſtituto ueſtro:gloriã Philippi bello ꝓtam nunc ſeruitute tot ciuitatũ deformaretis:ſed ab hac neceſſitate aut gratiæ in amicũ minuendæ aut gloriæ ueſtræ egregie uos fortuna uindicat. Eſt enĩ deum benignitate non glorioſa magis :quam diues uictoria ueſtra:quæ uos facile iſto uelut ære alieno exoluat :nam & Lycaonia:& Phrigia utraq;:& Pyſidia omnis:& Cheroneſus quæq; circũiacent Europæ:in ueſtra ſũt poteſtate quaꝝ una quælibet regi adiecta multiplicare regnum Eumenis poteſt: oẽs uero datæ maximis eũ regibus,præferre.licet ergo uobis & ĩpræmiis belli ditare ſocios:& nõ decedeŕ iſtituto ueſtro.Debetis etiã meminiſſe quẽ titulũ ꝓtenderitis prius aduerſus Philippũ:nunc aduerſus Antiochum belli: quid feceritis Philippo uicto:quid nũc a nobis nõ magis quia feciſtis:quã quia id uos facere decet:deſideretur:atq; expectetur.alia enĩ aliis honeſta & probabilis eſt cauſa armoꝝ:illi agrum:hi uicos:hi oppida: hi portus oramq; aliquã maris ut poſſideant:uos nec cupiſtis hæc:antequã haberetis:nec nunc cum orbis terrarum in dicione ueſtra ſit:cupere poteſtis:pro dignitate & gloria apud omne humanum genus:quod ueſtrũ nomen ĩperiumq; iuxta ac deos imortales iampridem intuetur:pugnatis.quæ parare & quærere arduum fuit: neſcio an tueri difficilius ſit.Gentis uetuſtiſſimæ nobiliſſimæq; uel fama rerum geſtaꝝ:uel omni cõmendatione humanitatis doctrinarũq;:tuendã ab ſeruitio regio libertaté ſuſcepiſtis:hoc patrocinium receptæ ĩ fidem & clientelam ueſtrã uniuerſæ perpetuum uos præſtare decet. Non quæ in ſolo modo antiquo ſunt græcæ magis urbes ſunt:quã coloniæ eaꝝ illinc quondã profectæ in Aſiam:nec terra mutata mutauit genus aũt mores.certare pio certamíe cuiuſlibet bonæ artis ac uirtuti auſi ſumus cũ parentibus:quæq; ciuitas & conditoribus ſuis:adiſtis Aſiæ urbes plæriq;:niſi qđ a uobis longius abſumus:nulla uincimur alia re.Maſſilienſis:quos ſi natura inſita uelut ingenio terræ uinci poſſet:iampridem efferaſſent tot indomitæ circũfuſæ gentes:in eo honore :in ea merito dignitate audimus apud uos eſſe: ac ſi mediũ umbilicum Græciæ incolerent: non enim ſonum modo linguæ ueſtitumq; & habitum:ſed ante omnia mores:& leges: & ingenium ſyncerum integrumq; a contagiõe accolaꝝ ſeruarunt .Terminus eſt nunc imperii ueſtri mons taurus:quicquid intra eum cardinem eſt:nihil longinquum uobis uideri debet:quo arma peruenerunt: eodẽ ius hinc ꝓfectum perueniat.Barbari:quibus pro legibus ſemper dominoꝝ imperia fuerunt: quo gaudẽt: reges habeant:græci ſuam fortunam:ueſtros animos gerunt:domeſticis quondã uiribus etiam imperium amplectebantur:nũc imperium ubi eſt:ibi ut ſit perpetuũ:optant:libertaté ueſtris tueri armis ſatis habẽt: quoniã ſuis non poſſunt.At enim quædam ciuitates cum Antiocho ſenſerũt: & aliæ prius cum Philippo: & cum Pyrrho:tarentini ne alios populos enumerem Carthago libera cum ſuis legibus eſt:huic ueſtro exemplo quantum debeatis:uidete.p.con,inducetis in animum negare Eumenis cupiditati:quod iuſtiſſimæ iræ ueſtræ negaſtis.Rhodii & in hoc & in omnibus bellis:quæ in illa ora geſſiſtis:quam forti fideliq; opera uos adiuuerimus :ueſtro iudicio relinquimus:nunc in pace id conſilium afferimus:quod ſi comprobaritis:magnificentius uos uictoria uſos eſſe:quã uiciſſe omnes æſtimaturi ſint.Apta magnitudini romanæ

oratio uisa est. Post rhodios Antiochi legati uocati sunt.in uulgato petentium ueniam more: errorem fassi regis obtestati.P.C.ut suæ potius clæmētiæ:quā regis culpæ:qui satis supercp pœnaꝝ dedisset:memores consulerent:postremo pacem datam a.L.Scipione iperatore:quibus legibus dedisset:cōfirmarēt auctoritate sua.Et senatus eam pacem seruandā censuit:& paucos post dies populus iussit.fœdus in capitolio cū Antipatro principe legationis & eodē fratris filio regis Antiochi est ictum. Auditæ deinde & aliæ legationes ex Asia sunt:quibus oībus datū est responsum decem legatos more maiorū senatū missuꝝ ad res Asiæ disceptandas cōponendascp:summā tamē hanc fore:ut cis tauꝝ montē:quæ infra regni fines Antiochi fuissent:Eumeni attribuerentur præter Lyciam Cariamcp:uscp ad mæandrum amnē eæ ciuitates rhodioꝝ essent.cæteræ ciuitates Asiæ:quæ Attali stipendiariæ fuissent:eædē Eumeni uectigal penderēt:quæ uectigales fuissent Antiochi eæ liberæ atcp īmunes eēnt.Decē legatos hos decreuerunt.Qu.Minutiū Ruffum L.Furium Purpurionē:Qu.Minutiū Teremū:Appium Claudiū Neronē:Gn.Corneliū Merulam:M.Iunium Brutum:L.Aurunculeium:L.Aemyliū Paulū:P.Corneliū Lentulū:P.Elium Tuberonē. His quæ præsentis disceptationis eēnt libera mandata de summa reꝝ senatus cōstituit.Lycaoniā oēm & Phrigiā utrācp & Mysias regias siluas & Lydiæ loniæcp extra oppida:quæ libera fuissent: quo die cum rege Antiocho pugnatum est: & nominatim Magnesiā & Cypilū & Cariam:quæ Hydrella appellat:agrūcp hydreletanū ad Phrigiam uergentē:& castella uicoscp ad mæandrū amnē:nisi quæ libera āte bellum fuissent:Thelmessontem nomiatim & castra thelmessium præter agrū:qui Ptolemæi thelmessii fuisset:hæc oīa:quæ supra scripta sunt:regi Eumeni iussa dari.Rhodiis Lycia data:quæ extra eundē Thelmessontē & castra Thelmessiū: & agrum qui Ptolemæi thelmessii fuisset.hæc & ab Eumene:& ab rhodiis excepta.Ea quocp his pars data Cariæ:quæ prope Orchoꝝ insulā trans mæādrū amnē est:oppida:uici:castella:agri:qui ad Pysidiā uergūt: nisi quæ eoꝝ oppida ī libertatē fuissent:pridie quā cum Antiocho rege in Asia pugnatū est.Pro his cū gratias egissent rhodii:de Solis urbe:quæ in Cilicia est:egerunt:Argis & illos sicut sese oriundos esse:ab ea germanitate fraternā sibi cū iis caritatē esse: petere hoc extraordinariū munus ut eam ciuitatē ex seruitute regia eximerent. Vocati sunt legati regis Antiochi:actūcp cū iis:nec quicquā īpetratū est testante fœdera Antipatro:aduersuscp ab rhodus nō Solos:sed Ciliciam peti:& iuga tauri transcendi. Reuocatis in senatū rhodiis:cū quātopere tenderet legatus regius:exposuissent:adiecerūt:si utiqp eam rem ad ciuitatis suæ dignitatē pertinere censerent rhodii:senatum omnimodo expugnatuꝝ pertinaciā legatoꝝ. Tum uero īpensius:quā ante rhodii gratias egerunt:cesuroscp se potius arrogantiæ Antipatri :quā causas turbandæ pacis præbituros dixerunt.ita nihil de Solis mutatū est.Per eos dies:quibus hæc gesta sunt:legati massilienſium nunciarunt.L.Bebium prætorē in prouinciā Hispaniā proficiscentē ab liguribus circunuētū magna parte comitū cæsa:uulneratū ipsum cū paucis sine lictoribus Massiliā profugisse:& intra triduū expirasse.Senatus ea re audita decreuit uti.P.Iunius Brutus:qui prætor in Ethruria esset: prouincia exercituqp traditis uni:cui uideretur ex legatis:ipse in ulteriorē Hispaniā proficisceretur:eacp ei prouincia esset.Hoc senatus consultū:litteræcp a Spurio Posthumio prætore in Ethruriā missæ sunt:profectuscp in Hispaniā est.P. Iunius prætor:in qua prouincia prius aliquanto:quā successor ueniret.L.Aemylius Paulus : qui postea regem Persen magna gloria uicit: cū priore anno haud prospere rem gessisset:tumultuario exercitu collecto signis collatis cū Lusitanis pugnauit.fusi fugaticp sunt hostes:cæsa.x.& octomillia armatoꝝ:triamillia. ccc.capti:& castra expugnata.huius uictoriæ fama tranquilliores res in Hispania fecit. Eodē āno ante diē iii.Kalendas ianuarias Bononiā latinā coloniā ex senatusconsulto.L.Valerius Flaccus.M.Attilius Serranus L.Valerius Tappo triūuiri deduxerunt triamillia hoīum sunt deducta:equitibus septuagena iugera:cæteris colonis quinquagena sunt data:ager captus de gallis boiis fuerat:galli tuscos expulerant.Eodē anno cēsurā multi & clari uiri petierūt: quæ res tanquā in se paꝝ magni certaminis cām haberet:aliam cōtētionē multo maiorē excitauit.petebant.T.Quintius Flaminius:P.Cornelius:Gn.filius:Scipio:L. Valerius Flaccus:M.Portius Cato:M.Claudius Gelo:M.Attilius Glabrio:qui Antiochū ad Thermopylas ætoloscp deuicerat.In hunc maxime quod multa cōcilia habuerat:quibus magnam partē hoīum obligarat:fauor populi se inclinabat.id cum ægre paterētur tot nobiles nouū sibi hominē tantū pferri:P.Sempronius Gracchus:&.G.Sempronius Rutilius tribuni plebis ei diē dixerunt:quod pecuniæ regiæ prædæcp aliquantum captæ in Antiochi castris:necp in triumpho tulisset:necp in ærariū detulisset. Varia testimonia legatorum tribunorūcp militū erāt:M.Cato ante alios testes cōspiciebat:cuius auctoritatē perpetuo tenore uitæ partam toga candida eleuabat:is testis:quæ uasa aurea atcp argentea captis castris inter aliā regiā prædā uidisset:ea se in triumpho negabat uidisse.postremo in huius maxie inuidiā desistet se petitione Glabrio dixit: quādoquidē taciti indignarent nobiles hoīes:ideocp nouus cōpetitor īæstimabili piurio intercesserit.centūmilliū mulcta irrogata erat:bis de ea certatū est:tertio cum de petitione destitisset reus: nec populus de mulcta suffragiū ferre uoluit & tribuni eo negotio destiterunt.Censores.T.Quintius Flaminius.M.Claudius Marcellus creati.Per eosdē dies.L.Aemylio Regillo:qui classe præfectū Antiochi regis deuicerat extra urbē in æde Apollinis cū senatus datus esset:auditis rebus gestis eius quātis cū classibus hostiū dimicasset:quot inde naues demersisset aut cepisset:magno consensu patrū triūphus naualis est decretus. triūphauit kalendis februariis in eo triūpho:undecnquaginta coronæ aureæ translatæ sunt: pecunia nequaq̄ tanta pro specie regi triūphi;tetracina attica.cc.xxxiii.m.cystophori.ccc.xxxii. millia Supplicatēes deinde

fuerũt ex ſenatuſcõſulto:qđ.L.Aemylius í Hipania pſpe rẽp.geſſiſſet.Haud ita multo poſt.L.Scipio ad urbẽ uenit:q ne cognomini fratris cederet:Aſiaticũ ſe appellari uoluit:& í ſenatu & í cõcione de rebus ab ſe geſtis diſſeruit. Erant:qui fama id maius bellum:quam difficultate rei fuiſſe interpretarentur:uno memorabili prælio debellatum:gloriamq; eius uictoriæ defloratam ad Thermopylas eſſe. Cæterum uere æſtimanti ætolicum magis ad Thermopylas bellum: quam regium ſuit:quota enim parte uirium ſuarum ibi dimicauit Antiochus:in Aſia totius Aſiæ ſteterunt uires ab ultimi orientis partibus omnium gẽtium contractis auxiliis.merito ergo & diis immortalibus: quantus maximus poterat:habitus eſt honos: quod ingentem uictoriam facilem etiam feciſſent:imperatori triumphus eſt decretus. triumphauit mẽſe intercalario pridie Kalendas martias: qui triumphus ſpectaculo oculorum maior: quam Africani fratris eius fuit:recordatione reꝝ & æſtimatione periculi certaminiſq; nõ magis cõparandus:quã ſi imperatorẽ imperatori:aut Antiochum ducem Annibali conferres.Tulit í triumpho ſigna militaria.ccxxiiii. oppidoꝝ ſimulacra.cxxxiiii.eburneos dentes.m.ccxxxi.aureas coronas.ccxxxiiii. argenti pondo.cxxxvii. millia &.ccccxx.tetracinum atticoꝝ.cexiiii.millia.cyſtofori.ccc.xxxi.millia & ſeptuaginta.nummos aureos philippeos.cxl.millia.uaſoꝝ argenteoꝝ:oía cælata erant:mille põdo &.ccccxxiiii. aureoꝝ mille põdo xxiiii.& duces regii præfecti:& purpurati duo:&.xxx.ante currũ ducti.Militibus quini uiceni denarii dati:duplex centurioni:triplex equiti:& ſtipendiũ militare & frumentũ duplex poſt triumphũ datum. Prælio in Aſia facto duplex dederat.Triumphauit ãno fere:poſteaquã cõſulatu abiit.Eodẽ fere tempore.Gn. Manlius cõſul in Aſiam:&.Qu.Fabius Labeo prætor ad claſſem uenit:cæteꝝ conſuli non deerat cũ gallis belli materia.mare pacatũ erat deuicto Antiocho:cogitantiq; Fabio:cui rei potiſſimũ inſiſteret:he otioſam ꝓuinciam habuiſſe uideri poſſet:optimum uiſum eſt in Cretam inſulam traiicere.cydoniatæ bellũ aduerſus cortynæos gnoſioſq; gerebant:& captiuoꝝ romanoꝝ atq; italici generis magnus numerus in ſeruitute eſſe ꝓ totam inſulam dicebaẽ.Claſſe ab Epheſo ꝓfectus:cum primum Cretæ littus attigit:nuncios circa ciuitates miſit:ut armis abſiſterent:captiuoſq; in ſuis quenq; urbibus agriſq; cõquiſitos reducerent:& legatos mitterent ad ſe:cũ quibus de rebus ad cretenſes pariter romanoſq; ptinentibus ageret. nihil magnopere ea cretenſes mouerũt:captiuos præter cortynios nulli reddiderũt.Valerius Antias ad q̃tuor millia captiuoꝝ:quia belli minas timuerũt:ex tota inſula reddita ſcripſit:eãq; cãm Fabio cum rem nullam aliam geſſiſſet:naualis triumphi impetrandi ab ſenatu fuiſſe.ac Epheſum Fabius rediit: inde tribus nauibus í Thraciæ oram miſſis:ab Aeno & Maronia præſidia Antiochi deduci iuſſit:ut in libertate eæ ciuitates eſſent.

LIBER OCTAVVS

VM IN ASIA BELLVM GERITVR: NE IN AETOLIA QVIDEM quietæ res fuerãt principio a gente athamanũ orto:Athamani ea tẽpeſtate pulſo Amynandro ſub præfectis Philippi regio tenebaẽ præſidio:qui ſuperbo ac immodico imperio deſideriũ Amynãdri fecerant: exulanti tum Amynandro in Aetolia litteris ſuoꝝ indicantiũ ſtatum Athamaniæ:ſpes recuperandi regni facta é:remiſſiq; ab eo nũciant pricipibus Argitheam(id enim caput Athamaniæ erat)ſi populariũ aíos ſatis ꝓſpectos haberẽt:ipetrato ab Aetolis auxilio:í Athamaniã ſe uẽtuꝝ:delectis quod cõſilium eſſet gẽtis & Nicandro ꝓtore.quos ubi ad oía paratiores eſſe uidit:certiores ſubinde facit:quo die cũ exercitu Athamaniã ingreſſurus eſſet.Quattuor primo fuere cõiurati aduerſus macedonũ præſidiũ:biſſenos adiutores ſibi ad ré gerendã aſſũpſerũt:deíde paucitate paꝝ fræti:quæ celandæ rei quã agẽdæ aptior erat:parem priori numeꝝ adiecerũt.ita duo &.xxx.facti quadrifariã ſe diuiſerunt.pars una Heracleam:altera Tetraphyliam petit: ubi cuſtodia regiæ pecuniæ eſſe ſolita erat:tertia Theudoriam:quarta Argitheam.ita inter omnes conuenit:ut primo quieti uelut ad priuatam rem agendam ueniſſent:in foro obuerſarentur:die certa multitudinem omnem conuocarent ad præſidia macedonum arcibus expellẽda.Vbi ea dies aduenit:& Amynander cũ mille ætolis ſe in finibus poſuerat:ex compoſito quattuor ſimul locis præſidia macedonũ expulſa:litteraq; in alias urbes paſſim dimiſſæ:ut uindicarent ſeſe ab impotenti dominatione Philippi: & reſtituerẽt Amynãdrũ in patriũ ac legitimũ regnũ.undiq; macedones expellũẽ. Theiũ oppidũ litteris a Zenone præfecto præſidii interceptis:& arce ab regiis occupata paucos dies obſidentibus reſtitit:deinde id quoque traditũ Amynãdro é:& oís Athamania í poteſtate erat præter Atheneũ caſtellũ finibus macedoniæ ſubiectũ.Philippus audita defectione Athamaniæ cũ ſexmillibus armatoꝝ ꝓfectus ingẽti celeritate Gomphos ꝓuenit:ibi relicta maiore ꝑte exercitus(neq; ẽní ad tanta itinera ſuffecerãt)cũ duobus millibus Atheneũ:qđ unũ a ꝑſidio ſuo retentum fuerat:ꝓuenit.inde ꝓximis tentatis cũ facile aíaduertiſſet cætera hoſtilia eſſe:Gomphos regreſſus oíbus copiis ſimul in Athamaniã rediit. Zenonem idem cũ mille peditibus præmiſſum Ethopiam occupare iubet opportune Argitheæ imminẽtem.quem ubi teneri a ſuis locũ uidit:ipſe circa tẽplũ Ioui ſacrũ poſuit caſtra:ibi unũ diẽ fœda tẽpeſtate retẽtus poſtero die ducere ad Argitheã intendit.Euntibus extẽplo apparuere athamanes í tumulos ími-

nẽtis uiæ diſcurrẽtes:ad quoꝝ cõſpectũ cõſtitere prima ſigna:totoq; agmine timor & trepidatio erat:& ꝑ ſe quiſq;:quidnam futuꝝ eſſet:cogitare:ſi ĩ ualles ſubiectas rupibus agmẽ foret dimiſſum. hæc tumultuatio regem cupientẽ:ſi ſe ſequerentur:raptim euadere anguſtias:reuocare primos:& eadẽ:qua uenerat:uia referre coegit ſigna. Athamanes primo ex ĩteruallo quieti ſequebantur:poſteaquã ætoli ſe coniunxerunt: hos:ut ab tergo agmini inſtarẽt:relinquerũt:ipſi a lateribus ſe circũfunderũt:quidã ꝑ notos colles breuiore uia prægreſſi tranſitus inſedere:tantũq; tumultus macedonibus eſt iniectũ:ut fugæ magis effuſæ:quã itineris ordinati modo multis armis uiriſq; relictis flumen traiecerĩt. hic finis ſequendi fuit. ĩde tuto macedones Gomphos:& a Gomphis in Macedoniã redierũt. Athamanes ætoliq; Ethopiam ad Zenonẽ ac mille macedonas opprimendos undiq; concurrerũt. macedones parũ fræti loco ab Ethopia in altioré deruptioremq; undiq; tumulũ conceſſere:quo pluribus locis aditu inuento expulere eos athamanes:diſperſoſq; & per inuias atq; ignotas rupes iter fugæ non expedientes partim ceperunt:partim ĩterfecerũt:multi pauore ĩ derupta præcipitati:perpauci cum Zenone ad regem euaſerũt. poſtea per ĩducias ſepeliẽdi cæſos poteſtas facta eſt. Amynãder recuperato regno legatos Romã ad ſenatũ & ad Scipiones ĩ Aſiã Epheſi poſt magnum cũ Antiocho prælium morãtes miſit. pacem petebat:excuſabatq; ſeſe:quod ꝑ ætolos recuꝑaſſet paternum regnum:Philippũ incuſabat. Aetoli ex Athamania in Amphilocos profecti ſunt:& maioris partis uoluntate in ius dicionẽq; totam redegerũt gentem. Amphilocha recepta:nam fuerat quondã ætoloꝝ: eadem ſpe in Aperanciam tranſcenderũt: ea quoque magna ex parte ſine certamine in deditionem uenit. Dolopes nũquã ætoloꝝ fuerant:Philippi erant:hi primum ad arma concurrerũt:cæterũ poſteaquã Amphilochos cũ ætolis eſſe:fugamq; ex Athamania Philippi & cædem præſidii eius accepere:& ipſi a Philippo ad ætolos deficiunt. Quibus circũiectis gentibus iam undiq; ſe a macedonibus tutos credentibus eſſe ætolis:fama affertur Antiochum ĩ Aſia uictũ ab romanis:nec ita multo poſt legati ab Roma rediere ſine pacis ſpe:Fuluiumq; cõſulẽ nunciantes iã cũ exercitu traieciſſe. His territi prius ab Rhodo & Athenis legationibus excitis:ut ꝑ auctoritatẽ ciuitatũ ſuæ preces nuper repudiatæ facilioré aditũ ad ſenatũ haberẽt: principes gentis ad tentandũ ultimam ſpem Romã miſerunt:nihil ne bellum haberẽt:priuſq; pene in cõſpectu hoſtis erat:præmeditati. Iam. M. Fuluius Apolloniã exercitu traiecto cũ epirotaꝝ principibus conſultabat:unde bellum inciperet. epirotis Ambraciam placebat aggredi:quæ tum contribuerat ſe ætolis: ſiue ad tuendã eam uenirent ætoli aptos circa campos ad dimicandũ eſſe:ſiue detrectarent certamen oppugnationẽ fore haud difficilem:nã & copiam ĩ ꝓpinquo materiæ ad aggeres excitandos & cætera opera eſſe:& arethontem nauigabilem amnẽ opportunũ ad cõportanda:quæ uſui ſint:ꝑter ipſa mœnia fluere: & æſtatem aptam rei gerendæ adeſſe. his ꝓſuaſerũt:ut ꝑ Epiꝝ duceret. Cõſuli ad Ambraciã uenienti magni operis oppugnatio uiſa eſt: Ambracia tumulo aſpero ſubiecta eſt: Perranthem incolæ uocant: urbs: qua murus uergit ĩ cãpos & flumen occidẽtem:arx:quæ poſita in tumulo eſt:orientem ſpectat:amnis arethon ex Acarnania fluens cadit in ſinũ maris ab noſe ꝓpinquæ urbis Ambraciũ appellatũ. ꝓterquã quod hinc amnis munit:hinc tumuli:muro quoq; firmo ſepta erat patẽte in circuitu paulo amplius triamillia paſſuum. Fuluius bina a campo caſtra modico inter ſe diſtantia ĩteruallo: unũ caſtellũ loco edito contra arcẽ obiecit:ea oia uallo ac foſſa iungere parat:ne exitus incluſis ab urbe:neue aditus foris ad auxilia ĩtromittenda eſſet. Ad famã oppugnationis Ambraciæ Stratũ iam edicto Nicandri ꝓtoris cõuenerant ætoli: inde primo copiis oĩbus ad ꝓhibendam obſidionẽ uenire in aĩo fuerat:deinde poſteaquã urbem iam magna ex ꝑte operibus ſeptam uiderunt:epirotaꝝ trans flumẽ loco plano caſtra poſita eſſe:diuidere copias placuit:cũ mille expeditis Eupolemus Ambraciã ꝓfectus ꝑ nondũ cõmiſſa inter ſe munimenta urbẽ intrauit. Nicandro cũ cæteris primo epirotaꝝ caſtra nocte aggredi conſilium fuerat haud facili ab romanis auxilio:quia flumẽ intererat:deinde periculoſum inceptũ ratus nequa ſentirent romani:& regreſſus inde in tuto nõ eſſet:deterritus ab hoc cõſilio ad depopulãdũ Acarnaniã iter cõuertit. Cõſul iam munimẽtis: quibus ſepienda urbs erat:iã operibus:quæ admouere muris parabat:ꝓfectis:quinq; ſimul locis mœnia ẽ aggreſſus:tria paribus interuallis faciliore aditu a cãpo aduerſus Pyrrheũ:quod uocãt:admouit:unus aduerſus arcem aries muros quatiebat:aſſeribus falcatis detergebat pĩnas. Oppidanos primo & ad ſpeciẽ & ad ictus mœniũ cũ terribili ſonitu editus pauor ac trepidatio cepit:deinde ut præter ſpem ſtare muros uiderunt:collectis rurſus animis in arietes tellenonibus libraméta plũbi aut ſaxoꝝ ſtipites robuſtos ĩcutiebãt:falces anchoris ferreis iniectis ĩ interiorẽ ꝑtem muri trahẽtes aſſerẽ ꝓfrĩgebãt:ad hoc eruptiõibus nocturnis in cuſtodias opeꝝ:& diurnis ĩ ſtationes ultro terroré ĩferebãt. In hoc ſtatu res ad Ambraciã cum eſſent:iã ætoli a populatione Acarnaniæ Stratũ redierãt:inde Nicander ſpem nactus ſoluendæ ĩcepto forti obſidionis:Nicodemũ quẽdam cum ætolis quingentis Ambraciam intromittit:noctem certã tempuſque etiã noctis cõſtituit:quo & illi ab urbe opera hoſtium:quæ aduerſus Pyrrheũ erãt aggrederẽt: & ipſe ad caſtra rõana terroré faceret: poſſe ratus ancipiti tumultu & nocte augẽte pauoré memorabilẽ ré geri. Et Nicodemus intẽpeſta nocte:cũ alias cuſtodias fefelliſſet:ꝑ alias impetu cõſtanti erupiſſet: ſupato brachio ĩ urbẽ penetrat:animiq; aliquãtũ ad oĩa audẽda & ſpei obſeſſis adiecit:& ſimul cõſtituta nox uenit: ex cõpoſito repẽte opa ẽ aggreſſus. id ĩceptũ conatu quã effectu grauius fuit:quia nulla ab exteriore parte uis admota ẽ:ſeu metu deterrito ꝓtoꝝ ætoloꝝ:ſeu quia potius uiſum ẽ Amphilochis opem ferre nup receptis:quos Perſeus Philippi filius miſſus ad Dolopiã Amphilochoſq; recipiẽdos ſũma ui oppugnabat.

Tribus locis sicut ante dictū ē: ad Pyrrheū opera rōana erāt: quæ oīa simul: sed nec apparatu: nec ui simili ætoli aggressi sunt: alii cū ardētibus facibus: alii stupā picē & maleolos ferētes tota collucēte flamis acie ad uenere. multos primo īpetu custodes oppresserunt: deīde posteaquam clamor tumultusq; in castra est ꝓlatus: dātūq; a cōsule signū: arma capiūt: & oībus portis ad opē ferendā effundūtur. uno loco ferro igniq; gesta res est: a duobus irrito incepto cū ītentassent: magis quā inissent certamen: ætoli abscesserūt. Atrox pugna in unū inclinauerat locū: ibi diuersis partibus duo duces Eupolemus & Nicodemus ꝓgnātes hortabant: & ꝑpe certa fouebātur spe: iā Nicād⁹ excompositō affore: & terga hostiū iuasur⁹. Hæc res aliquā diu animos pugnātiū sustinuit: cæterū posteaquā nullū excompositō signū a suis accipiebāt: & crescere numerū hostiū cernebāt: destituti segnius instare: postremo re omissa iā uix tuto receptu fugiētes ī urbē cōpellūtur: parte operū incensa & pluribus aliquāto: quā ipsi ceciderāt: interfectis. quod si excompositō acta res fuisset: haud dubiū erat expugnari una utiq; ꝑte opera cū magna cæde hostiū potuisse. Ambracienses: quicq; intus erāt ætoli: non ab eius solū noctis incepto recessere: sed ī reliquū quoq; tempus uelut ꝑditi a suis segniores ad ꝓcula erāt: iā nemo eruptiōibus: ut āte ī stationes hostiū: sed dispositi ꝑ muros & turres ex tuto pugnabāt. Perseus ubi adesse ætolos audiuit: omissa obsidiōe urbis: quā oppugnabat: depopulatus tātū agros: Amphilochiā redit. Et ætolos īde auocauit populatio maritīe oræ: Pleuratus illyricor⁹ rex cū sexaginta lēbis corīthiū sinū iuectus acheor⁹: quæ partis erāt: nauibus maritima Aetoliæ uastabat. aduersus quos mille ætoli missi: q̄cūq; se classis circūegerat: ꝑ littor⁹ anfractus breuioribus semitis occurrebāt. Et romani ad Ambraciā pluribus locis quatiēdo arietibus muros aliquātū urbis nudauerāt: nec tamē penetrare ī urbē poterāt: nā & pari celeritate nouus ꝑ diruto murus obiiciebat: & armati ruinis supstātes instar muniměti erāt. Itaq; cū apta ui pax ꝓcederet cōsuli res. cuniculū occultū uineis āte cōtecto loco agere īstituit: & aliquādiu cū dies nocteq; ī ope essent: nō solū sub terra fodiētes: sed egerētes etiā humū fefellere hostē: tumulus repēte terra eminēs index operis oppidanis fuit: pauidiq; ne iam subrutis muris facta ī urbē uia esset: fossam ītra mur⁹ e regione eius opis: qd uineis cōtectū erat: ducere instituūt. cuius: ubi ad tantā altitudinē q̄tæ esse solū īsimū cuniculi poterat: puenerūt: silētio facto pluribus locis aure admota sonitū fodientiū captabāt: quē ubi acceperūt: aperiūt rectā in cuniculū uiā: nec fuit magni opis: momēto enim ad inanem suspenso furculis ab hostibus muro ꝑuenerūt. ibi cōmissis operibus cū e fossa in cuniculū pateret iter: primo ipis ferramētis: quibus ī opere usi erāt: dein celeriter armati etiā subeuntes occultam sub terrā ediderūt pugnā: segnior deinde ea facta ē inter sepientibus cuniculū: ubi uellent: nūc ciliis ꝓtentis: nunc foribus raptim obiectis. Noua etiā haud magni operis aduersus eos: qui ī cuniculo erāt: excogitata res est: doliū a fundo ꝓtusum: qua fistula modica inseri posset: & fistulā ferreā operculōq; dolii ferreū: & ipsum pluribus locis ꝓforatū fecerūt: hoc tenui pluma cōpletum doliū ore ī cuniculū uerso posuerūt: ꝑ operculi foramīa ꝓlonge hastæ: quas sariſſas uocāt: ad sūmouēdos hostes eminebāt: scintillā leuē ignis inditā plumæ folle fabrili ad caput fistulæ impositō flādo accenderūt: inde non solū magna uis fumi: sed acrior etiā fœdo quodā nidore ex adusta pluma cū totū cuniculū complesset: uix durare quisquā intus poterat. Cū in hoc statu res ad Ambraciā esset: legati ab ætolis Phaneas: & Damocles cū liberis mādatis decreto gētis ad cōsulē uenerūt: nā prætor eor⁹ cum alia ꝑte Ambraciā oppugnari cerneret: alia insestā orā nauibus essē hostiū: alia Amphilochos Dolopiāq; a macedonibus uastari: nec ætolos simul ad tria diuersa bella occurrantes sufficere: cōuocato cōcilio ætolos prīcipes: quid agendū esset: cōsuluit. oīum eo sententiæ decurrerūt: ut pax: si posset: æquis: si minus tolerādis cōdicionibus peteret. Antiochi fiducia bellum susceptū: Antiocho terra mariq; superato & ꝑpe extra orbem terræ ultra iuga tauri exacto: quā spem esse sustinendi belli? Phaneas & Damocles qd e re ætolor⁹: ut ī tali casu fideq; sua esse cēserent: agerēt: qd enim sibi cōsiliū aut cuius rei electionē a fortuna relictā? Cū his mādatis missi orauere cōsulē: ut misereret gētis quondā sociæ: nolle dicere iniuriis miseriæ certa coactæ insanire: non plus mali meritos ætolos Antiochi bello: quā boni ante cū aduersus Philippū bellatū sit: fecisse: nec tum large gratiā relatā sibi: nec nūc īmodice pœnā iniungi debere. Ad ea cōsul respondit magis sæpe: quā uere nunquā ætolos pacē petere: imitarent Antiochū in petenda pace: quā in bellū traxissent: nō paucis urbibus eū: de quar⁹ libertate certatū sit: sed omni Asia cis taur⁹ montem opimo regno excessisse. ætolos nisi inermes de pace agentes nō auditur⁹ se: arma illis prius equosq; oēs tradēdos esse: deinde mille talentū argenti populo romano dādum: cuius sūmæ dimidiū ꝑsens numeraret: si pacē habere uellent. ad ea adiectur⁹ etiā in fœdus esse: ut eosdē: quos populus romanus amicos atq; hostes habebāt. Aduersus quæ legati & quia grauia erant: & qa suor⁹ aīos indomitos ac īmutabiles nouerāt: nullo reddito responso domū regressi sūt: ut etiā atq; etiam: quid agēdū eēt: re ītegra ꝓtorē & prīcipes cōsulerēt. clamore & iurgio excepti quid rē traherēt? qualēcūq; pacē referre iussi. cū redirēt Ambraciā acarnanū insidiis ꝑpe uiā positis: quibus cū bellū erat: circunuēti Tyrrheū custodiēdi deducūt. Hæc mora iniecta ē paci: cū iā athenienſiū rhodiorūq; legati: q ad deprecādum ꝑ his uenerāt: apud cōsulē essent: Amynāder quoq; athamanū rex fide accepta ueniret ī castra romana: magis ꝑ Ambracia: ubi maiorē ꝓtem tēporis exulauerat: quā ꝑ ætolis sollicitus. ꝑ hos certior factus cōsul de casu legator⁹ adduci eos a Tyrrheo iussit: quor⁹ post aductum agi cœptū ē de pace. Amynāder: qd sui maxime operis erat: īpigre agebat: ut ambracienses cōpelleret ad deditionē. id cū ꝑ colloquia prīcipū succedēs mur⁹ pax ꝓficeret: postremo cōsulis ꝓmissu ingressus urbē partim cōsilio: ꝓtim precibus euicit:

ut ꝓmitterẽt ſe romanis.& ætolos.G.Valerius Leuini filius:qui cũ ea gẽte primũ amicitiã pepigerat: cõſulis frater matre genitus eadẽ egregie adiuuit.Ambraciẽſes prius pacti:ut ætolorũ auxiliares ſine fraude emitterent:aperuerũt portas:dein ut quĩgẽta euboica darẽt taléta:ex quibus.cc.ꝑſentia.ccc.ꝑ ãnos ſex pẽſionibus æquis:captiuos ꝑfugaſq; redderẽt romanis.urbẽ nequã formulæ ſui iuris facerẽt:quæ poſt id tẽpus:quo.T.Quintius traieciſſet ĩ Græciã:aut ui capta ab romanis eſſet: aut uolũtate in amicitiã ueniſſet: Cephalenia inſula ut extra ius fœderis eſſet.Hæc quãquã ſpe ipſorũ aliquãto leuiora eſſent:petẽtibus ætolis:ut ad cõcilium referrẽt:ꝓmiſſum é.parua diſceptatio de urbibus tenuit:quæ cũ ſui iuris aliquãdo fuiſſent:auelli uelut a corpore ſuo ægre patiebãtur:ad unũ tamẽ oẽs accipi pacẽ iuſſerũt.Ambracienſes coronã aureã cõſuli centũ & quinquagĩta pondo dederũt:ſigna ænea marmoreaq; & tabulæ pictæ:quibus ornatior Ambracia:quia regia ibi Pyrrhi fuerat:quã cæteræ regionis eius urbes erãt:ſublata oĩa auectaq;.nihil præter ea tactũ uiolatumue.Profectus ab Ambracia cõſul ĩ mediterranea Aetoliæ ab argos amphilocũ.xxii.millia ab Ambracia ẽ:caſtra poſuit.eo tandẽ legati ætoli miratẽ cõſule:qd̃ morarent:uenerũt.Inde poſteaq̃ approbaſſe pacẽ cõciliũ ætolorũ accepit:iuſſis ꝓficiſci Romã ad ſenatũ:ꝓmiſſoq; ut athenienſes & rhodii deprecatores irẽt : dato qui ſimul cũ iis ꝓficiſcereť.G.Valerio fratre:ipſe ĩ Cephalenię traiecit: Præoccupatas aures aĩoſq; principũ Romæ criminibus Philippi inuenerũt:q ꝓ legatos:ꝓ litteras Dolopas Amphilocoſq; & Athamaniã ereptas ſibi querẽs : ꝑſidiaq; ſua poſtremo etiã filiũ Perſea ex Amphilochis pulſum:auerterat ſenatũ ab audiẽdis precibus eorũ.rhodii tamen & athenienſes cũ ſilẽtio auditi ſũt.Athenięſis legatus Leon Iceſiæ filius eloquẽtia etiã dicitť mouiſſe:q uulgata ſimilitudine mari trãquillo:quod uentis cõcitareť:æquiparãdo multitudinẽ ætolorũ uſus cũ fide romanæ ſocietatis máſiſſent:inſita gentis tranquilitate: q eſſe eos aiebat : poſteaq̃ flare ab Aſia Thoas & dicæarchus:ab Europa Meneſtas & Democritus cœpiſſent:tũ illã tẽpeſtatẽ coortã:quæ eos apud Antiochũ ſicuti ad ſcopulũ intuliſſet . Diu iactati ætoli tandẽ ut ad condiciones pacis conuenirent:effecerunt.fuerunt aũt hæ.imperiũ maieſtatẽq; populi romani gens ætolorũ cõſeruato ſine dolo malo:ne quẽ exercitũ:qui aduerſus ſocios amicoſq; eorum ducetur:per fines tuos tranſire ſinito:neue ulla ope iuuato.hoſtes eoſdem habeto : quos populus romanus: armaq; ĩ eos ferto:bellũq; pariter gerito.perfugas fugitiuos captiuos reddito romanis ſociiſq;: præterquã ſiqui capti cũ domos rediſſent:iterũ capti ſunt:aut ſiqui eo tẽpore ex iis capti ſũt:qui tũ hoſtes erãt romanis:cũ intra præſidia romana ætoli eſſent:aliorũ qui cõparebũt:ĩtra dies centũ corcyræorũ magiſtratibus ſine dolo malo tradanť:q nõ cõparebũt:quãdo quiſq; eorũ primũ inuẽtus fuerit:reddať: obſides q̃dragĩta arbitratu cõſulis romani dato:ne minores.xii .annorũ : neu maiores.xl.obſes ne eſto ꝓtor præfectus equitũ ſcriba publicus:neu quis:qui ãte obſes fuerit apud romanos.Cephalenia.extra pacis leges eſto.de pecuniæ ſumma:quã penderẽt:penſionibuſq; eius nihil ex eo:quod cũ cõſule cõuenerat:mutatũ.pro argento : ſi aurũ dare mallẽt:darent:conuenit: dũ ꝓ argenteis decẽ aureus unus ualeret.quæ urbes:q agri:qui hoſtes ætolorũ iuris aliquãdo fuerũt:qui eorũ.T.Quintio.Gn.Domitio conſulibus.poſtue eos cõſules aut armis ſubacti:aut uolũtate ĩ deditionẽ populi romani uenerũt:neque eos ætoli recepiſſent:uel ĩ Aetolia eſſent: eæ urbes agriq; acarnanũ ſunto.His legibus fœdus ictũ cũ ætolis ẽ.Eadẽ non æſtate ſolũ:ſed etiã iis diebus:quibus hæc a.M.Fuluio in Aetolia geſta ſunt:cõſul alter.Gn.Manlius in Gallograecia bellũ geſſit:qd̃ nũc ordiri pergã.Vere primo Epheſum cõſul uenit:acceptiſq; copiis a.L.Scipione & exercitu luſtrato cõcionẽ apud milites habuit:qua colaudata uirtute eorũ qd̃ cũ Antiocho uno prælio debellaſſent:adhortatus eos nouũ cũ gallis ſuſcipiendũ bellũ:qui & auxilio iuuiſſent Antiochũ:& adeo indomita haberẽt ingenia:ut neq;quã Antiochus emotus ultra iuga tauri mõtis eſſet : niſi frangereť opes gallorũ.de ſe quoq; nec falſa:nec modica adiecit.Læti milites cũ frequẽti aſſenſu conſulẽ audiuerũt partẽ uiriũ Antiochi fuiſe gallos credẽtes:rege ſupato nullũ momẽtũ in ſolis ꝓ ſe gallorũ copiis fore.Eumenẽ haud in tẽpore abeſſe Romæ tũ erat credere conſul ignarus locorũ hoĩumq;:& cuius intereſt frangi illorũ opes:Attalũ igitur fratrẽ eius accerſit a Pergamo:hortatuſque ad capeſſendũ ſecũ bellũ.pollicentẽ ſuã ſuorũq; opã domũ ad cõparãdũ copias dimittit.paucos poſt dies profecto cõſuli Epheſo ad Magneſiam occurrit Attalus cum mille peditibus:eqtibus.cc.Atheneo fratre iuſſo cũ cæteris copiis ſubſeq:cõmẽdata iis cuſtodia Pergami: quos fratri regnoq; fidos credebat.Cõſul collaudato iuuene cũ oĩbus copiis ad mæãdrũ ꝓgreſſus caſtra poſuit : quia uado ſuperari amnis non poterat:& contrahendæ naues erant ad exercitum traiiciendum. tranſgreſſi mæandrnm ad Comenem peruenerunt . fanum ibi auguſtum Apollinis & oraculum : ſortes autẽ uerſibus haud inconditis dare uates dicuntur.hinc alteris caſtris ad harpaſum flumen uentum eſt : quo legati ab alabandis:uenerunt : quod caſtellum ab ipſis nuper deſciſſet:aut auctoritate : aut armis cogeret iura antiqua pati . eodem & Atheneus Eumenis & Attali frater cum cretenſi Leuſo & Corrago macedone uenit:mille pedites mixtaq; gentium & trecentos equites ſecum adduxerunt. Conſul tribuno militum miſſo cum modica manu caſtellum ui receptum alabadenſibus reddit : ipſe nihil uia digreſſus ad Antiochiam ſuper mæandrum amnem poſuit caſtra.huius amnis fontes Celenis oriuntur . Celenæ urbs caput quondam Phrygiæ fuit . migratum inde haud procul ueteribus Celenis : nouæq; urbi Apameæ nomen inditum ab Apamea ſorore Seleuci regis . & marſyas amnis haud procul a mæandri fontibus oriens in mæandrum cadit:famaq; ita tenet Celenis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe . mæander ex arce ſumma Celenarum ortus media urbe diſcurrens per caras primum : deinde ionas in ſi-

nu maris editur:quod inter Priennem & Miletum est.Ad Antiochiam in castra consulis Seleucus Antiochi filius ex fœdere icto cum Scipione ad frumentum exercitui dandum uenit: parua disceptatio de Attali auxiliaribus orta est:qđ romano tantũ militi pactũ Antiochũ:ut daretur frumentũ:Seleucus dicebat. decussa ea quoq; est cõstantia cõsulis:qui dimisso tribuno edixit:ne romani milites acciperent:priusquam Attali auxilia accepissent.inde ad cordiuticos:quos uocãt:ꝓcessum est:ex eo loco ad Thabas tertiis castris peruentum:in finibus pysidaꝝ posita est urbs:in ea parte:quæ uergit ad pamphyliũ mare:integris uiribus regionis eius feroces ad debellandũ habebat uiros. Tum quoq; equites in agmẽ romanũ eruptione facta haud modice primo ĩpetu turbauere: deinde ut apparuit nec numero se: nec uirtute pares esse: in urbem compulsi ueniã erroris petebant:dedere urbẽ parati.v.&.xx.talenta argenti:&.x.uillia medimnũ tritici ĩperata.ita in deditionẽ accepti.Tertio inde die ad chaum amnẽ peruentũ:inde ꝓfecti Erizam urbẽ primo impetu ceperunt.ad Thabusion castellũ iminens flumini indo uentũ est: cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus.Haud ꝓcul a Cybira aberant:nec legatio ulla ab Megeate tyranno ciuitatis eius homine ad oĩa infido atq; ĩportuno ueniebat:ad tentandũ eius animũ.G.Manlium cũ quattuormillibus peditum & quingentis equitibus consul præmittit.huic agmini iam primis ingredientibus occurrerunt nunciãtes paratũ esse tyrannũ ĩperata facere:orabant:ut pacatus fines iniret:cohiberetq; a populatiõe agri militem: & in corona aurea.xv.talenta afferebant.Manlius integros appopulatione agros seruatuꝝ pollicitus ire ad consulẽ legatos iussit:quibus eadẽ referentibus consul neq; romani:inquit:bonæ uoluntatis ullũ signum erga nos tyranni habemus:& ipsum talẽ esse inter oẽs constat:ut de pœna eius magis:quã de amicitia nobis cogitandũ sit.Perturbati hac uoce legati nihil aliud petere:quã ut coronã acciperet:ueniendiq; ad eum potestatẽ tyranno ac copiã loquẽdi ac purgandi se faceret.permissu cõsulis postero die in castra tyrannus uenit uestitus comitatusq; uix ad priuati modice locupletis habitũ:&oratio fuit summissa & ĩfracta extenuatis opes suas:urbiũq; suæ dicionis egestatẽ quærẽtis:erãt autẽ sub eo præter Cybira Muleũ & Alimnẽ: quæ Alimnẽ appellat:ex his ut se suosq; spoliaret:v.&.xx. talẽta se collectuꝝ prope ut diffidẽs pollicebat. Eninuero:inquit consul:ferri iam ludificatio ista nõ potest:paꝝ est nõ erubuisse absens:cũ per legatos frustrareris:nũc quoq; pẽsens in eadẽ perstas ĩpudentia?v.&.xx.talenta tyrannidẽ tuã exhaurirent?quingẽta ergo talenta nisi triduo numeras:populationẽ in agris obsidionẽ in urbe expecta. Hac denunciatione cõterritus pstare tamẽ in ptinaci simulatione inopiæ:& paulatim illiberali adiectione nũc per cauillationẽ:nũc precibus & simulatis lachrymis ad centũ talenta est ꝓductus:adiecta decẽmillia medimnũ frumenti. hæc omnia intra dies sex acta. A.Cybira per agros idensiũ exercitus ductus:transgressusq; caularẽ amnẽ posuit castra:postero die & ꝑter caralliten paludẽ agmen ductũ ad Madanprũ manserunt.inde ꝓgredientibus ab Lago ꝓxima urbe metu incolæ fugerunt:uacuũ hoĩbus oppidũ diripuerunt. inde ab lysis fluminis fonte postero die ad cobulatũ amnen ꝓgressi. Telmenses eo tẽpore Isiondensium arcẽ urbe capta oppugnabãt: inclusi cũ alia spes auxilii nulla esset:legatos ad consulẽ orantes opem miserunt: cũ cõiugibus ac liberis in arcem inclusos se mortẽ in dies aut ferro aut fame patiendã expectare. Volenti consuli causa in Pamphyliam reuertendi oblata est:aduenies obsidione Isiondenses exemit:telmenso pacẽ dedit:quinquaginta talentis argenti acceptis:itẽ aspẽdiis cæterisq; Páphyliæ populis. Ex Páphylia rediens ad flumẽ tauꝝ primo die:postero ad Sylenen:quã uocant Comen:posuit castra.ꝓfectus inde cõtinentibus itineribus ad Cormasa urbẽ peruenit.Darsa proxima urbs erat:eam metu incolaꝝ desertã plenã omniũ reꝝ copia inuenit.progrediẽti præter paludes legati ab Lysione dedentes ciuitatẽ uenerunt.Inde in agrũ agalassenũ uberẽ fertilemq; omni genere frugum uentũ est:colunt pysidæ longe optimi bello regionis eius: tum ea res animos facit:tum agri fecunditas:& multitudo hominũ:& situs inter paucas munitæ urbis.Consul: quia nulla legatio ad fines præsto fuerat:prædatũ in agros misit:tum demũ fracta pertinacia est: ut ferri agiq; res suas uiderunt.legatis missis pacti quinquaginta talentis &.xx.millibus medimnũ tritici.xx.hordei pacẽ impetrauerunt.Progressus inde ad rhotrinos fontes ad uicũ:quẽ Aporidescomen uocant:posuit castra:eo Seleucus ab Apamea postero die uẽit:ægros ĩde & iutilia ĩpedimẽta cũ Apamea dimisisset:ducibus itẽꝝ a Seleuco acceptis Profectus ea die ĩ metropolitanũ cãpũ:postero die Dymas Phrygiæ ꝓcessit:inde Synnada uenit metu oĩbus circa oppidis desertis.quorũ iam præda graue agmen trahens uix quinquemillium die toto itinere pfecto: ad Beundos: qđ uetus appellant:puenit:ad Antibura inde:& altero die ad Alexandri fontes:tertio ad Abbassum posuit castra.ibi plures dies statiua habuit:qa puentũ erat ad tholostobogoꝝ fines. Galli magna hoĩum uis seu ĩopia agri: seu prædæ spe nullam gentem:per quam ituri essent:parem armis rati Brẽnone ducẽ ĩ dardanos puenerunt.ibi seditio orta:& ad.xx.millia hoium cũ Lomnorio ac Lutario regulis secessiõe facta a Brẽnone ĩ Thraciã iter auertũt.ubi cũ resistentibus pugnando:pacem petẽtibus stipendiũ imponendo: Byzantium cum peruenissent:aliquandiu oram proponcidis uectigalem habendo regionis eius urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Asiam transeundi audientes expropinquo:quanta ubertas terræ eius esset:cepit.& Lysimachia fraude capta Cheronnesoque omni armis possessa:ad Hellespontum descenderunt.ibi uero exiguo diuisis fræto cernentibus Asiam: multo magis animi ad transeundum accensi:nunciosq; ad Antipatrum præfectum eius de transitu mittebant: quæ res cũ lentius spe ipsorum traheretur:alia rursus noua inter regulos seditio orta: Lomnorius retro: unde uenerat:cum maiore parte hominum repetit Byzantium:Lutarius macedonibus per speciem legationis ab

Antipatro ad ſpeculandū miſſis:duas tectas naues:& tres lembos adimit: his alios atq; alios dies noctesq; tranſuehendo intra paucos dies oēs copias traiecit.Haud ita multo poſt Lomnorius adiuuante Nicomede Bithyniæ rege a Byzantio tranſmiſit coeunt deinde in unū rurſus galli: & auxilia Nicomedi aduerſus Zyboeam partē tenēte Bythiniæ geréti bellū:atq; eoꝝ opera deuictus Zyboea:eſt:Bithyniaq; omnis ī dicioné Nicomedis deceſſit. Profecti ex Bithynia in Aſiam proceſſerūt:nō plus ex.xx. millibus hoīum quā decem armata erant:tamé tantū terroris omnibus:quæ cis tauꝝ incolūt:gentibus iniecerūt:ut quas adiſſent:quaſq; non adiſſent:pariter ultimæ propinquis imperio parerent.Poſtremo cū tres eſſent gentes Toloſtobogi:trocini:tectoſagi:in tres partes:qua cuiq; populoꝝ ſuoꝝ uectigalis Aſia eſſet: diuiſerunt:trocinis Helleſpōti ora data: Toloſtobogis Aeolida atq; Ionia : Tectoſagi mediterranea Aſiæ ſorortiti ſunt.& ſtipendium tota cis tauꝝ Aſia exigebāt.ſedem aūt ipſi ſibi circa halyn fluminē ceperunt:tātuſq; terror eoꝝ nominis erat multitudine etiā magna ſobole aucta:ut Syriæ quoq; ad poſtremū reges ſtipendiū dare non abnuerent.Primus regū Aſiam incolētiū abnuit Attalus pater regis Eumenis:audaciq; īcepto præter opinioné omniū affuit fortuna:& ſignis collatis ſuperior fuit:non tamen ita infregit animos eoꝝ:ut abſiſterent imperio.eiſdem opes uſq; ad bellū Antiochi cū romanis manſerūt: tū quoq; pulſo Antiocho magnā ſpem habuerunt:quia procul mari incolerent:romanū exercitū ad ſenon peruentuꝝ. Cū hoc hoſte tam terribili omnibus regionis eius:quia bellū gerēdū erat:pro concione milites maxime in hūc modū allocutus eſt conſul.Non me præterit milites omniū: quæ Aſiam colūt:gentiū gallos fama belli præſtare:inter mitiſſimū genus hominum ferox natio peruagata bello prope orbem terraꝝ ſedem cepit.procera corpora:promiſſæ & rutilatæ comæ:uaſta ſcuta:prælongi gladii:ad hoc incohantium præliū cantus & ululatus & tripudia:& quatiētium ſcuta in patrium quendā modū horrendus armoꝝ crepitus : omnia de īduſtria compoſita ad terroré.Sed hæc:q;bus inſolita atque inſueta ſunt:græci:& phryges:& cares timeāt:romanis gallici tumultus aſſuetis etiā uanitates notæ ſunt:ſemel primo cōgreſſu ad aliā olim fuderūt maiores noſtros:ex eo tēpore per ducentos iam annos pecoꝝ īmodum conſternatos cædunt:fugantq;:& plures quoque de gallis triumphi:quā de toto orbe terraꝝ acti ſunt.Iam hoc cognitū eſt:ſi primū īpetū:qué feruido ingenio & cæca ira effundunt:ſuſtinueritis:fluunt ſudore & laſſitudine membra: labant arma:mollia corpora:molles:ubi ira conſedit:aīos:ſol:puluis:ſitis:ut ferrū nō admoueas:,pſternunt.Non legionibus legiones eoꝝ ſolum experti ſumus:ſed uir unus cū uiro uno cōgrediendo:T.Manlius:M. Valerius quantū gallicam rabiem uinceret romana uirtus docuerunt.iam.M.Manlius unus agmine ſcandentes in capitolium gallos detruſit:& illis maioribus noſtris cū haud dubiis gallis ī terra ſua genitis res erat. hi iam degeneres ſunt mixti & galli & græci:unoq; nomine gallogræci appellant.ſicut in frugibus pecudibuſq;:nō tantum ſemina ad ſeruandū indolem ualent:quantū terræ ,pprietas cæliq;:ſub quo aluntur:mutat. Macedones :q alexandriam in Aegypto:qui Seleuciā ac Babyloniā:quiq; alias ſperſas per orbé terraꝝ colonias habent:in ſyrios:parthos:ægyptios degenerarunt:Maſſilia inter gallos ſubtraxit aliquātulū ab accolis animoꝝ : niſi quod ex ſpartana dura illa & horrida diſciplina manſit.generoſius in ſua quicquid ſede gignitur:inſitū alienæ terræ in id:quod alit:natura uertente ſe degenerat . phrygas igitur gallicis oneratos armis: ſicut ī acie Antiochi cecidiſtis:uictos uictores cædetis.Magis uereor:ne parum inde gloriæ: quā ne nimium belli ſit. Attalus eos rex ſepe fudit.fugauitq;.Nolite exiſtimare bæluas tantū recentis captas feritaté illam ſilueſtrē primo ſeruare:deinde cū diu manibus humanis alantur miteſcere:in hoīum feritate mulcēda nō eandem naturā eſſe.Eoſdem ne hos creditis eſſe:qui patres eoꝝ auiq; fuerunt?extorres īopia agroꝝ ,pfecti domo per aſperrimā Illyrici oram: Pæoniam inde & Thraciam pugnando cum ferociſſimis gentibus emēſi has terras ceperūt:duratos eos tot malis exaſperatoſq; accepit terra:quæ copia reꝝ oīum ſaginaret: uberrimo agro: mitiſſimo cælo: clæmentibus accolaꝝ ingeniis omnis illa: cū qua uenerant:manſuefacta eſt feritas. nobis mehercule Martis uiris cauenda ac fugienda quāprimum amœnitas eſt Aſiæ:tantum hæ peregrinæ uoluptates ad extinguendum uigorem animoꝝ poſſunt:quantum contagio diſciplinæ moriſq; accolarū ualet.Hoc tamen fœliciter euenit:quod ſicut uim aduerſus nos nequaquā:ita famam apud græcos parem illi antiquæ obtinent:cum qua uenerunt:bellique gloriam uictores eandem inter ſocios habebitis: quā ſi ſeruantes antiquā ſpeciem animoꝝ:gallos uiciſſetis.Concione dimiſſa:miſſiſq; ad Epoſſognatū legatis: q unus ex regulis & in Eumenis amicitia māſerat:& negauerat Antiocho aduerſus rōanos auxilia:caſtra mouit.prīo die ad Aladrum flumen:poſtero cum ad uicū:qué uocant Tyſco:eſſet uentū:eo legati oroandenſium cū ueniſſent amicitiā petentes;cc.talenta iis ſunt īperata:precantibuſq; ut domum renunciarēt:potestas facta.ducere inde exercitum cōſul ad Plitendum:deinde ad Halyattos caſtra poſita.Eo miſſi ad Epoſſognatum redierūt legati reguli orantes:ne tectoſagis bellū inferrent:ipſum in eam gentem ituꝝ Epoſſognatū perſuaſurūq; : ut imperata faciant.Data uenia regulo:duci inde exercitus per Axylon:quam uocant terram : cœptus : ab re nomen habet: non ligni modo quicquam:ſed ne ſpinas quidem: aut ullum aliud alimentum fert ignis : fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Euballū gallogræciæ caſtellū caſtra habentibus romanis apparuere cum magno tumultu hoſtium equites:nec turbarūt tantum ſtationes romanas repente inuecti: ſed quoſdam etiam occiderunt.qui tumultus cum in caſtra perlatus eſſet:effuſus repēte omnibus portis equitatus romanus fudit: fugauitque gallos : & aliquot fugientes occidit. Inde conſul: ut qui iam ad hoſtes peruentum cerneret : exploratо deinde & cum coacto agmine procedebat:

& continentibus itineribus:cum ad ſangarium flumen ueniſſet:pontem:quia uado nuſquã tranſitus erat: facere inſtituit.ſangarius ex adoreo mõte per Phrygiam fluens admiſcetur ad Bithyniam tymbri fluuio: inde maior iam geminatis aquis per Bithyniã fertur:& ĩ Propontidẽ ſeſe effundit:nõ tamẽ tam magnitudi ne memorabilis:quã quod piſciũ accolis ingentẽ uim præbet.Tranſgreſſis ponte ꝓfecto flumẽ præter ripã euntibus galli matris magnæ a Peſſimõte occurre cũ inſignibus ſuis:uaticinantes fanatico carmine deam romanis uiã belli & uictoriã dare imperiũq; eius regionis.accipere ſe omen cũ dixiſſet conſul caſtra eo ipo loco poſuit:poſtero die ad Cordiũ peruenit.Id haud magnũ quidẽ oppidũ eſt:ſed pluſquã mediterraneum celebre & frequens emporiũ:tria maria pari ferme diſtantia interuallo habet:ad Helleſpontũ ad Synopen & alterius oræ littora:quæ cilices maritimi colunt:multaꝝ magnarũq; ꝑterea gentiũ fines contingit:quarum cõmerciũ in eum maxie locũ mutui uſus contraxere.id tum deſertũ fuga incolaꝝ oppidũ: refertum idem copia reꝝ oĩum inuenerunt.Ibi ſtatiua habentibus legati ab Epoſſognato uenerunt nunciãtes profectum eũ ad regulos galloꝝ nihil æqui ĩpetraſſe:ex cãpeſtribus uicis agriſq; frequentes migrare:& cũ cõiugibus ac liberis:quæ ferre ac agere poſſent:præſe agentes:portanteſq; olympũ montẽ petere:ut inde armis locorũq; ſitu ſeſe tueãtur.Certiora poſtea oroandenſiũ legati attulerunt:toloſtobogoꝝ ciuitatẽ olympum montẽ cepiſſe:diuerſos tectoſagos aliũ montẽ:qui magana dicatur:petiſſe:trocinos cõiugibus ac liberis apud tectoſagos depoſitis armatoꝝ agmine toloſtobogis ſtatuiſſe auxiliũ ferre. Erant autẽ tum trium populoꝝ reguli Ortiago:& Combolomarus:& Gaudotus:iis hæc maxime belli ratio ſumendi fuerat: quod cum mõtes editiſſimos eius regionis tenerent:conuectis oĩbus: quæ ad uſum: quanuis longi tẽporis ſufficerent:tædio ſe fatigaturos hoſtes cẽſebant:nã neq; auſuros per tam ardua atq; iniqua loca ſubire eos:& ſi conarentur uel parua manu ꝓhiberi aut deturbari poſſe:nec quietos in radicibus gelidoꝝ montium ſedentes frigus aut ĩopiam laturos.& cũ ipſa altitudo locoꝝ eos tutaretur: foſſam quoq; & alia munimenta uerticibus iis:quos inſederant:circũiecere:minima apparatus miſſiliũ teloꝝ cura fuit: quod ſaxa affatim ꝓbituram aſperitatẽ ipſam locoꝝ credebant.Conſul quia nõ cõminus pugnã:ſed ꝓcul locis expugnandis futurã ꝓceperat animo:ingentẽ uim piloꝝ uelitariũ haſtaꝝ ſagyttaꝝ glandiſq; & modicoꝝ: qui funda mitti lapidum poſſent:parauerat:inſtructoq; miſſiliũ apparatu ad olympũ montem ducit: & aquĩque ferme millibus locat caſtra.Poſtero die cũ quadringentis equitibus & Attalo ꝓgreſſum eum ad naturam montis ſitũq; gallicoꝝ caſtrorum uiſendũ:equites hoſtium duplex numerus effuſus e caſtris in fugã auerterunt:occiſi quoq; pauci fugientium:uulnerati plures.Tertio die cũ oĩbus ad loca exploranda ꝓfectus:quia nemo hoſtium extra munimenta ꝓceſſit:tuto circunuectus montẽ animaduertit meridiana regi one terrenos & placide accliuos ad quendam finem colles eſſe: ſeptentrione ardue ereptas ꝓpe rupes atq; omnibus ferme aliis ſnuias:itinera tria eſſe:unum medio mõte:qua terrena erant:duo difficilia ab hyberno ſolis ortu:& ab æſtiuo occaſu.Hæc contemplatus eo die ſub ipſis radicibus poſuit caſtra:poſtero die ſacrificio facto cũ primis hoſtiis litaſſet:trifariam exercitum diuiſum ducere ad hoſtem pgit: ipſe cũ maxĩa parte copiaꝝ:qua æquiſſimum aditum præbebat mons: aſcendit:&.L. Manlium fratrẽ ab hyberno ortu: quoad loca patiantẽ:& tuto poſſit ſubire iubet:ſiqua piculoſa & ꝓrupta occurrãt:nõ pugnare cũ iniquitatẽ locoꝝ:neq; inexuperabilibus uim afferre:ſed obliquo mõte ad ſe declinare:& ſuo agmini cõiungi:G.Heluium cũ tertia ꝑte circunire ſenſim per infima montis:deinde ab æſtiuo occaſu erigere agmẽ:& Attali auxilia trifariam æquo numero diuiſit:ſecum eſſe ipſum iuuenẽ iuſſit:equitatum cum elephãtis in proxima tumulis planicie reliquit.edictum præfectis:ut intenti:quid ubiq; geratur: animaduertant: opemq; ferre: quo poſtulent res:properent.Galli & ab duobus lateribus ſatis fidentes inuia eſſe:ab ea parte: quæ in meridiem uergeret:ut armis clauderẽt uiam: quattuor fere millia armatoꝝ ad tumulũ iminentẽ uiæ minus mille paſſuum a caſtris occupandum mittunt:eo ſe rati uelut caſtello iter impedituros.Quod ubi romani uiderunt:expediunt ſeſe ad pugnã:ante ſigna modico interuallo uelites eunt:& ab Attalo cretẽſes ſagyttarii:& funditores: & thrallii thraces:ſigna peditũ ut per arduũ leui gradu ducũtur: ita præſe habentiũ ſcuta:ut miſſilia tantum uitarent:pede collato nõ uiderentur pugnaturi.Miſſilibus ex interuallo loci ꝓlium cõmiſſum:& primo pares gallos loco adiuuante romanos uarietate & copia teloꝝ:ꝓcedente certamĩe nihil iam æqui erat:ſcuta longa cæteꝝ ad amplitudinem corpoꝝ parum lata:& ea ipſa plana male tegebant gallos:nec iam tela alia habebãt ꝑter gladios:quorum cum manum hoſtis nõ conſereret:nullus uſus erat: ſaxis nec modicis:ut quæ non præparaſſent:ſed quod cuiq; trepidanti ad manum ueniſſent:ut inſueti nec arte:nec uiribus adiuuantes ictum utebantur:ſagittis glande iaculis incauti & ab omni parte cõfigebãtur: nec quid agerent:ira & pauore obcæcatis animis cernebãt:& erant depræhenſi genere pugnæ:in quod minime apti ſunt:non quẽadmodum cõminus ubi inuicem pati & inferri uulnera licet: accendit ira animos eorum:ita ubi ex occulto & ꝓcul leuibus telis uulneranť:nec quo ruant:cæco impetu habent:uelut feræ tranfixæ in ſuos temere incurrunt: detegebat uulnera eoꝝ:& quod nudi pugnant:& ſunt fuſa & candida corpora:ut quæ nunquam niſi in pugna nudentur:ita & plus ſanguinis e multa carne fundebatur:& fœdiores patebãt plagæ:& cãdor corpoꝝ magis ſanguĩe atro maculabať:ſed nõ tã patẽtibus plagis mouẽť:ĩterdũ ĩſecta cute:ubi latior q̃ latior plaga eſt:& etiã glorioſius ſe pugnare putãt:idẽ cũ aculeus ſagittæ aut glãdis abditæ introrſus tenui uulnere in ſpeciem urit:& ſcrutantis:quæ uelant telũ:nõ ſequitur: tũ in rabiem & pudorem tam paruæ perimentis peſtis uerſi proſternunt corpora humi: ſicut paſſim procumberent:

alii ruentes in hostem undiq; configebantur: & cū cōminus uenerant: gladiis a uelitibus trucidabantur. hic miles trepidalem parmā habet: & in dextera hastas: quibus eminus utitur: gladio hispanensi est cīctus: quod si pede collato pugnandū est: transiatis in leuā hastis stringit gladiū. Pauci supererant iam gallorum: qui posteaquā ab leui armatura superatos se uiderunt & stare legionū signa: effusa fuga castra repetunt pauoris & tumultus iam plena: ut ubi fœminæ pueriq; & alia ībellis turba ꝑmixta eēt. romanos uictores deserti fuga hostiū acceperunt tumuli. Sub idem tēpus. L. Manlius &. G. Heluius: cū quo ad uiam colles obliqui dederunt: ascendissent: posteaquā ad inuia uentū est: flexere iter in partē mōtis: quæ una habebat iter: & sequi consulis agmē modico uterq; interuallo: uelut ex cōposīto cœperunt: quod primo optimū factu fuisset: in id necessitate ipsa cōpulsi. subsidia enī in talibus iniquitatibus locoꝝ maxīe spei suis fuerant: ut primis forte deturbatis secundi & tegant pulsos: & integri pugnā excipiant. Consul posteaquā ad tumulos ab leui armatura captos prima signa legionū ꝑuenerūt: respirare & cōquiescere paulisper militē iubet: simul strata per tumulos corpora galloꝝ ostentat: & cū leuis armatura præliū tale ediderit: quid ab legionibus? quid ab iustis armis? quid ab ais fortissimoꝝ militū expectari? castra illis capiēda esse: in quæ cōpulsus ab leui armatura hostis trepidet. præcedere tamē iubet leuē armaturā quæ cū staret agmē colligendis per tumulos telis: ut missilia sufficerēt: haud segne idipsū tēpus cōsumpserat. Iam castris appropinquabāt: & galli ne paꝝ se muniméta sua tegerent: armati pro uallo constiterant: obruti deīde omni genere teloꝝ: cū quo plures atq; densiores erant: eo minus uani quicquā intercideret teli: intra uallū mométo temporis cōpelluntur: stationibus tantū firmis ad ipsos aditus portaꝝ relictis. In multitudinē cōpulsam in castra uis ingens missiliū teloꝝ cōiiciebatur: & uulnerari multos clamor ꝑmixtus mulieꝝ atq; pueroꝝ ploratibus significabat. in eos: qui portas stationibus suis clauserant: legionū antesignani pila cōiicerunt: hi uero non uulnerabantur: sed trāsuerberatis scutis plæriq; inter se conserti hærebant: nec diutius impetū romanorū sustinuerūt. Patentibus iam portis: priusquā irrumperent uictores: fuga e castris galloꝝ in oēs partes facta est: ruunt cæci per uias per inuia: nulla præcipitia saxa: nullæ rupes obstant: nihil præter hostē metuūt: itaque plæriq; ꝑcipites per uastā altitudinē ꝓlapsi aut debilitati exanimant. Consul castris captis direptione præda quibusq; abstinet: militē sequi pro se quēq; instare & perculsis pauorē adere iubet: superuenit & alterum cū. L. Manlio agmē: nec eos castra intrare sinit: ꝑtinus ad ꝑequēdos hostes mittit: & ipse paulo post tradita captiuoꝝ custodia tribunis militū sequitur: debellatū ratus: si ī illo pauore quā plurimi cæsi forēt aut capti. Egressō cōsule. G. Heluius cum tertio agmine aduenit: nec cōtinere suos a direptione castroꝝ ualuit: prædaq; eoꝝ iniquissima sorte: qui pugnæ nō interfuerant: facta est. Equites diu ignari & pugnæ & uictoriæ suoꝝ steterunt: deinde & ipsi quantū equi in colles subire poterant: sparsos fuga gallos circa radices mōtis cōsectati cecidere: aut cepere. Numerus īterfectoꝝ haud facile iniri potuit: quia late iter omnes anfractus montiū fugaq; & cædes fuit: & magna pars rupibus inuiis in ꝓfundæ altitudinis cōualles delapsa est: pars in siluis uepribusq; occisa. Claudius: qui bis pugnatū in olympo monte scribit ad. lx. millia hominum: auctor est: cæsa. Valerius Antias: qui magis in numero augendo esse solet non plus decēmillia: numerus captiuoꝝ haud dubie millia. xl. expleuit: quia oīs generis ætatisq; turbā secū traxerant demigrantiū magis: quā in bellū euntiū modo. Consul armis hostiū in uno concrematis tumulo cæterā ꝑdam conferre omnes iussit: & aut uendidit: quod eius in publicū redigendū erat: aut cum cura: ut quā æquissima esset: p milites diuisit. laudati quoq; ꝓ concione omnes sunt: donatiq; ꝓ merito quisq;: ante oēs Attalus summo cæteroꝝ assensu: nam singularis eius uiri tum uirtus & industria in oībus laboribus piculisq;: tum modestia etiā fuerat. Supererat bellū integrū cum tectosagis: ad eos ꝓfectus consul tertiis castris Angiram nobilē in illis locis urbē ꝑuenit: unde hostes paulo plus. x. millia aberant: ubi cū statiua essent: facinus memorabile a captiua factū est: Orisgontis reguli uxor forma eximia custodiebat inter plures captiuos: cui custodiæ centurio præerat & libidinis & auaritiæ militaris: is primo aīum tentauit: quē cum abhorrentē a uoluntario uideret stupro: corpori: quod seruū fortuna erat: uim fecit. deinde ad leniendā indignitatē iniuriæ spem reditus ad suos mulieri fecit: & ne eam quidē ut amās gratuito certo auri pondere pactus: ne quē cōscium suoꝝ haberet: ipsi ꝑmittit: ut quē uellet: unū ex captiuis nunciū ad suos mitteret: locū ꝓpe flumē cōstituit: quo duo nec plus necessarii captiuæ cū auro uenirent nocte insequēti ad eam accipiendā. forte ipsius mulieris seruus inter captiuos eiusdē custodiæ erat: hunc nunciū primis tenebris extra custodiā centurio educit. Nocte insequenti & duo necessarii mulieris ad constitutū locū & centurio cū captiua uenit: ubi cū augē ostenderēt: qđ summā talēti attici (tanti enī pepigerat) expleret: mulier lingua sua: ut stringerēt: ferrū & centurionē pensantē augē occiderēt: īperauit. iugulati præcisū caput ipsa īuolutū ueste ferens ad uirū Orisgōtem: qui ab olympo domū effugerat: ꝑuenit: quē prius cōplecteret: caput centurionis ante pedes eius abiecit: mirātiq; cuius nā id caput hois: aut qđ id facinus haud quaq; muliebre eēt: & iniuriā coporis: & ultionē uiolatæ ꝓ pudicitiæ cōfessa uiro est: aliaq;: ut tradit: sanctitate & grauitate uitæ huius matronalis facinoris decus ad ultimū cōseruauit. Angiram in statiua tectosagū oratores ad consulē uenerūt petētes: ne ante castra moueret: q̄ collocutus cū suis regibus esset: nullas conditiōes pacis iis nō bello fore potiores: tpus in posteaꝝ diē cōstituit: locusq;: qui maxīe medius inter castra galloꝝ & Angiram est uisus. Quo cū consul ad tempus cum præsidio quingentorum equitum ueniisset: nec ullo gallorum ibi uiso regressus ī castra esset oratores iidem redeunt excusantes religione obiecta uenire reges nō posse: principes gentis: per quos æque

res transigi posset:uenturos.consul se quoq; Attalū missuꝝ dixit.Ad hoc colloquiū utrinq; uentū est:redeuntes equites Attalus præsidii causa cū adduxisset:iactæ sunt pacis cōdiciones:finis rei:quia abscentibus ducibus iponi nō poterat:conuenit:uti consul regesq; eo loco postero die cōgrederent. Frustatio gallorū eo spectabat:primū ut tererent tēpus:donec res suas:cum quibus periclitari nolebant:cū coniugibus ac liberis trans halyn flumē traiicerent:deinde quod ipsi consuli paꝝ cauto aduersus colloquii fraudē insidiabantur:mille ad eam rem ex omni numero audaciæ experte delegerunt equites:& successisset fraus:ni pro iure gentiū:cuius uiolandi consiliū initū erat:stetisset fortuna:pabulatores lignatoresq; romani i eā partē: in qua colloquiū futuꝝ erat: ducti sunt:tutius id futuꝝ tribunis ratis:quia cōsulis præsidiū & ipsum p statione habituri erant:hosti oppositi.suā tamen alterā stationem propius castra sexcentoꝝ equitū posuerūt. Consul affirmante Attalo uenturos reges & transigi rem posse; pfectus e castris cum eodē;quo antea præsidio equitū quingentoꝝ fere processit:sed cū nec multū a constituto loco abesset: repente cōcitatis equis cum impetu hostili uidet gallos uenientes.constituit agmen & expedire tela aīosq; equitibus iussis: primo constanter initium pugnæ accepit:nec cessit:deinde cum p̄grauaret multitudo cedere sensim nihil cōfusis turmaꝝ ordinibus cœpit:postremo cū iam plus in mora periculi:quā in ordinibus conseruandis præsidii esset:oēs passim in fugam effusi sunt.Tum uero īstare dissipatis galli:& cædere:magnaq; pars oppressa foret:ni statio pabulatoꝝ sexcenti equites occurrissent:ii procul clamore pauido suorum audito:cum tela equosq; expedissent:ītegri ꝑfligatum pugnā acceperunt:itaq; uersa extēplo fortuna est:uersus in uictores a uictis terror:& primo impetu fusi galli sunt:& ex agris cōcurrebant pabulatores:& undiq; obuius hostis gallis erat:ut ne quidē fugā facilē aut tutā haberēt:quia recētibus equis romani fessos sequebant.pauci ergo effugerūt:captus est nemo:maior multo pars p fidē uiolati colloquii pœnas morte luerūt.Romani ardentibus aīs postero die oībus copiis ad hostē puenerunt.biduū ad naturā montis perspiciendum explorādā: nequid ignoti esset: absumpsit cōsul:tertio die cū auspicio operā dedisset.deīde īmolasset:in quattuor partes diuisas copias educit:duas ut medio monte duceret:duas a lateribus ut aduersus cornua gallorū erigeret.Hostiū quod roboris erat:tectosagi & trocini mediā tenebant aciem millia hoīum quinquaginta: equitatū quia equoꝝ nullus inter inæquales rupes usus erat:ad pedes deductū.x.millia hoīum ab dextero locauerunt cornu:Ariaratis cappadoces & morzi auxiliares in leuo quattuor ferme millium numerū explebant.Consul sicut in olympo mōte prima acie locata leui armatura:telorū oīs generis:ut æquē magna uis ad manū esset:curauit:ubi appropinquarūt oīa eadem utrinq;:quæ fuerant in priore prælio erant: præter animos & uictoribus ab re secunda auctos & hostibus fractos:quia & si nō ipsi uicti erant: suæ gentis hominum cladem pro sua ducebant.Itaq; a paribus initiis cœpta res eundē exitū habuit: uelut nubes leuiū telorū coniecta obruit aciē gallorū:nec aut procurrere quisq; ab ordinibus suis:nec nudarēt undiq; corpus adictus audebant:& stantes quo dēsiores erant:hoc plura uelut destinatū petentibus uulnera accipiebant. Consul iam per se turbatis:si legionum signa ostendisset:uersuros extemplo ī fugam oēs ratus:receptis inter ordines uelitibus & alia turba auxiliorū aciem promouit.Galli & memoria tolostobogorū cladis territi:& in hærentia corporibus gerētes tela:fessiq; & stando & uulneribus: ne primū quidē impetum & clamorem romanorū tulerunt:fuga ad castra inclinauit:sed pauci intra munimenta sese recepere:pars maior dextera leuaq; palati:qua quenq; impetus tulit:fugerunt.uictores usq; ad castra secuti ceciderūt terga: deinde in castris cupiditate prædæ hæserunt:nec sequebatur quisquā.in cornibus galli diutius steterūt:quia serius ad eos peruentum est:cæteꝝ ne primū quidē coniectū tellorū tulerunt. Consul; qui ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat:eos:qui in cornibus fuerant; protinus ad sequendos hostes misit:per aliquantū spatiū secuti nō plus tamen octomillia hominū in fuga(nam pugna nulla fuit) ceciderūt. reliqui flumen halyn transierunt.Romanorū magna pars ea nocte in hostium castris māsit:cæteros in sua castra consul reduxit:postero die captiuos prædamq; recensuit:que tanta fuit: quanta auidissima rapiendi gens cū cis mōtē tauꝝ oīa armis per multos tenuisset annos coaceruare potuit.Galli ex dissipata fuga passim congregati magna pars saucia ut inermes:nudati omnibus rebus oratores de pace ad consulem miserunt.eos Manlius Ephesum uenire iussit:ipse(iam enim medium autumni erat)locis gelidis propinquitate montis tauri excedere properans:uictorem exercitum in hyberna maritime oræ reduxit.Dum hæc ī Asia geruntur:in cæteris prouinciis tranquillæ res fuerūt.Censores Romæ.T.Quintius Flaminius:&.M.Claudius Marcellus senatum perlegerunt.Princeps in senatū tertium lectus .P.Scipio Africanus.quattuor soli præteriti sunt:nemo curuli usus honore.& in equitatu recensendo mitis admodum censura fuit.fubstructionem super æquimelium in capitolio:& uiam silice sternendam a porta capena ad Martis ædem locauerunt.campani:ubi censerentur:senatum consuluerunt.decretum uti romæ censerētur. Aquæ ingentes eo anno fuerunt:tyberis duodecies campum martium planaque urbis inundauit.Ab.Gn.Manlio cōsule bello in Asia cum Gallis perfecto:alter consul .M. Fuluius perdomitis ætolis cum traiecisset in Cephaleniā: circa ciuitates insulæ misit percunctatum utrum se dedere romanis an belli fortunam experiri mallēt.metus ad omnes ualuit:ne deditionem excusarent:obsides inde imperatos pro uiribus inopis populi;uicenos autem granonii:& phalenses:& samei dederunt.Insperata pax Cephaleniæ affluxerat:cum repēte una ciuitas incertum:quā ob causam samei desciuerunt:quia opportuno loco urbs posita esset:timuisse se aiebāt: ne demigrare cogerentur ab romanis , cæterum ipsi ne sib; confixerint metum:& timore uano quietum

excitauerint malum: an iactata sermonibus res apud romanos perlata ad eos sit: nihil comperti est: nisi qđ datis iam obsidibus repente portas clauserunt: & ne suoꝝ quidē precibus (miserat enī sub muros cōsul ad tentandū misericordiam parentū populariūq;) desistere ab incepto uoluerūt. Oppugnari deinde: postęaq̄ nihil pacati respondebaf: cœpta urbs est, apparatū oēm tormētoꝝ machinarūq; transuectū ab Ambraciæ oppugnatione habebat: & opera: quæ facienda erant: ipigre milites pfecerunt: duobus igitur locis admoti arietes quatiebāt muros. Nec ab sameis quicq̄ quo aut opera: aut hostis arceri posset: ptermissum est: duabus tamē maxime resistebant rebus: una interiorē semp iuxta uallū pro diruto nouū obstruētes murum: altera eruptionibus subitis nunc in opera hostiū: nūc in stationes: & plærūq; iis prœliis supiores erāt. Vna ad terrēdos inuenta haud memorata res est: centū funditores ab Egio: & Patris: & Dymis accīti: a pueris ii more quodā gentis saxis globosis: quibus ferme harenæ īmixtis strata littora sunt: funda in mare apertū in cessentes exercebanf: itaq; longius certiore & ualidiore ictu: quā balearis funditor eo telo usi sūt: & est nō simplicis habenæ: ut balearica aliarūq; gentiū funda: sed triplex scutale crebris futuris duratū: ne fluxa habæna uolutef in iactu glans: sed librata cum sederit: uelut neruo missa excutiatur: coronas modici circuli maguo ex iteruallo loci assueti traiicere: nō capita solū hostiū uulnerabant: sed quē locū destinasset oris. Eæ fundæ sameos cohibuerunt: ne tam crebro: neue tam audacter erūperēt: adeo ut precarentur ex muris achæos: ut parūper abscederent: & se cū rōanis stationibus pugnātes quiete spectarēt. quattuor mēses obsidionē samei sustinuerūt. cū ex paucis quottidie aliqui eoꝝ caderent: aut uulnerarenf: & qui superarēt: fessi & corporibus & animis essent: romani nocte per arcē: quā cyatiden uocant (nam urbs in mare deuexa in occidentē uergit) muro superato in foꝝ puenerunt. Samei posteaq̄ captā partē urbis ab hostibus senserūt: cum cōiugibus ac liberis in maiorē refugerūt arcē: inde postero die dediti: direpta urbe sub corona omnes uenierunt. Consul cōpositis rebus Cephaleniæ p̄sidio īpositō: in Pelopōnesum iamdiu accersentibus egiēsibus maxime ac lacedæmoniis traiecit. Egiū a principio achaici cōcilii semp conuētus gentis indicti sūt: seu dignitati urbis id: seu loci opportunitati datū est: hūc morē Philopœmenes in eo primū anno labefactare conatus: legem parabat ferre: ut in oībus ciuitatibus: quæ achaici cōcilii eēnt: inuicē conuētus agerentur: & sub aduentū cōsulis demiurgis ciuitatū: qui sūmus est magistratus Egiū euocantibus: Philopœmenes p̄tor tum erat: Argos conuentū edixit. quo cū appareret oēs fere conuēturos: consul quoq;: quāq̄ egiēsium fauebat causæ: Argos uenit; ubi cū disceptatio fuisset: & rem inclinatā cerneret: incepto destitit. Lacedæmonii deinde eum in sua certamina auerterunt: sollicitam eam ciuitatē exules maxime habebāt: quoꝝ permagna pars in maritimis laconicæ oræ castellis: quæ omnes adepti erant: habitabant. id ægre patiētes lacedæmonii: ut aliquē liberū ad mare haberent aditum: siquando Romā alioue: quo mitterent legatos: sī mulcq; ut emporium & receptaculū peregrinis mercibus ad necessarios usus esset: nocte adorti uicū mariti mum nomine Lamin īprouiso occupauere. Vicani: quiq; ibi exules habitabant: primo inopinata re territi sunt: deinde sub lucē cōgregati leui certamine expulerunt lacedæmonios. terror tamē oēm maritimā orā peruasit: legatosq; cōmuniter & castella oīa uiciq; & exules: quibus ibi domicilia erant: ad achæos misērūt. Philopœmenes prætor iam īde ab initio exulū causæ & amicus & auctor semp achæis minuēdi opes & auctoritatē lacedæmonioꝝ conciliū querētibus dedit: decretūq; referente eo factū est: cū ī fidē achæoꝝ tute lāq;. T. Quintius & romani laconiæ oræ castella & uicos tradidissent: ut cum abstinere his ex fœdere lacedæmonii deberent: Lamis uicus oppugnatus esset: cædesq; ibi facta: qui eius rei auctores affinesq; essent: nisi dederētur achæis uiolatū uideri fœdus. ad exposcendos eos legati extēplo Lacedæmonē missi sunt. id imperium adeo superbum & indignū lacedæmoniis uisum est: ut si antiquæ ciuitatis fortuna esset: haud dubie arma extēplo capturi fuerint: maxie autē cōsternauit eos metus: si semel primis īperiis obediēdo iugum accepissent: ne id: quod iandiu moliref: Philopœmenes exulibus Lacedæmonē traderet. Furētes igif ira triginta hoībus ex factione: cū qua concilioꝝ aliqua societas Philopœmeni atq; exulibus erat: interfectis: decreuerunt renunciandā societatē achæis: legatosq; extēplo Cephaleniā mittēdos: qui cōsuli. M. Fuluio: quiq; romanis Lacedæmonē dederēt: orarentq; eū: ut ueniret in Pelopōnesum ad urbē Lacedæmonē in fidem dicionēq; populi romani accipiendam. Id ubi legati ad achæos rettulerunt: oīum ciuitatum: quæ eius cōcilii erant: cōsensu bellū lacedæmoniis indictū est. ne extēplo gereref: hyems impediit: incursiōibus tamen paruis latrocinii magis: quā belli modo non terra tantum: sed etiam nauibus a mari fines eoꝝ uastati. hic tumultus consulem in Pelopōnesum adduxit: iussuq; eius Helin cōcilio indicto lacedæmonii ad disceptandum acciti. Magna ibi non disceptatio modo: sed etiam altercatio fuit: cui consul cum alia satis ambitiose partem utranque fouendo incerta respondisset: una denunciatione ut bello abstinerent: donec Romam legatos ad senatum misissent: finem imposuit. Vtrinque legatio missa Romam est: exules quoque lacedæmoniorum suam causam legationemque achæis iniunxerunt. Diaphanes & Lycortas megalopolitani ambo principes legationis achæorum fuerunt: qui dissidentes in republica tum quoque minime inter se conuenientes orationes habuerunt. Diaphanes senatui disceptationem omnium rerum permittebat: eos optime controuersias inter achæos ac lacedæmonios finituros esse: Lycortas ex præceptis Philopœmenis postulabat: ut achæis ex fœdere ac legibus suis: quæ decressent: agere liceret: libertatēque sibi illabatam: cuius ipsi auctores essent: præstarent. Magnæ auctoritatis apud rōanos tū gens achæorum erat: nouari tamē nihil de lacedæmoniis placebat. cæterū responsum ita perplexum fuit: ut & achæi

sibi de Lacedæmone permissum acciperent:& Lacedæmonii nõ oia concessa iis interprætarentur.Hac po testate imodice achæi ac superbe usi sunt.Philopœmeni cõtinuatur magistratus: qui ueris initio exercitu indicto:castra in finibus lacedæmoniorũ posuit:legatos deinde misit ad deposcendos auctores defectionis & ciuitatẽ in pace futurã:si id feciſſent:pollicens:& illos nihil indicta causa passuros. Silentium præ metu cæterorũ fuit:quos nomiatim depopoſcerat:ipsi se ituros ꝓfessi sunt:fide accepta ab legatis uim ab futurã donec cãm dixissent.ierunt alii etiã illustres uiri & aduocati priuatis:& quia pertinere cãm eorũ ad rempublicam censebant.Nunquã alias exules lacedæmoniorũ achæi secũ adduxerãt in fines.quia nihil æque alienatũ aios ciuitatis uidebat:tunc exercitus totius ꝓpe antesignani exules erant:ii ueniẽtibus lacedæmoniis ad portã castrorũ agmine facto occurrerũt:& primo lacessere iurgiis:deinde altercatione orta cum accenderentur iræ:ferociſſimi exulũ impetũ in lacedæmonios fecerunt.Cum illi deos & fidẽ legatorũ testarentur:& legati & prætor summoueret turbas & ꝓtegeret lacedæmonios:uinculaq; iam quosdã iniiciẽtes arceret:crescebat tumultus concitata turba.Et achæi ad spectaculũ primo cõcurrerunt:deinde uociferantibus exulibus:quæ passi forent:& orantibus opem:affirmantibusq; simul nunquã talẽ occasionẽ habituros:si eam ꝓtermisissent:fœdus quod in capitolio:quod Olympiæ:quod i arce Athenis sacratũ fuisset: irritum per illos esse:priusquã alio deintegro fœdere obligentur:noxios puniendos esse. accẽsa his uocibus multitudo ad uocẽ unius:qui:ut ferirent:inclamauit: saxa cõiecit:atq; ita.xvii.quibus uincula per tumultũ iniecta erant:interfecti sunt.lxiii.postero die cõpræhẽsi:a quibus prætor uim arcuerat: nõ quia saluos uellet:sed quia perire causa indicta nolebat:obiecti multitudini iratæ cũ auersis auribus pauca locuti essent: damnati oẽs:& traditi sunt ad supplicĩ.Hoc metu iniecto lacedæmoniis imperatũ primum:ut muros diruerẽt: deinde ut oẽs externi auxiliares:qui mercede apud tyrannos militassent:terra laconica excederẽt: tum uti quæ seruitia tyranni liberassent(ea magna multitudo erat) ante diẽ certã abirent: qui ibi mansissent: eos præhendẽdi:uẽdẽdi:abducẽdi achæis ius eẽt. Lycurgi leges moresq; abrogarẽt:achæorũ assueſcerent legibus institutisq;:ita unius eos corporis fore:& de oĩbus rebus facilius cõsensuros.Nihil obediẽtius fecerunt: quã ut muros diruerent: nec ægrius passi sunt:quã exules reduci.decretũ Tegeæ in concilio cõmuni achæorũ de restituendis iis factum est:& mentione illata externos auxiliares dimissos: & lacedæmoniis a scriptos(ita enim uocabãt:qui a tyrannis liberati erant)urbe excessisse in agros dilapsos:priusquã dimitteret exercitus: ire prætorẽ cũ expeditis:& cõpræhendere id genus hominũ:& uendere iuræ ꝓdæ placuit.multi cõpræhensi uenierũt:porta ex ea pecunia Megalopoli ꝓmissu achæorũ refecta est: quã lacedæmonii diruerant.Ager belbinatis:quẽ iniuria tyranni lacedæmoniorũ possederant: restitutus eidẽ ciuitati ex decreto uetere achæorũ quod factũ erat Philippo Amyntæ filio regnãte.Per hæc uelut eneruata ciuitas lacedæmoniorũ diu achæis obnoxia fuit:nulla tamẽ res tanto erat damno:quã disciplina Lycurgi: cui per octingentos annos assueuerant sublata. A cõcilio ubi a consule inter achæos lacedæmoniosq; disceptatũ est:Marcus Fuluius:quia iã in exitu ãnus erat:comitiorũ causa,ꝓfectus Romã creauit cõsules Marcũ Valerium Messalã:&.G.Liuiũ Salinatorẽ:M.Aemyliũ Lepidũ inimicũ eo quoq; ãno petentẽ discessisse tradũt. prætores inde creati.Qu.Martius Philippus:M.Claudius Marcellus:G.Stertinius:G.Catinius:P.Claudius Pulcher:L.Manlius.Accidinus.Comitiis ꝓfectis cõsulẽ.M.Fuluiũ in prouinciã ad exercitũ redire placuit: eiq; & collegæ.Gn.Manlio ꝓperiũ in annũ,ꝓrogatum est.Eo anno in ædẽ Herculis signũ dei ipsius ex decenuirorũ responso & seiuges in capitolio aurati ab.Gn.Cornelio positi:consulẽ dedisse iscriptũ est.&.xii. clypea ærata ab ædilibus curulibus.P.Claudio:&.P.Sulpicio Galba sunt posita:ex pecunia:qua frumentarios ob ãnonã cõpræsam damnarũ.& ædilis plebis.Qu.Fuluius Flaccus duo signa aurata uno reo dãnato(nã seꝑatim accusati erãt)posuit.collega eius.A.Cecilius neminẽ condẽnauit.ludi romani ter:plebeii quiquies toti istaurati.M.Valerius Messala inde &.G.Liuius Salinator cõsulatũ idibus martiis cũ iniissent:de republica:deq; ꝓuinciis & exercitibus senatũ cõsuluerunt.De Aetolia & Asia nihil mutatũ est.consulibus alteri Pisæ cum liguribus:alteri Gallia prouincia decreta est cõparare inter se aut sortiri iussi:& nouos exercitus binas legiones scribere:& ut sociis latini nominis quinadena millia peditũ imperarẽt & mille & ducentos equites.Messale ligures:Salinatori obtigit Gallia.prætores inde sortiti sunt:M.Claudio urbana :P. Claudio peregrina iurisdicio euenit:Qu.Martius Siciliam:Gaius Stertinius Sardiniam:L.Manlius Hispaniam cĩteriorem:Gaius Catinius ulteriorem est sortitus.De exercitibus ita placuit:e Gallia legiones: quæ sub Gaio Lælio fuerant ad Marcum Tutium proprætorem in Brutios traduci: & qui in Sicilia essẽt : dimitti exercitum:& classem:quæ ibi essẽt: Romam reduceret Marcus Sempronius.pro Hispanis legiones singulæ : quæ tum in iis prouinciis erant: decretæ: & ut ternamillia peditum ducenos equites ambo prætores insuppllementum sociis imperarent : secumque transportarent. Priusquam in prouincias noui magistratus proficiserentur : supplicatio primo pro collegio decenuirorum imperata fuit in omnibus compitis:quod luce inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerant: & nouendiale sacrificium indictum est:quod in auentino lapidibus pluuisset.Campani cum eos ex senatuscõsulto:quod priore anno factum erat Romæ:censores censeri coegissent:nam antea incertũ fuerat:ubi censerentur:petierunt ut sibi ciues romanas ducere uxores liceret:& siqui prius duxissent:ut habere eas : & ante eam diem nati uti iusti sibi liberi hæredesq; essent.utraq; res impetrata.De formianis fundanisq; municipibus & arpinatibus.G. Valerius Tappo tribunus plebis promulgauit:uti iis suffragi latio: nam ante sine suffragio

habuerant ciuitatem:esset.huic rogationi quattuor tribuni plebis:quia non ex auctoritate senatus ferret: cum intercederent:edocti populi eē non senatus ius suffragiū:quibus uelit:impartiri: destiterunt incepto. rogatio ꝓlata est:ut æmylia tribu formiani & fundani:in cornelia arpinates ferrent:atq; in his tribubus tū primum ex Valerio plebiscito censi sunt.M.Claudius Marcellus censor sorte superato.T.Quintio lustrū condidit:censa ciuium capita.cclviii.millia.cccviii.lustro ꝓfecto cōsules in ꝓuincias ꝓfecti sunt.Hyeme ea: qua hæc Romæ gesta sūt:ad Gnæū Manliū cōsulē primū:deīde ꝓcōsulē hybernāte ī Asia legatiōes undiq; ex oībus ciuitatibus gētibusq;:quæ cis taurū monte īcolūt:cōueniebāt: sed ut clarior nobiliorq; uictoria rōanis de rege Antiocho fuit quā de gallis:ita lætior sociis erat de gallis: quā de Antiocho:tolerabilior re gia seruitus fuerat quā feritas īmaniū barbarorū:incertusq; ī dies terror:quo uelut tēpestas eos populātes iferret. itaq; ut quibus libertas Antiocho pulso:pax gallis domitis data esset:nō gratulatū modo uenerāt: sed corōas etiā aureas ꝓ suis quæq; facultatibus attulerāt.Et ab Antiocho legati & ab ipsis gallis ut pacis le ges dicerentur:& ab Ariarathe rege cappadocum uenerunt ad ueniam petēdam:luēdamq; pecunia noxam quod auxiliis Anthiochum iuuissēt.ei.cc.talēta argēti sunt imperata.gallis respōsum cum Eumenes rex uenisset tum daturum iis legem.ciuitatū legationes cum benignis reiponsis lætiores etiā:quā uenerāt: di missæ.Antiochi legati pecuniam in Pamphiliam frumentūq; ex pacto cum.L.Scipione fœdere iussi adue here:eo se cum exercitu uenturum.Principio deinde ueris lustrato exercitu ꝓfectus die.viii. Apameā ue nit:ibi triduum statiuis habitis tertius rursus ab Apamea castris in Phamphiliam:quo pecuniam frumen tumq; regios conuehere iusserat:puenit. mille & quingenta talēta argenti accepta Apameam deportant: frumentum exercitui diuiditur.Inde ad Pergamum ducit:quæ una in iis locis regio tenebatur præsidio. appropiquanti ꝓfectus præsidii obuius fuit.xxx.dieꝝ tēpus petens ut regem Antiochum de urbe tradēda consuleret. dato tempore ad eam diē decessit præsidio & a Pergamo .L.Manlio fratre cum quattuormilli bus militum Oroanda ad reliquum pecuniæ ex eo: quod pepigerāt:exigendum misso:ipse quia Eumenē regem & decem legatos ab Roma Ephesum uenisse audierat:iussis sequi Antiochi legatis Apameam exer citum reduxit.ibi ex.x.legatorū sententia fœdus in hæc uerba cum Antiocho conscriptum est.Amicitia re gi cum populo romano his legibus & condicionibus esto:ne quē exercitum:qui cum populo romano so ciisue bellum gesturus erit rex per fines regni sui eorūue:qui sub dicione eius erūt: transire sinito:ne com meatu: neue qua alia ope iuuato.idem romani sociiq; Antiocho & iis:qui sub imperio eius erunt: ꝑstent. Belli gerendi ius Antiocho ne esto cum illis:qui insulas colunt:neue in Europam transeundi.Excedito ur bibus agris uicis castellis cis taurum montē usq; ad Taniam amnē:& ea ualle tauri usq; ad iuga:qua in Ly caoniam uergit:neq; arma efferto ex iis oppidis agris castellisq;:quibus excedat. siqua extulit:quæ quoque oportebit:recte restituito.ne militē:neue quē aliū ex regno Eumenis recipito. siqui earū urbiū ciues: quæ regno abscedunt:cum rege Antiocho intraq; fines eius regni sunt:Apameam oēs ante diē certam redeāt: qui ex regno Antiochi apud romanos socioſq; sunt:iis ius abeūdi manēdiq; esto.Seruos seu fugitiuos: seu bello captos:seu quislibet captus aut transfuga erit:reddito romanis sociisq;. elephantos tradito oēs:neq; alios parato. tradito & naues longas armamētaq; earū:neue plures quam decē naues:nulla plus quā.xxx.re mis agatur:habeto.minorē ea belli causa quod ipse illaturus erit.neue nauigato citra Calicandrū:neue Sar pedonium ꝓmontoria:extra quā siqua nauis pecuniam stipendium aut legatos:aut obsides portabit.Mili tes mercede conducendi ex iis gentibus:quæ sub diciōe populi rōani sūt:Antiocho regi ius ne esto:ne uo luntarios quidē recipiendi.Quæ ædes ædificiaq; intra fines regni Antiochi sunt: quo iure ante bellū fue runt:eo rhodiorū sociorūue sunto:siquæ pecuniæ debentur:earū exactio esto.siquid ablatū est:id cōquirē di cognoscendi repetendiq; ius esto.si quas urbes:quas tradi oportet:ii tenent:quibus Antiochus dedit:ex iis præsidia deducito:utiq; recte tradantur:curato.Argenti probi.xii.millia attica talenta dato intra duode cim annos pensionibus æquis :talentum neminus pondo.lxxx.romanis ponderibus pēdat:& tritici.xl.mil lia modium.Eumeni regi talenta.cccl.intra quinquēnium dato:& pro frumēto:quod æstimatione fiat ta lenta.cxxvii.Obsides romanis.xx.dato:& triennio mutato:ne minores octonū denum annorū:neu maio res quinum quadragenū.siqui sociorū populi romani ultro bellum inferent Antiocho:uim ui arcendi ius esto:dum neq; urbē aut belli iure teneat:aut in amicitiā accipiat:controuersias iter se iure ac iudicio disce ptent: aut si utriq; placebit bello.De Annibale pœno:& ætolo Thoante:& Lysimacho acarnane:& chalci densibus Eubulida & Philopœmene dedēdis in hoc quoq; fœdere ascriptū est:& ut siquid postea addi mu tariue placuisset: ut id saluo fœdere fieret.Consul iurauit in hoc fœdus:ab rege qui exigerent iusiurandū profecti.Qu.Minutius Thermus:&.L.Manlius qui forte tū ab Oroandis rediit.&.Qu.Labeoni: qui clas si ꝑat:scripsit:ut Patara extēplo ꝓficisceretur: quæq; ibi naues regiæ eēnt:cōcideret:cremaretq;. Profec tus ab Epheso qnquagīta tectas naues aut cōcidit aut incēdit.Thelmessum eadē expeditiōe territis subito aduentu classis oppidanis recepit.ex Lycia protinus iussis ab Epheso sequi: qui ibi relicta erant: per īsulas in Græciam traiecit: Athēis paucos moratus dies:dum Pyræū ab Epheso naues uenirent:totā inde classē in Italiā reduxit.G.Manlius cū iter cætera:quæ accipiēda ab Antiocho erāt:elephātos quoq; accepisset:do noq; Eumēi oēs dedisset:deīde cās ciuitatū multis iter nouas res turbatis cognouit.& Aariarathes rex pte dimidia pecuniæ īperate beneficio Eumenis:cui despōderat filiā:ꝓ eos dies dimissa.in amicitiā ē acceptus. Ciuitatū autē cognitis cāis decē legati aliā aliaꝝ fecerūt cōdicionē:quæ stipēdiariæ regi Antiocho fuerāt

& cum populo romano ſenſerant:iis immunitatem dederunt:quæ partium Antiochi fuerãt aut ſtipendiariæ Attali regis:eas omnis uectigal pendere Eumeni iuſſerunt.nominatim præterea colophoniis:qui in Notho habitant:& cymeis:& mileſenis imunitatem conceſſerunt:clazomeniis ſup immunitatem & Doniſſam inſulam dono dederũt:& mileſiis:quẽ ſacrũ appellant:agrũ reſtituerũt:& iliẽſibus Rhœtiũ & Gergicum addiderunt:nõ tam ob recentia ulla merita:quã originũ memoria.eadẽ & dardanũ liberandi cauſa fuit.Chios quoq; & ſmyrnæos & erithræos ꝑ ſingulari fide:quã eo bello præſtiterũt:& agro donarũt: & i omni ꝑcipuo honore habuerũt.phocenſibus & ager:quẽ ante bellum habuerãt redditus:& ut legibus antiquis uterenť:ꝑmiſſum.Rhodiis affirmata:quæ data priore decreto erant:Lycia:& Caria data & uſq; ad mæandrũ amnem præter Meſſum.Regi Eumeni Cheronneſum in Europa:& Lyſimachiã:& caſtella:uicos:agrũ : quibus finibus tenuerat Antiochus:adiecerũt:i Aſia Phrygiã utrãq; alterã ad Helleſpontũ: maiorem alteram uocant:& Miſyam:quã Pruſias rex ademerat:reſtituerũt:ut Lucaniã:& Milyadam:& Lydiam :& nominatim urbem Thrallis : atq; Epheſum : & Telmeſſum . De Pamphylia diſceptatum inter Eumenis & Antiochi legatos cũ eſſet:quia pars eius citra pars ultra taurum eſt integra:ad ſenatum reiicitur.His fœderibus decretiſq; datis Manlius cũ decẽ legatis omniq; exercitu ad Helleſpontum profectus: euocatis eo regulis gallogr leges:quibus pacẽ cũ Eumene ſeruarẽt:dixit:denũciauitq;:ut morẽ uagandi cũ armis finirent:agrorũq; ſuogr terminis ſe continerent.Contractis deinde ex omni ora nauibus & Eumenis etiã claſſe per Atheneũ fratrem regis ab Elea adducta copias oĩs in Europã traiecit:inde ꝑ Cheronneſum modicis itineribus graue præda omnis generis agmen trahens Lyſimachiæ ſtatiua habuit:ut quãmaxime recentibus & integris iumentis Thraciam:ꝑ quã iter uulgo horrebãt:ingrederẽť.Quo ꝑfectus ẽ ab Lyſimachia die ad amnẽ:melana quẽ uocãt:inde poſtero die ad Gypſæas ꝑuenit.a Gypſæis uia fere decẽ milliũ ſilueſtris anguſta cõfragoſa excipiebat:propter cuius difficultatẽ itineris in duas partes diuiſus exercitus:& præcedere una iuſſa:altera magno interuallo cogere agmen:media ĩpedimenta ĩterpoſuit:plauſtra cum pecunia publica erant pretioſaq; alia præda.Itaq; cũ per ſaltum iret thracũ decẽ haud amplius millia ex quattuor populis Aſtii & Corneli ad ipſas anguſtias uiam circunſederunt . opinio erat non ſine Philippi regis macedonũ fraude id factũ : eũ ſciſſe nõ alia quã ꝑ Thraciã redituros romanos:& quãtã pecuniam ſecũ portarent.in primo agmine imperator erat ſollicitus propter iniquitatem locogr.Thraces nihil ſe mouerunt:donec armati tranſierunt :poſteaquã primos ſuperaſſe anguſtias uiderunt : poſtremos nondũ appropinquãtes:impediměta & ſarcinas inuadunt:cæſiſq; cuſtodibus partĩ ea:quæ i plauſtris erãt: diripere :partim ſub oneribus iumẽra abſtrahere cœperunt.Vnde poſteaquã clamor primũ ad eos : qui iã ingreſſi ſaltũ ſequebantur:deinde etiã ad primũ agmen eſt perlatus: utrinq; in mediũ concurritur : & inordinatũ ſimul pluribus locis prœliũ conſeritur.Thracas præda ipſa ĩpeditos oneribus : & plæroſq;:ut ad rapiendũ manus uacuas haberẽt:inermes ad cædem præbet.romanos iniquitas locogr barbaris per calles notos occurſantibus & latentibus ĩterdũ per cauas ualles ꝑdebant:ipſa etiã onera plauſtraq;:ut ſors tulit: his aut illis incõmode obiecta pugnantibus ĩpediméto ſũt.alibi ꝑdo:alibi ꝑdæ uĩdex cadit:ꝑut locus iniquus æquuſue his aut illis:prout animus pugnantium ẽ:ꝑut numerus:alii pluribus:quã ipſi erant:alii paucioribus occurrerãt:uaria pugnæ fortuna eſt:multi utrinq; cadũt.Iam nox appetebat:cũ prœlio excedunt thraces nõ fuga uulnerum aut mortis:ſed quia ſatis prædæ habebant.Romanogr primũ agmen extra ſaltum circa templũ mendidium caſtra loco aperto poſuit:pars altera ad cuſtodiã impedimentogr medio in ſaltu duplici circũdata uallo mãſit:poſtero die prius explorato ſaltu:quam mouerent:primis ſe coniungit. In eo prœlio cum & impedimentogr pars:& calonum : & milites aliquot:cũ paſſim toto ꝑpe ſaltu pugnareť:cecidiſſent:Qu.Minutii Thermi morte omiſſum eſt inceptum fortis ac ſtrenui uiri.Eo die ad hebrũ flumen ꝑuentũ eſt:inde eniogr fines ꝑter Apollinis:gerũtium quẽ uocãt incolæ:templũ ſuperãt. Aliæ anguſtiæ circa Tympira excipiũt:hoc loco nomẽ eſt:nec minus cõfragoſæ quã priores:ſed quia nihil ſilueſtre circa eſt:ne latebras quidẽ ad inſidiãdum ꝑbent.huc ad eandẽ ſpem ꝑdæ thranſigens & ipa thracum cõuenere:ſed quia nudæ ualles:ꝑcul ut cõſpicerenť:anguſtias obſidentes efficiebãt:minus terroris tumultuſq; fuit apud romanos:quippe & ſi iniquo loco:ꝑlio tamẽ iuſto acie apta collatis ſignis dimicandũ erat cõferti ſubeuntes cũ clamore impetu facto primũ expulere loco hoſtes: deide auertere:fuga inde cædeſq; ſuis ipos ĩpediẽtibus anguſtiis fieri cœpta ẽ.Romani uictores ad uicum maronitargr:Salentum appellant: poſuerũt.caſtra:poſtero die patenti itinere priaticus campus eos excepit:triduũq; ibi frumentum accipiẽtes manſerũt:ꝑtim ex agris maronitargr cõferẽtibus ipis:ꝑtim ex nauibus ſuis:quæ cum oĩs generis cõmeatu ſequebanť.Ab ſtatiuis diei uia Apolloniã fuit:inde ꝑ abderitargr agrũ Neapolin ꝑuentũ eſt: hoc omne ꝑ græcogr colonias pacatũ iter fuit:reliquũ inde ꝑ medios thracas dies nocteſq;:& ſi nõ ĩfeſtũ:tamẽ ſuſpectũ:donec i Macedoniam ꝑuenerũt.Mitiores thracas idem exercitus:cũ a Scipione eadẽ uia ducereť: habuerat:nullã ob aliã cãm:quã qđ prædæ minus qđ peteretť:fuerat:quãquam tum quoq; Claudius auctor ẽ ad quindecimmillia thracum præcedenti ad exploranda loca agmini Mudini numidæ occurriſſe:quattuor centum equites fuiſſe numidas:paucos elephãtos.Mudinis filiũ ꝑ medios hoſtiũ cum centũ quinquaginta delectis equitibus prupiſſe:eundem cum mox Mudines iam medio elephantis collocatis : in cornu equitibus diſpoſitis:manum cum hoſte cõſeruiſſet:terrorem ab tergo præbuiſſe:atq; inde turbatos equeſtri uelut ꝑcella hoſtis ad peditũ agmen non acceſſiſſe.Gn.Manlius ꝑ Macedoniã in Theſſaliã exercitum

traduxit:inde p Epiꝝ Apolloniam cū pueniſſet:nondū ab hyberno contempto mari ut traiicere auderet: Apolloniæ hybernauit.Exitu ppe āni.M.Valerius cōſul ex liguribus ad magiſtratus ſubrogādos Romā uenit:nulla memorabili ī puicia geſta re:ut ea pbabilis moræ cauſa eēt:qđ ſolito ſerius ad comitia uenisſet.Comitia cōſulibus rogādis fuerūt ad.xii.Kalendas martias:creati.M.Aemylius Lepidus:G.Flaminius. poſtero die ptores facti.Ap.Claudius Pulcher:Seruius Sulpicius Galba:Qu.Terētius Culeo:Qu.Terētius Meſſalla:Qu.Fuluius Flaccus:M.Furius Craſſus.Comitiis pfectis:qs puicias ptoribus eē placeret: rettulit ad ſenatū cōſul.ii.decreuerūt duas Romæ iuris dicendi cauſa:duas extra Italiā Siciliā & Sardiniā:duas ī Italiā Tarentum & Galliā:& extemplo:priuſquā inirent magiſtratū:ſortiri iuſſi.Ser.Sulpicius urbanā:Q. Terentius peregrinā eſt ſortitus:L.Terentius Siciliā:Qu.Fuluius Sardiniā:M.Claudius Tarentū.M.Furius Galliā.Eo āno.L.Minutius Myrtillus:&.L.Manlius:quod legatos carthaginēſes pulſaſſe dicebanē:iuſſu.M.Claudii prætoris urbis p fœciales traditi ſunt legatis:& Carthaginē aduecti.In liguribus magni belli & gliſcētis in dies magis fama erat:itaq; cōſulibus nouis:quo die de puinciis & de rep.rettulerunt: ſenatus utriq; ligures prouinciam decreuit. Huic ſenatuſconſulto Lepidus conſul intercedebat: indignū eſſe prædicans conſules ambos in ualles ligurum includi:M.Fuluium:& Gn.Manlium biennium iam alterꝝ in Europa:alterum in Aſia uelut pro Philippo atq; Antiocho ſubſtitutos regnare.Si exercitus ī his terris eſſe placeat:conſules iis potius quam priuatos præeſſe oportere.uagari eos cum belli terrore p nationes: quibus bellum īdictum non ſit:pacem pretio uendicantes. ſi eas prouīcias exercitibus obtinere opus eēt: ſicut.M.Attilio: L.Scipioni cōſulibus:M.Fuluius &.Gn.Manlius ſucceſſiſſent conſules:ita Fuluio Manlioq;.Gn.Liuium &.M.Valerium conſules debuiſſe ſuccedere. Nūc certe perfecto ætolico bello: recepta ab Antiocho Aſia:deuictis gallis:aut cōſules ad exercitus conſulares mitti: aut reportare legiones īde reddique tandem reip.debere.Senatus his auditis in ſentētia perſeuerauit:ut cōſulibus ambobus ligures prouincia eſſet:Manlium Fuluiūq; decedere de prouīciis:& exercitus inde deducere ac redire Romā placuit. Inimicitiæ inter.M.Fuluium &.P.Aemylium conſulē erant:& ſuper cætera Aemylius ſerius biēnio ſe cōſulem factum.M.Fuluii opera dicebat:itaq; ad inuidiam ei faciendam legatos Ambracienſes ī ſenatū ſubornatos criminibus introduxit:q ſibi cū in pace eſſent impata:quæ prioribus conſulibus feciſſent:& eadē præſtare obedienter.M.Fuluio parati eſſent;bellum illatum queſti: agros primū depopulatos: terrorem direptionis & cædis urbi iniectū:ut eo metu claudere cogerētur portas.obſeſſos deinde & oppugnatos ſe & omnia alia exempla belli habita ī ſe: cedibus:incendiis:ruinis:direptione urbis coniuges:liberos in ſeruitium abſtractos:bona adempta:& quod ſe ante omnia moueat: templa tota ſpoliata ornamentis:ſimulacra deum:deos immo ipſos cōpulſos ex ſedibus ſuis ablatos eſſe:parietes poſteſq; nudatos:quos adorēt: ad quos pcentur: & ſupplicent ambracienſibus nō ſupereſſe.Hæc quærentes interrogādo crimīoſe excompoſito conſul ad plura uelut non ſua ſponte dicenda eliciebat.Motis patribus alter conſul.G.Flaminius.M.Fuluii cauſam excepit:qui ueterem &obſoletam uiam ingreſſos dixit: ſic Marcum Marcellum a ſyracuſanis:ſic Quintum Fuluium a campanis accuſatos:quin eadem opera.T.Quintium a Philippo rege:Marcum Attilium &.L.Scipionem ab Antiocho.Gn.Manlium a gallis:& ipſum Fuluium ab ætolis & Cephaleniæ populis accuſari paterentur? Ambraciam oppugnatam & captam:& ſigna inde ornamentaq; ablata:& cætera facta:quæ captis urbibus ſoleāt:negaturum aut me pro.M.Fuluio:aut ipſum.M.Fuluiū cenſetis patres cōſcripti? cū ob has res geſtas triumphū a uobis poſtulaturus ſit? Ambraciā captam ſignaque:quæ ablata criminanē:cætera ſpolia eius urbis ante currum laturus & fixurus ī poſtibus ſuis. nihil ē: quod ſe ab ætolis ſeparent:eadem ambracienſium & ætoloꝝ cauſa eſt.Itaq; collega meus uel in alia cauſa inimicitias exerceat:uel in hac utiq;:ſi mauult:retineat ambracienſes ſuos in aduentū.M.Fuluii: ego nec de ambracienſibus:nec de ætolis decerni quicquā abſente.M.Fuluio patiar.Cū Aemylius callidā malitiā inimici uelut omnibus notam inſimularet:& tempus eum morando extracturum diceret: ne cōſule inimico Romā rediret:certamine cōſulum biduū aſſumptū eſt:nec præſente Flaminio decerni quicquā uidebaē poſſe:captata occaſio ē:cū æger forte Flaminius abeſſet:& referente Aemylio ſenatuſconſultū factum eſt:ut ambracienſibus omnes ſuæ res redderentur:in libertate eſſent:ac legibus ſuis uterentur. portari ea:quæ uellent:terra mariq; caperent:dum eorum immunes romani ac ſocii latini nominis eſſent.ſigna aliaq; ornamenta:quæ quærerentur ex ædibus ſacris ſublata eſſe:de iis cum.M.Fuluius Romam reuertiſſet:placere ad collegium pontificum referri:& quod ii cenſuiſſent fieri.neq; his contentus conſul fuit:ſed poſtea per infrequentiam adiecit ſenatuſconſultum Ambraciam nō uideri ui captā eſſe. Supplicatio inde ex decenuirorum decreto pro ualitudine populi fuit per triduum:quia grauis peſtilentia urbem atq; agros uaſtabat.Latinæ inde fuerunt.quibus religionibus liberati conſules & delectu perfecto (nouis enim uterq; maluit uti militibus)in prouinciam profecti ſunt:uetereſq; omnes dimiſerunt. Poſt conſulum profectionem .Gn. Manlius proconſul Romam uenit: cui cum ab Ser. Sulpicio prætore ſenatus ad ædem Bellonæ datus eſſet: & ipſe commemoratis rebus ab ſe geſtis poſtulaſſet: ut ob eas diis immortalibus honos haberetur: ſibique triumphanti urbem inuehi liceret:contradicerunt pars maior decem legatorum: qui cum eo fuerant: & ante alios.L.Furius Purpurio: &.L.Aemylius Paulus. Legatos ſeſe.Gn.Manlio datos pacis cum Antiocho faciendæ cauſa fœderiſq;:& legum: quæ cum.L.Scipione incohatæ fuiſſent:perficiendarum;Gn.Manlium ſumma ope tetendiſſe ut eam pacem turbaret:& Anti-

ochum:si sui potestatem fecisset:insidiis exciperet:sed illum cognita fraude consulis cum sæpe colloquiis petitis captus esset:non congressum modo:sed conspectum etiam eius uitasse.cupientem transire Taurū ægre omnium legatorum p̄cibus nec carminibus Sibyllæ prædictam superantibus terminos fatalis cladē experiri uellet retentum:admouisse tamen exercitum: & ꝑpe ipsis iugis ad diuortia aquarum castra posuisse:cum nullam ibi causam belli inueniret quiescentibus regiis:circunegisse exercitum ad gallogræcos: cui nationi non ex senatus auctoritate:non ex populi iussu bellum illatum.quod quē unquam de sua sententia facere ausum? Antiochi Philippi Annibalis & pœnorum recentissima bella esse:de omnibus his cō sultum senatum :populum iussisse:sæpe legatos ante missos:res repetitas:postremo qui bellum indiceret: missos .quid eorum.Gn.Manli factum est:ut istud publicum populi romani bellum & non tuum priuatum latrocinium dicamus? An eo ipso contentus fuisti? recto itinere duxisti exercitū ad eos:quos tibi hostes assumpseras? an ꝑ omnis anfractus uiarum cum uia consisteres? ut quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater:eo cōsul mercennarius cum exercitu romano sequereris? Pysidiæ Lycaoniæq; & Phrygiæ recessus omnes atq; atq; angulos pagrasti:stipem a tyrannis castellanisq; deuiis colligens . quid enim tibi cum oroandis? quid cum aliis æque inoxiis populis? bellum autem ipsum:cuius nomine triumphum petis:quo modo gessisti? loco æquo tempore tuo pugnans? Tu uero recte:ut diis immortalibus honos habeatur:postulas primum:quod ꝑ temeritate impatoris nullo iure gentium bellum inferētis pœnas luere exercitum noluerunt:deinde quod bæluas non hostes nobis obiecerunt.Nolite nomē tantum extimare mixtū esse gallogræcorum:multo ante & corpore & animo mixti ac mutati sunt.an si illi galli eēnt:cum quibus miles uario euentu in Italia pugnatum ē:quantum in impatore nostro fuit:nuncius illinc redisset? bis cū iis pugnatum ē:bis loco iniquo subiit:in ualle inferiore pedibus pene hostium aciē subiecit:ut non tela ex superiore loco mitterēt:sed si corpora sua nuda iniicerēt:obruere nos potuerunt.quid igitur incidit? magna fortuna po.romani est:magnum & terribile nomen recenti ruina Annibalis:Philippi:Antiochi:ꝑpe attoniti erāt tantæ corpoꝝ moles:fundis sagittisq; in fugā cōsternati sunt:gladius ī acie cruentatus nō est gallico bello:uelut auiū examina ad crepitū primum missilium auolauere:at hercule idē nos admonente fortuna. Quid:si hostē habuissemus casuꝝ:fuisset? cū redeuntes in latrunculos thracas incidissemus cæsi:fugati:exuti impedimētis sumus:Qu.Minutius Thermus ī quo haud paulo plus damni factū est:quā si.Gn. Manlius :cuius temeritate ea clades inciderat:perisset:cū multis uiris fortibus cecidit:exercitus ꝑpolia regis Antiochi referens trifariā dissipatus:alibi primū:alibi postremū agmē:alibi impedimēta inter uepres in latebris ferarum noctem unam delituit.pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiæq; foret acceptū:de quibus hostibus triumphum peteres? de iis:ut opinor:quos tibi hostes senatus aut populus romanus dedisset:sic huic.L.Scipioni:sic illi.M.Attilio de rege Antiocho:sic paulo ante:T. Quintio de rege Philippo:Sic.P.Africano de Annibale:pœnis:& Syphace triumphus datus.& minima illa cum iam senatus censuisset bella: quæsita tamē sunt:quibus nunciandum esset:ipsis utiq; regibus nunciarent: an satis esset ad præsidium aliquod nunciari.Vultis ergo hæc omnia pollui & confundi? tolli fœcialia iura? nullos esse fœciales? fiat : pace deū dixerim:iactura religionis: obliuio deoꝝ capiat pectora uestra.nū senatum quoq; de bello consuli non placet? nō referri uelint:iubeātne cum gallis bellum geri? modo certe consules Græciā atq; Asiam nolebant:tamen perseuerantibus uobis ligures prouinciam decernere dicto obedientes fuerunt.merito ergo a uobis prospere bello gesto triumphum petent:quibus auctoribus gesserunt.Talis oratio Furii & Aemylii fuit.Manlium in hunc maxime modum respondisse accepimus.Tribuni plebis antea solebant:triumphum postulantibus aduersari patres cōscripti : quibus ego gratiam habeo:quod seu mihi:seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt:ut non solum silentio comprobarēt honorē meū : sed referre etiam:si opus esse uideretur:parati essent:ex decem legatis:si diis placet:qđ cōsilium dispensandæ cohonestandæq; uictoriæ imperatoribus maiores dederunt nostri aduersarios habeo L.Furius:&.L.Aemylius currum triumphalem me conscendere prohibent:coronam insignem capiti detrahunt:quos ego:si tribuni me triumphare prohiberēt:testes citaturus fui rerum a me gestarum. Nullius equidem inuideo honori:uos tribunos plebei nuper uiros fortes ac strenuos impedientes ; Qu. Fabii Labeonis triumphum auctoritate uestra deterruistis:triumphauit quem non bellum iniustum gessisse: sed hostem omnino nō uidisse inimici iactabant:ego:qui cum centummillibus ferocissimorum hostium signis collatis totiens pugnaui:qui plus.xl.millia hominum cepi:aut occidi:qui bina castra eorum expugnaui: qui citra iuga tauri omnia pacatiora:quam terra Italia est:reliqui: nō triumpho modo fraudor:sed causam apud uos patres conscripti accusantibus ipse legatis dico.Duplex eorum:ut animaduertistis. P.C. accusatio fuit:nam nec gerendum mihi fuisse bellum cum gallis:& gestum temere atq; impudenter dixerunt:non erant galli hostes:sed tu eos pacatos imperata facientes uiolasti.non sum postulaturus a uobis P.C.ut quæ communiter de immanitate gentis gallorum : de infestissimo odio in nomen romanum scitis : ea de illis quoq; : qui terras has incolunt : existimetis gallis: remota uniuersæ gentis infamia atq; inuidia per seipsos æstimate . Vtinam rex Eumenes :utinam Asiæ ciuitates omnes adessent : & illos potius querentes : quam me accusantem audiretis . mittite agedum legatos circa Asiam ad omnes urbes : & quærite utrum a grauiori seruitute Antiocho ultra tauri iuga moto : an gallis subactis liberati sint : quotiens agri eorum uastati sint : quotiens prædæ abactæ referant : cum uix redimendi captiuos copia

esset: & mactatas humanas hostias: immolatosq; liberos suos audirent. Stipēdiū scitote pepēdisse socios uestros gallis: & nūc liberatos p uos regio īperio fuisse pēsuros: si a me foret cessatū: quo lōgius Antiochus emotus esset: hoc īpotentius in Asia galli dominarent: & quicquid est terrarū circa tauri iuga gallorum: imperio uestro adiecissetis. At.n. sunt hæc ita: uerum etiam Delphos quondam cōmune humani generis oraculum umbilicum orbis terrarum galli spoliauerunt: nec ideo populus romanus his bellum indixit: aut intulit. Equidē aliquid interesse rebar inter id tempus: quo nondum in iure ac dicione uestra Græcia atq; Asia erat: curandum animaduertandumq; quid in his terris fieret: & hoc quo finem imperii romani taurum montem statuistis: quo libertatem immunitatemue ciuitatibus datis: quo aliis fines adiicitis: alias agro mulctatis: uectigal īponitis: regna augetis: minuitis: donatis: adimitis: curæ uestræ censetis esse: ut pacem terra mariq; habeant. An nisi præsidia deduxisset Antiochus: quæ quieta in suis partibus erāt: non putaretis liberatam Asiam? si gallorum exercitus effusi uagarentur: rata dona uestra: quæ dedistis regi Eumeni: rata libertas ciuitatibus esset? Sed quid ego hæc ita argumentor? tanquam non acceperim: sed fecerim hostes gallos: te. L. Scipio appello: cuius ego imperio succedens inuicem imperii tui uirtutem fœlicitatemq; pariter non frustra ab diis immortalibus precatus sum: te. P. Scipio: qui legati ius collegæ maiestatem: & apud fratrem consulem: & apud exercitum habuisti: scitisne in exercitu Antiochi gallorum legiones fuisse? uideritis ī acie eos in cornu utroq; id enim roboris esse uidebatur locatos? pugnaueritis ut cum hostibus iustis? cecideritis? spolia eorum rettuleritis? Atqui cum gallis bellum neq; senatus decreuerat: neq; populus iusserat: sed simul: ut opinor: cum his decreuerant: iusserantq; qui intra eius præsidia fuissent: ex quibus præter Antiochum: cum quo pacem pepigerat Scipio: & cum quo nominatim fœdus: ut fieret: mandaueratis: omnes hostes erant: qui pro Antiocho arma aduersus nos tulerunt. ī qua causa cum galli ante omnes fuissent & reguli quidam & tyranni: ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii uestri coactis luere peccata sua pacem pepigi: & gallorū animos: si possent mitigari a feritate insita tentaui: & posteaquam indomitos atq; implacabiles cernebam: tum demum ui atq; armis coercendos ratus sum. Nunc quoniam suscepti belli purgatum est crimen: gesti reddenda est ratio: in quo confiderem equidem causæ meæ etiam: si non apud romanum sed apud carthaginensem senatum agerem: ubi in crucem tolli imperatores dicuntur: si prospero euentu prauo consilio rē gesserunt: sed ego in ea ciuitate: quæ ideo omnibus incipiendis gerēdisq; deos adhibet: quia nullius calumniæ subiicit ea: quæ dii comprobauerūt: & ī solemnibus uerbis habet: cum supplicationem aut triumphum decernit: quod bene & fœliciter rēp. administrarit: si nollem: si graue ac superbum existimarem uirtute gloriari: pro fœlicitate mea exercitusque mei quod tantam nationem sine ulla militum iactura deuicimus: postularemq;: ut diis immortalibus honos haberet: & ipse triumphās in capitolium ascenderem: unde uotis rite nuncupatis ꝓfectus sum: negaretis hoc militiæ cū diis immortalibus? Iniquo enī loco dimicaui. dic igitur: quo æquiore potuerim dimicare: cum montem hostes cepissent: loco munito se tenerent? nempe eundem ad hostes erat: si uincere uellem: quid si urbem eo loco haberent: & mœnibus se tenerent? nēpe oppugnandi erāt. Quid ad Thermopylas? æquone loco. M. Attilius cū rege Antiocho pugnauit? quid Philippum non eodem modo super Aoum amnē iuga tenentem montium. T. Quītius deiecit? Equidē adhuc qualem aut sibi fingāt: aut nobis uideri uelint: hostem fuisse non inuenio: si degenerem & emollitū amœnitate Asiæ: quid periculi uel iniquo loco subeuntibus fuit? si timendum & feritate animorum & robore corporum: huicne tantæ uictoriæ triumphum negatis? Cæca inuidia est patres conscripti: nec quicquam aliud scit: quam detrectare uirtutes: corrumpere honores ac premia eorum. mihi: quæso: ita ignoscatis. P. C. si longiorem orationem non cupiditas gloriandi: sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes: q angusti erāt: & plana ex arduis: & culta ex siluestribus facere potui? & præstare ne quilibet sub iis lateribus delitescerent latrones thraces: nequid sarcinarum raperetur? nequod iumentū ex tāto agmīe abstraheret? nequis uulneraretur? ne ex uulnere fortis uir ac strenuus. Q. Minutius moreretur? in hoc quoq; casu infœliciter incidit: ut talem ciuem amitteremus. hærent: quod saltu iniquo loco alieno cum adortus hostis nos esset: duæ simul acies primi & nouissimi agminis hærentem ad impedimenta nostra exercitum barbarorum circunuenerunt: quod multa millia ipō die: plura multo post dies paucos ceciderunt: & ceperūt. hoc si ipsi tacuerint: uos scituros: cum testis orationis meæ totus exercitus sit: non credunt. si gladium in Asia non strinxissem: si hostem non uidissem: tamen triumphum in Thracia duobus præliis merueram. Sed iam dictum satis est: quin pro eo quod pluribus uerbis uos: quam uolui: fatigaui: ueniam a uobis petitam impetratamq; uelim. P. C. Plus crimen eo die quam defensio ualuisset: ni altercationem in serum perduxissent: dimittitur senatus in ea opinione: ut negaturus triumphum fuisse uideretur. postero die & cognati amiciq; Gn. Manlii summis opibis annixi sunt: & auctoritas seniorum ualuit negātium exemplum proditum memoriæ esse: ut imperator: qui deuictis perduellibus confecta prouincia exercitum reportasset: sine curru & laurea priuatus ihonoratusq; urbem iniret. hic pudor malignitatem uicit: triumphumq; frequentes decreuerunt. Oppressit deinde mentionem memoriamq; omnem contentionis huius: maius & cum maiore uiro certamen ortum. P. Scipioni Africano ut Valerius Antias auctor est: duo. Q. Petilii diem dixerunt. id: pro ut cuiusq; ingenium erat: interpretabantur: alii non tribunos plebis: sed uniuersam ciuitatem incusabant: quæ id pati posset: duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno ꝓpe tēpore

in principes inuentas: Romā ingratiorē: siquidem uicta Carthago uictū Annibalē in exiliū expulisset: Roma uictrix uictorē Africanū expellat. Alii neminē unū tantū eminere ciuē debere: ut legibus interrogari non possit: nihil tā æquandæ libertatis esse: quā potentissimū quēq; posse dicere causā. quid aūt tuto cuiquā ne dū summā rēp. permitti: si ratio non sit reddēda? qui ius æquū pati nō possit: in eū uim haud iniustā esse. Hæc agitata sermonibus: donec dies dicēdæ causæ uenit: nec alius ante quisquā: nec ille ipse Scipio cōsul censorue maiore oīs generis hoīum frequētia: quā reus illo die ī foꝝ est deductus. iussus dicere causam: sine ulla criminum mentione: orationē adeo magnificā de rebus ab se gestis est exorsus: ut satis constaret neminē unquā neq; melius: neq; uerius laudatū esse. dicebantur enī ab eodē animo ingenioq; a quo gesta erāt: & auriū fastidiū aberat: quia p periculo non in gloriā referebantur. Tribuni plebis uetera luxuriæ crimina syracusanoꝝ hybernoꝝ: & Locris pleminianū tumultū cū ad fidē præsentiū criminū rettulissent: suspitionibus magis: quā argumētis pecuniæ captæ reū accusarūt: filiū captū sine pretio redditū: omnibus aliis rebus Scipionem tanquā in eius unius manu pax romana bellūq; esset: ab Antiocho cultū: dictatorē eū consuli non legatū in prouincia fuisse: nec ad aliā rē eo profectū: quam ut id quod Hispaniæ: Galliæ: Siciliæ: Africæ iampridem psuasum esset: hoc græciæ: Asiæq; & omnibus ad oriēte uersis regibus gentibusq; appareret: unum hominem caput columēq; imperii romani esse: sub umbra Scipionis ciuitatē dominā orbis terraꝝ latere: nutus eius pro decretis patrū p populi iussus esse. īfamia intactū: inuidia: qua possunt: urgent. Orationibus in noctē pductis: producta dies est: ubi ea uenit: tribuni in rostris prima luce cōsederūt: citatus reus maguo agmine amicoꝝ clientiūq; per mediā concionē ad rostra subiit: silentioque facto: hoc: inquit: die tribuni plebis: uosq; quirites cū Annibale & carthaginensibus signis collatis in Africa bene ac fœciliter pugnaui: itaq; cū hodie litibus & iurgiis superseder æquū sit: ego hinc extemplo in capitoliū ad louē optimū maximū: Iunonēq;: & Mineruā: cæteros q; deos: qui capitolio atq; arci præsidēt: salutandos ibo: hisq; gratias agam: quod mihi & hoc ipso die & sæpe alias egregie gerendæ reipublicæ mētem facultatēq; dederunt. uestrum quoq; quirites: quibus cōmodum est: ite mecum: & orate deos: ut mei similes principes habeatis. ita si ab annis septēdecim ad senectutem semper uos ætatem meam honoribus uestris āteistis: ego uestros honores rebus gerendis præcessī. Ab rostris in capitoliū ascendit: simul se uniuersa concio auertit: & secuta Scipionē est: adeo ut uiatores tribunos relinquerent: nec cum iis præter seruilem comitatū & præconē: qui reum ex rostris citabat: quisquā esset. Scipio nō in capitolio modo: sed per totā urbē oīa tēpla deū cū populo rōano circuniit. celebratior iis ppe dies fauore hominū & æstimatiōe ueræ magnitudinis eius fuit: quā quo triumphās de Syphace rege & carthaginēsibus urbē est inuectus. hic speciosus ultimus dies. P. Scipioni illuxit. Post quem cum inuidiā & certamina cum tribunis prospiceret: die longiore pducta in Liternum concessit certo cōsilio: ne ad causam dicēdam adesset: maior animus & natura erat ac maiori fortunæ assuetus: quā ut reus esse sciret: & summitteret se in humilitatē causam dicētiū. Vbi dies uenit: citariq; absens est cœptus: L. Scipio morbum causam esse: cur abesset: excusabat. quā excusationē cum tribuni: qui diē dixerant: nō acciperent: & ab eadē superbia non uenire ad causam dicēdam arguerēt: qua iudicium & tribunos plebis & concionē reliquisset: & quibus ius de se dicendæ sententiæ & libertatē ademisset: is comitatus: uelut captos trahens triumphum populi romani egisset: secessionē eo die: quo in capitoliū a tribunis plebis fecisset. habetis ergo temeritatis illius mercedē: quo duce & auctore nos reliquistis: ab eo ipsi relicti estis: & tantū animoꝝ ī dies nobis decrescit: ad quem antea exercitū & classem habentē tribuni plebis ædilesq; in Siciliam mittere ausi sumus: qui prehenderent eum: & Romam reducerēt: ad eum priuatū ex uilla sua tradendum ad causam dicēdam mittere non audemus? Tribuni plebis appellati ab Lucio Scipione: ita decreuerunt: ut si morbi causa excusaretur: sibi placere accipi eam causam: diemq; a collegis produci. tribunus plebis eo tempore Titus Sempronius Gracchus erat: cui inimicitiæ cum. P. Scipione intercedebāt: is cum uetuisset nomē suum decreto collegarum ascribi: tristioremq; omnes sententiā expectarent: ita decreuit: cum. L. Scipio excuset morbum esse cām fratri satis id sibi uideri: se. P. Scipionē: priusquā Romā redisset: accusari nō passuꝝ: tū quoq; si se appellet: auxilio ei futurū: ne cām dicat. ad id fastigiū rebus gestis honoribus populi romani. P. Scipionē deoꝝ hoīumq; cōsensu peruenisse: ut sub rostris reū stare & præbere aures adolescentiū cōuiciis populo romano magis deforme: quam ipsi sit. Adiecit decreto indignationem sub pedibus uestris stabit tribuni domitor ille Africæ Scipio? ideo quattuor nobilissimos duces pœnorum in Hispania: quattuor exercitus fudit: fugauit: ideo Syphacē cepit: Annibalē deuicit: Carthaginē uectigalē nobis fecit: Antiochum recepto eius fratre consorte huius gloriæ. L. Cornelius Scipio ultra Tauri iuga emouit: ut duobus Petiliis succūberet? uos de pace Africani palmam peteretis? nullis ne meritis suis: nullis uestris honoribus senectus eorum considat? mouit & decretum & adiecta oratio non cæteros modo: sed ipsos etiam accusatores: & deliberaturos se quid sui iuris & officii esset? dixerunt. Senatus deinde cōcilio plebis dimisso: haberi est cœptus: ibi gratiæ īgentes ab uniuerso ordine præcipue a consularibus senioribusq; T. Sempronio Graccho actæ sunt: quod rēp. priuatis simultatibus potiorē habuisset: & Petilii uexati sunt probris: quod splēdere aliena inuidia uoluissent: & spolia ex africano triūpho peterēt. Silentium deinde de Africano fuit: uitā Literni egit sine desiderio urbis: morientem rure eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt: monumentūq; ibi ædificari: ne funus sibi ī īgrata patria fieret. uir memorabilis bellicis tamen quam pacis artibus memorabilior: cui par habita est

materia ingenio:quo ad primum consulatum:secundo etiam si censuram adiicias:quid asiatica legatio & ualitudine aduersa inutilis:& filii casu deformata:& post reditum necessitas aut subeundi iudicii aut simul cum patria deserendi:punici tamen belli perpetrati quo nullū neq; maius:neq; periculosius romani gessere:unā præcipuā gloriam tulit.Morte Africani creuere inimicoꝝ animi:quoꝝ princeps fuit.M.Portius Cato:qui uiuo quoq; eo allatrare eius magnitudinē solitus erat.hoc auctore existimant Petilii & uiuo Africano reo causam ingratam:& mortuo rogationē promulgasse:Fuit autem rogatio talis.uelitis iubeatis:quæratur:quæ pecunia capta:ablata:coacta ab rege Antiocho est:quicq; sub eius imperio fuerunt: quod æs in publicū relatum non est:uti de ea re Ser.Sulpicius prætor urbanus ad senatū referat: quē eā rem uelit senatus quærere de iis:qui prætores nunc sunt.Huic rogationi primo.Qu.&.L.Nummii intercedebant:senatum quærere de pecunia non relata in publicum:ita ut antea semper factum esset:æquum cēsebant:Petilii nobilitatem & regnum in senatu Scipionum accusabant.L.Purpurio consularis:qui ī decem legatis in Asia fuerat:latius rogandū censebat:non quæ ab Antiocho modo pecuniæ captæ forēt sed quæ ab aliis regibus gentibusq;:Gn.Manliū inimicum incessens.Et.L.Scipio:quē magis ꝓ se:quam aduersus legem dicturum apparebat:dissuasor ꝓcessit.is post mortem.P.Africani fratris uiri omnium fortissimi clarissimiq; eam exortam rogationē est conquestus:parum enim fuisse nō laudari pro rostris.P.Africanum:post mortem nisi etiam accusaretur:& carthaginenses exilio Annibalis contentos esse: populum romanum ne morte quidē.P.Scipionis exatiari:nisi ipsius fama sepulti laceretur:& frater insuper accessione inuidiæ mactetur.M.Cato suasit rogationē:extat & oratio eius de pecunia regis Antiochi:& Nūmios tribunos auctoritate deterruit:ne aduersarentur rogationi.Remittentibus ergo his intercessionē omnes tribus:ut rogasset:iusserunt.Ser.Sulpicio deinde referente:quē rogationē pecuniarum quærere uellent: Qu.Terentium Culleonem patres iusserūt.alii hunc prætorem adeo amicū corneliæ familiæ ut qui Romæ mortuum elatumq;.P.Scipionē:est enim ea quoq; fama:tradunt pilleatum sicut in triumpho ierat:in funere quoq; ante lectum isse memoriæ ꝓdiderunt:& ad portam capenam mulsum ꝓsecutis fumis dedisse:quod ab eo inter alios captiuos ī Africa ex hostibus receptus esset.alii adeo inimicū eundem ut ꝓpter insignem simultatem:ab ea factione:quæ aduersa Scipionibus erat:delectus sit potissimū ad quæstionem exercendā.cæterum ad hūc nimis æquum aut iniquum prætorem reus extemplo factus .L.Scipio: simul & delata & recepta noīa legatorum eius.A.&.L.Hostiliorum Catonū: &.C.Furii Leonis quæstoris:& ut noīa contracta societate peculatus uiderentur:scribæ quoq; duo & accēsus.L.Hostilius & scribæ & accensus:priusq; de Scipione iudiciū fieret:absoluti sunt.Scipio & Hostilius legatus &.C.Furius damnati: quo cōmodior pax Antiocho daret:Scipionē sexmillia pondo auri quadringētumoctoginta argenti plus accepisse:quā in ærariū rettulerat:A.Hostiliū.lxxx.pondo auri:& argēti.cccciii.pondo:Furium quæstorem auri centum.xxx.argenti.cc.pondo.has ego summas auri & argenti relatas apud Antiatem inueni.In.L. Scipione malim equidē librarii mendū:quā mēdaciū scriptoris esse ī sūma auri atq; argēti:similius.n.é argēti:quā auri maius pondus fuisse:& potius quadragies:quā ducēties quadragies litē æstimatam: eo magis quod tantæ summæ rationē etiam ab ipso requisitum esse.P.Scipione in senatu tradūt:librumq; rationis eius cum.L.fratrem afferre iussisset:inspectante senatu suis ipsum manibus compressisse:indignatū qđ cū bis millies ī ærarium rettulisset:quadragies ratio ab se poscerēt.Ab eadem fiducia animi cum quæstores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent:poposcisse claues:& se apertuꝝ ærarium dixisse:qui:ut clauderetur:effecisset.Multa alia in Scipionis exitu maxime uitæ dieq; dicta morte funere sepulchro in diuersum trahunt:ut cui famæ:quibus scriptis assentiar:non habeam.non de accusatore conuenit:alii.M.Nauium:alii Petilios diem dixisse scribunt.non de tempore:quo dicta dies sit:non de āno:quo mortuus sit aut elatus.alii Romæ:alii Literni & mortuum & sepultum:utrobiq; monumenta ostenduntur & statuæ:nam & Literni monumentū munumētoq; statua sup imposita fuit:quam tempestate disiectā nup uidimus ipsi:& Romæ extra portam capenam in Scipionū monumēto tres statuæ sunt:duæ.P.& L.Scipionū dicunt esse:tertia poetæ.Qu.Ennii.Nec iter scriptores rerum discrepat solum: sed orationes quoq;:si modo ipsoꝝ sunt:quæ feruntur:&.T.Gracchi aberrant inter se.index orationis.P.Scipionis nomen.M.Nauii tribuni plebis habet:ipsa oratio sine nomine est accusatoris:nebulonem modo: modo nugatorem appellat.Ne Gracchi quidem oratio:aut Petiliorum accusatorum Africani:aut diei dictæ Africano ullam mentionem habet.alia tota serēda fabula est Gracchi orationi conueniens.Et illi auctores sequendi sunt:qui cū.L.Scipione & accusatus & damnatus sit:pecuniæ captæ ab rege legatum in Ethruria fuisse Africanū tradūt:quo post famā de fratris casu allatam:relicta legatione cucurrisse eum Romam:& cum a porta recta ad forum se contulisset:quod in uincula duci fratrem iussum erat: repulisse a corpore eius uiatorem:& tribunis retinentibus magis pie:quam ciuiliter uim fecisse.Hæc enī ipse Gracchus queritur dissolutam eē a priuato tribunitiā potestatē:& ad postremū cū auxiliū.L.Scipioni polliceret: adiicit tolerabilioris exempli eē a tribuno plebis potius :quā a priuato uictā uideri & tribunitiā potestatē & rēp. esse.Sed ita hāc unā impotentē eius iniuriā inuidia onerat:ut increpando quod degenerauerit:tantū a seipso cumulatas & ueteres laudes moderationis & temperantiæ ꝓ reprehensione ꝑsenti reddat. castigatū enim quondam ab eo populum ait:quod eum perpetuum consulem & dictatorem uellet facere:;phibuisse statuas sibi in comitio :rostris:in curia: in capitolio: in cella Ionis poni:prohibuisse ne decerneretur:ut

imago ſua triũphali ornatu e templo louis optimi maximi exiret,hæc uel in laudatione poſita ingentem magnitudinẽ animi moderãdis ad ciuilẽ habitũ honoribus ſignificarẽt:quæ exprobrãdo inimicus fateretur.Huic Graccho minorẽ ex duabus filiabus(nã maior.P.Cornelio Naſicæ haud dubie a patre collocata erat)nuptam fuiſſe conuenit,illud parum conſtat utrum poſt mortem patris & deſponſa ſit: & nupſerit: an ueræ illæ opiniones ſint:Gracchum: cum.L.Scipio in uincula duceret:nec quiſquã collegaꝝ auxilio eſſet:iuraſſe ſibi inimicitias cũ Scipionibus:quæ fuiſſent:manere:nec ſe gratiæ quærendæ cauſa quicquã facere:ſed in quẽ carcerẽ reges & imperatores hoſtiũ ducentẽ uidiſſet.P.Africanũ:i eũ fratrẽ eius duci non paſſuꝝ.Senatũ eo die forte cœnãtem ĩ capitolio conſurrexiſſe:& petiſſe ut iter epulas Graccho filiã Africanus deſponderet: quibus ita in publicũ ſolenne ſponſalibus rite factis:cum ſe domũ recepiſſet: Scipionẽ Aemyliæ uxori dixiſſe filiã ſe minorẽ deſpondiſſe,cum illa muliebriter indignabunda nihil de cõmuni filia ſecum conſultatum adieciſſet:non ſi.T.Graccho daret:expertem conſilii debuiſſe matrem eſſe:lætũ Scipionẽ tã concordi iudicio & ipſi deſponſam reſpõdiſſe.Hæc de tanto uiro:quanquam & opinionibus:& monumentis litteraꝝ uariarẽt;ꝑponẽda erat,Iudiciis a.Qu.Terentio prætore pfectis Hoſtilius:& Furius damnati prædes eodem die quæſtoribus urbanis dederunt,Scipio cũ cõtenderet:oẽm: quã accepiſſet:pecuniam in ærario eſſe:nec ſe quicquã publici habere:in uincula duci cœptus eſt.Publius Scipio Naſica tribunos appellauit:orationẽq; habuit plenã ueris decoribus:nõ cõmuniter modo corneliæ gẽtis:ſed ꝑpriæ familiæ ſuæ,Parentes ſuos &.P.Africani ac.L.Scipionis:qui in carcerem duceret:fuiſſe.Gn. &.P.Scipiones clariſſimos uiros:eos cum per aliquot annos in terra hiſpania aduerſus multos pœnorum hiſpanorũq; duces & exercitus nominis romani famam auxiſſent:non bello ſolum:ſed quod romanæ tẽperantiæ fideiq; ſpecimen illis gentibus dediſſent:ad extremũ ambo ꝑ po.ro.mortem occubuiſſe. Cum illorum tueri gloriam poſteris ſatis eſſet:P.Africanum tantum paternas ſuperauiſſe laudes:ut fidẽ fecerit: non ſanguine humano:ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe.L.Scipionem:de quo agatur:ut quæ in Hiſpania: quæ in Africa cum legatus fratris eſſet:geſſiſſet:prætereantur:conſulem & ab ſenatu dignum uiſum: cui extra ſortẽ Aſia ꝓuincia & bellũ cũ Antiocho rege decerneret:& a fratre:cui poſt duos cõſulatus cenſuraque & triumphũ legatus ĩ Aſiã iret:ibi ne magnitudo & ſplẽdor legati laudibus cõſulis officeret: forte ita ĩcidiſſe: ut quo die ad Magneſiã ſignis collatis.L.Scipio Antiochũ deuiciſſet:æger.P.Scipio Eleæ dieꝝ ali quot uia abeſſet,nõ fuiſſe minorẽ eum exercitũ:quã Annibalis cum quo ĩ Africa eſſet pugnatum. Annibalẽ eundem fuiſſe inter multos alios reges duces:qui imperator punici belli fuerit.Dũ & bellũ quidem ita geſtum eſſet:ut ne fortunã quidẽ quiſquã criminari poſſit:in pace crimen quæri:cauſam dici: ueniſſe huc decem legatos ſimul arguiq;:quoꝝ ex cõſilio data pax eſſet,quin extitiſſet ex decem legatis:qui. Gn. Manlium accuſarent:tamẽ non modo ad criminis fidẽ:ſed ne ad morã quidem triumphi eam accuſationẽ ualuiſſe.At hercule ĩ Scipione ipas leges pacis ut nimiũ accõmodatas Antiocho ſuſpectas eẽ:ĩtegrũ.n. ei regnũ relictum:omnia poſſidere eũ uictũ:quæ ante bellũ eius fuerint:auri & argenti uim magnã habuerit:nihil in publicum relatum:omne in priuatum uerſum,an præter oĩum oculos tantũ auri argentiq; in triumpho.L.Scipionis:quãtum non decem aliis triumphis:ſi omne in unũ conferat:ſit latũ? Nã quid de finibus regni dicã?Aſiã omnem & ꝓxima Europæ tenuiſſe Antiochũ:ea quãta regio orbis terrarum ſit a tauro mõte in ægæum uſq; ꝓminens mare:quot nõ urbes modo:ſed gentes amplectantur:oẽs ſcire:hanc regionẽ dieꝝ plus triginta longitudinẽ:decem inter duo maria latitudinẽ patentem uſq; ad tauri montis iuga Antiocho ademptã:expulſo eo in ultimo angulo orbis terraꝝ.quid ſi gratuita pax eſſet:plus adimi ei potuiſſe?Philippo uicto Macedoniã:Nabidi Lacedæmonẽ relictã:nec Quĩtio crimen quæſitũ:nõ enĩ habuiſſe eum Africanũ fratrẽ:cuius gloria ꝓdeſſe.L.Scipioni debuiſſet:inuidiã nocuiſſe:tantum auri argẽtiq; iudicatum eſſe in domũ.L.Scipionis illatum:quantum uenditis oĩbus bonis redigi non poſſet.Id ubi ergo eſſe regium auꝝ?ubi tot hæreditates acceptas?in domo:quã ſumptus non exhauſerint:extare debuiſſe nouæ fortunæ cumulum.At enim quod ex bonis redigi non poſſit:ex corpore & tergo per uexationẽ & contumelias.L.Scipionis petituros inimicos:ut in carcere inter fures nocturnos & latrones uir clariſſimus includatur:& in rubore & tenebris expiret:deinde nudus ante carcerẽ ꝓiiciatur:non id corneliæ magis familiæ:quam urbi romanæ fore erubeſcendum:Aduerſus ea Terentius prætor rogationem petiliam ex ſenatus conſulto:& iudicium de.L.Scipione factum recitauit,ſe niſi referatur pecunia ĩ publicũ: quæ iudicata ſit:nihil habere:quod faciat:niſi ut prẽhendi damnatum:& in uicula duci iubeat. Tribuni cum in conſilium ſeceſſiſſent:paulopoſt.G.Fannius ex ſua collegarumq; aliorum præter Gracchum ſententia pronunciauit prætori non intercedere tribunos:quo minus ſua poteſtate utatur.Ti. Gracchus ita decreuit:quo minus ex bonis.L.Scipionis:quod iudicatum ſit:redigatur: ſe non intercedere prætori:L. Scipionem:qui regem opulentiſſimum orbis terrarum deuicerit:imperium populi romani prorogauerit in ultimos terrarum fines:Eumenem:rhodios:alias tot urbes Aſiæ deuinxerit populi romani beneficiis: plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit:non paſſurum inter hoſtes populi romani.L.Scipionem in carcere & in uinculis eſſe:mittiq; eum ſe iubere.Tanto aſſenſu auditum eſt decretum adeo dimiſſum.L.Scipionem læti homines uiderunt:ut uix ĩ eadem ciuitate uideretur factum iudicium. In bona deĩde.L.Scipionis poſſeſſum publice quæſtores prætor miſit:neq; in his non modo ueſtigium ullum comparuit pecuniæ regiæ:ſed nequaquam tantum redactum eſt:quantæ ſummæ damnatus fuerat.

Collata ea pecunia a cognatis amicis & clientibus est. L. Scipioni: ut si acciperet eam: locupletior aliquanto esset: quã ante calamitatẽ fuerat. nihil accepit: quæ necessaria ad cultum erant: redempta ei a proximis cognatis sunt: uerteratq; Scipionum inuidia in prætorem & consilium eius & accusatorem.

LIBER NONVS.

VM HAEC ROMAE GERVNTVR: CONSVLES AMBO IN LIGVribus gerebãt bellum: iis hostis uelut natus ad continendam p interualla bellorꝫ romanis militarem disciplinam erat: nec alia prouincia militem magis ad uirtutem acuebat: nam Asia & amœnitate urbium: & copia terrestrium mariti marumq; rerꝫ: & mollitia hostiũ regiisq; opibus ditiores quã fortiores exercitus faciebat: præcipue sub imperio Gnæi Manlii solutæ ac negligenter habiti sunt: itaq; asperius paulo iter in Thracia & exercitatior hostis magna clade eos castigauit. in liguribus oĩa erant: quæ militem excitarẽt: loca montana & aspera: quæ & ipsis capere labor erat. & ex præoccupatis deiicere hostem: & infra ardua accepta infesta ab insidiis: hostis leuis & uelox & repentinns: qui nullũ usquam tempus: nullum locum quietum aut securum esse sineret: oppugnatio necessaria munitorꝫ castellorꝫ: laborioſa simul periculosaq; insidiis regio: quæ si parsimonia astringeret milites: haud prædæ multũ præberet. itaq; non lixa sequebatur: non iumẽtorꝫ longus ordo agmen expediebat: nihil præter arma & uiros oẽm spem in armis habentes erat. Nec deerat unquam cum iis uel materia belli uel causa: quia propter domesticã inopiam uicinos agros incursabant: nunquã tamẽ in discrimen summæ rerꝫ pugnabatur. Flaminius consul cum frisinatibus liguribus in agro eorum pluribus præliis secundis factis in deditionẽ gentem accepit: & arma ademit: ea quia syncera fide non tradebant: cum castigarentur: relictis uicis ĩ mõtem auginum confugerunt. confestim secutus est consul: cæteri effusi rursus: & pars maxima inermes per inuia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt: qua sequi hostis non posset. ita trãs appẽninum redierũt. qui castris se tenuerãt: circunsessi expugnati sunt. Inde trans appenninum ductæ legiones: Ibi montis: quẽ ceperãt: altitudine paulisper se tutati mox in deditionẽ cõcesserũt. tũ cõquisita cũ ĩtentiore cura arma & omnia adempta. Translatũ deinde ad apuanos ligures bellũ: qui ĩ agrũ pisanũ bononiensemq; ita incursauerãt: ut coli nõ posset. his quoq; pdomitis cõsul pacẽ dedit finitimis: & qa a bello quieta ut esset prouincia: effecerat: ne in otio militẽ haberet: uiã a Bononia pduxit Arretium. M. Aemylius alter cõsul agros liguꝫ uicosq; qui in campis aut uallibus erãt: ipsis montes duos balliſtam suis montiũq; tenentibus deussit: depopulatusq; est: deinde eos: qui in montibus erãt: adortus primo leuibus præliis fatigauit: postremo coactos in aciem descendere iusto prælio deuicit: ĩ quo & ædem Dianæ uouit. Subactis cis appenninum oĩbus tum transmontanos adortus in his & frisinates ligures erant: quos nõ adierat. G. Flaminius: omnes Aemylius subegit: armaq; ademit: & de montibus ĩ campos multitudinẽ deduxit. Pacatis liguribus ĩ agꝫ gallicum exercitum duxit: uiamq; ab Placentia: ut flaminiæ committeret: Ariminum perduxit: prælio ultimo: quo cum liguribus signis collatis conflixit: ædem Iunoni reginæ uouit. hæc in liguribus eo anno gesta. In Galliam Furius prætor insontibus cenomanis in pace speciem belli quærẽs ademerat arma. inde cenomani conquesti Romæ apud senatum reiectiq; ad consulem Aemylium: cui: ut cognosceret: statueretq; senatus: pmiserat: magno certamine cum prætore habito tenuerunt causam: arma reddita cenomanis: decedere e prouincia prætor iussus. Legatis deinde sociorum latini nominis: qui toto undiq; ex latio frequentes cõuenerãt: senatus datus est. his quærẽtibus magnam multitudinem ciuium suorum Romam commigrasse: & censos esse: Qu. Terentio Culleoni prætori negotium datũ est: ut eos conquireret: & quẽ G. Claudio. M. Fuluio cẽsoribus postue eos censores ipsum parentẽue eius apud se censum esse probassẽt socii: ut redire eo cogeret: ubi censi essent. ac conquisitione duodecimmillia latinorum domos redierunt: iam tum multitudine alienigenarum urbem ornante. M. Fuluius priusquam consules Romam redit: isq; ad ædem Apollinis in senatu cum de rebus in Aetolia Cephaleniaq; ab se gestis disseruisset: petiit a patribus: ut æquum censerent ob rempublicam bene ac fœliciter gestam: & diis immortalibus honorem haberi iubere: & sibi triũphũ decernere. M. Amburius tribunus plebis: si qd de ea re ãte Aemylii cõsulis aduẽtũ decerneret: itercessurꝫ se ostẽdit: cũ cõtradicere uelle ꝓficiscẽtẽq; ĩ ꝓuiciã ita sibi mãdasse: ut ea disceptatio itegra ĩ aduẽtũ suũ seruaret. Fuluius tpis iacturã se facere: senatũ etiã pſente cõsule: qđ uellet: decreturꝫ. M. Fuluius: si aut simultas. M. Aemylii secũ ignota hoĩbus esset: aut quã is eas inimicitias ípotenti ac ꝓpe regia ira exerceret: tamen nõ fuisse ferendũ absentem consulem & deorꝫ ĩmortaliũ honori obstare & debitũ meritumq; triumphũ morari. imperatorẽ: rebus egregie gestis uictorẽq; exercitum cum præda ac captiuis ante portas stare: donec consuli ob hoc ipsum moranti redire Romam libitum esset. Verum eninuero cum sint nobilissimæ sibi cum consule inimicitiæ: quid ab eo quenquam expectare æqui? qui per infrequentiam furtim senatusc̃ũltum factum ad ærariũ detulerit: Ambraciã nõ uideri ui captã: quæ aggere ac uineis oppugnata sit: ubi ĩcẽsis opibus alia deĩtegro facta sint: ubi circa muros supra subterq; terram per dies qndecim pugnatũ: ubi a prima luce: quam iã transcendissẽt muros miles: usq; ad noctem diu

anceps prælium tenuerit: ubi plus triamillia hostium sint cæsa. Iam de deoꝝ imortaliũ templis spoliatis in capta urbe:qualẽ calũniam ad pontifices attulerit:nisi Syracusaꝝ cæterarũq; captaꝝ ciuitatũ ornamẽtis urbẽ ornari fas fuerit:i Ambraciá unam captá nõ ualuerit þelli ius:&. P.C. orare & a tribuno petere: ne se superbissimo inimico ludibrio esse sinant. Vndiq; oẽs alii de precari tribunũ:alii castigare. Ti. Gracchi collegæ plurimũ oratio mouit:ne suas quidẽ simultates pro magistratu exercere boni exempli eẽ:alienaꝝ uero simultatũ tribunũ plebis cognitorẽ fieri turpe & indignũ collegii eius potestate: & sacratis legibus esse:suo quẽq; iudicio & hoes odisse aut diligere:& res ꝓbare aut ꝑprobare debere:nõ pendere ex alterius uultu ac nutu:nec alienis momẽtis animi circunagi:astipulariq; irato consuli tribunũ plebis:& quid priuatim. M. Aemylius mandauerit meminisse:tribunatũ sibi a populo romano mandatũ pro auxilio & libertatæ priuatoꝝ nõ pro cõsulari regno. Hoc quidẽ cernere æquũ fore:ut memoriæ mandaretur:eiusdẽ collegii alterũ e duobus tribunis plebis suas inimicitias remisisse reip. alterum alienas & mandatas exercuisse. His uictus castigationibus tribunus cũ templo excessisset:referente Seruio Sulpicio prætore triumphus Marco Fuluio est decretus. is cũ gratias patribus conscriptis egisset: adiecit ludos magnos se loui optimo maximo eo die:quo Ambraciá cepisset:uouisse:in eam rem centũ decẽ pondo auri a ciuitatibus collatũ: petere ut ex ea pecunia:quã in triumpho latá in ærario positurus eẽt:in ærarium secerni iuberet. Senatus: pontificum collegiũ consuli iussit:num id omne augꝝ i ludos cõsumi necessarium eẽt. cum pontifices negasset ad religionẽ pertinere: quanta ꝑpensa in ludos fieret:senatus Fuluio:quantũ uellet:ꝑpenderet: ꝓmisit:dum ne summá octogitamillium excederet. Triumphare mẽse ianuario statuerat:sed cũ audisset consulem Aemyliũ litteris Amburii tribuni plebis acceptis de remissa intercessione ipsum ad ꝑpediendũ triumphum Romá uenientẽ ægrum in uia substitisse:ne plus in triumpho certaminum:quã in bello haberet:prætulit triumphi diẽ. triumphauit ad decimũ Kalendas ianuarias de ætolis & de Cephalenia. aureæ coronæ centum duæ decẽ pondo ante currũ latæ sunt:argenti pondo millia. lxxxiii. auri pondo. ccxliii. tetracina attica. cxviii. millia:Philippei nũmi decẽmillia. ccccxxii. signa ænea duxit. cclxxxv. signa marmorea ccxxx. arma tela cætera spolia hostium magnus numerus:ad hæc catapultæ:balistæ:tormenta oĩs generis. duces aut ætoli & cephales aut regii ab Antiocho ibi relicti ad septẽ & uiginti. Multos eo die:priusquã in urbem ꝑueheretur: in circo flaminio tribunos præfectos equites centuriones romanos socioscq; donis militaribus donauit:militibus ex præda quinos uicenos denarios diuisit: duplex centurioni: triplex equiti. Iam cõsulariũ comitioꝝ appetebat tẽpus:quia. M. Aemylius:cuius sortis ea cura erat:occurrere nõ potuit G. Flaminius Romam uenit:ab eo creati consules Posthumius Albinus:Qu. Martius Philippus prætores inde facti. T. Menius. P. Cornelius Sulla:G. Calphurnius Piso:M. Licinius Lucullus:G. Aurelius Scaurus:L. Quintius Crispinus. Extremo anni magistratibus creatis:iam ad tertiũ nonas martias. G. Manlius Volsco de gallis:qui Asiam incolunt:triũphauit:serius ei triũphandi causa fuit:ne Quinto Terentio Culleone prætore cãm lege petilia diceret:& incendio alieni iudicii:quo. L. Scipio dánatus erat: conflagraret: eo infensioribus in se:quã in illũ iudicibus:quo disciplinã militarem seuere ab eo conseruatam successor ipse omni genere licentiæ corruperat. necq; ea sola infamiæ erant:quæ in prouicia ꝑcul ab oculis facta narrabantur:sed etiã magis ea:quæ in militibus eius conspiciebanẽ. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu asiatico inuectã in urbem est:inde primũ lectos æratos:uestem stragulá ꝑciosam:plagulas: & alia textilia:& quæ tum magnificæ supellectilis habebanẽ: monopodia:& abacos Romá adduxerunt. túc psaltriæ sambucistriæq; & conuiualia ludionũ oblectamenta addita epulis:epulæ quoq; ipse & cura & sumptu maiore apparari cœptæ. Tum coquus uilissimum antiquis mancipium & æstimatione & usu in pretio esse: & quod ministerium fuerit:ars haberi cœpta. uix tamen illa:quæ tum conspiciebantur:semina erant futuræ luxuriæ. In triumpho tulit. G. Manlius coronas aureas. cc. decem:pondo duas:argenti pondo. ccxx. millia centum tria:tetracinum atticum. cvii. millia uiginti. cistophori. ccl. Philippeoꝝ aureoꝝ nummoꝝ sedecim millia. cccxx. & arma spoliaq; multa gallica carpentis transuecta:duces hostiũ duo & quinquaginta ducti ante currum. Militibus quadragenos binos denarios diuisit:duplex cẽturioni:& stipendiũ duplex in pedites dedit:triplex in equites. multi oĩum ordinũ donati militaribus donis currũ secuti sunt: carmiaq; a militibus ea ꝑperatorẽ dicta:ut facile appareret: inducem indulgentẽ ambitiosumq; ea dici: triumphum esse militari magis fauore quã populari celebrem. Sed ad populi quoq; gratiam conciliandam amici Manlii ualuerunt:quibus annitentibus senatusconsultum factum est:ut ex pecunia:quæ in triumpho translata esset:stipendium collatum a populo in publicum:quod eius solutum antea non esset: solueretur. uicenos quinos & semisses in millia æris quæstores urbani cum fide & cura soluerunt. Per idem tempus tribuni militũ duo & ex duabus Hispaniis cũ litteris. G. Attinii &. G. Manlii:q eas ꝓuincias obtinebãt:uenerũt. ex iis litteris cognitũ ẽ celtiberos lusitãosq; i armis esse & socioꝝ agros populari. de ea re cõsultationẽ integram senatus ad nouos magistratus reiecit. Ludis rõanis eo ãno:quos. P. Cornelius Cethegus:A. Posthũius Albinus faciebãt:malus i circo instabilis ĩsignũ pollentiæ ꝑcidit:atq; id deiecit:ea religiõe moti pẽs & diem unũ adiiciendũ ludoꝝ celebritati cẽsuerũt:& signa duo ꝑ uno reponẽda:& nouũ auratũ faciẽdũ. & plebeii ludi ab ædilibus. G. Sẽpronio Blæso:&. M. Furio Lusco diẽ unũ ĩstaurati sũt. Insequẽs annus. Sp. Posthumiũ Albinũ:&. Qu. Martiũ Philippũ cõsules ab exercitu bellorũq; & ꝓuiciaꝝ cura ad ĩtestinæ cõiurationis uindictam auertit. prætores prouincias sortiti sunt:T. Menius urbaná; Marcus Licinius Lucullus

inter ciues & peregrinos:G.Aurelius Scaurus Sardiniam:Publius Cornelius Sulla Siciliam: Hiſpaniam citeriorẽ Gaius Calphurnius Piſo:Hiſpaniã ulteriorẽ.Qu.Criſpinus.Conſulibus ambobus quæſtio de clãdeſtinis coniurationibus decreta eſt.Græcus ignobilis in Ethruriã primũ uenit:nulla cũ arte eaꝝ:q̃s multas ad animoꝝ corporũq; cultũ nobis eruditiſſima oĩum gens iuexit:ſacrificulus & uates:nec iis:qui apta religione propalã & quæſtũ & diſciplinã profitendo aĩos errore imbueret: ſed occultoꝝ antiſtes ſacrorũ. initia erant:quæ primo paucis tradita ſunt:dein uulgari cœpta per uiros mulieresque,additæ uoluptates religioni uini & epulaꝝ:quo pluriũ animi illicerentur:cũ uinũ aĩos & nox:& mixti fœminis mares ætatis teneræ maioribus diſcrimen omne pudoris extinxiſſent:corruptelæ primũ oĩs generis fieri cœptæ: quod ad id quiſq;:quo natura ꝓnioris libidinis eẽt:paratã uoluptatẽ haberet:nec unum genus noxe ſtupra promiſcua ingenuoꝝ fœminarũq; erant:ſed falſi teſtes falſa ſigna teſtimoniaq; & iudicia ex eadẽ officina exibant:uenena identidẽ inteſtinæq; cædes:ita ut ne corpora quidẽ interdum ad ſepulturã extarent: multa dolo:plæraq; per uim audebant.Huius mali tabes ex Ethruria Romã uelut cõtagione morbi penetrauit. primo urbis magnitudo capatior patientiorq; talium maloꝝ celauit:tandem iudiciũ hoc maxime modo ad Poſthumiũ conſulẽ peruenit.P.Ebutius:cuius pater publico equo ſtipendia fecerat:pupillus relictus: mortuis deinde tutoribus ſub tutela Duroniæ matris & uitrici.T:Sempronii Rutilii educatus fuerat:mater dedita uiro erat:& uitricus:quia tutelam ita geſſerat:ut rationẽ reddere nõ poſſet:aut tolli pupillum: aut obnoxium ſibi uinculo aliquo fieri cupiebat.uia una corruptelæ bacchanalia erant:mater adoleſcentem appellat ſe pro ægro eo uouiſſe:ubi primũ cõualuiſſet bacchis eũ ſe initiaturã: damnatã uoti deũ benignitate exoluere id uelle:x.dieꝝ caſtimonia opus eſſe:decimo die cœnatũ:deinde pure lautum in ſacrarium deducturam.Scortum nobile libertina:Hiſpala:Fecenia nomine digna quæſtu:cui ancillula aſſueuerat:libera huic uni adoleſcenti aĩum applicuit:adeo nõ damnoſa famæ reiq;:ut maligne præbentibus ſuis ipſa eum magna ex parte opibus ſuis ſuſtentaret:iãq; eo ꝓceſſerat cõſuetudine capta:ut poſt patroni mortem:quia in nullius manu erat:tutore a tribunis & prætore petito:cum teſtamentũ faceret:unum Ebutiũ inſtitueret hæredẽ.Hæc amoris pignora cum eſſent:ne quicquã ſecretũ alter ab altero haberent:per iocũ adoleſcẽs uetat eam mirari:ſi per aliquod noctes ſecubuiſſet:religionis ſe cauſa ut uoto pro ualitudíe ſua facto liberetur:bacchis initiari uelle.Id ubi mulier audiuit: perturbata dii meliora:iquit:mori & ſibi & illi ſatius eſſe:quã id faceret:& in caput eoꝝ deteſtari minas periculaq;:qui id ſuaſiſſent.Admiratus tũ uerba:tum perturbationẽ tantã adoleſcens parcere execrationibus iubet:matrẽ id ſibi aſſentiente uitrico ĩperaſſe.Vitricus ergo:inquit:tuus(matrẽ enim iſimulare forſitan fas:nõ ſit)pudicitiã famã ſpem uitãq; tuam perditũ ire hoc facto properat.Eo magis mirabundo quærẽtiq; quid rei eſſet:pacẽ ueniãq; precata deoꝝ dearũq;:ſi coacta caritate eius ſilenda nunciaſſet:ancillã ſe ait dominæ comitẽ id eũ ſacrariũ intraſſe liberam nunquã eo acceſſiſſe:ſcire corruptelaꝝ oĩs generis eam officinã eſſe:& iam biẽnio cõſulta re neminẽ initiatũ ibi maiorẽ annis.xx.ut quis introductus ſit uelut uictimã tradi ſacerdotibus:eos in ducere ĩ locũ: qui circunſonet ululatibus cantuq; ſymphoniæ & cymbaloꝝ & tympanoꝝ pulſu:ne uox quæritantis cũ per uim ſtuprũ inferret:exaudiri poſſet.Orare deinde atq; obſecrare:ut eam rem quocũq; diſcuteret mõ: nec ſe eo ꝓcipitaret:ubi oĩa infanda patienda primũ:deinde facienda eẽnt:neq; ante dimiſit eũ: quã fidem dedit adoleſcẽs ab his ſacris ſe tẽperaturꝝ.Poſteaq̃ domũ uenit:& mater mentionẽ intulit: quid eo die: qd deinceps cæteris:quæ ad ſacra ptinerent:faciendũ eẽt:negat eoꝝ ſe quicquã factuꝝ:nec initiari ſe in anio eſſe.Aderat ſermoni Vitricus:confeſtim mulier exclamat Hiſpale cõcubitu carere eũ decẽ noctes nõ poſſe:illius exteræ delinimẽtis & uenenis ĩbutum nec parẽtis:nec Vitrici:nec deoꝝ uerecundiã habere.& iurgantes hinc mater:hĩc Vitricus cũ quattuor eũ ſeruis domo exegerunt.Adoleſcens inde ad Ebutiã ſe amitam cõtulit:cãmq;:cur eiectus eẽt:narrauit.deĩde exauctoritate eius poſtero die ad conſulẽ Poſthumiũ arbitris remotis rem detulit.Conſul poſt diẽ tertiũ ad ſe iuſſũ redire dimiſit:ipſe Sulpiciã grauẽ fœminã ſocrum ſuam precũctatus eſt:ecquã anum Ebutiã ex auentino noſſet.cũ ea noſſe probã & antiq moris fœminam reſpõdiſſet:opus eẽ ſibi ea cõuenta dixit:mitteret nunciũ ad eam:ut ueniret.Ebutia accita ad Sulpiciam uenit:& cõſul paulo poſt uelut forte interueniſſet:ſermonẽ de Ebutio fratris eius filio infert. Lachrymæ mulieri oborte:& miſerari cãm adoleſcentis cœpit:qui ſpoliatus fortunis:a quibus miníe oporteret:apud ſe tũc eẽt:eiectus a matre qd ꝓbus adoleſcens(dii ꝓpitii eẽnt)obſcœnis: ut fama eſſet:ſacris initiari nollet.Satis de Ebutio exploratũ ratus cõſul nõ uanũ auctorẽ eſſe:dimiſſa Ebutia ſocrũ rogat: ut Hiſpalam identidẽ ex auentino libertinã nõ ignotam uicinæ accerſeret ad ſeſe:eã quoq; eſſe quã percunctari uellet.Ad cuius nunciũ perturbata Hiſpala:qd ad tam nobilẽ & grauẽ fœminã ignara cãæ accerſeretur: poſteaq̃ lictores in ueſtibulo turbãq; cõſulẽq; ipm cõſpexit;ꝑpe exaĩata eſt.In ĩteriorẽ partẽ ædiũ adductã ſocru adhibita cõſul:ſi uera dicere ĩducere in aĩum poſſet:negat perturbari debere:fidem uel Sulpicia tali fœmĩa uel ab ſe acciperet:expromeret ſibi:quæ ĩ ludo ſimili bacchanalibus ĩ ſacro nocturno ſolerẽt fieri. Hæc ubi audiuit:tãtus pauor tremoreq; oĩum mẽbroꝝ mulierẽ cepit:ut diu hiſcere nõ poſſet:tandẽ cõfirmata puellã admodũ ſe ancillã initiatã cum domina ait:aliquot annis:ex quo manumiſſa ſit:nihil : quid ibi fiat: ſcire.Iam id ipſum conſul laudare cum initiatam ſe non inficiaretur:ſed & cætera eadem fide expromeret:neganti ultra quicquam ſcire : non eandem dicere: ſi coarguatur ab alio ac fatenti ueniam aut gratiam fore,cum tibi oĩa expoſui:nam qui ab illa audiſſet alia.Mulier haud dubie id:quod erat: Ebutiũ

indicē acarni rata eē:ad pedes Sulpiciæ procidit:& eam prīo orare cœpit:ne mulieris libertinæ cū amatore sermonē in rem nō seriā mō:sed capitalē etiā uerti uellet:se terrēdi eius causa nō quod sciret quicquam locutā esse.Hic Posthumius accēsus ira tum quoq; ait eam cū Ebutio se amatō cauillari credere? non in domo grauissimæ fœminæ & cū cōsule loqui? & sulpicia attolere pauentē: simul illā adhortari: simul irā generi lenire.Tandem cōfirmata multū incusata pfidiā Ebutii: qui optimæ in eo ipso meritæ talē gratiā retulisset:magnū sibi metū deoꝝ:quoꝝ occulta initia nunciaret:maiorē multo dixit hominū esse: qui se indicem manibus suis discerpturi essent:itaq; hoc se Sulpiciā hoc consulē orare:ut se extra Italiā aliquo ablegarent:ubi degere reliquū uitæ tuto posset.Bono animo esse iubere eam consul:& sibi curæ fore dicere ut.Romæ tuto habitaret.Tum Hispala originē sacroꝝ expromit:primo sacrariū id fœminaꝝ fuisse: nec quenquā uirum eo admitti solitū : tres in āno dies statutos habuisse:quibus interdiu bacchis initiarētur: sacerdotes inuicē matronas creari solitas.Pacullam:Miniam:Esoponā sacerdotē omnia tanquā deū monitu imutasse:nam & uiros eam primā suos filios initiasse Miniū & herenniū Cerinios:& nocturnū sacrum ex diurno:& pro tribus in anno diebus quinos singulis mēsibus dies initioꝝ feciſſe. Ex quo ide ꝓmiscua sacra sint:& permixti uiri fœminis:& noctis licentia accesserit:nihil ibi facinoris:nihil ibi flagitii prætermissum:plura uiroꝝ inter se:quā fœminaꝝ esse stupra:si qui minus patientes dedecoris sint & pigriores ad facinus pro uictimis īmolari:nihil nefas ducere.Hanc summā inter eos religionē esse:uiros uelut mēte capta cum iactatione fanatica corporis uaticinari: matronas bacchaꝝ habitu crinibus passis cū ardentibus facibus decurrere ad tyberī: demissaq; in aquā faces:quia uiuū sulphur cū calce īsit:ītegra flamma efferre.Raptos adiis hoīes dici:quos machinæ illigatos ex cōspectu ī abditos specus abripiāt : eos esse: qui aut coniurare:aut sociari facinoribus: aut struprum pati noluerunt.Multitudinē ingentē alterū iam ꝓpe populum esse:in his nobiles quosdam uiros fœminasq;.biennio proxio institutū esse nequis maior.xx.annis initiaretur:captare ætates & erroris & strupri patientes.Peracto īdicio aduoluta rursus gen'bus preces eas dem:ut se ablegaret:repetiuit.Consul rogat socrum:ut aliquā partē ædium uacuam faceret: quo Hispala īmigraret, cœnaculū super ædes datū est scalis ferentibus in publicū obseratis aditu ī ædes uerso:res oēs Feceniæ extemplo trāslatæ & familiæ acersita:& Ebutius migrare ad consulis clientē iussus.Itaq; cū indices ambo in potestate essent: rem ad senatū Posthumius defert.omnibus ordine expositis:quæ delata primo:quæ deinde ase inuestigata forent:patres pauor ingens cepit cū Publico noīe :quid eæ coniurationes cœtusq; nocturni fraudis occultæ aut piculi īportarent:tū priuata quisq; suoꝝ uice ne quis affinis noxiæ esset.Censuit autē senatus gratias consuli agendas:quod eam rem & cū singulari cura & sine tumultu inuestigasset.quæstionē deinde de bacchanalibus sacrisq; nocturnis extra ordinē mandant indicibus Ebutio ac Feneciæ:ne fraudi ea res sit:curāte:& alios illicere::ac præmiis īuitari iubent: sacerdotes eoꝝ sacrorum seu uiri:seu fœminæ essent:nō Romæ modo:sed per oīa fora & conciliabula cōquiri:ut in consulum potestate essent.edici præterea & in urbe romana:& per totā Italiam emitti: nequis: qui bacchis initiatus esset:coisse aut cōuenisse causa sacroꝝ uelit:neu quid talis rei diuinæ feciſſe.ante oīa dum quæstio de his haberetur:qui coissent:cōiurassentq;:quo stuprum flagitiūue inferretur.Hæc senatus decreuit. Consules ædilibus curulibus īperarunt:ut sacerdotes eius sacri omnes conquirerent:cōpræhensosq; libero conclaui ad quæstionē conseruarent:ædiles plebis uidere:ne qua sacra in operto fierent:triūuiris capitalibus mandatū est:ut uigilias disponerent per urbē:seruarētq;:nequi nocturni cœtus fierent:utiq; ab incendiis cauerētur;adiutores triumuiris quinq; uiri:uti cis tyberim suæ quisq; regionis ædificiis præessent. Ad hæc officia dimissis magistratibus consules in rostra ascenderūt:& concione aduocata cū solenne carmen precationis:quod fari priusquā populū alloquātur:magistratus solent:peregisset consul:ita cœpit.Nulli unquā concioni quidem tam nō solum apta:sed etiā necessaria hæc solennis deoꝝ cōprecatio fuit : quæ uos admoneret:hos esse deos:quos colere:uenerari:precariq; maiores nostri īstituissent:nō illos:qui prauis & externis religionibus captas mentes uelut furialibus stimulis ad omne scelus:& ad omnem libidinē agerent. Equidem nec quid taceam:nec quatenus proloquar:inuenio:si aliquid ignorabitis:ne locum negligentiæ dem:si omnia nudauero:ne nimium terroris effundam uobis:uereor:quicquid dixero:minus quam proatrocitate:& magnitudine rei dictum scitote esse:ut ad cauēdum satis sit:dabitur opera a nobis.Bacchanalia tota iampridem Italia & nunc per urbē etiam multis locis esse non fama modo accepisse uos:sed crepitibus ēt ululatibusq; nocturnis:q ꝓsonant tota urbe:certū habeo.cæteroꝝ:quæ hæc res sit:ignorare:alios de orū aliquē cultū alios cōcessū ludū & lasciuiā credere esse:& q̄lecunq; sit:ad paucos pertinere:quod multitudinē eorum:si dixero multa milia hoīum esse:necesse est exterreri animos:nisi adiūxero:qui & q̄les sint primum igitur mulierum magna pars est:& is fons mali huiusce fuit:deinde similimi fœminis mares stuprati & constupratores fanatici uigiles uino strepitibusque nocturnis attoniti. Nullas adhuc uires coniuratio cæterum incrementum ingens uirium habet: quod in dies plures fiunt . Maiores nostri ne nos quidem nisi cum aut uexillo in arce posito comitiorum causa exercitus edictus esset:aut plebi concilium tribuni edixissent : aut aliqui ex magistratibus ad concionem uocassent:forte temere coire noluerunt: & ubicunque multitudo esset : & ibi legitimum rectorem multitudinis censebant : debere esse. Quales primum nocturnos cœtus : deinde promiscuos mulierum ac uirorum esse creditis ? si quibus ætatibus initientur mares : sciatis:non misereat uos eorum solum: sed etiam pudeat. Hoc sacramento ini-

tiatos iuuenes milites faciendos censetis qrites? his ex obscœno sacrario eductis arma comittenda? hi cooperti stupris suis alienisq; pro pudicitia coniugum ac liberorũ uestrorũ ferro decernent? Minus tamẽ eẽt: si flagitiis tantũ effœminati forẽt: ipsorũ id magna ex pte dedecus erat: a facinoribus manus: mentẽ a fraudibus abstinuissent: nunquam tantum malum in rep. fuit: nec ad plures: nec ad plura pertinens: quicquid scelere paccatum est: ex illo uno sacrario scitote ortum esse: nec omnia: in quæ coniurauerũt: edita facinora habent: adhuc priuatis noxiis quia nondũ ad rempublicã opprimendã satis uirium est: coniuratio sese impia tenet: crescit: & serpit quottidie malũ: iam maius est: quã capere id priuata fortuna possit: ad summã rep. spectat: nisi p̃caueritis qrites: iã huic diurnæ legitimæ ab cõsule uocatæ par nocturna cõcio eẽ poterit. nunc illi uos singuli uniuersos concionantes timent: iam ubi uos dilapsi domos & in rura uestra eritis: illico coierint: consultabunt de sua salute simul ac uestra pernicie: tum singulis uobis uniuersi timẽdi erũt. Optare igitur unusquisq; uestrum debet: ut bona mens suis omnibus fuerit: si quẽ libido: si furor in illum gurgitem abripuit: illorũ eum: cũ quibus in omne flagitium & facinus cõiurauit: nõ suum iudicet esse. Ne quis etiã errore labatur uestrũ quidẽ non sum securus: nihil enim in speciem fallacius est: quã praua religio: ubi deorũ numẽ prætenditur: celerius subit animũ timor: ne fraudibus humanis uindicandis diuini iuris aliquid mixtum uiolemus: hac uos religione innumerabilia decreta pontificũ: senatusconsulta: aruspicum denicq; responsa liberant. quotiens hoc patrũ auorũq; ætate negotium est magistratibus datum: ut sacra externa fieri uetarent? sacrificulos uatesq; foro circo urbe prohiberent? etacinos libros conquirerẽt: comburerentq; oẽm disciplinã sacrificandi præterquã more romano abolerent? iudicabant enim prudẽtissimi uiri omnis diuini humanicq; iuris nihil æque dissoluendæ religionis esse: quã ubi non patrio: sed externo ritu sacrificaretur. Hæc uobis prædicenda ratus sum: nequa suspicio agitaret animos uestros: cũ demolientes nos bacchanalia discutientesq; nefarios cœtus cernetis: omnia diis propitiis uolentibusq; ea faciemus: qui qa suũ numen sceleribus libidinibusq; cõtaminari indigne ferebant: ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt: nec patefieri ut ipunita essent: sed ut uindicarent: & opprimerẽtur: uoluerũt. Senatus quæstionẽ extra ordinem de ea re mihi collegæq; meo mandauit: nos quæ ipsi nobis agenda sunt: impigre exequemur: uigiliasq; nocturnasq; curam per urbẽ minoribus magistratibus mãdauimus. uos quoq; æquũ est: quæ uestra munia sunt; quo quis loco positus erit: quod iperabitur: ipigre præstare: & dare operã: neqd fraude noxiorũ periculi aut tumultus oriatur. Recitari deinde senatusconsulta iusserunt: indiciq; præmiũ ꝓposuerunt: si quis quẽ ad se deduxisset: nomẽq; de absentibus detulisset: qui noiatus profugisset: diẽ certam finituros: ad quã nisi citatus respõdisset: absens damnaret: si qs eorũ: qui tum extra terrã Italiã eẽt: nominaret: ei se laxioré se diẽ daturos: si uenire ad cãm dicendã uellet: edixerunt deinde neqs quid fugæ cã uendidisse: neue emisse uellet: neqs reciperet: celaret ope ulla: iuuaret fugiẽtes. Conciõe dimissa terror magnus urbe tota fuit: nec mœnibus se tantũ urbis aut finibus romanis cõtinuit: sed passim per totã Italiam litteris hospitum de senatusconsulto: & concione: & edicto consulũ acceptis: trepidari cœptum est. multi ea nocte: quæ diem insecuta est: quo in concione res palam facta est: custodiis circa portas positis fugiẽtes a triumuiris cõpræhensi & reducti sunt: multorũ delata quidẽ nomina: ex iis uiri fœminæq; morte sibi cõ sciuerunt. Conspirasse supra septẽ millia uirorũ ac mulierũ dicebantur: capita aũt cõiurationis cõstabat eẽ M. Cataniũ de plebe romana: A. Falisciũ: L. Opiternium: & Minium Cerriniũ campanũ: ab his oĩa facinora & flagitia orta: eos maximos sacerdotes conditoresq; eius sacri esse. datã operã esse: ut primo quoq; tẽpore compræhenderent. adducti ad consulẽ: fassiq; de se nullã moram iudicio fecerunt: cæterum tanta fuga ex urbe facta erat: ut quia multæ sationes & res peribant: cogerentur prætores. T. Menius: &. M. Licinius per senatum rem in diem tricesimum differre: donec quæstiones a consulibus perficerentur. Eadem solitudo: quia Romæ non possidebant: nec inueniebantur: quorũ nomina delata erant: coegit cõsules circa fora ꝓficisci: ibi quærere: & iudicia exercere. qui tantum initiati erant: & ex carmine sacro precationes fecerant: in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinẽ continebatur: nec eaq; req; ullam rem: in quas iureiurẽdo obligati erant: in se aut alios admiserant: eos in uinculis relinquebant: qui stupris aut cædibus uiolati erant: qui falsis testimoniis signis adulterinis subiectione testamentorũ fraudibus aliis cõtaminati eos capitali pœna afficiebant. plures necati: quã inuincula coniecti sunt: magna uis in utraq; causa uirorũ mulierũq; fuit. mulieres dãnatas cognatis: aut in quorũ manu eẽnt: tradebant: ut ipsi ĩ priuato animaduerterẽt ĩ eas: si nemo erat idoneus supplicii exactor: ĩ publico aĩaduertebatur. Datũ deide cõsulibus negotiũ est: ut omnia bacchanalia Romæ primũ: deide per totã Italiã diruerẽt: extra quã: siq ubi uetusta ara aut signũ cõsecratũ eẽt: in reliquũ deide senatusc̃ consulto cautũ est: ne qua bacchanalia Romæ: neu ĩ Italia eẽnt. siquis tale sacrũ solenne & necessariũ duceret: & nec sine religione & piaculo se dimittere posse: apud prætorem: ut profiteretur: prætor senatum consuleret: si ei permissum esset: cum in senatu centum non minus essent: ita id sacrum faceret: dum ne plusquam qui sacrificio essent: neu quæ pecunia communis: neu quis magister sacrorum: aut sacerdos esset. aliud deinde huic. coniunctum referente .Qu. Martio consule senatusconsultum factum est: ut de iis: quos pro iudicibus consules habuissent: integra res ad senatum referretur Cum .Sp. Posthumius quæstionibus perfectis Romam rediisset: Minium Cerrinium campanum Ardeam in uincula mittendum censuerunt: magistratibusque ardeatium prædicendum: ut intentiore cum custodia asseruarent: non solum ne effugeret: sed ne mortis

conſciſcendæ locum haberet.Sp.Poſthumius aliquanto poſt Romam uenit:eo referente de.P.Ebutii:& Hiſpalæ Feceniæ præmio quod eoꝝ opera indicata bachanalia eſſent:ſenatuſconſultū factū eſt:ut in ſingulis centenamillia æris quæſtores urbani ex ærario darent:utiq; conſules cū tribunis placeret uti ad plebem primo quoq; tempore ferrent:ut.P.Ebutio emerita ſtipendia eſſent:ne.inuitus militaret: neue cēſores equum publicū aſſignarent:utiq; Feceniæ Hiſpalæ datio dimminutio: gētis enuptio: tutoris optio ita eſſet:quaſi ei uir teſtamento dediſſet:utiq; ei ingenio nubere liceret: ne quid ei: qui eam duxiſſet: ob id fraudi ignominiæue eſſet: utique cnoſules prætoreſque: qui nunc eſſent: quiue poſtea futuri eſſent: curarent: nequid ei mulieri iniuriæ fieret:utiq; tuto eſſet. id ſenatū uelle & æquum cenſere ut ea fierent. omnia lata ad plebem factaq; ſunt ex ſenatuſcōſulto:& de cæteroꝝ indicū impunitate præmiiſq; permiſſum eſt conſuli.Et iam.Qu.Martius quæſtionibus ſuæ regionis perfectis in ligures prouinciam proficiſci parabat:tribuſmilibus peditū romanoꝝ.cl.equitibus ī ſupplementū acceptis:eadē prouincia idem numerus peditū equitūq; & collegæ decretus erat.exercitus acceperūt:quos priore āno.G.Flaminius:&.M. Aemylius conſules habuerunt:duas præterea legiones nouas ex ſenatuſconſulto ſcribere iuſſi ſunt: & uigintimillia peditū ſociis & nomini latino īperarunt:& equites octingentos:& triamillia peditū romanoꝝ:cc. equites.totum hunc exercitū præter legiones in ſupplementū hiſpanienſis exercitus duci placebat:itaque conſules:dum ipſi quæſtionibus īpediebātur.T.Menium delectui habēdo præfecerunt.Perfectis quæſtionibus.Qu.Martius in ligures apuanos eſt ꝓfectus:dum penitus in abditos ſaltus:quæ latebræ receptaculaq; illis ſemp fuerant:ꝓſequit;in præoccupatis anguſtiis loco iniquo eſt circonuentus:quattuormillia militum amiſit:& legionis ſecundæ ſigna tria:undecim uexilla ſocium ac latini nominis in poteſtatē hoſtiū uenerunt:& arma multa:quæ quia impedimēto fugiētibus per ſilueſtres ſemitas erant:paſſim iactabant. prius ſequendi ligures finem:quā fugæ romani fecerunt.Conſul ubi primū ex hoſtiū agro euaſit:ne quantum dīminutæ copiæ forēt:appareret:in locis pacatis exercitū dimiſit:nō tamē obliterare famam rei male geſtæ potuit:nam ſaltus:unde eū ligures fugauerant:martius eſt appellatus.Sub hunc nunciū ex liguſtinis uulgatum litteræ ex Hiſpania mixtam gaudio triſtitiā afferentes recitatæ ſunt.G.Catinius:q biennio ante prætor in eam ꝓuinciam ꝓfectus erat:cū luſitanis in agro haſtenſi ſignis collatis pugnauit.ad ſexmillia hoſtium ſunt cæſa: cæteri fuſi & fugati caſtriſq; exuti.ad oppidū deinde Haſtā oppugnandū legiōes ducit: id quoq; haud multo maiore certamine cepit:quā caſtra:ſed dum īcautius ſubit muros:ictus ex uulnere poſt dies paucos moritur.Litteris de morte proprætores recitatis:ſenatus cenſuit mittēdum:qui ad Lunæ portum.G.Calphurnium prætorem conſequeretur:nunciaretq; ſenatū cenſere æquum:ne ſine īperio prouīcia eſſet:maturare eum proficiſci.quarto die:qui miſſus erat:Lunā uenit: paucis ante diebus Calphurnius profectus erat.& in citeriore Hiſpania.L.Manlius Acidīnus:qui eodem tempore quo.G.Acinius in prouīcia erat:cum celtiberis acie conflixit:incerta uictoria diſceſſum eſt:niſi quod celtiberi caſtra ibi nocte proxima mouerunt:romanis & ſuos ſepeliendi:& ſpolia legēdi ex hoſtibus poteſtas facta eſt. Paucos poſt dies maiore.coacto exercitu celtiberi ad Calagurram oppidum ultro laceſſiuerunt prælio romanos.Nihil traditur:quæ cauſa numero aucto infirmiores eos fecerit:ſuperati prælio ſunt:ad.xii. millia hominum cæſa: plus duo capta:& caſtris romanus potitus:& niſi ſucceſſor aduentu ſuo inhibuiſſet impetū uictoris: ſubacti celtiberi forent:noui prætores ambo exercitus in hyberna deduxerunt.Per eos dies:quibus hæc ī Hiſpania nunciata ſunt:ludi taurii per biduum facti religionis cauſa.decē apparatos deīde ludos.M.Fuluius quos uouerat ætolico bello:fecit:multi artifices ex Græcia uenerant honoris eius cauſa.athletaꝝ quoque certamen tum primo romanis ſpectaculo fuit:& uenatio data leonū & pantheraꝝ: & prope huius ſæculi copia ac uarietate ludicrū celebratū eſt.nouendiale deinde ſacrū tenuit:quod in Piceno per triduū lapidibus pluerat:igneſq; cæleſtes multifariam orti aduſſiſſe cōplurium leui afflatu ueſtimenta maxime dicebātur.addita & unum diem ſupplicatio eſt ex decreto pontificū: quod ædes Opis in capitolio de cælo tacta erat.hoſtiis maioribus conſules procurarunt:urbēq; luſtrauerunt.Sub īdem tempus & ex Vmbria nuncia tum eſt ſemimarem duodecim ferme annos natum inuētum.id ꝓdigium abominātes arceri romano agro necariq; quāprimum iuſſerunt.Eodem quoq; anno galli tranſalpini tranſgreſſi in Venetiam ſine populatione aut bello:aut procul inde:ubi nunc eſt Aquileia:locum oppidum condendo ceperunt.legatis romanis de ea re trans alpes miſſis reſponſum eſt neq; profectos ex auctoritate gentis eos:nec quod in Italia facerent:ſe ſcire.L.Scipio eo tempore ludos:quos bello Antiochi uouiſſe ſeſe dicebat: ex collata ad id pecunia ab regibus ciuitatibuſq; per dies decem fecit.Legatum eum poſt damnationem & bona uēdita miſſū in Aſiā ad dirimenda īter Antiochum & Eumenem reges certamina Valerius Antias eſt auctor:tum collatas ei pecunias congregatoſq; per Aſiam artifices:& quorum ludorum poſt bellū: in quo uotos diceret: mentionem nō feciſſet: de iis poſt legationē demū ī ſenatu actū.Cum iā in exitu ānus eſſet.Qu.Martius abſens magiſtratu abiturus erat:SP.Poſthumius quæſtiōibus cum ſumma fide curaque perfectis comitia habuit.creati ſunt conſules. Ap.Cla.Pulcher:M.Sempronius Tuditanus. poſtero die prætores facti.P. Cornelius:A Poſthumius Albinus: G.Arranius Stello: Gn. Acilius Serranus: Lucius Poſthumius Tempſanus:Marcus Claudius Marcellinus.Extremo anno quia Spurius Poſthumius cōſul renūciauerat peragrantem ſe propter quæſtiones:utrunque littus Italiæ deſertas colonias Sipontum ſupero Buxentum īfero mari iueniſſe: triūuiri ad colonias eo ſcribendas ex ſenatuſcōſulto ab.L.Menio prætore urbano creati

sunt.L.Scribonius Libo:M.Tutius: Gnæus Bebius Tamphilus. Cum Perseo rege & macedõibus bellum: quod imminebat:non unde plærique opinantur:nec ab ipso Perseo causas cœpit: incohata initia a Philippo sunt:& ipse:si diutius uixisset:id bellum gessisset:una eum res cum uicto leges imponerentur:maxime angebat:quod qui macedonum ab se defecerant in bello : in eos ius sæuiendi ademptũ ei ab senatu erat : tamen quia rem integram Quintius in condicionibus pacis distulerat:nõ desperasset impetrari posse. Antiocho deide bello superato ad Thermopylas:regi diuisis partibus:cum per eosdem dies consul Attilius Heracleam:Philippus Lamiã opugnasset:capta Heraclea:quia iussus abscedere a mœnibus Lamiæ erat:romanisq; oppidum deditũ est:ægre eam rem tulerat.pmulsit iram eius consul:quod ad Naupactũ ipse festinãs: quo se ex fuga ætoli contulerant:Philippo pmisit:ut Athamaniæ & Aminandro bellum inferret:urbes:qs thessalis ætoli ademerant:regno adiiceret:haud magno certamine & Amynandrũ athamania expulerat:& urbes receperat aliquot.Demetriadem quoq; urbem ualidã & ad omnia opportunã:& magnetũ gẽtes suæ diciõis fecit:ide & Thracia quasdã urbes nouæ atq; ĩsuetæ libertatis uitio seditionibus principũ turbatas: partibus quæ domestico certamine uincerent:adiungendo se cepit.His sedata in p̃sentia regis ira ĩ rõanos est:nunquã tamen remisit aĩum a colligendis in pace uiribus: quibus; quando data fortuna esset:ad bellũ uteretur.uectigalia regni nõ fructibus tantum agroꝝ portoriisq; maritimis auxit:sed metalla etiã & uetera intermissa recoluit:& noua multis locis instituit. Vt uero antiquã multitudinẽ hoĩum:quæ belli cladibus amissa erat:restitueret:non sobolẽ tantum stirpis parabat cogendis oĩbus procreare atq; educare liberos:sed thracum etiã magnã multitudinẽ in Macedoniam traduxerat:quietusq; aliquandiu a bellis omni cura in augendas regni opes intentus fuerat.Rediere deinde causæ:quæ deintegro iram mouerẽt in romanos:thessaloꝝ & perrhebiorum querelæ urbibus suis ab eo possessis:& legatoꝝ regis Eumẽis de thraciis oppidis per uim occupatis traductaq; in Macedoniã multitudine:ita auditæ erant: ut eas nõ negligi satis appareret.maxime mouerat senatum:quod iam Henum & maroneã affectari possessionẽ audierãt:minus thessalos curabant.Athamanes quoq; uenerũt legati nõ partis amissæ nõ finium iacturam querentes:sed totam Athamaniã sub ius iudiciumq; regis uenisse.& maronitaꝝ exules erãt pulsi:quia libertatis causam defendissent ab regio præsidio:ii non Maroneam modo:sed etiam Henum in potestate nunciabãt Philippi esse. Venerant & a Philippo legati ad purganda ea:qui nihil nisi permissu romanoꝝ imperatoꝝ factum affirmabant.ciuitates thessaloꝝ:& perrhebioꝝ:& magnetum:& cum amynandro athamanum gentem in eadem causa:qua ætolos fuisse:Antiocho rege pulso occupatum oppugnandis ætolicis urbibus consulem ad recipiendas eas ciuitates Philippũ misisse:armis subactos parere.Senatus nequid absente rege statueret: legatos ad eas cõtrouersias disceptandas misit.Qu.Cecilium Metellum:M. Bebium Thamphilũ:T.Sempronium:quoꝝ sub aduentu ad thessalica Tempe omnibus iis ciuitatibus: quibus cum rege disceptatio erat:concilium indictum est.Ibi cum romani legati disceptatoꝝ loco:thessali:perrhebiique: & athamanes haud dubii accusatores:Philippus ad audienda crimina tanquã reus consedissent:pro ingenio quisq; eoꝝ: qui principes legationum erant & gratia cum Philippo aut odio:acerbius leniusue egerunt.In controuersiam autẽ ueniebant Philippo Polystricta:Phaloria:& Euronomen:& cætera circa ea oppida utrum thessalorum iuris: cum ui ademptæ possessæq; ab ætolis forent(nam Philippũ ademisse eas constabat)an ætolica antiquitus ea oppida fuissent.ita enim Attilium regi concessisse : si ætoloꝝ fuissent: si uoluntate non si ui atq; armis coacti cum ætolis essent.Eiusdem formulæ disceptatio de perrhebioꝝ magnetũq; oppidis fuit.omnium enim iura olim possidendo per occasiones ætoli miscuerant.Ad hæc quæ disceptatiõis erãt: querelæ thessaloꝝ adiectæ; quod ea oppida:si iam redderent sibi:spoliata ac deserta redditurus esset:nam præter belli casibus amissos:quingẽtos principes iuuẽtutis in Macedoniã adduxisse:& opera eoꝝ in seruilibus abuti ministeriis:& quæ reddiderit:coactus thessalis iutilia:ut redderet:curasse. Thebas Phthias unũ maritimum emporium fuisse quondã thessalis frugiferꝝ & quæstuosum:ibi nauibus onerariis comparatis regem:quæq; præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent: negotiationẽ maritimã oẽm eo auertisse. iam ne a legatis quidẽ:qui iure gentiũ sancti sunt:uiolandis abstinere:insidias positas eũtibus ad.T. Quintium. Itaq; ergo intantũ metum omnes thessalos coniectos:ut nõ in ciuitatibus suis:nõ in cõmunibus gẽtium conciliis quisquam hiscere audeat; procul enim abesse libertatis auctores romanos:lateri ad hærere grauem dominum prohibentem uti beneficiis populi romani.quid autẽ:si uox libera non sit: liberꝝ esse: nunc se fiducia & præsidio legatorum ingemiscere magis:quã loqui.nisi prouideant aliquid romani: quo & græcis Macedoniam accolentibus metus & audacia Philippi minuatur:nequicquam & illum uictum:& se liberatos esse.Hæc acerbe postremo:cum priores leniter permulsissent iram eius petentes:ut ignosceret pro libertate loquentibus:& ut deposita domini acerbitate assuesceret socium atq; amicum sese præstare: & imitaretur populum romanum:qui caritate quam metu adiungere sibi socios mallet. Thessalis auditis perrhebii Connocondylum:quod Philippus Olympiadem appellauerat:Perrhebiæ fuisse:& ut sibi restitueret:agebãt:& de Malea:& Herycinio eadẽ postulatio erat.Athamanes libertatẽ repetebãt & castella Atheneũ:& Paneneũ.Philippus ut accusatoris potiusquã rei speciẽ haberet:& ipe a querelis orsus Menelaidem in Dolopia : quæ regni sui fuisset: thessalos ui atq; armis expugnasse questus est:item Petram Imperiam ab iisdem thessalis perrhebiisque captam. Xinias quidem haud dubie ætolicum oppidum sibi contribuisse eos: & Paracheloida : quæ sub athamania esset; nullo iure thessalorum formulæ factam: Nam quæ

ſibi crimina obiiciantur de inſidiis legatorum & maritimis portubus frequentatis aut deſertis: alterum ridiculum eſſe reddere rationem quos portus mercatores aut nautici petant: alterum moleſtũ prauos mo res ſe tot annos eſſe: ꝑ quos nunquã ceſſauerit legati nunc ad ĩperatores romanos: nunc Romã ad ſenatũ crimina de ſe deferre, quẽ unquã uerbo uiolatũ eſſe? ſemel euntibus ad Quintium inſidias dici factas: ſed quid iis acciderit nõ adiici: quærentiũ quid falſo obiiciant: cũ ueri nihil habeant, ea crimina eſſe inſoléter & ĩmodice abuti theſſalos indulgentia populi romani: uelut ex diutina ſiti nimis auide meram haurientes libertatem: itaq; ſeruoꝝ modo præter ſpem repente manumiſſoꝝ licentiã uocis & linguæ experiri ſeſe inſectatione & cõuiciis dominoꝝ. elatus deinde ira adiecit nondũ oĩum dieꝝ ſolem occidiſſe. id minaciter dictum nõ theſſali modo in ſeſe: ſed etiã romani acceperunt. & cũ fremitus poſt eam uocẽ ortus: & tandẽ ſedatus eſſet: perrhebioꝝ inde athamanũq; legatis reſpondit eandẽ: de quibus illi agant: ciuitatũ cãm eſſe: conſulem Attilium & romanos ſibi dediſſe eas: cum hoſtiũ eſſent. ſi ſuum munus: qui dediſſent: adimere uelint: ſcire cedendũ eſſe: ſed meliori & fideliori amico in gratiã leuium & mutabiliũ ſocioꝝ iniuriã eos eẽ facturos: nec enim ullius rei minus diuturnã eſſe gratiã: quã libertatis: ꝑſertim apud eos: qui male utendo eam corrupturi ſint. Cauſa cognita ꝓnunciauerunt legati placere deduci ꝑſidia macedonũ ex iis urbibus: & antiquis Macedoniæ terminis regnũ finiri. de iniuriis: quas ultro citroq; illatas quærebant: quo modo inter eas gentes & macedonas diſceptet: formulã iuris exequendi conſtituendã eſſe. Inde grauiter offenſo rege Theſſalonicẽ ad cognoſcendum de Thraciæ urbibus ꝓficiſcuntur: ibi legati Eumenis: ſi liberas eſſe Henum & Maroneã uelint romani: nihil ſui pudoris eſſe ultra dicere: quã ut admoneant regẽ: ut nõ uerbo eos liberos relinquat: nec ſuũ munus intercipi ab alio patiantur: ſin autẽ minor cura ſit ciuitatũ in Thracia poſitaꝝ: multo uerius eſſe quæ ſub Antiocho fuerit ꝑmia belli Eumenẽ: quã Philippũ habere: uel pro patris Attali meritis bello quod aduerſus Philippũ ipſum geſſerit: uel ſuis quo Antiochi bello terra marique laboribus ꝑiculiſq; oĩbus interfuerit. Habere eum ꝓterea decẽ legatoꝝ in eam rem præiudiciũ: qui cũ Cheronneſum: Lyſimachiamq; dederit: Maroneã quoq; atq; Henum ꝓfecto dediſſe: quæ ipſa ꝓpinquitate regionis uelut appendices maioris muneris eſſent: nã Philippũ quidẽ quo merito in populũ romanum: aut iure ĩperii cũ tam ꝓcul ab finibus Macedoniæ abſint: ciuitatibus his ꝑſidia ĩpoſuiſſe? uocari maronitas iuberent: ab iis certiora oĩa de ſtatu ciuitatũ eaꝝ ſcituros. Legati maronitaꝝ uocati nõ uno tantũ loco præſidiũ eſſe regiũ ſicut in aliis ciuitatibus dixerũt: ſed pluribus ſimul & plenam macedonũ Maroneã eẽ. itaq; dominari aſſentatores regios: his ſolis loqui & in ſenatu & concionibus licere: eos omnes honores & capere ipſos & dare aliis: optimũ quẽq; quibus libertatis: quibus legũ cura ſit: aut exulare pulſos patria: aut inhonoratos & deterioribus noxios ſilere. De iure etiam finium pauca adiecerunt: Quintum Fabiũ Labeonem cũ in regione ea fuiſſet: direxiſſe finem Philippo ueterẽ regiamq; Thraciæ Paroreiã: ſub ea nuſquam ad mare ferentẽ deflexiſſe uiam: qua maronitanoꝝ urbes agroſq; amplectatur. Ad ea Philippus longe aliã quam aduerſus theſſalos perrhebioſq; nuper ĩgreſſus diſſerendi uiam: nõ cũ maronitanis mihi aut cũ Eumene diſceptatio eſt: ſed iam uobiſcum romani: a quibus nihil æqui me ĩpetrare iandiu aĩaduerto. ciuitates macedonũ: quæ a me inter inducias defecerant: reddi mihi æquũ cenſebam: nõ quia magna acceſſio ea regni futura eſſet: ſunt enim & parua oppida: & in finibus extremis poſita: ſed quia multũ ad reliquos macedonas contínẽdos exemplũ pertinebat: negatũ eſt mihi. bello ætolico Lamiã oppugnare iuſſus a cõſule M. Attilio cũ diu fatigatus ibi ꝑliis opibuſq; eſſem: tranſcendentẽ me iam muros a capta ꝓpe urbe reuocauit conſul: & abducere copias inde coegit. ad huius ſolatiũ iniuriæ ꝓmiſſum eſt: ut Theſſaliæ Perrhebiæq; & athamanũ reciperem quædã caſtella magis quam urbes: ea quoq; ipſa uos mihi. Qu. Cecili paucos ante dies ademiſtis. Pro nõ dubio paulo ante: ſi diis placeat: legati Eumenis ſumebãt: quæ Antiochi fuerũt: Eumenem æquius eſſe: quã me habere. id ego aliter longe iudico eſſe: Eumenes enĩ nõ niſi uiciſſent romani: ſed niſi bellũ geſſiſſent: manere in regno ſuo nõ potuit: itaq; ille ueſtiꝝ meritũ habet nõ uos illius: mei aũt regni tantũ aberat: ut ulla pars in diſcrimine fuerit: ut triamillia talentũ: & quinquaginta tectas naues: & oẽs Græciæ ciuitates: quas ante tenuiſſem: pollicentẽ ultro Antiochũ ĩ mercedẽ ſocietatis ſim aſpernatus: hoſtẽq; ei me eſſe prius etiã: quã. M. Attilius exercitũ in Græciã traiiceret: præme tuli: & cũ eo conſule bel li partẽ: quacũq; mihi delegauit: geſſi: & inſequenti conſuli. L. Scipioni cũ terra ſtatuiſſet ducere exercitũ: ad Helleſpontum nõ iter tantũ per regnũ noſtrũ dedi: ſed uias etiã muniui: pontes feci: cõmeatus præbui: nec per Macedoniã tantum: ſed per Thraciam: ubi etiam inter cætera pax quoq; præſtãda a barbaris erat. Pro hoc ſtudio meo erga uos ne dicam merito: utrum adiicere uos romani aliquid & amplificare & augere regnũ meũ munificẽtia ueſtra oportebat? an quæ haberem aut meo iure: aut beneficio ueſtro eripere? id quod nunc facitis. macedonum ciuitates: quas regni mei fuiſſe fatemini: non reſtituuntur. Eumenes tãquam ad Antiochũ ſpoliandum me uenit: & ſi diis placet: decẽ legatoꝝ decretũ ſpecimẽ calũniæ ĩpudentiſſimæ prætendit: quo maxĩe repelli & coargui poteſt: diſertiſſime enim planiſſimæq; in eo ſcriptum eſt Cherõneſum & Lyſimachiã Eumeni dari: ubi tandẽ Henus: & Maronea: & Thraciæ ciuitates aſcriptæ ſũt? quod ab illis ne poſtulare quidẽ eſt auſus: id apud uos tanq̃ ab illis ĩpetrauerit: obtinebit? Quo in numero me eẽ apud uos uelitis: referre: ſi tanq̃ inimicũ & hoſtẽ inſectari ꝓpoſitũ eſt: ꝑgite: ut cœpiſtis: facere: ſin aliquis reſpectus eſt mei ut ſocii atq; amici regis: deꝑcor: ne me tanta iniuria dignũ iudicetis. Mouit aliquãtũ oratio regis legatos: itaq; medio reſponſo rem ſuſpenderunt: ſi decem legatorum decreto Eumeni datæ:

ciuitates eæ essent:nihil se mutare:si Philippus bello cepisset eas præmiũ uictoriæ iure belli habiturum:si neutrum eorũ foret:placere cognitionem senatui reseruari: & ut omnia in integrum manerent: præsidia: quæ in his urbibus sint:deduci.Hæ causæ maxime aium Philippi alienauerunt ab romãis: ut nõ a Perseo filio eius nouis causis motũ:sed ob has a patre bellũ relictũ filio uideri possit. Romæ nulla suspitio belli macedonici erat.L.Manlius proconsul ex Hispania redierat:cui postulanti ab senatu in æde Bellonæ triumphum:regũ gestarũ magnitudo impetrabilẽ faciebat:exemplũ obstabat:quod ita comparatũ more maiorũ erat:ne quis:q exercitũ nõ deportasset: triumpharet:nisi perdomitã pacatãq; prouinciam tradidisset successori.medius tamẽ honos Manlio habitus:ut ouãs urbẽ iniret.tulit coronas aureas quĩquagĩtaduas: auri præterea pondo.cxxxii.argenti.xvi.millia.ccc.& pronũciauit in senatu quinquemillia pondo argẽti:& lxxx.auri.Q. Fabiũ quæstorẽ aduehere:id quoq; se in ærariũ delaturũ.Magnus motus seruilis eo anno ĩ Appulia fuit.Tarentũ prouinciã.L.Posthumius prætor habebat:is de pastorũ cõiuratione:qui uias latrocinĩis pascuaq; publica infesta habuerant:quæstionẽ sceuere exercuit:ad septẽmillia hominũ condamnauit. multi inde fugerunt:de multis sumptũ est suppliciũ.Consules diu retenti ad urbẽ delectibus: tandẽ ĩ prouincias profecti sunt.Eodẽ anno in Hispania prætores.G.Calphurnius:&.L. Quintius cũ primo uere ex hybernis copias eductas in Beturia iunxissent:in Carpentaniã:ubi hostiũ castra erant:progressi communi animo cõsilioq; rem gesserunt.haud procul Dippone & Tolleto urbibus iter pabulatores pugna orta est: qbus dũ utrĩq; subuenit: a castris paulatim omnes copiæ in acie eductæ sunt.in eo tumultuario certamĩe & loca sua & genus pugnæ pro hoste fuere:duo exercitus romani fusi:atq; in castra cõpulsi sunt.nõ institere pculsis hostes.Prætores romani:ne postero die castra oppugnarent:silẽtio proxime noctis tacito signo exercitũ abduxerunt:luce prima hispani acie instructa ad uallũ accesserunt:uacua præter spem castra ĩgressi:quæ relicta inter nocturnã trepidationẽ erant:diripuerũt:regressiq; in sua castra paucos dies quietis statiuis manserunt.Romanorũ sociorũq; in plĩo fugaq; ad quinquemillia occisa:quorũ se spoliis hostes armarunt:inde ad tagũ flumẽ profecti sunt.Prætores iterim romani omne id tẽpus cõtrahendis ex ciuitatibus sociis hispanorũ auxiliis:reficiendisq; ab terrore aduersæ pugnæ militũ ais cõsumpserũt.ubi satis placuere uires:& iam miles quoq; ad delendã prioré ignominiã hostem poscebat:,pfecti duodecĩmillia ab tago flumine posuerũt castra.inde tertia uigilia sublatis signis quadrato agmine principio lucis ad tagi ripã peruenerunt:trans fluuiũ in colle hostiũ castra erant:extẽplo qua duobus locis uada nudabat amnis:dextera pte Calphurnius:leua Quintius exercitũ traduxerunt quieto hoste:dum miraf subitũ aduentum: cõsultatq; qui tumultũq; iniicere trepidantibus in ipso transitu potuisset:interim rõani ĩpedimentis quoq; omnibus traductis cõtractisq; in unum locũ quia iam moueri uidebant hostẽ:nec spatium erat castra cõmuniendi: aciem instruxerũt.in medio locata quinta Calphurni legio:& octaua Quintii:id robur toto exercitu erat: campum apertũ usq; ad hostiũ castra habebant liberũ a metu insidiarũ. Hispani posteaquã in citeriore ripa duo romanorũ agmina cõspexerunt:ut priusq; se iungere atq; instruere possent:occuparent eos: castris repente effusi cursu ad pugnã tenderũt.atrox in principio pugna fuit:& hispanis recẽti uictoria ferocibus: & ĩsueta ignominia milite romano accenso:accerrime media acies duæ fortissimæ legiones dimicabant: quas cũ aliter moueri loco nõ posse hostis cerneret:cuneo institit pugnare:sed plures cõfertioresq; medios urgebant.Ibi posteaquã laborare aciẽ Calphurnius ptor uidit:T. Quintiliũ Varũ:&.L.Iuuenciũ Caluã legatos ad singulas legiones adhortandas ,ppere mittit:docere & monere iubet in illis spem oẽm uincẽdi & retinendæ Hispaniæ eẽ:si illi loco cedant:neminẽ huius exercitus nõ modo Italiã: sed ne tagi quidẽ ulteriorem ripam usquam uisurũ ipse cum equitibus duarum legionum paululum circunuectus in cuneum hostium qui mediam urgebat aciem:ab latere incurrit. Quintius cum suis equitibus alterum hostium latus inuadit:sed longe acrius calphurniani equites pugnabãt: & prætor ipse ante alios: nam & primus hostem pcussit:& ita se ĩmiscuit mediis:ut uix utrius partis esset:nosci posset:& equites ptoris eximia uirtute & equitũ pedites accensi sunt.pudor mouit prĩos cẽturiones:qui inter tela prætorẽ cõspexere:itaq; urgere igniferos ,p se quisq; iubere inferre signa:& cõfestim militẽ sequi.renouatur ab oĩbus clamor:impetus fit uelut superiore loco.haud secus ergo quã torrentis modo fundũt:sternuntq; pculsos:nec sustinere alii super alios inferentes sese possunt:fugientes in castra equites psecuti sunt:& permixti turbæ hostiũ ĩtra uallum penetrauerunt.ubi a relictis in præsidio castrorũ prælio instauratũ.coacti sunt romani equites descẽdere ex equis.dimicantibus iis legio quinta superuenit:deinde:ut quæq; potuerant:copiæ affluebant.Cæduntur passim hispani per tota castra:nec plusquã quattuormillia effugerunt:inde triamillia fere:qui arma retinuerant:montẽ propinquũ ceperunt mille semiermes per agros palati sunt.supra xxxv.milia hostium fuerant: ex quibus tam exigua pars pugnæ superfuit.signa capta.cxxxii. romani sociiq; paulo plus sexcẽti & prouincialium auxiliorũ.cl.ferme ceciderunt:tribuni militũ quinq; amissi:& pauci equites romani cruẽtæ maxime uictoriæ speciẽ fecerunt.In castris hostiũ:quia ipsis spatium sua cõmuniendi nõ fuerat:manserunt.pro cõcione postero die laudati:donatiq; a.G.Calphurnio equites phaleris:,pnunciauitq; eorũ opera hostes fusos:castra capta & expugnata esse. Quintius alter prætor suos equites cathellis ac fistulis donauit.donati & centuriones ex utriusq; exercitu permulti:maxime qui mediam aciem tenuerunt. Consules delectibus:aliisq;:quæ Romæ agenda erant:peractis rebus in ligures prouinciam exercitum duxerũt.Sempronius a Pisis profectus in apuanos ligures;uastandoq; agros: ac urendo uicos & castella eorum:aperuit

saltū usq; ad meras fluuiū:& Lunæ portum.hostes montem antiquā sedem maiorꝫ suorꝫ ceperunt:& inde superata locorꝫ iniquitate:prælio deiecti sunt.Et.A.Claudius fœlicitatē uirtutēq; collegæ in liguribus in gaunis æquauit secūdis aliquot prælis: sex præterea oppida eorꝫ expugnauit:multa millia hoium ī iis cepit:belli auctores.iii.&.xl.securi pcussīt.Iam comitiorꝫ appetebat tēpus:prior tamē Claudius:quā Sempronius;cui sors contigerat:comitia habendi Romā uenit:quia.P.Claudius frater eius consulatū petebat. cōpetitores habebat patritios.L.Aemyliū:Qu.Fabiū Seranū:Sulpiciū Galbā ueteres candidatos & ab repulsis eo magis debitū:quia primo negatus erat:honorē repetentes:etiā quod plus quam unū ex patritiis creari nō licebat:arctior petitio quattuor petētibus erat.plebeii quoq; gratiosi homines petebāt.L.Portius:Qu.Terētius Culleo:Gn.Bebius Tamphilus.& ii repulsi ī spem impetrandi tandem aliquando honoris dilati.Claudius unus ex oībus nobilis cādidatus erat.Opinione hoium haud dubie destinabātur.Qu. Fabius Labeo:&.L.Portius Licinius:sed Claudius cōsul sine lictoribus cum fratre toto foro uolitādo:clamantibus aduersariis & maiore pte senatus:meminisse eum debere prius se cōsulem populi romani: quā fratrem.P.Claudii eē:quin ille sedēs ꝑ tribunali aut arbitrū:aut comitiorꝫ tacitū spectatorē se præberet: coerceri tamē ab effuso studio nequit.magnis cōtentionibus tribunorꝫ quoq; plebis:qui aut cōtra consulem:aut ꝑ studio eius pugnabāt:comitia aliquotiens turbata:donec puicit Appius:ut deiecto Fabio fratrē traheret.creatus.P.Claudius Pulcher:præter spem suā & cæterorꝫ locū suū tenuit.L.Portius Licinius: qa moderatis studiis nō ut claudianis ītер plebeios certatum est.prætorꝫ inde comitia sunt habita.G.Decimus Flaccus:P.Sempronius Lōgus:P.Cornelius Cethegus:Qu.Neuius Matho:G.Sēpronius Varro prætores facti.Hæc eo anno:quæ. Ap.Claudius.M.Sempronius cōsules fuerunt domi militiæq; gesta.Principio anni.P.Claudius:L.Portius cōsules erāt:Quītus Cecilius.M.Bebius:T.Sempronius:qui ad disceptandū ínter Philippū & Eumenē reges thessalorūq; ciuitates missi erant:legationē renunciarūt:regum quoque eorꝫ ciuitatūq; legatos in senatū introduxerunt.eadem utrinq; iterata:quæ dicta apud legatos ī Græcia erant.Aliam deinde legationē nouā patres:cuius princeps Ap.Claudius fuit: in Macedoniā & Græciā decreuerūt:ad uisendum redditæ ne ciuitates rhodiis & thessalis & perhebiis eēnt:iisdem mandatū:ut ab Heno & Maronea præsidia deducerent:maritimaq; omnis Thraciæ ora a Philippo & macedonibus liberaretur.Peloponnesum quoq; adire iussi:unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum quam si nō uenissent:nam super cætera etiam sine responso dimissi:nec datum petentibus erat achæorꝫ concilium. de qua re querente grauiter.Qu.Cecilio simul lacedæmoniis deplorantibus mœnia diruta:abductam plebem in Achaiā & uenundatam:ademptas:quibus ad eam diem ciuitas stetisset:Lygurgi leges:achæi maxime concilii negati crimen excusabant recitando legem:quæ nisi belli pacisue causa & cū legati ab senatu cum litteris aut scriptis mandatisue uenirent:uetaret indici conciliū.Ea ne postea esset excusatio:ostendit senatus curæ iis esse debere:ut romanis legatis semper adeundi concilium gentis potestas fieret:quemadmodum & illis:quotiens uellent:senatus daretur.Dimissis iis legationibus:Philippus a suis certior factus cedendum ciuitatibus:deducendaq; præsidia esse:infensus omnibus in maronitanos iram effudit: Onomasto:qui præerat:maritimæ oræ:mandat:ut partis aduersæ principes interficeret.ille per Casandrū quēdam unum ex regiis iam diu habitantem Maroneæ:nocte thracibus intromissis uelut in bello capta urbe cædem fecit.Id apud romanos legatos querentes tam crudeliter aduersus innoxios maronitanos:tam superbe aduersus populum romanū factum:ut quibus libertatem restituendam senatus censuisset:ii ꝑ hostibus trucidarentur: abnuerat quicquam eorum ad se:aut quenquam suorum pertinere;seditione inter ipsos dimicatum:cum alii ad se: alii ad Eumenem ciuitatem traherent. id facile scitu esse percunctarentur ipsos maronitanos:haud dubius perculsis omnibus terrore tam recētis cædis neminem hiscere aduersus se ausurum.Negare Appius rem eminentem pro dubia quærendam:si ab se culpam remouere uellet: Onomastum & Calandrum: per quos acta res diceretur:mitteret Romam:ut eos senatus percūctari posset. Primo adeo perturbauit ea uox regem:ut non color:non uultus ei constaret:deinde collecto tandem animo Casandrum:qui Maroneæ fuisset:si utiq; uellent:se missurum dixit:ad Onomastum quidem quid ea pertinerent:qui non modo Maroneæ sed ne in regni quidem propīqua fuisset:& parcebat magis Onomasto honoratiori amico:& eundem iudicem haud paulo plus timebat:quia & ipse sermonem cum ipso cōtulerat:& multorꝫ talium ministrorꝫ & cōsciū hēbat.Casander quoq; missis:q ꝑ Epirꝫ ad mare ꝑsequerētur eū:ne qua indiciū emanaret:ueneno credit sublatus.& legati a Philippi colloquio ita digressi sunt:ut pse ferret nihil eorꝫ sibi placere.Et Philippus qdē mīme qn rebellādū eēt dubius:qa īmaturæ ad id uires erāt ad morā ītерponēdā Demetriū minorē filiū mittere Romā:simul ad depurgāda crimina:simul ad deꝑcandam irā senatus statuit:satis credens ipm etiā iuuenē:quod Romæ obses speciē regiæ īdolis dedisset aliqd mométi factorꝫ.iterim ꝑ speciē auxilii byzātiis ferēdi:retro ad terroré regulis thracū iniiciendū ꝑfectus: pculsis iis plio & Amadoco duce capto in Macedoniā rediit:missis ad accolas histri flumis barbaros ut ī Italiā irrūperēt sollicitādos.Et ī Pelopōneso aduētus rōanorꝫ legatorꝫ: q ex Macedonia ī Achaiā ire iussi erāt: expectabat.aduersus quos:ut ꝑparata cōsilia hīret:Lycortas ptor cōciliū īdixit.ibi de lacedæmoniis actū ex hostibus eos accusatores factos:& piculū eē:ne uicti magis timēdi forēt:quā bellātes fuissent:quippe ī bello sociis rōanis achæos usos:nūc eosdē rōanos æquores lacedæmōiis: quā achæis eē:ubi Areus etiā & Alcibiades ambo exules suo beneficio restituti legationē rōanorꝫ aduersus gētē achæorꝫ ita de ipis me

ritā ſuſcepiſſent:adeoq; ifeſta ofone uſi eſſent:ut patria pulſi nō reſtituti in eam uiderentur.clamor undique ortus referret nominatim de iis:& cum omnia ira nō conſilio gererētur capitis damnati ſunt. Paucos poſt dies romani legati uenerunt:his Clitoræ in Arcadia datū ę concilium.priuſquā agerent quicq̄:terror achæis iniectus erat.& cogitatio:quod nunquā ex æquo diſceptatio futura eſſet:ſed quod Areum & Alcibiadem capitis ab ſe in concilio ꝓxime damnatos cū legatis ſe acturos uidebant:nec hiſcere quiſquā audebat.Appius ea:quæapud ſenatum quæſti erant lacedæmonii:diſplicere ſenatui oſtendit: cædem primū ad conflictum factā eoꝝ:qui a Philipœmene ad cām dicēdam euocati ueniſſent:deinde cum in homines ita ſæuitum eſſet:ne in ulla parte crudelitas eoꝝ ceſſaret:muros dirutos urbis nobiliſſimæ eſſe: leges uetuſtiſſimas abrogatas:inductāq; per gentes Lycurgi diſciplinā ſublatā.Hæc cum Appius dixiſſet: Lycortas & quia ꝓtor:& quia Philopœmenis auctoris oium:quæ lacedæmone acta fuerant:factionis erat:ita reſpōdit.Difficilior nobis Appi Claudi apud uos oratio eſt:quā Romæ nup apud ſenatū fuit: tunc enī Lacedæmoniis accuſantibus reſpondendū erat:nūc a uobis ipſis accuſati ſumus:apud quos cauſa dicenda eſt:quā iniquitatē condicionis ſubimus:quod ab illa ſpe decidimus iudicis aīo te auditurꝝ eſſe:poſita contentione qua paulo ante egiſti:ego certe cū ea:quæ & hic antea apud Quintum Ceciliū: & poſtea Romæ queſti ſūt lacedæmonii:a te paulo ante relata.ſint:nō tibi:ſed illis me apud te reſpondere credebam.Cædem obiicitis eoꝝ:qui a Philopœmene prætore euocati ad cām dicendā interfecti ſunt.hoc ego crimē nō modo nō a uobis romani:ſed ne apud uos quidē nobis obiiciendū fuiſſe arbitror.quid ita? quia in ueſtro fœdere erat:ut maritimis urbibus abſtinerent lacedæmonii: quo tēpore armis captis urbes:a quibus abſtinere iuſſi erāt: nocturno impetu occupauerūt.Si.T.Quintius:ſi exercitus romanus:ſicut antea in Pelopōneſo fuiſſet :eo nimiꝝ capti & oppreſſi cōfugiſſent:cum uos procul eſſetis:quo alio niſi ad nos ſocios ueſtros:quos antea Ciphio opem ferentes:quos lacedæmonē uobiſcū ſimili de cauſa oppugnantis uiderant: cōfugerent? Pro uobis igitur iuſtum piūq; bellū ſuſcepimus:quod cum alii laudent: repræhendere ne lacedæmonii quidē poſſint:dii quoq; ipſi cōprobauerint:qui nobis uictoriā dederunt.quonam igitur modo ea: quæ belli iure acta ſunt:in diſceptationē ueniunt? quoꝝ tamē maxima pars nihil pertinet ad nos. noſtrū eſt: qđ euocauimus eos ad cām dicendā:qui ad arma multitudinē exciuerant:qui expugnauerāt maritima oppida:qui diripuerant: qui cædē principū fecerant.Quod uero illi uenientes in caſtra interfecti ſunt:ueſtrū eſt Areu & Alcibiade:qui nūc nos:ſi diis placet:accuſatis:nō noſtrū:exules lacedæmoniorꝝ quo in numero ri quoque duo fuerunt:& tunc nobiſcū erant:& quod domiciliū ſibi delegerant maritima oppida ſe petituros credētes:in eos:quoꝝ opera patria extorres ne in tuto quidē exilio poſſe conſeneſcere ſe indignabantur:ipetum fecerunt.lacedæmonii igitur lacedæmonios nō achæi interfecerunt:nec iure an iniuria cæſi ſint:argumētari refert.At enim illa ueſtra certe ſunt achæi:quod leges diſciplināq; uetuſtiſſimā Lycurgi ſuſtuliſtis: qđ muros diruiſtis.quæ utraq; ab iiſdem obiici:qui poſſunt? cum muri lacedæmoniis nō a Lycurgo:ſed paucos ante annos ad diſſoluendā Lycurgi diſciplinā extructi ſint:tyranni enim nuper eos arcē & munimentum ſibi non ciuitati parauerunt:& ſi exiſtat hodie ab inferis Lycurgus:gaudeat ruinis eoꝝ:& nunc ſe patriam & Spartam antiquā agnoſcere dicat.nō Philopœmenē expectare nec achæos:ſed uos ipſi lacedæmonii ueſtris manibus ea moliri & diruere oīa ueſtigia tyrannidis debuiſtis.ueſtræ enim illæ deformes notæ ſeruitutis erant:& cum ſine muris per octingentos prope annos liberi aliquando etiam principes Grætiæ fuiſſetis:muris uelut compedibus circundati uincti per centum annos ſeruiſtis. Quod ad leges ademptas attinet:nego antiquas lacedæmoniis leges achæos ademiſſe:quas nō habebant: ſed noſtras leges dediſſe: nec male conſuluiſſe ciuitati cum cōcilii noſtri eam fecerimus:& nobis miſcuerimus :ut corpus unum & concilium totius Peloponneſi eſſet.tūc opinor:ſi aliis ipſi legibus uiueremus:alias iſtis iiunxiſſemus:queri ſe iniquo iure eſſe & uindicari poſſent.Scio ego Ap.Claudi hanc orationem:qua ſum adhuc uſus : neq; apud ſocios:neq; liberæ gentis eſſe:ſed uere ſeruorum diſceptantium apud dominos: nam ſi non uox illa uana præconii fuit:qua liberos eſſe oīum prīos achæos iuſſiſtis:ſi fœdus ratū eſt:ſi ſocietas & amicitia obſeruatur ex æquo:cur ego:qđ Capua capta feceritis rōani:nō quæro;uos rationē repoſcitis:qđ achæi lacedæmoniis bello uictis fecerimus? iterfecti aliq ſunt.finge a nobis:qđ uos ſenatores cāpanos ſecuri nō pcuſſiſtis? muros diruimus:uos nō muros tantū:ſed urbē & agros ademiſtis.ſpecie iniqs æquū eſt fœdus apud achæos p̄caria libertas:apud rōanos ēt iperiū eſt.Sentio Appi:& ſi nō oportet:nō idignor:ſed oro uos:quātum libet:iterſit inter rōanos & achæos:modo ne in æquo hoſtes ueſtri noſtriq; apud uos ſint ac nos ſocii:immo ne meliore iure ſint:nam ut in æquo eſſent:nos fecimus:cum leges iis noſtras dedimus:cum:ut achæi cōcilii eſſent:effecimus.paꝝ eſt uictis:qđ uictoribus ſatis eſt:plus poſtulāt hoſtes:quā ſocii habent: quæ iureiurādo:quæ monumētis litteraꝝ in lapide iſculptis ī æternā memoriam ſancta atq; ſacrata ſunt: ea cum periurio noſtro tollere parant.ueremur quidem uos romani: & ſi ita uultis ; etiam timemus : ſed plus ueremur:& timemus deos immortales.Cum aſſenſu maximæ partis eſt auditus:& locutum omnes pro maieſtate magiſtratus cenſebant:ut facile appareret molliter agendo dignitatem ſuam tenere apud romanos nō poſſe.Tum Appius ſuadere ſe magnopere achæis dixit:ut dum liceret uolūtate ſua facere : gratiā inirēt:ne mox inuiti & coacti facerent.Hæc uox audita quidē cum omnium gemitu eſt:ſed metu iniecto imperata recuſandi id modo petierunt:ut romani:quæ uiderentur de lacedemoniis: mutarent : nec achæos religione obſtringerent:irrita ea:quæ iureiurando ſanxiſſent:faciendi. damnatio tantum Arei &

Alcibiadis :quæ nuper facta erat:ſublata eſt.Romæ principio eius anni cum de comitiis cõſulum & prætorum actum eſſet:cõſulibus ligures:quia bellũ nuſquã alibi erat:decreti.prætores.G.Decius Flauius urbanam:Publius Cornelius Cethegus inter ciues & peregrinos ſortiti ſunt: Publius Sempronius Bleſus Siciliam:Quintius Nenius Matho Sardiniam:& ut idem de ueneficiis quæreret:G.Terẽtius Varro Hiſpaniã citeriorẽ:Quintus Sempronius Longus Hiſpaniam ulteriorem.De iis duabus prouinciis legati per id fere tempus.L.Iuuentius Calua:&.Titus Quintilius Varus uenerunt:qui quantum bellũ iam profligatũ in Hiſpania eſſet:ſenatu edocto:poſtularunt ſimul:ut ꝓ rebus tam proſpere geſtis diis immortalibus .haberetur honos:&:ut prætoribus exercitum deportare liceret.ſupplicatio in biduũ decreta eſt de legionibus deportandis:cũ de conſulũ prætorumq; exercitibus ageretur:rem integram referri iuſſerunt . Paucos poſt dies conſulibus in ligures binæ legiones:quas Appius Claudius:&.M.Sempronius habuerant : decætæ ſunt . De exercitibus hiſpanienſibus magna contentio fuit inter nouos prætores & amicos abſentium Calphurnii Quintiiq; utraq; cauſa tribunos plebis:utraq; conſules habebat : ii ſe interceſſuros. S.C. ſi reportandos cenſerent exercitus:denũciabãt:illi:ſi hæc interceſſio fieret:nullã rem aliam ſe decerni paſſuros. Victa poſtremo abſentium gratia eſt:&.S.C.factum:ut prætores quattuormillia peditum romanorum ſcriberent:quadringentos equites:& quinquemillia ſociorum peditum latini noĩs:quingentos equites:quos ſecũ in Hiſpaniam portarent:cum eas legiones quattuor deſcripſiſſent:quod plus quã quinquemillia peditũ:trecenti eqtes ĩ legionibus ſingulis eẽnt:dimitterẽt eos primũ:qui emerita ſtipẽdia haberẽt: deinde ut cuiuſq; fortiſſima opera Calphurnius:& Quintius ĩ prælio uſi eẽnt.Hac ſedata contẽtione alia ſubinde.G.Decii prætoris morte exorta eſt:G.Sicilius &.L.Puppius:qui ædiles proximo anno fuerant; & G.Valerius flamen dialis:&.Qu.Fuluius Flaccus:is quia ædilis curulis deſignatus erat ſine toga candida: ſed maxima ex oĩbus contentione petebat:certamẽq; ei cum flamine diale erat:& poſteaquã primo æqua re mox ſuperare eſt uiſus:pars tribunorum plebis negare rationẽ eius habendam eſſe:qđ duos ſimul unus magiſtratus præſertim curules neq; capere poſſet nec gerere:pars legibus eũ ſolui æquum cenſere:ut quẽ uellet:prætorem creandi populo poteſtas fieret.L.Portius conſul primo in ea ſententia eſſe ne nomẽ eius acciperet:deinde ut ex auctoritate ſenatus idem faceret:conuocatis patribus ſe referre ad eos dixit : quod nec iure ullo:nec exemplo tolerabili liberæ ciuitati ædilis curulis deſignatus prætura peteret ſibi:nili qd aliud iis uideret:in animo eſſe:e lege comitia habere.patres cenſuerunt uti.L . Portius conſul cum . Qu. Fuluio ageret:ne impedimento eſſet:quominus comitia prætoris in locũ.G.Decii ſubrogãdi e lege haberent.Ageti conſuli ex.S.C.reſpondit Flaccus nihil:quod ſe indignũ eſſet:factuq;.medio reſpõſo ad uolũtatem interpretantibus fecerat:ſpem ceſſuq; patrũ auctoritati eſſe.comitiis acrius etiam:quam ante petebat:criminando extorqueri ſibi a conſule & ab ſenatu populi romani beneficium : & inuidiam geminati honoris fieri:tanquã non appareret:ubi deſignatus prætor eſſet:extemplo ædilitate ſe abdicatuq;.Conſul cum & ꝓtinaciam petentis creſcere:& fauore populi magis magiſq; in eum inclinari cernere t:dimiſſis comitiis ſenatum uocauit.cenſuerũt frequentes:quoniam Flaccum auctoritas patrum nihil mouiſſet:ad populum cum Flacco agendum.Cõcione aduocata cum egiſſet conſul:ne tum quidem de ſententia motus gratias populo romano egit:quod tanto ſtudio quotiencũq; declarandæ uoluntatis poteſtas facta eſſet: prætorẽ ſe uoluiſſet facere ea ſibi ſtudia ciuium ſuoq; deſtituere non ĩ animo eſſe.Hæc uero tam obſtinata uox tantum ei fauoris accendit:ut haud dubius prætor eſſet:ſi conſul accipere nomen uellet.ingẽs certamen tribunis & inter ſeipſos & cum conſule fuit:donec ſenatus a conſule eſt habitus decretũq; quoniã prætoris ſubrogandi comitia ne legibus fierẽt ꝓtinacia:Qu.Flacci & praua ſtudia hominũ impedirent: ſe natum cẽſere ſatis prætorum eſſe.P.Cornelius utrãq; in urbe iuriſdicionem haberet : Apolliniq; ludos faceret.His comitiis prudentia & uirtute ſenatus ſublatis.alia maioris certaminis quo & maiore de re & inter plures potentioreſq; uiros ſunt exorta.cenſuram ſumma contentione petebant.L.Valerius Flaccus:& Publius:& Lucius Scipiones:Gn.Manlius Volſo:Furius Purpurio patritii:plebeii autem Marcus Portius Cato:Marcus Fuluius nobilior:Tiberius & Marcus Sempronii Longus & Tutitanus . Sed omnes patritios plebeioſq; nobiliſſimarum familiarum.M.Portius longe anteibat.In hoc uiro tanta uis animi ĩgenii que fuit:ut quocũq; loco natus eſſet:fortunam ſibi ipſe facturus uideret: nulla ars neq; priuatæ:neq; publicæ rei gerendæ ei defuit:urbanas ruſticaſq; res pariter callebat:ad ſummos honores alios ſcientia iuris: alios eloquentia:alios gloria militaris prouexit:huic uerſatile ĩgenium ſic pariter ad oĩa fuit:ut natum ad id unum diceres:quodcũq; ageret:ĩ bello manu fortiſſimus:multiſq; ĩſignibus clarus pugnis:idẽ poſteaq; ad magnos honores pueĩt ſũmus ĩperator:& idẽ ĩ pace:ſi ius cõſuleres:pitiſſimus:ſi cã orãda eẽt eloquẽtiſſimus:nec iſta tãtũ:cuius lingua uiuo eo uiguerit monumẽtũ eloquẽtiæ nullum extet:uiuit ĩmo : uigetq; eloquẽtia eius ſacrata ſcriptis: oĩs generis oĩones & ꝓ ſe multæ:& ꝓ aliis & ĩ alios:nã nõ ſolũ accuſando: ſed etiã cãm dicẽdo fatigauit ĩimicos:ſimultates nimio plures & exercuerũt eũ:& ipe exercuit eas:nec facile dixeris:utrum magis preſſerit eum nobilitas:an ille agitauerit nobilitatem Aſperi proculdubio animi & liguæ accerbæ & ĩmodicæ liberæ fuit:ſed iuicti a cupiditatibus animi & rigidæ ĩocẽtiæ cõtẽptor gratiæ diuitiaq;.in parſimonia ĩ paciẽtia laboris periculi prope ferrei corporis animiq; quẽ nec ſenectus quidem:quæ ſoluit omnia fregerit:qui ſextũ octogeſimum annũ agens cauſam dixerit:ipſe pro ſe orauerit : ſcripſeritq; nonageſimo anno: Sergium Galbam ad populi adduxerit iudicium:.Hunc ſicut omni uita tũ

perentem premebat nobilitas: coierãt apud prætorem L. Flaccum: qui collega ĩ cõsulatu fuerat: candidati omnes ad deiicendum honore eum: non solum ut ipsi potius adipiscerentur: nec quia indignabantur nouum hominẽ cẽsorẽ uidere: sed etiam qđ triste censurã periculosamq; multoꝝ famæ ab læso a plærisq; & lædendi cupido expectabãt: &. n: tum quoq; immitabundus petebat: refragrai sibi: qui liberã & fortẽ censurã timerẽt criminãdo: & simul. L. Valerio suffragabat: illo uno collega castigare se noua flagitia & priscos reuocare mores posse. His accẽsi hoies auersa nobilitate nõ. M. Portiũ modo cẽsorẽ fecerũt: sed collegã ei L. Valeriũ Flaccũ adiecerũt. Secũdũ comitia ccnsoꝝ consules prætoresq; in prouincias profecti: præter Qu. Neuiũ: quem quattuor non minus menses prius quam in Sardiniam iter quæstiones uenefici: quaꝝ magnã part em extra urbem per municipia conciliabulaq; habuit: quia ita aptius uisum erat: tenuerũt. Si Antiati Valerio credere libet: ad duo hoium millia damnauit: &. L. Posthumius prætor: cui Tarentũ prouicia uenerat: magnas pastoꝝ cõiurationes uidicauit: & reliquias bacchanaliũ quæstionis: cum cura executus est. qui multos ciuitati nõ affuerant: aut uades deseruerãt in ea regione Italiæ latentes: ptim noxios iudicauit: ptim cõphẽsos Romã ad senatũ misit: i carcerẽ oẽs: a. P. Cor. cõiecti sunt. In Hispania ulteriore fractis proximo bello lusitanis quietæ res fuerant: & in citeriore: G. Terentius ĩ sueſſetanis oppidũ Corbionẽ uineis & operibus expugnauit: captiuos uendidit: quieta deinde hyberna ĩ citeriore prouincia habuit: Veteres ptores. G. Calphurnius Piso: &. L. Quintius Romã redierũt. utriq; magno patrũ cõsensu triumphus ẽ decretus: prior. G. Calphurnius de lusitanis & celtiberis triumphauit: coronas aureas tulit. lxxiii. & decem pondo argenti. paucos post dies. L. Quintius Crispinus ex iisdem lusitanis celtiberisq; trũphauit: tantundẽ auri: quãtũ argẽti in eo triũpho translatũ. Cẽsores: M. Portius: &. L. Valerius metu mixta expectatione senatum legrũt: septem mouerũt senatu: ex quibus unũ insignẽ & nobilitate & honoribus. L. Quĩtium Flaminiũ consularem. Patrũ memoria ĩstitutũ fertur: ut cẽsores motis e senatu ascriberẽt notas. Catonis & aliæ quidẽ accerbe orationes extant in eos: quos aut senatorio loco mouit: aut quibus equos ademit. longe grauissima in Luciũ Quintiũ oratio est: qua si accusator ante notã nõ censor post notam uisus esset: retinere. L. Quintium ĩ senatu: ne frater quidẽ Titus Quĩtius: si tum cẽsor esset: potuisset. in: er cætera obiecit ei Philippũ Pœnũ caꝝ ac nobile scortũ ab Roma ĩ Galliã ꝓuinciã spe ingẽtiũ donoꝝ ꝓductũ: eũ pueꝝ lasciuiã cum cauilaret: exprobrare consuli psepe solitũ: qđ sub ipsum spectaculũ gladiatoꝝ abductus ab Roma esset: ut obsequiũ amatori ei uendicaret: forte epulantibus iis cum iam uino incaluissent: nunciatũ in cõuiuio esse nobilẽ boiũ cũ liberis transfugã uenisse: cõuenire cõsulem uelle: ut ab eo fidem præsens acciperet: introductum in tabernaculum ꝑ interpretẽ alloqui cõsulẽ cœpisse. inter cuius sermonẽ Quintius scorto uis tu: inquit: quoniã gladiatoꝝ spectaculũ reliquisti: iã hũc gallũ mõrientẽ aspicere? & cum is uix dũ serio annuisset ad nutum scorti consulem stricto gladio: qui super caput pendebat: loquẽti gallo caput primum pcussisse: deinde fugienti fidẽq; po. ro. atq; eoꝝ: qui aderãt: imploranti latus transfodisse. Valerius Antias: ut qui nec Catonis orationẽ legisset: & fabulæ tantũ sine auctore editæ credidisset: aliud argumentum simile tamen libidine & crudelitate pagit: Placentiæ famosam mulierem: cuius amore deperiret: ĩ conuiuiũ accersitã scribit: ibi iactantẽ sese scorto inter cætera retulisse quã acriter quæstiones exercuisset: & quã multos capitis damnatos in uinculis haberet: quos securi pcussurus esset. tũ illa infra eũ accubantẽ negasse unquã uidisse quẽquã securi serientẽ & puelle id uidere. hic indulgentẽ amatorem unũ ex dãnatis attrahi iussum securi pcussisse. Facinus atrox siue eo modo: quo cẽsor obiecit. siue ut Valerius tradit: cõmissum est iter pocula atq; epulas: ubi libare diis dapes: ubi bene ꝑcari mos esset: ad spectaculũ scorti ꝓcacis ĩ sinũ cõsulis recubãtis mactatã hũanã uictimã eẽ: & cruore mẽsam respsam: In extrema oratione Catonis cõdicio fertur: ut si id factũ negaret: cæteraq; quæ obiecisset sponsione defenderet. scse: qui fateret: ignominia ne sua quẽq; dolituꝝ cẽseret: cũ ipse uino & uenere amens sanguine hominis ĩ cõuiuio lusisset. In equitatu recognoscendo. L. Scipioni Asiatico adẽptus equus. ĩ censibus quoq; accipiendis tristis & aspa ĩ oẽs ordines cẽsura fuit: ornamenta: & uestẽ muliebrẽ: & uehicula: quæ pluris quã qui decimmiliũ æris essent: in censum referre uiatores iussit: item mancipia minora annis. xx. quæ post ꝓximum lustrũ. x. millibus æris aut eo pluris ueniſſent: uti ea quoq;. x. tanto pluris: quã quanti essent: æstimarent: & his rebus omnibus terni ĩ millia æris attribuerent. aquam publicam omnẽ in priuatũ ædificium aut agrũ fluentẽ ademerũt: & quæ in loca publica inædificata immolitaue priuati habebant: ifra. xxx. dies demoliti sunt. opera deinde faciẽda ex pecunia decreta: lacus sternẽdos lapide tegendosq;: qua opus esset: eloacas in auẽtino ĩ aliis ptibus: qua nondũ erant: faciendas locauerũt: & seꝑatim Flaccus molem ad neptũnias aquas: ut iter populo esset & uiam per formianũ montẽ: Cato atria duo meniũ & titiũ ĩ latumiis: & quattuor tabernas in publicũ emit: basilcãq; ibi fecit: quæ portia appellata ẽ. & uectigalia summis pretiis ultro tributa ifimis locauerũt: quas locationes cũ senatus precibus & lachrymis publicanorum uictus induci & deintegro locari iussisset: cẽsores edicto summotis ab hasta: qui ludificati priorẽ locationẽ erãt: oia eadẽ paulum iminutis pretiis locauerũt: nobilis cẽsura fuit: simulatũq; plena: quæ Marcũ Portiũ: cui accerbitas ea assignabat: ꝑ oẽm uitã exercuerũt. Eodẽ anno coloniæ duæ polentia in Picenũ: Pisaurũ ĩ gallicũ agrũ deductæ sunt: sena iugera ĩ singulos data. diuiserũt agrũ coloniasq; deduxerũt iidẽ tresuiri Quĩtus Fabius Labeo: &. M. & Quĩtius Fului Flaccus & nobilior. Consules eius anni nec domi: nec militiæ memorabile quicquã egerũt: ĩ iseqnentẽ annũ creatũt cõsules. M. Claudiũ Marcellũ: Qu. Fabiũ Labeonẽ

M.Claudius:Q. Fabius idibus martiis:quo die cõsulatũ inierũt:de ꝓuinciis suis prætorũq; rettulerunt. prætores creati erant.G.Valerius flamen dialis:qui priore anno perierat:& Spurius Posthumius Albinus &.P.Cornelius Sisenna:L.Puppius:L.Iulius.Gn.Sulpicius.Cõsulibus ligures cũ iisdem exercitibus: quos P.Claudius:L.Portius habuerãt:ꝓuincia decreta est.Hispaniæ extra sortem prioris anni prætoribus cum suis exercitibus seruatæ.Prætores ita sortiri iussi uti flamini diali:utiq; altera iurisdicẽdi Romæ ꝓuincia esset:peregrinã est sortitus:Sisennæ Cornelio urbana:Spurio Posthumio Sicilia.L. Puppio Appulia:L.Iulio Gallia:Gnæo Sulpicio Sardinia euenit.L.Iulius maturare est iussus galli transalpini per saltus ignotæ antea uiæ ut ante dictum est:in Italiam transgressi oppidum in agro:qui nunc est aquileiensis ædificabãt. id eos ut ꝓhiberet:quoad eius sine bello posset:prætori mandatũ est:si armis ꝓhibendi eẽnt:cõsules certiores faceret.ex his placere alterum aduersus gallos ducere legiones.Extremo prioris anni comitia habita erãt:in demortui Gnæi Cornelii locũ auguris sufficiẽdi creatus erat Spurius Posthumius Albinus huius principio anni Publius Licinius Crassus pontifex maximus mortuus est:in cuius locũ Marcus Sempronius Tutidanus põtifex maximus creatus est.Gaius Seruilius Geminus Publii Licinii funeris causa uiscerationẽ data ludos fecit:& gladiatores.c.uiginti pugnauerunt:& ludi funebres ꝑ triduum facti: post ludos epulum:in quo cum toto foro strata triclinia essent:tempestas cũ magnis procellis coorta coegit plærosque tabernacula statuere in foro:eadẽ paulo:posteaquã undiq; dissereuassent sublata:defunctosq; fato uulgo ferebãt:qđ inter fatalia uates ceciniissent:necesse esse tabernacula in foro statui.hac religione leuatis altera iniecta:quod sanguine per biduum pluuisset in area Vulcani:& ꝑ decenuiros supplicatio indicta erat eius ꝓdigii expiandi causa.Priusquã consules in ꝓuincias ꝓficiscerent:legationes trãsmarinas in senatum introduxerũt:nec unquã ante tantum regionis eius hoium Romæ fuerat:nam ex quo fama ꝑ gẽtes: quæ Macedoniã accolũt:uulgata é:crimina querimoniasq; de Philippo nõ negligẽter ab romanis audiri:multis operæpretiũ fuisse queri:per se quæq; ciuitates gentesq; singuli etiam priuatim:grauis enĩ accola oĩbus erat:Romã aut ad spem leuandæ iniuriæ:aut ad deflendæ solatiũ uenerũt.& ab Eumene rege legatio cum fratre eius Antheneo uenit ad querendum simul qđ nõ deducerent ex Thracia præsidia: simul qđ ĩ Bithyniã Prusiæ bellũ gerẽti aduersus Eumenẽ auxilia missa forẽt.Respõdẽdũ ad oĩa iuueni tũ admodũ Demetrio erat:cũ haud facile esset:aut ea:quæ obiicerent:aut quæ aduersa ea dicẽda erãt: cõplecti memoria:nec enĩ multa solũ:sed etiã plæraq; oppida quã parua erãt de controuersia finiũ:de homĩbus raptis pecoribusq; abactis:de iure aut dicto ꝑ libidinẽ aut nõ dicto:de rebus ꝑ uim aut ꝑ gratiã iudicatis:nihil horum neq; Demetriũ dilucide dicere:nec se satis liquido discere ab eo senatus cum cerneret posse:simul & tyrocinio & ꝑturbatione iuuenis moueret:quæri iussit ab eo:ecquem de iis rebus cõmentarium a patre accepisset: cum respondisset accepisse sese:nihil prius nec potius uisum est:quam regis ipsius de singulis responsa accipere librũ extemplo poposcerũt:deinde:ut ipse recitaret:ꝓmiserũt.Erãt aũt de rebus singulis in breuẽ coactæ causæ:ut alia feciſſe se secundũ decreta legatoꝝ doceret:alia nõ ꝑ se stetisse quo minus faceret:sed ꝑ eos ipsos:qui accusarent.interposuerat etiã querelas de iniqtate decretoꝝ:& quã nõ ex æquo disceptatũ apud Cecilium foret:indigneq; sibi nec ullo suo merito insultatum ab omnibus esset, has notas irritati sui animi collegit senatus: cæterum alia excusanti iuueni: alia recipienti futura: ita ut maxime uellet senatus:responderi placuit: nihil patrem eius neq; rectius:nec magis quod ex uoluntate senatus esset:fecisse: quam quod ut cunq; ea gesta essent:ꝑ Demetriũ filiũ satisfieri uoluisset romanis, multa & dissimulare & obliuisci & pati præterita senatũ posse:& credere etiã Demetrio credendũ esse: obsidem enĩ se animũ eius habere & si patri corpus reddiderit:& scire quãtum salua in patrẽ pietate posset: amicũ eum populi ro.esse:honorisq; eius causa missuros ĩ Macedoniã legatos ut siquid minus factum sit:quã debuerit:tum quoq; sine piaculo reꝝ prætermissarum fiat:uelle etiam sentire Philippũ integra oĩa sibi cum po.ro.Demetrii filii beneficio esse.hæc quæ augẽdæ amplitudinis eius causa facta erãt:extemplo in inuidiam:mox etiam in ꝓniciem adolescenti uerterũt.Lacedæmonii deinde introducti sunt.multæ & paruæ disceptationes iactabantur:sed quæ maxime cõtinerẽt:erant:utrũ restituerent:quos achæi damnauerant nec ne:inique aut iure occidissent:quos occiderant:uertebat:& utrũ manerẽt in achaico cõcilio lacedæmonii:an ut ante fuerat secretum eius:unius in Peloponneso ciuitatis ius esset.Restitui: iudiciaque facta tolli placet:Lacedæmonẽ manere in achaicho cõcilio scribiq; id decretũ & consignari a lacedæmoniis & achæis.legatus ĩ Macedoniã.Qu.Martius est missus:iussus idẽ ĩ Pelopõneso socioꝝ res aspicere: nam ibi quoq; ex ueteribus discordiis residui motus erãt.Et Messene desciuerat a concilio achaico: cuius belli & cãs & ordinẽ:si expromere uelim:ĩmemor sim ꝓpositi:quo statui nõ ultra attingere externa: nisi qua romanis cohæreret rebus.euẽtus memorabilis est:qđ cũ bello superiores essent achæi:Philopœmenes prætor eoꝝ capit ad præoccupãdam Coroneã:quã hostes petebãt ĩ ualle iniqua cũ eqtibus paucis oppressus: ipsum potuisse effugere thracum cretensiũq; auxilio tradũt:sed pudor relinquẽdi equites nobilissimos gẽtis ab ipso nuper lectos tenuit:quibus dũ locũ ad euadendas angustias cogẽdo ipse agmẽ præbet sustinens impetus hostiũ:,plapso equo & suo ipse casu & onere equi sup eum ruentis haud multũ abfuit:quin exanimaret:septuaginta annos iam natus & diutino morbo:ex quo tum primo reficiebat uiribus admodum attenuatis.iacentem hostes superfusi oppresserũt:cognitumq; primum a uerecundia memoriaq; meritorum haud secus quam ducem suum attollunt reficiuntq;:& ex ualle deuia in uiam portant: uix sibimet

ipſi præ nec opinato gaudio credentes, pars nuncios Meſſenem ꝑmittunt debellatum eſſe: Philopœmenẽ captũ adduci. primũ adeo incredibilis uiſa res: ut nõ ꝑ uano modo: ſed uix ꝑ ſano nuncius audiret: deide ut ſuꝑ alium alius idẽ oẽs affirmantes ueniebant: tandem facta fides: & priuſquã appropinquare urbi ſatis ſciret: ad ſpectaculũ oẽs ſimul liberi ac ſerui pueri quoq; cũ fœminis effundunt: itaq; clauſerãt portã turbæ: dum ꝑ ſe quiſq; nili ipſe oculis ſuis credidiſſet: uix pro cõperta tantam rem habiturus uideret. ægre ſummouẽtes obuios intrare portam: qui adducebãt Philopœmenẽ: potuerũt: atq; turba conferta iter reliquum clauſerat: & cum pars clauſa maxime a ſpectaculo eſſet: theatrũ repẽte: quod ꝑpinquũ uiæ erat: cõpleuerũt: & ut in cõſpectu populi adduceret; una uoce oẽs expoſcebãt. Magiſtratus & principes ueriti ne quem motũ miſericordia præſentis tanti uiri faceret: cum alios uerecũdia priſtinæ maieſtatis collata præſenti fortunæ: alios recordatio ingentium meritoꝝ motura eſſet: ꝑcul in cõſpectu eum ſtatuerũt: deinde raptim ex oculis hoſtium abſtraxerũt. Prætore Dinocrate dicente eſſe quæ pertinentia ad ſummã belli & ꝑcunctari eũ magiſtratus uellent: adducto ĩ cũriã & ſenatu uocato cõſultari cœptũ. iam inueſperaſcebat: & non modo cætera: ſed ne in ꝓximã quidẽ noctem: ubi ſatis tuto cuſtodiret; expediebãt: ob magnitudinẽ priſtinæ eius fortunæ uirtutiſq; & neq; ipſi domũ recipere cuſtodiendũ audebant: nec cuiquam uni cuſtodiã eius ſatis credebãt. admonẽt deinde quidam eſſe theſaurum publicũ ſub terra ſaxo quadrato ſeptum: eo uinctus dimittitur: & ſaxum ingens: quo operitur machina: ſuperimpoſitum eſt. ita loco potius quã homini cuiquã credendã cuſtodiã rati lucem inſequentem expectauerunt. Poſtero die multitudo quidem integra memor priſtinoꝝ eius ĩ ciuitatẽ meritoꝝ: parcendum ac ꝑ eum remedia quærenda eſſe præſentium maloꝝ cenſebãt: ſed factionis auctores: quoꝝ in manu res erat: in ſecreto cõſultantes oẽs ad necẽ eius cõſẽtiebãt: ſed utrũ maturarẽt: an differrẽt: ambigebant: uicit pars auidior pœnæ: miſſuſq; qui uenenũ afferret. accepto poculo nihil aliud locutũ ferũt: quam quæſiſſe: ſi incolumis Lycortas (is alter imperator achæorum erat) equiteſq; euaſiſſent: poſteaquam dictum eſt incolumes eſſe: bene habet: inquit: & poculo impauide hauſto haud ita multo poſt expirauit. Nec diuturnũ mortis eius gaudiũ auctoribus crudelitatis fuit: uicta nãq; Meſſene bello expoſcentibus achæis dedit noxios: oſſaq; reddita Philopœmenis ſunt: ſimul & ſepultus ab uniuerſo achaico ẽ cõcilio: adeo oĩbus humãis cõgeſtis honoribus: ut ne diuinis quidem abſtineret. Ab ſcriptoribus reꝝ græcis latiniſq; tantũ huic uiro tribuitur: ut a quibuſdã eoꝝ uelut ad ĩſignẽ notam huius anni memoriæ mandatũ ſit: tres claros ĩperatores eo anno deceſſiſſe Philopœmenem: Annibalẽ: P. Scipionẽ: adeo in æquo eum duobus potentiſſimaꝝ gentiũ ſummis imperatoribus poſuerũt. Ad Pruſiã regẽ legatus. T. Quintius Flaminius uenit: quẽ ſuſpectũ romanis & receptus poſt fugam Antiochi Annibal: & bellũ aduerſus Eumenẽ motũ faciebat. ibi ſeu quia a Flaminio iter cætera obiectum Pruſiæ erat: hoſtem omnium: qui uiuerent: infeſtiſſimum populo romano apud eum eſſe: qui patriæ ſuæ primũ: deinde fractis eius opibus Antiocho regi auctor belli aduerſus populum romanũ fuiſſet: ſeu quia ipſe Pruſias gratificaret; præſenti Flaminio romaniſq; ; per ſe necandi aut tradẽdi eius in poteſtatẽ conſiliũ cepit a primo colloquio Flaminii milites extemplo ad domũ cuſtodiendã Annibalis miſſi ſunt. Semper talem exitum uitæ ſuæ ꝑſpexerat Annibal aĩo: & romanoꝝ inexplicabile odium in ſe cernens: & fidei regum nihil ſane cõfiſus: Pruſiæ uero leuitatẽ etiam expertus erat: Flaminii quoq; aduẽtum uelut fatalem ſibi horruerat: ad oĩa undiq; infeſta ut iter ſemper aliquod præparatum fugæ haberet: ſeptem exitus e domo fecerat ex iis quoſdã occultos ne cuſtodia ſepirent; ſed graue imperiũ regũ nihil ĩexploratum: quod inueſtigari uolũt: effecit: totius circuitũ domus ita cuſtodiis complexi ſunt: ut nemo inde elabi poſſet. Annibal poſteaquã eſt enunciatũ milites regios in ueſtibulo eſſe: poſtico: quod deuii maxie atq; occultiſſimi exitus erat: fugere conatus: ut id quoq; occurſu militũ obſeptum ſenſit: & oĩa circa clauſa: cuſtodiis diſpoſitis eſſe: uenenum: quod multo ante præparatum ad tales habebat caſus: popoſcit. liberemus: inquit: diuturna cura populum ro. quãdo mortẽ ſenis expectare longum cenſent: nec magnã: nec memorabilẽ ex inermi ꝑditoq; Flaminius uictoriã feret. mores quidẽ populus romanus quãtũ mutauerint: uel hic dies argumẽto erit: patres eoꝝ Pyrrho regi hoſti armato exercitũ ĩ Italia habenti: ut a ueneno caueret: prædixerũt: hi legatũ conſularẽ: qui auctor eſſet: Pruſiæ per ſcelus occidendi hoſpitis miſerunt. execratus deinde in caput regnũq; Pruſiæ: & hoſpitales deos uiolatæ ab eo fidei teſtes inuocans poculũ exhauſit. hic uitæ exitus fuit Annibalis. Scipionẽ & Polybius & Rutilius hoc anno mortuũ ſcribũt: ego neq; hiis: neq; Valerio aſſentio. his quod cẽſoribus Marco Portio: Lucio Valerio principem ſenatus ipſum. L. Valerium cenſorem lectum inuenio: cum ſuperioribus duobus luſtris Africanus fuiſſet: quo uiuo niſi ut ille ſenatu moueretur: quam notam nemo memoriæ prodidit: alius princeps in locum eius lectus non eſſet. Antiatem auctorem refellit tri. pl. Marcus Neuius aduerſus quem oratio inſcripta. P. Africani eſt. Neuius hic magiſtratum non iniit tribunatus plebis. P. Claudio: Lucio Portio conſulibus: ſed iniit tribunatum Appio Claudio: Marco Sempronio conſulibus ad quartum idus decembres: inde tres menſes ad idus martias ſunt: quibus Publius Claudius: Lucius Portius conſulatum inierunt: ita & uixiſſe in tribunatu Neuii uideretur: dieſq; ei dici ab eo potuiſſe: deceſſiſſe autem ante. L. Valerii & M. Portii cẽſuram. Trium clariſſimorum ſuæ cuiuſq; gentis uirorum: non tempore magis congruente comparabilis mors uidetur eſſe: quam quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore uitæ exitum habuit. iam primum omnes non in patrio ſolo mortui nec ſepulti ſunt: ueneno abſumpti Annibal & Philipœmenes: exul Annibal proditus ab hoſpite:

captus Philopœmenes in carcere & in uinculis expirauit. Scipio & si non exul nec damnatus: die tamen dicta ad quã nõ affuerat: reus absens citatus uoluntarium non solum sibi ipse: sed etiam funeri suo exiliũ indixit. Dum ea in Peloponneso: a quibus diuertit oratio: geruntur: reditus in Macedoniam Demetrii legatorumq; aliter aliorum affecerat animos: uulgus macedonum: quos belli ab romãis imminẽtis metus terruerat: Demetrium: ut pacis auctorem cum ingenti fauore conspiciebant: simul & spe haud dubia regnum ei post mortem patris destinabãt: nã & si minor ætate quã Perseus esset: hũc iusta matrefamilias: illum pellice ortũ esse: illũ ut ex uulgato corpore genitũ nullã certi patris notam habere: hunc insignem similitudiné Philippi præse ferre: ac romanos Demetrium in paterno solio locaturos: Persei nullam apud eos gratiam esse. Hæc uulgo loquebantur: itaq; & Persea cura augebat: ne pax pro se una ætas ualeret: cũ omnibus aliis rebus frater superior esset: & Philippus ipse uix se sui arbitrii fore: quem hæredem regni relinqueret credẽs: sibi quoq; grauiorem esse: quam uellet: minorem filium censebat: offendebatur interdũ concursu macedonũ ad eum: & alterã iã se uiuo regiã esse indignabat. Ipse iuuenis haud dubie inflatior redierat subnixus erga se iudiciis senatus: cõcessisq; sibi: quæ patri negata essent. & omnis métio romanor quantã indignitatẽ ei apud cæteros macedonas: tantam inuidiam nõ apud fratrem mõ: sed etiã apud patrem conciliabat. Vtiq; posteaquã alii legati romani uenerũt: & cogebatur decedere Thracia: præsidiaq; deducere: & alia aut ex decreto priorũ legatorũ: aut ex noua cõstitutione senatus facere: sed omnia mœrẽs quidẽ & gemẽs: eo magis qđ filiũ frequentioré ꝓpe cum illis quam secum cernebat: obedienter tamẽ aduersus romanos faciebat: ne quam mouẽdi extẽplo belli cãm præberet. Præuertẽdos etiam animos a suspicione talium consiliorũ ratus: mediam in Thraciam exercitum ĩ odrysas: & dentelecos: & bessos duxit. Philippopolin urbem fuga desertam oppidanorũ: qui in ꝓxima montium iuga cum familiis receperãt sese: cepit: campestresq; barbaros depopulatus agros eorum in deditionem recepit: relicto inde ad Philippopolin p̃sidio: quod haud multo post ab odrysis expulsum est: oppidũ in Derrhiopo cõdere instituit: Pæoniæ ea regio est ꝓpe erigonũ fluuium: qui ex Illyrico per Pæoniam fluens in axium editur amnem. haud ꝓcul Scobis uetere urbe nouã urbem Perseida: ut iis filio maiori haberet honos: appellari iussit. Hæc dũ in Macedonia geruntur: cõsules ĩ ꝓuincias ꝓfecti. Marcellus núciũ præmisit ad Luciũ Portiũ ꝓconsulẽ: ut ad nouũ gallorũ oppidũ legiones admoueret. aduenienti cõsuli galli sese dederũt. duodecimillia armatorũ erãt: plærique arma ex agris rapta habebãt: ea ægre patientibus iis adempta: quæq; alia aut populantes agros rapuerãt: aut secũ attulerãt. De his rebus: qui quererẽtur: legatos Romã miserũt. introducti in senatum a Gaio Valerio prætore exposuerũt se superante in Gallia multitudine inopia coactos agri & egestate ad quærẽdam sedem alpes transgressos: quæ inculta p solitudines uiderẽt ibi sine ullius iniuria cõcessisse: oppidũ quoq; ædificare cœpisse: quod indicium esset: nec agro: nec urbi ulli uim allaturos uenisse. nuper. M. Claudiũ ad se núciũ misisse bellũ se cum iis: ni dederent: gestuq; se certam & si non speciosam pacem: quam incertam belli spem præoptantes dedisse se prius in fidem: quã in potestatẽ po. ro. post paucos dies iussos & agro & urbe decedere: sese tacitos abire: quo terrarũ possent: in animo habuisse: arma deinde sibi & postremo oĩa alia: quæ ferrẽt: agerẽtq; adẽpta. orare se senatũ populũq; romanũ ne ĩ se ĩnoxios deditos acerbius: quã in hostes sæuirent. Huic orationi senatus ita responderi iussit: neq; illos recte gessisse cum in Italiam uenirẽt: oppidumq; in alieno agro nullius romani magistratus: qui ei prouinciæ præesset: permissu ædificare conati sint: neque senatui placere deditos spoliari. itaque se cum iis legatos ad consulem missuros: qui si redeant: unde uenerint: omnia iis sua reddi iubeant: quicq; protinus eant trans alpes & denuncient gallicis populis: multitudinem suam domi contineãt: alpes prope ĩexuperabilẽ finem in medio esse: non uticq; iis melius fore: qui eas primi peruias fecissent. Legati missi Lucius Furius: Quintus Minutius: L. Manlius Accidinus. galli redditis omnibus: quæ sine cuiusquam iniuria habebant: Italia excesserũt. Legatis romanis transalpini populi benigne respõderũt. senatores eorũ nimiam lenitatem po. ro. castigarunt: quod eos homines: qui gentis iniussu profecti occupare agrum imperii romani: & in alieno solo ædificare oppidum conati sunt: impunitos dimisissent: debuisse grauem temeritatis mercedem statui. quod uero etiam sua reddiderint: uereri ne tanta indulgẽtia plures ad talia audenda impellantur: & exceperunt: & ꝓsecuti cum donis legatos sunt. M. Claudius cõsul gallis ex ꝓuincia exactis: histricum bellũ moliri cœpit litteris ad senatum missis: ut sibi ĩ Histriã traducere legiones liceret. id senatui placuit. Illud agitabant: uti colonia deduceret: nec satis cõstabat: utrũ latinã: an ciuium romanorũ deduci placeret: postremo latinã potius coloniã deducendã patres censuerunt. triunuiri creati sunt. P. Scipio Nasica: G. Flaminius: L. Manlius Accidinus. Eodem anno Mutina & Parma coloniæ romanorũ ciuiũ sunt deductæ: bina millia hoĩum ĩ agrũ: qui ꝓxime boiorũ ante tuscorũ fuerat: octona iugera Parmæ: quina Mutinæ acceperunt: deduxerũt triunuiri. M. Aemylius Lepidus: T. Ebutius Carus: L. Quintius Crispinus. & Saturnia colonia ciuiũ romanorũ in agrũ caletranũ est deducta. deduxerũt triunuiri Quintus Fabius Labeo: G. Afranius Stello: T. Sẽpronius: iugera ĩ singulos data. Eodẽ áno. A. Terẽtius ꝓconsul haud ꝓcul flumine ibero ĩ agro ausetano prælia secunda cũ celtiberis fecit: & oppida: quæ ibi cõmunierãt: aliquot expugnauit. citerior Hispania in pace fuit eo anno: quia &. P. Sempronius ꝓconsul diutino morbo est ĩplicitus: & nullo lacessente popportune quieuerũt lusitani. nec in liguribus memorabile quicquam a. Qu. Fabio consule gestum. Marcellus ex Histria reuocatus exercitu dimisso Romam comitiorum causa rediit: creauit cõsules

G.Bebium Tamphilum:&.L.Aemylium Paulum.cum.M.Aemylio Lepido hic ædilis curulis fuerat: a quo cõsule quintus ánus erat:cũ is ipse Lepidus post duas repulsas cõsul factus erat.ptores inde facti.Qu. Fuluius Flaccus:M.Valerius Leuinus:P.Aemylius itez.M.Ogulnius Gallus:L.Cecilius Dentrex:G. [illegible]rentius Histra.Supplicatio extremo anno fuit pdigioz causa:quod sanguiné pluuisse per biduum i area Concordiæ satis credebát:nunciatũq; erat haud pcul Sicilia insulam:quæ nondum ante fuerat:nouá editam e mari esse.Annibalem hoc anno Antias Valerius decessisse auctor est:legatis ad eam rem ad Prusiã missis:præter.T.Quintium Flaminium: cuius in ea re celebre est nomen:L.Scipione Asiatico.P. Scipione Nasica.

LIBER DECIMVS.

RINCIPIO INSEQ VENTIS ANNI CONSVLES PRAETORES que sortiti puincias sunt.cõsulibus nulla pter ligures:quæ decerneret:erat. iurisdicio urbana.M.Ogulnio Gallo:iter peregrinos.M.Valerio euenit:Hispaniaz.Qu.Fuluio Flacco citerior:P.Málio ulterior:L.Cecilio Détrici Sicilia:Terétio Histræ Sardinia.Delectus habere cõsules iussi.Qu. Fabius ex liguribus scripserat apuanos ad rebellioné spectare:piculosumq; esse:ne impetũ i agrũ pisanũ facerét:& ex Hispaniis citerioré in armis esse:& cũ celtiberis bellari sciebát i ulteriore:quia diu æger esset ptor:luxuriæ otio solutã disciplinã militaré esse.ob ea nouos exercitus cõscribi placuit: qttuor legiones i ligures uti singulæ quinamillia & ducenos pedites trecenos haberét equites:sociozz iisdé latini nois.xv.millia peditũ addita & octigéti equites: hi duo cõsulares exercitus eént.scribere pterea iussi septémillia peditũ sociorum ac latini nois & quadrigétos equites:& mittere ad.M.Marcellum i Galliã:cui ex cõsulatu progatũ impium erat,i Hispaniá etiã utrãq;:quæ ducerent quattuormillia peditũ ciuiũ romanoz & cc.equites: & septémillia peditũ cũ.ccc.equitibus scribi iussa.&.Q.Fabio Labeoni cũ exercitu:qué habebat in liguribus:progatũ in annũ imperiũ est.Ver pcellosum eo anno fuit:pridie palilia medio ferme die atrox cum uento tépestas coorta multis sacris pfanisq; locis stragé fecit:signa ænea in capitolio deiecit: foré ex æde Lunæ:quæ in auentino est:raptã tulit:& in postici parietibus Cereris templi affixit:signa alia in circo maximo cũ colũnis:quibus supstabant:euertit:fastigia aliqd temploz a culminibus abruta fœde dissipauit. itaq; i pdigiũ uersa ea tépestas pcurariq; aruspices iusserũt.simul pcuratũ é:quod tripedé mulũ Reate natũ núciatũ erat:& a Formiis ædé Apollinis ac Caietæ de cælo tactã.ob ea pdigia.xx.hostiis maioribus sacrificatũ:& i dié unũ supplicatio fuit.Per eosdé dies ex litteris Terétii pprætoris cognitũ.P.Séproniũ i ulteriore puícia:cũ plus ánũ æger fuisset:mortuũ eé:eo maturius i Hispaniã ptores iussi pficisci. Legatiões transmarinæ deinde i senatũ introductæ sunt:prima Eumenis & Pharnacis regũ & rhodioz querétium de synopensiũ clade:Philippi quoq; legati & achæoz & lacedæmonioz sub idé tempus uenerũt.Iis prius Martio audito:q ad res Græciæ Macedoniæq; uisendas missus erat:respõsa data sũt.Asiæ regibus ac rhodiis responsum est legatos ad eas res uisendas missuz senatũ.de Philippo & irã auxerat Martius:ná ita fecisse:quæ senatui placuissent:fatebat:ut facile appareret nõ diutius:quã necesse esset:factuz:neq; obscurum erat rebellatuz:oiaq;:quæ tũc ageret:diceretq; eo spectare.Iam primũ oém fere multitudiné ciuiũ ex maritimis ciuitatibus cũ familiis suis i Emathiã:quæ nũc dicit:quondã appellata Pæonia é:traduxit: thracibusq; & aliis barbaris urbes tradidit habitãdas:fidiora hæc genera hoium fore ratus i rõano bello. Ingẽtem ea res fremitũ i Macedonia tota fecit:relinquéteq; suos cũ cõiugibus ac liberis pauci tacitũ dolorem cõtinebát:execrationesq;:quæ i agminibus pficiscẽtiũ audiri solét: in regem uincente odio metũ exaudiebant.His ferox animus oés hoies:oia loca temporaq; suspecta habebat: postremo negare ppalam cœpit satis tutũ sibi quicquã esse:nisi liberos eoz:quos iterfecisset:cõprehẽsos i custodia haberet:& tẽpore aliũ alio tolleret.Eam crudelitaté fœdá p se:fœdioré unius domus clades fecit.Herodicũ principé thessalorũ multis ante ánis occiderat:generos quoq; eius postea iterfecit:i uiduitate relictæ filiæ singulos filios puos habétes Theoxena & Archo nomina mulieribus erant:Theoxena multis petẽtibus aspernata nuptias est: Archo Poridi cuidam longe principi gẽtis nupsit:& apud eum plures enixa partus paruis admodum relictis omnibus decessit. Theoxena: ut in suis manibus liberi sororis educarentur: Poridi nupsit: & tanquam omnis ipsa enixa foret:suum sororisq; filios in eadé habebat cura. posteaquã regis edictum de cõprehendendis liberis eoz:qui interfecti essent:accepit:ludibrio futuros non regis modo:sed custodũ etiã libidinis rata:ad ré atrocé animũ adiecit:ausaq; est dicere potius sua manu se oés interfecturã:quã in potestaté Philippi uenirét.Poris abominatus métioné tam fœdi facinoris Atheneon deportatuz eos ad fidos hospites dixit:comitemq; ipsum fugæ futurum esse.Proficiscũtur ab Thessalonica Aeneam ad statutum sacrificium:quod conditori Aeneæ cum magna cerimonia quotannis faciunt:ibi die per solennes epulas consumpto: nauem præparatam a Poride sopitis omnibus tertia uigilia conscendunt tanquam redituri in Thessalonicam: sed traiicere in Euboeam erat propositum:cæterum in aduersum uentum nequicquã

eos tendentes prope terram lux oppressit.& regii: qui præerant custodiæ portus: lembum armatum ad protrahendum eam nauem miserunt:cum graui edicto ne reuerterentur sine ea:quoniam dies appropinquabat.Poris quidem ad hortationem remigum nautarumq; intentus erat: interdum manus ad cælum tendens opē:ut dii ferrent:orabat:ferox interim fœmina ad multo ante præcogitatū reuoluta facinus:uenenum diluit:ferrūq; ꝑmit:& posito ī cōspectu poculo:instrictisq; gladiis:mors:inquit:una uindicta est: uiæ ad mortē hæ sunt:qua quēq; animus fert:effugite superbiam regiam:agite iuuenes mei primū: qui maiores estis:capite ferrū aut haurite poculū:si segnior mors iuuat:& hostes aderant:& auctor mortis instabat:alii alio loeto absumpti semianimes e naue præcipitant:ipsa deinde uiq; comitē mortis cōplexa ī mare sese deiecit:naue uacua dominis regii potiti sunt.Huius atrocitas facinoris nouā uelut flamā regis inuidiæ adiecit:ut uulgo ipm liberosq; eius execrarent:quæ diræ breui ab oībus diis ex auditæ:ut sæuiret ipe in suū sanguinē:effecerunt.Perseus enim cū ī dies magis cerneret fauorem & dignitatem Demetrii fratris apud multitudinem macedonum crescere:& gratiā apud romanos:sibi spem nullam regni supereſſe nisi in scelere ratus:ad id unum oēs cogitationes intendit:cæteq; cū se ne ad id quidē:quod muliebri cogitabat animo:satis p se ualidū crederet:singulos amicoq; patris tentare sermonibus pplexis instituit: & primo quidam ex his aspernantiū tale quicquā præbuerūt speciem:quia plus in Demetrio spei ponebāt:deīde crescente in dies Philippi odio ī romanos:cui Perseus indulgeret:Demetrius sūma ope aduersaret: ꝑspicientes animo exitum id cautius adiuuandū:qđ futuq; erat rati fouendā spem potentioris:Perseo se adiungūt: cætera ī suū quæq; tempus differūt:in ꝑsentia placet omni ope ī romanos accēdi regem impelliq; ad consilia belli:ad quæ iam sua spōte animū inclinasset:simul ut Demetrius in dies suspectior esset: excomposito sermones ad spretionē romanorum trahebant:ibi alii cum mores & instituta eorum:alii res gestas:alii speciem ipsius urbis nondum exornatæ neq; publicis:neq; priuatis locis:alii in singulos principum eludebant: iuuenis incautus & amore nominis romani & certamine aduersus fratrem omnia tuendo: suspectum se patri & opportunum criminibus faciebat. itaq; expertem eum pater omnium de rebus romanis consiliorum habebat totus in Persea uersus cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. Redierant: quos forte miserat in basternas ad accersenda auxilia: adduxerantque inde nobiles iuuenes & regii quosdam generis: quorum unus sororē suam in matrimonium Philiphi filio pollicebatur: erexeratq; consociatio gentis eius animum regis. Tum Perseus:quid ista prosunt:inquit? nequaquam tantum in externis auxiliis ē præsidii:quātū periculi fraude domestica: ꝑditorem nolo dicere speculatorē citius: ex quo obses Romæ fuit:corpus nobis reddiderūt romani:aīum ipsi habēt:omniū pene macedonum in eum ora cōuersa sunt:nec regem se aliū rentur habituros esse:quā qué rōani dedissent.his p se ægra mens senis stimulabat:& aio magisquā uultu ea crimina accipiebat.Forte lustrādi exercitus uenit tēpus:cuius so lēne est tale: prior hostiæ pars dextera:posterior ad leuē uiæ ponit:iter hāc diuisam hostiā copiæ armatæ traducūtur: præferunt primo agmini arma insignia oīum ab ultima origine Macedoniæ regū: deinde rex ipse cū liberis sequit: ꝓxima ē regia cohors custodesq; corporis:postremū agmen macedonum cætera multitudo claudit:latera regis duo filii iuuenes cingebāt:Perseus iam tricesimū annū agens: Demetrius quinquennio minor:medio iuuentæ robore ille:hic flore fortunati patris matura soboles: si mens sana fuisset. Mos erat lustrationis sacro peracto decurrere exercitū:& diuisas bifariā duas acies cōcurrere ad simulacrū pugnæ:regii iuuenes duces ei ludicro certamini dati:cæteq; nō imago fuit pugnæ: sed tanquam de regno sudibus facta:nec præter ferrū qcquā defuit ad iustā belli speciē:pars ea:quæ sub Demetrio erat: lōge superior fuit:id ægre patiente Perseo lætari prudētes amici eius:eamq; rē dicere ipsā præbiturā cām criminādi iuuenis.Cōuiuium eo die sodaliū:qui simul decurrerāt:uterq; habuit:cū uocatus ad cœnam ab Demetrio Perseus negasset:festo die inuitatio benigna & iuuenilis utroq; in uinū traxit:commemoratio ibi certaminis ludicri:& iocosa dicta in aduersarios:ita:ut ne ipsis quidē ducibus abstineret:iactabant. ad has excipiendas uoces speculator ex cōuiuis Persei missus:cū incautior obuersaret: exceptus a iuuenibus forte triclinio egressis male mulctatur.Huius rei ignarus Demetrius quī comesatū:īquit:ad fratrē imus? & iram eius:siqua ex certamine resident:simplicitate & hilaritate lenimus? omnes se ire conclamarūt: præter eos: qui speculatoris ab se pulsati præsentem ultionem metuebant:cum eos quoque Demetrius traheret:ferrum ueste abdiderunt:quo se tutari:si qua uis fieret:possent.Nihil occulti esse in ītestina discordia potest:utraq; domus proditorum & speculatorum plena erat:prærcurrit index ad Persea ferro succinctos nunciās cum Demetrio quattuor adolescētes uenire:& sic causa apparebat:nā ab iis pulsatū cōuiuā suum audierat:tamen infamandæ rei causa ianuam obserari iubet:& ex parte superiore ædiū uersisq; ī uiā fenestris:comesatores tanquā ad cædem suam uenientes aditu ianuæ arcet.Demetrius per uinū:quod excluderet:paulisper uociferatus in cōuiuiū redit totius rei ignarus:Postero die Perseus quāprimū cōueniēdi potestas patris fuit:regiā ingressus ꝓturbato uultu ī cōspectu patris tacitus procul cōstitit:cui cū pater satin saluæ res? quænā ea mœstitia esset:interrogaret eū de ludicro.tibi:inqt:uiuere me scio:iam nō occulto a fratre petimur insidiis:nocte cū armatis domū ad interficiendū me uenit.clausisq; foribus parietūq; præsidio me a furore eius sum tutatus.Cum pauorē mixtū admiratione patri iniecisset:atqui si aures præbere potes:inquit:manifestā rem teneas:faciam.Eninuero se Philippus dicere auditurum:uocariq; extemplo Demetrium iussit:& seniores duos amicos expertos inter fratres certaminum: infrequentes iam in

regia Lysimachum:& Onomastum accersit:quos in consilio haberet.dum ueniunt amici:solus filio ꝑcu|stante multa secum animo uolutans inambulauit. posteaquã uenisse eos nunciatũ est: secessit in partem interiorẽ cum duobus amicis totidẽ custodibus corporis filiis:ut ternos inermes secũ introduceret: permisit.Ibi cum consedissent:sedeo:inquit:miserrimus pater iudex inter duos filios accusatorẽ parricidii & reum:aut cõficti aut admissi criminis labem apud meos inuenturus.Iãpridem quidem hãc ꝑcellam imminentem timebã:cũ uultus inter uos minime fraternos cernerem:cũ uoces qualdã exaudirem:sed interdũ spes animũ subibat deflagrare iras uestras:purgari suspiciones posse:etiã hostes armis positis fœdus iciisse: & priuatas multoꝝ simultates finitas:subiturã uobis aliquando germanitatis memoriã:puerilis quondã simplicitatis cõsuetudinisq; inter uos:meoꝝ denicq; præceptoꝝ:quæ uereor:ne uana surdis auribus cecinerim.Quotiens ego audientibus uobis detestatus exempla discordiarum fraternarum:horrendos euentus eoꝝ rettuli:quibus stirpem suam:domos:regna funditus euertissent:meliora quoq; exẽpla parte altera posui:sociabilẽ consortionẽ inter binos lacedæmonioꝝ reges salutarem ꝑ multa sæcula ipsis patriæq;: eandem ciuitatem posteaquã mos sibi cuiq; rapiendi tyrannidem exortus sit euersam.iam hos Eumenem Attalũq; fratres aquã exiguis rebus ꝓpe ut puderet regii nois mihi Antiocho & cuilibet regũ huius ætatis: nulla re magis:quã fraterna unanimitate regnũ æq̃sse. ne rõanis qdẽ exẽplis abstinui:quæ aut uisa aut audita habebã:T.&.L.Quintioꝝ qui bellũ mecũ gesserũt:P.&.L.Scipionũ:qui Antiochũ deuicerũt:patris patruiq; eoꝝ:quoꝝ ꝓpetuã uitæ cõcordiã mors quoq; miscuit:neq; uos illoꝝ scelus simileq; sceleri exitus potuit:neq; hoꝝ bona mens bona fortuna ad sanitatem flectere.Viuo & spirante me hæreditatẽ meam ambo & spe & cupiditate iprobra petitis:eo usq; me uiuere uultis:donec alterius uestrũ supstes haud ambiguũ regem alterũ me morte faciã:nec patrẽ potestis pati:nihil cari:nihil sancti nominis nostis: cuius uice regni unius insaciabilis amor succesit.Agite cõscelerate aures paternas:decernite criminibus mox ferro decreturi:dicite palam:quod ueri potestis:aut reminisci libet:reseratæ aures sunt:quæ post hac secretis alterius ab altero criminibus claudent.hæc furẽs ira cũ dixisset:lachrymæ omnibus obortæ: & diu mœstũ silentium tenuit.Tum Perseus aperiẽda nimirũ nocte ianua fuit:& armati comesatores accipiẽdi præbendũq; ferro iugulũ:quãdo nõ credit nisi ꝓpetratũ facinus. eiusdem petitus insidiis audio quæ latro atq; insidiator:non nequicquã isti unum Demetrium filium te habere:me subditũ & pellice genitum appellant:nam si gradum:si caritatẽ filii apud te haberẽ:nõ in me querentem depræhensas insidias:sed in eum: qui fecisset:sæuires:nec adeo tibi uilis uita esset nostra:ut nec ꝓterito ꝑiculo meo moueretis: neq; futuro sic insidiantibus sit impune. Itaq; si mori tacitũ oportet:taceamus precati tantum deos:ut a me cœptum scelus in me finem habeat:nec per meum latus tu petaris:sin autẽ quod circunuentis in solitudine natura ipsa subiicit:ut hoium quos nunquã uiderint:fidem tamen implorent:mihi quoq; ferrum in me strictum cernenti uocem mittere liceat:per te patriũq; nomen:quod utri nostrum sanctius sit: iampridem sentis: ita me audias precor:tanquã si uoce & comploratione nocturna exitus mihi queritanti interueniisse: Demetriũ cum armatis nocte intempesta in uestibulo meo depræhendisse:quod tum uociferarer in re præsenti pauidus:hoc nunc postero die queror.Frater non comesantium inuicem iandiu uiuimus inter nos: regnare utiq; uis:huic spei tuæ obstat ætas mea:obstat gentiũ ius:obstat uetustus Macedoniæ mos:obstat uero etiam patris iudiciũ:huc transcendere nisi per meũ sanguinẽ non potes:omnia moliris: & tentas: adhuc seu cura mea:seu fortuna restitit parricidio tuo.Hesterna die in lustratione & decursu & simulacro ludicro pugnæ funestum prope prælium feciisti:nec me aliud a morte uindicauit:quã quod me ac meos uici passus sum. ab hostili prælio tanquam fraterno luso pertrahere me ad cœnam uoluisti: credis ne pater inter inermes conuiuas me cœnaturum fuisse:ad quem armati comesatum uenerunt:credis nihil a gladiis nocte periculum fuisse:quem fudibus te inspectante prope occiderũt:Quid hoc noctis:quid ut inimicus ad iratum:quid cum ferro succinctis iuuenibus uenis:conuiuam me tibi committere ausus non sum:comesatorem tecum armatis recipiam:si aperta ianua fuisset:funus meum parares hoc tempore pater:quo querentem audis. Nihil ego tanquam accusator crimino se: nec dubia argumentis colligendo ago: quid enim negat se cum multitudine uenisse ad ianuam meam:aut ferro succinctos secum fuisse: quos nominauero:accerse:possunt quidem omnia audere:qui hoc ausi sunt:non tamen audebunt negare se depræhensos intra limen meum cum ferro.si ad te deducerem:rem pro manifesto haberes:fatentes pro depræhensis habe.Execrare nunc cupiditatem regni & furias fraternas cogita:sed ne sint cæcæ pater execrationes tuæ:discerne:despice insidiatorem:& petitum insidiis noxium huic esse caput:qui occisurus fratrem fuit: habeat etiam iratos paternos deos. qui periturus fraterno scelere fuit: perfugium in patris misericordia & iusticia habeat.quo enim alio confugiam:cui non solenne lustrale exercitus:cui nõ decursus militum:non domus:non epulæ:non nox ad quietem data naturæ beneficio mortalibus tuta ẽ:si iero ad fratrẽ inuitatus:moriẽdũ ẽ:si recepero ĩtra ianuã comesatũ fratrẽ:moriẽdũ ẽ:nec eũdo:nec manẽdo insidias euito.Quo me cõferã:nihil ꝑter deos pater & te colui:nõ romanos habeo:ad quos cõfugiã: perisse expetũt:quia tuis iniuriis doleo:quia tibi adẽptas tot urbes:tot gẽtes mõ Thraciæ maritimã orã idignor: nec me:nec te incolumi Macedoniã suã futurã sperant:sed si me scelus fratris:te senectus absumpserit:aut nec ea quidẽ expectata fuerit:regẽ regnũq; Macedoniæ sua futura sciũt.Si qd extra Macedoniã tibi romani reliq̃ssent:mihi quoq; id relictũ credere receptaculũ:at ĩ macedonibus satis ꝑsidii ẽ.uidisti hesterno die

